R-9831

Nicolai Tudeſchij Catinenſis Siculi,

# ABBATIS PANORMITANI PONTIFICIAE DISCIPLINAE CORYPHÆI,

## Conſilia, iuríſq; reſponſa, ac Quæſtiones,

OMNIBVS CVM IVDICANTIBVS, *tùm conſulentibus apprimè conducentia.*

Suo uerò priſtino nitori, ſublatis citra propè numerum erratis, magis, atque anteà, reſtituta.

*Petro Vendramano Corrigente.*




VENETIIS, Apud Bernardinum Maiorinum Parmenſem, MDLXIX.

R-9831

Nicolai Tudeſchij Catinenſis Siculi,

# ABBATIS PANORMITANI PONTIFICIAE DISCIPLINAE CORYPHÆI,

## Conſilia, iuríſq; reſponſa, ac Quæſtiones,

OMNIBVS CVM IVDICANTIBVS, *tùm conſulentibus apprimè conducentia.*

**Suo uerò priſtino nitori, ſublatis citra propè numerum erratis, magis, atque anteà, reſtituta.**

*Petro Vendramano Corrigente.*



VENETIIS, Apud Bernardinum Maiorinum Parmenſem, MDLXIX.

# ABBATIS PANORMITANI

iuris Reſponſa luculenta non minus, ac docta,
ſummo labore & induſtria nunc recens
ac omnium nuperrimè excuſſa, in
omnium gratiam incipiunt.

## CONSILIVM PRIMVM.

1 *Sponſus, qui contraxit ſponſalia per uerba de præſenti cum Titiá & accepit ab ea nomine dotis centum, ſi decedat ante matrimonij conſummationem, an lucretur dotis dimidiam.*
2 *Matrimonium ex ſolo conſenſu de præſenti, an ſit uerum.*
3 *Pactum de lucranda certa parte dotis in caſu mortis, an ſortiatur effectum ſuum altero coniugum religionem intrante.*
4 *Nuptiæ, dictio multipliciter in iure ſumitur.*
5 *Sponſalia uulgariter dicuntur per uerba de præſenti.*
6 *Statuta ad ius commune reduci debent, quantum fieri poteſt.*
7 *Lex conſtat ex mente, & uerbis.*




1 FACTI contingentia talis eſt.† Quidam A. contraxit ſponſalia per uerba de præſenti cum quadã B. & ab ea recepit dotis nomine mille. Cõtigit, ꝙ ante, q̃ ſic deſponſata duceretur ad domum, uel aliter conſummaretur matrimoniũ, uita functa extitit. Nũc quæritur, an dictus ſponſus lucretur dimidiam dotis? uiſo ſtatuto infraſcripto, uidelicet, Si qua deceſſerit ſine filiis ex uiro, cui nupta eſt, tempore ſui obitus, remaneat dimidia pars ſuarum dotium apud maritum, non computato in dicta dimidia lucro donationis propter nuptias: qua parte maritus priuari non poſſit, &c. Poſtmodũ factæ fuerũt aliquę additiones ad dictũ ſtatutũ, in q̃bus ſp̃ facta fuit mẽtio de filiis exiſtẽtibus, uel nõ. ¶Et Chriſti & eius matris noĩbus inuocatis, arguitur primò, ut ueritas magis eluceſcat, ad partẽ affirmatiuã ſic. Statutũ in deferendo hoc lucrũ marito, ſolum requirit duo, ſ. ut nupta mulier ſit, & ut decedat ſine filiis ex marito. Sed hæc duo cõtigerunt in facto propoſito, ut ſtatim probabo; ergo debet habere medietatem dotium. Cõſequentia de ſe ſatis eſt nota; & maior ẽt probatur. Nã uerũ eſt dicere, ꝙ iſta deceſſit ſine filiis ex marito, cum nemo appareat, & facta non præſumuntur, ut c. in præſentia, de prob. & c. Raynutius, & c. Raynaldus, extra de teſta. & in c. cum in iure, de off. deleg. cum ſimi. Quòd fuerit nupta, apertiſſimè probo per tex. ualde not. iudicio meo in l. cum fuerit, ff. de cond. & dem. ubi apertiſſimè probatur nuptam dici, licet non fuerit cognita. Et quod plus eſt, etiam ſi non fuerit ducta; & ſatis eſt, ꝙ interuenerit ad matrimonium conſenſus de præſenti: qui ſolus facit matrimonium, & non carnalis commiſtio, ut probatur ibi in fine illius leg. & latius hoc tenent gl. & Bar. ibi. ¶Secũdo probatur per l. iij. ff. de dona. inter ui. & ux. iuncta gl. in uer. concubinæ. ubi notanter matrimonium dicitur, & maritus & uxor dicuntur ꝯctis dũtaxat ſponſalibus per uerba de præſenti, licet non interuenerit carnalis copula. Et ſic concludit ibi gl. ꝙ ſicut donatio, ẽt conſtante matrimonio prohibetur inter uirum & uxorem cõſummato matrimonio, ita & matrimonio non conſummato, ex quo interuenit conſenſus de præſenti. Et quãquam ibi dicat hoc de iure canonico tenere, dico idem de iure ciuili, ut ꝓbatur in aut. de nup. §. nuptias, & ibi bona gl. & opt. facit ille tex. ad iſtã partẽ: ubi probatur maximè iuncta gl. nuptias ꝯhi ex ſolo conſenſu utriuſque, ſ. uiri & mulieris, licet aliud non interue
2 nerit. ¶†Tertiò probo per multa iura canonica, quæ cõmuniter dicunt matrimonium eſſe uerum ex ſolo conſenſu de præſenti, licet aliud non interuenerit adeò, ꝙ per ſecundum etiam cum copula non tollitur primum: quia habuit iam ex ſuo conſenſu ſuam eſſentiam, ut probatur in c. ſi. de ſpon. duo. & 27. q. 2. c. ſufficit, & c. cum nuntiatur cum multis ſequẽ. ad idem c. unicum, de uoto, lib. 6. & no. ꝑ Hoſt. in c. ex publico, de conuer. coniu. Facit. n. diffinitio matrimonij, quæ ponitur & declaratur. 27. q. 2. ĩ prin. & inſti. de nup. in prin. ubi bonus tex. cum gl. ¶Quartò ur̃ de hoc prima fronte caſus maximè iunctis dictis Bal. ibi in l. Deo nobis, C. de epiſc. & cle. ubi dicitur probari, ꝙ
3 †pactum de lucranda certa parte dotis in caſu mortis, ſortitur effectum ſuum altero coniugum intrante religionẽ; & tamen certum eſt, quod poſt conſummationem matrimonij non licet alteri coniugum intrare religionem de conuer. coniu. c. cum ſit, & c. ex publico, cum multis ſi. Sic uidetur intelligendus ille tex. q̃n alter intrat religionẽ coniuncto matrimonio, & nondum conſummato: quia ſic licet etiam altero inuito, ut in c. ex publico, & c. ij. eo. ti. Et ſm̃ hoc uidetur probare ille tex. ꝙ dictum pactum de lucrãda certa parte dotis in caſu mortis, uendicet ſibi locum ẽt interueniente morte poſt contracta ſponſalia per uerba de præſenti, matrimonio nondum conſummato; ſicut contigit in caſu noſtro. Et pro his faciunt ea, quæ leguntur in l. non ſine, C. de bo. quæ lib. ¶Sed his non obſtantibus, ꝯrium de iure puto uerum, ſ. ꝙ dictus uir nil lucretur prætextu dicti ſtatuti. Et primò facio pro funda-
4 mẽto duo ſuppoſita. Primum, †ꝙ uerbum nuptiæ, multipliciter in iure capitur. Q̃nq; capitur pro ipſa mera eſſentia coniugij, quæ ſolo conſenſu de præſenti interueniẽte cauſatur, ut probatur in d. l. cum fuerit in d. §. nuptiæ, & c. oẽ nuptiarum bonum. 27. q. 2. cum ſimi. ¶Quandoq; ſumitur pro ipſa commiſtione carnali, quæ interuenit cõtracto prius matrimonio, ut probatur in c. cauſam, & luce clarius probatur in c. genuit, maximè iuncta gl. ij. quæ hoc tenet apertiſſimè, eadem cauſa & q. & ibi aliquid per Archi. ¶Q̃nq; ſumitur pro apparatu & feſtiuitatibus, quę fiunt tempore, quo uxor ducitur ad domum uiri, ut pro-



UNIVERSITAT DE GRANAD

batur in c.noſtrates, & c.fœminæ.30.q.5.& ſic capitur in
euãgelio,ubi dicitur, Factæ ſunt nuptiæ in Cana Galileę,
quando Ieſus ibi fecit de aqua uinum. Et hęc ultima expo
ſitio uidetur magis propria & conſentanea uulgo; unde
eſt uulgare quorũdam locorum,ut ibi dicitur le noze; &
ſic ſentit Gaſp.de Cald.ſuper rub.de ſponſa. ¶Secundum
præſuppoſitum eſt,ꝙ uerbum,matrimonium, ſeu cõiugiũ
quandoq; uerificatur in matrimonio contracto ꝑ uerba
5 de præſenti, carnali copula nondum interueniente; † Et
uulgariter dicuntur ſponſalia per uerba de præſenti; &
ſic ſolent nuncupari, muliere nondum ad domum dedu-
cta uiri,ut clariſſimè apparet in c.ſicut ex literis,& pręce
denti de ſponſa.& clarius in c.tertio loco,de præſum.cum
ſi.Quandoque ſolum uerificatur uerbum matrimonij,ſeu
uerbum uxoris,& mariti,in coniugio carnali copula con
ſummato,ut probatur in c.debitum, de biga.in prin.& in
c.ex publico,de conuer.coniug.& elegantius probatur in
c.ſi qs deſpõſata.27.q.2.ubi dr̃.Si qs deſpõſata ſibi,& tra-
dita utat̃,ritè ꝯiugiũ uocat̃. Ad idẽ.c.quaꝑꝑ,ſ.ea.cã.& q.
Vñ ſurgat hæc diuerſitas,ſatis colligi põt ex his, q̃ leg.&
no.ĩ d.c.quaꝑꝑ,ꝑ.d.c.debitũ,& ꝑ gl.ĩ d.c.ex publ.ſępe all.
¶His ꝑſuppoſitis ĩfero ad deciſionẽ qõnis nr̃ę, & hoc mõ.
cũ uerbũ,uxor,& uerbũ,maritus, uerificent̃, & uerificata
reꝑiant̃ poſt mr̃imoniũ ꝯſummatũ,& nõ anteà & maximè
uerbũ,nupta, qđ ꝓpriè adaptat̃ ſaltẽ ad illã, q̃ ſolẽniter
ducit̃;ergo hæc interꝑtatio ſcript. fiẽda eſt ĩ caſu nr̃o. An
tecedẽs.ſ.plenè ꝓbatũ fuit. Cõſequẽs aũt apertiſſimè ſic
ꝓbo. iuſta cã reſtringẽdi ſtatutũ eſt, qñ ſimpl̃r & latè eo
ĩtellecto,qs indebitè lucrũ capet, uel alter dãnũ pateret̃,
Primũ not. ꝓbat̃ ĩ l.ut gradatim.§.ſed & ſi lege, ff.de mu.
& ho.& c.Abbate, de uer.ſig. Scđm ꝓbat̃ ĩ l.ij.& l.adige-
re.§.q̃uis, de iure pat.& l.fi.§.in ꝯputatione, qđ ibi no.C.
de iu.delib.& utrũq; lõge melius, q̃ alibi ꝓbat̃ ĩ c.cũ dile
ctus,de ꝯſue.ibi ꝯſuetudo probata,q̃ iuri cõi nõ ꝑiudicet.
ubi non ſolũ reſtringunt̃ uerba ſtatuti ad intellectũ quo-
dãmõ ex̃neũ, ſed & multũ à lõgè uerbis adaptabile. unde
uerbũ,electio,relatũ ad quoſdã,capit̃ ꝓ cõfirmatione. &
hãc theoricã firmauit ẽt Bar.in l.oẽs ppl̃i,ff.de iuſt.& iu.
¶Ad idẽ,ubicũq; ſtatuta ſunt pęnalia,q̃ ſatis dicunt̃ pęna-
lia,ex quo diminuunt ꝑrimoniũ alicuius,ut not.Io.An.in
d.c.j.de ele.lib.6.uerba debẽt reſtringi, ut nõ capiãt illũ
intellectũ, quẽ caperent ſc̃m latã ſignationẽ uerborũ. hoc
ꝓbat̃ ĩ c.cũ ĩ cũctis,de ele.iũcto.c.ſi ꝯpromiſſarius,eod.ti.
lib.6.& ꝑ Io.An.ĩ reg.odia, de reg.iu.lib.6 ĩ Mercu.facit
qđ ipſe no.ĩ c.ſtatutũ,de ele.lib.6. Sed cũ ĩ caſu nr̃o nõ ſo
lũ diſtributiuè,ſed collectiuè oĩa hæc ſupradicta interue
niãt,ergo debet fieri ꝑdicta reſtrictio, qđ patet. Nã iſte
uir illicitè & nulla iuſta cã exigẽte capet hic medietatẽ
dotiũ,licet mr̃imoniũ nõ ꝯſummauerit, nec ſolẽniter ſpõ
ſam ad domum duxerit.Itẽ hr̃des puellæ paterent̃ graue
dãnũ ex illa larga interpretatione.Itẽ ꝑiudicat̃ iuri cõi,
cũ debeat ſol.mat.dos redire ad mulierẽ ut in c.j.de do.
poſt diuor.reſti.cum multis ſi.& ꝑfato ex ſolo capite de-
beat accõmodari ſtatuto ille intellectus maior,cũ oĩs re-
ceſſus à iure cõi ſit odioſus & iõ reſtringendũ, ut in c.j.&
ij.de fil.pſb.lib.6.& d.c.cũ dilectus.Ad idem notabile di-
ctũ Inn.in c.cũ dilecti,de do.ubi dicit,ꝙ priuilegia inquã
tũ tãgũt iura concedentiũ,latè interpretamur,ut ibi in c.
olim,de uer.ſig.& l.fi.de cõſti.prin.Sed inquãtũ tãgũt iu-
ra aliorũ,ſtrictè, ut in c.ex tuarũ, de autho.& uſu.pal.Et
idẽ Io.An.in d.c.olim;& adduco tex.in l.ij.§.ſi quis à prin
cipe,ff.ne qd in loco publ.Ergo hoc ſtatutũ,cũ ſit tale,ẽt
ſi ſit priuilegiatũ, debet ſtrictè intelligi in ꝑiudiciũ hr̃dũ
puellæ;& maximè ſi conſiderabimus cãm ſtatutũ hoc ual
de odioſum iudicabit̃ ſine cã ſc̃m illũ uagũ intellectũ quo
ad diſparitatẽ inter ſponſum & ſpõſam,ſeu uirũ & mulie-
rẽ,Cũ uiro ꝑmortuo,maximè ante traductionẽ, & cõſum-
mationẽ mr̃imonij nullũ lucrũ cõſequit̃ mulier;nec ſuſti-
nuit uir aliqua onera mr̃imonij,ꝯ profectò mẽtẽ.l.ſi.C.de
do.ante nup.& c.fi.de do.inter uirũ & uxo.¶Scđò princi-
pal̃r in hãc ſñiam me mouet ẽt mẽs ſtatuti, q̃ multifariè
colligit̃. Primò ex principio ipſius,dum dicit: Deceſſerit
ſine filiis,&c.quæ referuntur ad illa uerba: Tꝑe ſui obi-
tus deceſſerit ſine filiis. Qđ patet ex ſe. & theorica Bar.
in l.ex facto,ff.de uul.& pup.ubi dicit,ꝙ qualitas adiecta
in aliqua oratione,intelligitur ſc̃m tp̃s uerbi,cui adiicit̃;
pro hoc gl.no.ĩ c.ſtatutũ, in prin.ĩ uer.canonicus, in fi.q̃
ſic debet intelligi,de reſcrip.lib.6. Ex qbus profectò uer
bis uident̃ ſtatuẽtes de muliere intellexiſſe, quæ erat in
ſtatu & potẽtia ſui obitus faciẽdi filios.Hæc.n.uerba ſine
filiis,&c.includũt in ſe priuationẽ filiorũ,& includũt in ſe
habilitatẽ & potẽtiã actus,ſeu habitudinis filiorũ. Et no-
tabil̃r probat̃ in fi.in l.j.ff.de ſuis & legi.ubi ꝑ Bar.ĩ.uer.
inteſtatus. ſed in caſu nr̃o hæc mulier tꝑe obitus nõ erat
in tali ſtatu & potẽtia, cũ nõ fuiſſet adhuc ducta in domũ
uiri.Ergo clariſſimè patet,ꝙ illa uerba ſtatuti nõ uerificã
tur in ea,maximè cũ ꝑ eã, quominus duceret̃, nõ ſteterit,
ar.c.ſicut ex literis,de ſpõſa. Eſt ẽt aduertẽdũ,ꝙ in oĩbus
addõnib.factis ad illud ſtatutũ ſuꝑ filiorũ cõmemoratio-
ne, ex ꝯiecturis ꝑſumit̃ euidẽter mẽs ſtatuẽti l.licet,ff.de
leg.j. ¶Tertiò põdero principal̃r illa uerba. Ex uiro, cui
nupta eſt,&c. Nam ꝓpriè ſc̃m cõem uſum loquẽdi,q ꝯ̃xit
ſpõſalia ꝑ uerba de p̃nti,ante, q̃ ducat mulierẽ ad domũ
ſuã,nõ dr̃ uir illius mulieris, niſi ex ꝯſuetudine quorũdã
locorũ, ut ꝓbat̃ in c.genuit.27.q.2.ubi dicit Hiero. Cũ
audies,Ioſeph uirũ Mariæ,ſuſpicio tibi nõ ſubeat nuptia
rũ,i.ꝯiunctionis carnalis,ſed recordare ꝯſuetudinis ſcri-
pturarũ,ꝙ ſpõſi uiri,ſpõſæ uocent̃ uxores;& infra apertè
ſentit, ubi ẽt Hiero.ꝙ ꝯ̃hens per uerba de p̃nti,ſicut ꝯ̃xit
beata virgo cũ Ioſeph.propriè dicitur potius ſponſus, q̃
uir, ex quo adhuc non eſt ducta: ſed uocatus fuit Ioſeph
vir ꝑꝑ ꝯſuetudinẽ ſcripturarũ;ꝑ hoc illud.c.ſicut ex lr̃is,
& c.ult.de ſpõ.ubi appellant̃ ſponſalia de p̃nti.Et ꝑ hoc,ꝙ
ante traductionem alter poteſt altero inuito intrare reli-
gionem, & diſſoluere matrimonium, ut ſ.dixi. Ergo non
põt dici ſtrictè uir ſuus,ſ.de proprio ſignificato. Illud tñ
in circũſtantiis eſt uerũ; & hoc uerbum,vir,& mulier, ſę-
pe ponũtur ꝓ eo, q ꝯſummauit mr̃imonium, & maximè
ex cõi noſtri tꝑis ꝯſuetudine; ergo iſte intellectus debet
in aĩo nr̃o reſtringibiliter capi ꝑ ea,quæ ſuperius dixi,&
6 ꝑ reg.odia reſtringi,de reg.iu.li.6.¶†Et qa ſtatuta debẽt
reduci ad ius cõe, quãtum fieri põt,ut probat̃ in c.cũ dile
ctus,de ꝯſue.& l.ij.C.de noxa no.Inn.in c.cãm,q̃,de reſcr.
& Bar.in l.oẽs populi,ff de iuſt.& iu. ¶Itẽ ſtatutũ, dicit,
nupta,& pleniſsimè de hoc uerbo dixi.ſ.in prin. Itẽ dicit
apud maritũ,&c.Sed in multis locis & ſcriptis appellatur
ſpõſus ante,q̃ traducat,& nõ maritus,ut ſ.plenè all.& d.c.
genuit, & maximè attẽta ꝯſuetudine huius ciuitatis, & fe
rè oĩum locorum,in quibus fui, ſc̃m quam appellatur ſpõ
ſus, etiam illa die, qua ſolẽniter duxit in domum, donec
conſummaret matrimonium.Et cõis uſus loquẽdi atten-
dẽdus eſt ẽt in ſtatutis: qa in qualibet diſpõne cõis uſus lo
quẽdi ꝑfertur ꝓpriè ſignificationi uocabuli, ẽt in mate-
ria reſtringibili,ut no.Io.An.ĩ c.fundamẽta,de ele.lib.6.
& Bar.in l.omnes populi,ff.de iuſt.& iu.Inn.in c.olim, de
uerb.ſig.& gl.in c.nonnulli,de reſcrip. Iura hoc proban-
tia non allego: quia copioſè allegant̃ in dictis locis. ¶Vl
timò adduco pulchrum motiuum, quòd elicio ex dictis
Petrus & Cy.principaliter in l.non dubium, C.de legi.
& facit quod ibi not. Baldus,& in l.ſcire,ff.de excuſatio.
tutor.



tutor.& in l.ſi quis ſeruo,C.de furt.& ſer. corrup. & per
Din.in regu.fi.de reg.iur.lib.6.Quod motiuũ tale eſt:Nõ
ſolũ debemus recedere à uerbis legis, & ſeruare mentẽ,
vbi mens expreſſa eſt. ſed ẽt,ubi mens ſeu rõ non eſt in le
ge expreſſa,dũmodo illa rõ præfinita ſit naturalis, & na-
turaliter & cõiter poſſit probari per ſimile.per q̃ ratio-
nẽ,ẽt ſi lex eſſet contraria, contrarium imaginari poſſit;
& notabiliter probari põt per l. ſcire oportet.§. ſufficit,
de excu.tu.dum dicit ibi tex.ex ipſa naturali iuſtitia &c.
Ad idẽ.l.mulier,iuncta gl.ff.ſol.matri.vbi coniecturatur
mens contra ipſius uerba.Ad idem de uerb.ſign. c.intelli
7 gẽtia,& 1.q.1.c.Marchion,& l.ſcire leges,ff.de legi. † Nã
& notabiliter dicit Bal. ſicut homo conſtat non ſolum ex
aĩa,ſed & corpore;ita lex ex mente,ſeu rõne & uerbis; &
uerba ſe habent ut corpus,& ſuperficies.Ratio aũt ſe ha-
bet ut ſpiritus & aĩa;& hæc magis debent reſtringi, quam
ſuperficies uerborũ,ut d.l.ſcire,cũ ſi. Ad coniecturãdum
aũt rationem legis,ubi non eſt expreſſa,debemus cõiectu
rare, propter quid feciſſet,ſeu qua ratione fuiſſet motus
uir ſapiens,cũ talis præſumatur legiſlator. Lex enim dẽt
eſſe rõnabilis.4.diſt.c.erit autẽ;& doctori & iudici data ẽ
poteſtas legem interpretandi.l.vna,C. de profe.qui in ci
uita.Cõſtan.lib.12.no.Inno.in c.cũ ſpeciali,de appel.Sed
certè in caſu noſtro nõ poteſt præſumi, quòd cauſa lucri
fuit affectus cõiugij, ſeu reliquiæ ſponſaliorũ de præſen
ti: quia eadẽ ratione porrexiſſet cõſimile lucrũ ad mulie
rẽ, quia uir & uxor nõ debẽt in iſtis ad imparia iudicari.
c.gaudemus,de diuor. & melius quo ad propoſitũ in c.fi.
de do.poſt diuor.reſti. & l.ulti.§.pe.C.de dona.ante nup.
Nec poſſumus coniecturare, quòd ratio fuerit,quòd uir
eſt caput mulieris.Hæc enim rõ non ſufficit,ut patet in d.
c.fi.& quod not.glo.in l.deo nobis,C.de Epiſ.& cle.nullã
ergo aliã bonam efficacem rõnem poſſumus cõiecturare
in hac diuerſitate inter uirum & uxorem, niſi quia uir in
traducendo ad domũ, & in ſuſtinendo onera matrimonij
facit multas expenſas. Nã ferè expẽdit totã dotẽ in orna
mentis & conuiuio; ita, quòd ſi uellet illa ornamenta uẽ
dere,non reperiret dimidium eius, quod expẽdit. Item
expenſas factas in conuiuio inuſitabili, ſicut à ſimili,nul-
lo modo recuperat maritus. ne vir remaneat in ſumpti-
bus, uoluit ſtatutũ ſibi prouidere in lucro medietatis do
tium;ſic in ſimili ſibi prouidit lex in reſtitutione dotis in
l.alia,ff.ſo.matr.In uxore autẽ ceſſant iſtæ rõnes;merito
ſtatutũ ſibi lucrũ non attulit.Cum ergo hæc & nõ alia ſit
ſtatuti rõnabilis & ſufficiens ratio, non debet habere lo-
cum in caſu noſtro,ubi ceſſat ratio legis.Et licet fortè fe
cerat aliquos ſumptus: non tamen fecit illos exceſſiuos,
qui ſolent fieri in ſolenni traductione. Non enim de mo
dicis eſt curandũ.l.ſcio.ff.de in inte.reſt.& c.1. e.ti. Nã &
ſponſa aliquos ſumptus facit inter conſanguineos, & ſal-
tẽ ad honorandum ſe prima vice: in quo tamen ſtatutum
non uidetur habuiſſe conſiderationẽ. Ex his clariſſimè
infertur ad deciſionẽ huius caſus, ut dictus uir nil lucre-
tur uirtute dicti ſtatuti. Reſtat nunc reſpondere ad pri-
mum & ultimum motiuũ:quia ad alia ſatis patet reſpon-
ſio ex prædictis. Et primò ad l.cũ fuerit.dico enim ut ſu-
prà dixi, quòd uerbum nuptiarum quãdoque uerificatur
in coniugio cõtracto ex ſolo conſenſu:ſed quãdoque nõ,
ut ſuprà plenè probaui. Nã in d. l. cũ fuerit,ideò ſufficit
contrahere per ſolum conſenſum: quia ibi ſumus in teſta
mentis,in quibus fit larga interpretatio,ut in c.cum dile
cti,de don.merito capitur ille largus ſenſus. Sed in caſu
noſtro ſumus in materia ſtricta, merito debet capi alius
intellectus ſtrictior.Nec hoc inuſitatum eſt,ut idẽ uerbũ
aliter ſumatur in materia larga,aliter in materia ſtricta:
imò expreſsè probatur hoc poſſe & debere fieri,in c.cum
dilectus,de conſue.& in c.ſtatutũ,iunctis ibi not.per Ioã.
An.de elec.lib.6.facit quod no.Bart.in l.4.§. ait prætor,
ff.de dam.infec.& hoc quotidie uſitamus. Idem in d.l.cũ
fuerit,fuit ſatisfactum menti ſtatuentium, ut ſuprà dixi.
Reſtat reſpondere ad.l. Deo nobis,C. de Epi. & cler. ad
quam reſpondeo ſimpliciter. Primò,quòd ibi nullo mo-
do colligitur, quòd matrimonium nõ eſſet conſummatũ,
nec ualeat illud,quod poſt conſummationẽ põt cum cõ-
ſenſu alterius,ut c.cũ ſis,& c.uxoratus,& c.ad apoſtolicã,
de cõuer.cõiu.& tali caſu põt intelligi illa lex. Secundò
reſpondeo, & ſubtilius:ibi pactum lucri erat cõe & uiro
& mulieri,ut ibi in tex.& gl. Adeo, quòd ſi fuerit aliqua
diſparitas,reducitur ex diſpoſitione iuris ad paritatẽ,ut
ibi ſecũdum intellectum glo.quo caſu non põt,dici quòd
lucrum ibi deſeratur propter expenſas, uel onera matri
monij:quia non uendicaret ſibi locum in muliere ꝑ præ-
dicta, ſi neceſſariò onus intelligitur propter illã parita-
tẽ, quòd propter affectionẽ matrimonialẽ cedit illud lu
crum.quę affectio accidit ex ſola eſſentia matrimonij,de
conuer.coniu.c. ex publico,de uo.e.ti.lib.6. ideo uẽdica
bat ſibi locũ ante etiã traductionẽ & conſummationem
matrimonij,maximè cum uterque poſſit ibi eſſe in lucro
& damno;& ſic eadem iuris diſpoſitio. Ita eſt in caſu no-
ſtro:quia ceſſat ratio ſtatuti, ceſſare debet ſtatuti diſpoſi
tio,iuribus uulgatis.Vide bo.glo.in ſimili in replicatio-
ne doli,quæ quandoque conceditur: quãdoque negatur,
eadem ratione remanente ſemper,ut not.in c. dilecte,de
except.Ad.l.non ſine,C.de bo.quæ lib. quòd non obſtat;
quia loquitur in diſpoſitione fauorabili, ſecus in odio-
ſa,ut ibi cõiter not.& maximè Bald.qui uidetur contra-
riari his,qui ſenſit.in d.l.Deo nobis.Et profectò omni af
fectione ceſſante,hanc partem puto ueriſſimam. Nec mo
uere debet iudicem in contrarium aliquorum fortè ſin-
gulorum opinio; quia aut in terminis eorum non concur
runt omnia prædicta, aut tanquam euidenter reprobata
per prædicta,non eſt ſequenda, quandoque eſt euidenter
falſa,uel probabilibus rationibus poteſt conuinci,ut bo-
nus iudex acutiſſimi ingenij æſtimabit ſecundùm cõſi. de
ferijs.c.capellanus; alleg.ad hoc tex.not. in l.1.§.ſed ne-
que ex multitudine,C.de uete.iur.enu.Et hæc ſufficiant
Laus Deo.

## CONSILII SEQVENTIS ARGVMENTVM.

DVM *eſſet materia quæſtionis inter quendam dominum Ioã
nem ex una parte, & quendam Gulielmum de Caſtellionis occa-
ſione mutui ex alia parte, tandem inſtante* Poteſtate *dicti loci,
compromiſerunt in quendam Gaſparem tanquam arbitratorem
& amicabilem compoſitorem;qui illicò in palatio* Poteſtatis, *ubi
factum fuit compromiſſum, auditis petitionibus dicti domini* Ioã
*nis actoris, & reſponſione dicti Gulielmi, & quibuſdam eorũ iu-
ribus, promulgauit arbitramentum & laudum condemnans di-
ctum Gulielmum ad ſoluẽdum dicto domino* Ioanni Florenos 15.
*in alijs uerò abſoluit eum ab impetitione dicti do.* Ioannis. *qui do
minus* Io. *Statim ante, quàm exiret de palatio approbauit dictũ
laudum. poſt determinatum officium dicti domini* Poteſtatis *do-
minus* Ioannes *proclamauit, petendo illud arbitrium reduci ad æ-
quitatem boni uiri, dicens ſe enormiter læſum,cum deberet habere
à dicto Gulielmo longè maiorem quantitatem.*Dicebat etiam *non
ſibi obſtare illam probationem & homologationem arbitramen-
ti:quia ipſam fecerat per impreſſionem domini* Poteſtatis, *qui in-
iunxit ei, ut nullo modo exiret palatium,niſi approbaret dictum
arbitramentum: quia* Poteſtas *erat terribilis contra ſibi reſiſten
tes.* Dictus *uerò Gulielmus ſic prouocatus reſpondit, quòd totum*

*laudum erat iniquum & iniuſtum, cum in nullo teneretur dicto domino Ioã. vnde petebat totum laudum annullari & cancellari, &c. Venerunt tandem ad probationem pro parte domini Ioannis fuerunt producti duo teſtes ſuper mutuo, & duo poſt terminum: qui tamen iurauerunt intra terminum datum ad probandum. Primi duo depoſuerunt ſuper confeßione facta de dicto mutuo à dicto Gulielmo: fuerunt tamen ſingulares in depoſitionibus ſuis, quas deponebant ſuper diuerſis confeßionibus. Alij uerò duo teſtes ſatis uidebantur probare præceptum Poteſtatis dicto domino Ioãni factum modo prædicto. Pro parte uerò Gulielmi fuerunt producti aliqui teſtes, qui etiam fuerunt ſingulares in dictis ſuis, deponentes ſuper confeßione dicti Ioannis, qui multas & certas quãtitates pecuniarum receperat pro reſtitutione, à dicto Gulielmo &c. Quærebatur, quæ eſſent partes iudicis in hoc caſu.*

## CONSILIVM II.

1 *Petitio reductionis ad arbitrium boni uiri, eſt quaſi quædam appellatio.*

2 *Reductionem ex iniquitate petens, ipſam iniquitatem probare habet.*

3 *Iudex, ad quem, ſi inſpectis actis antiquis, uel nouis, non uidet ſententiam iuſtificari, debet illam retractare.*

CHriſti, eiuſque matris nominibus inuocatis, conſului, quòd iudex deberet retractare & annullare totum laudum & arbitramentum, & declarare dictum Gulielmum in nullo teneri dicto domino Ioanni, ac imponere ſibi ſilẽtium, & abſoluere dictum Gulielmum ab impetitione illius, & condẽnare illũ in expenſis factis in hac cauſa. Et quãquã hoc nudũ conſilium debuiſſet ſufficere, cũ peteretur à iudice, & ſic eſſet deciſiuum, & non à partibus, ſicut obſeruatur in ſententia ferenda iuxta conſilium doct. in c. ſicut, de re iud. per Io. And. in addi. in titu. de ſen. pro la §. qualiter, uerſ. cæterũ Et no. quòd conſiliarij; ne tamen fortaſſe ex conſilij nuditate aliquorum animus in ſcandalum aggrauaretur, aliqua breuiter animum meum ad hoc iudicium mouentia iſſerui; Et pro fundamento euidentiali præmitto
1 plura. † Primò, quòd petitio reductionis ad arbitriũ boni uiri, eſt quaſi quædã appellatio. l. 1. C. de arbi. cum ibi not. tamen tollit præſumptionem laudi, ut in ſimili not. in appellatione ab excõmunicatione, quæ licet non ſuſpẽdat excommunicationem, ut c. paſtoralis, de appel. ſuſpẽdit tamen præſumptionẽ iuſtitię & proceſſus, & deuoluit cauſam ad ſuperiorem, ut no. Inno. in c. bonæ, el' 1. de elc. & in c. quoniam contra, de proba. facit quod not glo. in c.
2 ad reprimendã, de offi. ordi. Itẽ etiam præmitto, † quòd petens reductionẽ ex iniquitate, habet probare ipſam iniquitatẽ, & grauamen; quã iniquitatẽ, ſeu grauamen probare poteſt aut ex antiquis actis, aut ex nouis, iuxta tamẽ diſtinctionẽ Bar. ĩ l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorũ, ff. pro ſocio, & perfectius in conſi. 275. & in Spe. de arbi. § ulti. uer. ſed nunquid; & uide Io. And. in addi. Spec. eod. tit. §. præalle. uer. item, quid ſi cõpromiſſum, & per Ant. But. in c. Quintauallis, de iureiurã. Non tamen eſt, quia ex eo præſumatur multum pro dicto arbitratoris iuxta no. in c. poſt ceſſionem, de prob. ſed quia hæc eſt intentio actoris petẽtis laudum reſcindi. Tertiò premitto, quòd licet appellatus, qui ſententiam approbauit, non poſſit ex ſua perſona petere confirmationẽ ſententiæ, de re. iu. c. quod ad conſultationem; tamen ſi appellans inſtat contra ſententiam, poteſt appellatus petere, ut illi ſententię addatur, uel detrahatur, & ſic, uel aliter informetur; quia appellatio, licet ab una parte interpoſita, ſuſpẽdat totã ſententiã. l. 1. ff. ad Turpil. & c. ueniẽtes, de iure iur. cũ ſi. unde ex perſona alterius conſequitur appellatus, quod ex perſona ſua conſequi non poſſet; & ſimile habetur in c. autho. Martini, de conceſ. præben. lib. 6. & in l. petendæ, C. de temp. in integ. reſti. Ad prędicta facit. ca. Raynutius, & c. Raynaldus, de teſta. & l. omnem honorem, C. quando prouo. non eſt neceſ. Et hanc concluſionẽ notabilem tenent do. de Ro. deci. 358. & ſic dicũt in curia fuiſſe obtentũ. Sequitur Ant. de But. in c. cum Ioannes, in fi. de fide inſtr. Et pro hoc facit, quia iudex appellationis ſuccedit loco iudicis, à quo; & ſic debet facere totũ id, quod facere poterat, & debebat iudex, à quo; bonus tex. in c. cũ cauſa, de ſen. & re iud.
3 Quartò præmitto, † quòd ſi iudex, ad quẽ, inſpectis actis antiquis, uel nouis, non uidet ſententiam iuſtificari, debet illã retractare, in c. cum ad ſedẽ, de reſti. ſpo. No. doct. in c. in præſentia, de renun. & no. in l. per hãc. C. de tẽp. app. His præmiſſis infero ad deciſionẽ præſentis materiæ. Cũ enim ex deductis nunc in iſto iudicio reclamationis clarè conſtitit dictum dominum Ioannem nõ habere plenã probationem ſuper mutuo, cum teſtes fuiſſẽt ſingulares, quibus fides non adhibetur, ut in c. cum dilecti, de elect. & c. licet, de proba. maximè inſpectis probationibus alterius partis, infertur dictum arbitrum, ſeu arbitratorẽ iniuſtè & iniquè condemnaſſe dictum Gulielmum in Florenos 15. Iudex ergo prouocationis, qui ſuccedit loco arbitri, ſeu arbitratoris, debet dictum Gulielmum in totum abſoluere à petitione illius actoris, ſicut à principio debuiſſet feciſſe ille arbiter. Ad hoc quod no. ĩ d. §. arbitrorũ, & d. c. cum ad ſedẽ; facit quod no. Bart. in l. 1. ff. de leg. 3. & Inn. in c. ſtatutum, de reſcrip. li. 6. & olim incipiebat, præſenti. ubi ſingulariter dicunt, quòd ab iſto iudice reclamationis non põt appellari, ſicut nec à bono uiro, cũ ſuccedit loco illius. Nec obſtat, ſi dicatur iſtũ Gulielmũ approbaſſe laudũ latum; quia uidetur approbaſſe, inquantum alia pars uoluerit approbare & admittere ſuam approbationem; ſicut in ſimili no. gl. in c. 3. de eo, qui mit. in poſ. & ſicut ſuprà dixi in appellato, qui cõſequitur ex perſona alterius, quod ex propria perſona conſequi non poteſt. Item facit, quia partes aſſumpſerunt diſputationem de iniuſtitia & de iniquitate totius laudi, & conſtitit eoipſo, quòd claruit Ioanni prædicto ius non competere; ergo iudex debet totum laudum retractare; ſicut in ſimili not. dicit Inn. in c. cum dilecti, de elec. & c. cum Bertoldus, de re iud. ubi uult idem in ſententia, quæ tranſiuit in rẽ iudicatam. Poteſt etiam dici, quòd illa diſpoſitio teſtiũ facta extra terminum datum ad probandum non ualuerit, ex quo intra terminum non adhibuerit aliquam ſolicitudinem, ut teſtes examinarentur. Et notabiliter dicit Bar. reprobando But. in d. l. damni. §. Sabini, ff. de dam. infe. & facit quod no. domini de Ro. deci. 7. & ita tenui ſcribẽdo in c. licet, de proba. ubi plenius hoc proſequor; & hæc ſufficiant, ut prius dixi, & hoc ſit conſilium deciſiuum, & ſic quaſi ſententia, &c. Laus Deo omnipotenti.

## CONSILIVM III.

1 *Vtilitas communis clericorum ubicunque uerſatur, onus debet eſſe utriuſque commune.*

2 *Bona eccleſiarum ſunt deputata publico uſui ſpiritualis.*

CAſus, ſuper quo conſilium petitur, talis eſt. Quidam potens dominus ad petitionẽ quorundam ſubditorum ſuorum decreuit ædificare ſeu conſtrui, & ædificari facere muros in quadã uilla poſita in ſuo territorio pro tuitione hominum ibidem habitantium, ſeu habitare uolẽtium, ut tutius poſſint ibidem degere propter hoſtiles incurſus. Veruntamen cum quoddam ſolenne monaſterium habeat ibidẽ certas poſſeſſiones & domus, quę coluntur & habitantur per homines dictæ uillæ, inſtat dominus, maximè ad poſtulationẽ habitantiũ in dicta uilla, quatenus monaſterium debeat pro rata contribuere ad ſumptus faciẽdos in ædificationem dictorum murorum. Reſiſtit monaſterium allegans immunitatem eccleſiaſticam diuino iure & humano conceſſam. Quæritur quid iuris? Poſtulato prius diuino ſuffragio, de cuius honore agitur, videtur primò dictũ mo-
1 naſterium pro rata teneri. † Vbicunque enim communis utilitas clericorum & laicorum uerſatur, onus debet eſſe utriuſque cõmune; ad hoc tex. in c. peruenit, de immu. eccle. vbi uiri eccleſiaſtici ſubeunt cuſtodias murorũ contra inimicos, ſicut illi laici, quatenus, cũctis uigilantibus, melius ualeat ciuitatis cuſtodia procurari, ut dicit text. in d. c. peruenit. Si ergo tenentur ad onera perſonalia, inſtante communi utilitate, fortius ad realia, cum facilius excuſentur clerici à perſonalibus, quàm realibus, cum inprimis retrahantur à diuinis officijs, ar. 33. q. 8. c. reprehenſibile, & in l. placet, C. de ſac. ſan. eccle. Secundò notãter inducitur. l. ad inſtructiones, C. eo. ti. vbi dicit text. ꝙ ad inſtructionẽ itinerũ, uel pontium, etiã uenerabiles domus, ſeu eccleſiæ tenentur; pari ratione debent teneri ad ædificationem murorum, cum utrinque uerſetur utilitas publica, & pietas. Ergo pauperes ibidem degentes; quòd tenuerunt quidam, ut refert ibi Cy. Tertiò facit. l. ad portus, C. de ope. publi. vbi expreſsè cauetur de murorũ ædificatione & reparatione; & ſubijcitur neminem excuſandum fore dignitatis priuilegio. Quartò redditur ratio. Certum eſt bona eccleſiarum expoſita fore pietati pauperum tamen communi; unde pro alendis pauperibus eiuſdem, ab impreſſionibus defendendis, & captiuis redimendis, etiam ipſarum rerum eccleſiaſticarum dominia exponi & alienari poſſunt, ut in c. aurũ, & in c. ſacrorum. 12. q. 2. & ibi de hoc in ſumma. Sed in caſu noſtro agitur, ut pauperes ibidẽ degentes eripiantur & ſubleuentur, ut non captiuentur. Ergo eccleſiæ non debent eſſe immunes ab oppreſſionibus tyrannorum & inimicorum, & tunc, ut non captiuentur. Ergo eccleſiæ non debent eſſe immunes ab alijs collationibus. Et hanc opi. ſenſerunt quidã Mod. in c. non minus, de immu. eccle. poſt gl. & ibi Hoſt. qui uidetur ibi glo. ſequi; quæ tamen non loquitur expreſsè in ædificatione murorum. Ipſe tamen Hoſt. contrariũ apertè tenuit in ſumma, ut ſubijciam in his, quæ primo adduco. Sed his non obſtantibus contrariam ſententiam arbitror ueriorem, quã probabo pluribus rationibus, & ſummorum doctorũ authoritatibus. Et primo adduco. c. non minus, præall. ubi tractatur de foſſatis faciendis, quæ profecto concernunt cuſtodiã ciuitatis, & tàm utilitatem publicam clericorum, quàm laicorum; & tamen deciditur, quòd à clericis non debet exigi aliqua contributio; imò prohibetur ſub anathematis diſtrictione, niſi Epiſcopus tàm neceſſitatem quàm utilitatem inſpexerit, & ſine aliqua coactione ad releuandas communes utilitates, uel neceſſitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias æſtimet offerenda. Et põdera illud uerbum, communes utilitates, &c. iuncto. c. aduerſus, e. ti. Ex quo patet, quòd etiam imminente cõmuni utilitate clericorum & laicorũ, non tenentur clerici aliquid conferre, niſi ſponte uelint, approbãte Epiſcopo & clero, & ubi laicorum non ſuppetunt facultates; & hodie per c. aduerſus, præal. non poſſunt clerici in caſu prædicto ſponte ſoluere, Romano Pontifice inconſulto. Et fuit illud ſancitum propter quorundam imprudentiam, ſæpe allegãtium talem neceſſitatem, uel utilitatem. Secundò ad idem adducitur tex. no. in auth. item nulla communitas, C. de epiſc. & cle. ubi generaliter prohibetur, ne quis audeat ab eccleſijs exigere collectas, exactiones, angarias, uel perangarias; quæ omnia propter publicam utilitatem in defenſionem reipublicæ, in quà includitur utilitas laicorũ, & clericorum, exiguntur. Ad idem etiam. c. 1. de immu. eccle. lib. 6. & c. quãquã pœna, eo. ti. & cle. præſenti, eo. tit. & c. fi. de uita & hone. cle. & l. placet, C. de ſacroſan eccle l. 2. C. de epiſ. & cler. 16. q. 1. c. generaliter, cum infinitis ſimilibus, quæ eximunt eccleſias & ipſarum bona ab omnibus collectis, gabellis, exactionibus, & ſimilibus. Proba-
2 tur quartò hac ratione, † bona eccleſiarũ ſunt deputata publico uſui ſpirituali. 12. q. 1. c. uidentes. 16. q. 1. c. quoniã, de præben. c. ratio. & d. l. placet. hoc dicit tex. in c. nulli liceat. 12. q. ſi. quòd omne id, quod eccleſiæ cõſecratur, ſiue fuit animal, ſiue ager, ſanctum ſanctorum efficitur, & ad ius pertinet ſacerdotũ. Non ergo debent mundano uſui & publico deſeruire; quia ſemel Deo dicatum, ad humanos uſus amplius transferri non debet, ut regula, ſemel Deo dicatum, de regu. iur. lib. 6. Ius enim publicum etiam conſiſtit in ſacerdotibus. 1. di. c. ius publicum. Laici ergo cum ſint mundani, & principaliter habent utilitatẽ ex re publica mundana, debent ſubire onera reipublicæ mundanæ; bona uerò eccleſiarũ, quę ſunt Dei debent deſeruire reipublicæ ſpũali. Simile uidemus in perſonis. Nã milites ſeculares militant mundo; milites uerò cœleſtes militãt Deo. Et ſic illi in temporalibus, iſti in ſpũalibus, ut in c. reprehenſibile, & c. quo caſu 23. qõ. ulti. Rectè ergo dixit text. in d. c. non minus, quòd quandiu laicorũ facultates ſuppetunt, ẽt ſponte, non debet eccleſia aliquid elargiri, niſi ſubtrahantur bona uſui ſpũali. Hinc no. tex. in cle. quia cõtingit, de relig. do. dicit, quòd deputata certo uſui largitione fidelium, non debent deputari ad aliũ uſum, authoritate Romani Pontificis duntaxat excepta. Hinc text. in d. c. non minus, hæc onera publica dicit eſſe laicorum, ut patet ibi; Iſti uerò onera publica ſua, &c. licet in ſequentibus tractent de cõmuni neceſſitate, uel utilitate. Sed dixit illa laicorum; quia eis incumbunt rationibus prædictis, licet quidã & malè ĩtelligat illũ tex. per illud uerbũ, ſua, &c. quòd loquatur de neceſſitate laicorũ duntaxat; quod profecto nõ eſt uerum, & cũ non replicauit poſtmodũ de laicis; ſed dicit de cõmunibus; & idem dicit in dict. c. aduerſus, & maximè de propria, ubi dicit, quòd ſua intereſt prouidere cõmunibus utilitatibus. Intelligit ergo de utilitate clericorum & laicorum. Hãc ẽt ſententiã probat cõmunis theorica doctorũ utriuſque iuris, de qua per canoniſtas in c. fin. de ui. & ho. cle. & in c. 1. de immu. eccl. lib. 6. in cle. præſenti, de cenſi. per Ioan. de Lig. per Bar. in l. reſcripto, ff. de mune. & hono. & in l. placet, C. de ſac. ſan. eccle. & in conſimilibus locis. Dicunt enim, quòd bona eccleſiarum non tenentur ad aliqua onera mundana, niſi prius fuiſſent facta tributaria, ſeu cenſualia ante, quã ueniſſent ad eccleſiã; ita, quòd ſoluiſſent certum tributum, uel cenſum. Aliter autẽ non tenentur, quãquã priores poſſeſſores prius ſoluiſſent tempore neceſſitatis, uel utilitatis aliquas collectas, uel actiones; ad hoc multa iura ſuperius alleg. Hanc ſententiam præcisè quo ad caſum noſtrum, ſcilicet in refectione murorum, tenet gloſſator ſubtilis in decre. 16. q. 1. c. generaliter. §. nouarum. ubi expreſsè dicit glo. per d. l. ad inſtructiones. Idem apertiſſimè uoluit ille iuris canonici ſpeculum Io. An. in d. c. non minus, ſuper glo. ubi dicit, quòd clerici nõ tenentur; quia nulla lege Digeſtorũ, nec Codic. nec ulla

legis authoritate potuit reſtringi eccleſiarum immuni-
tas. Hanc eandem ſententiam ſe u:us eſt gloſſator iuris
ciuilis clariſſimus in d.l.ad inſtructiones,ubi firmauit ec
cleſias non teneri ad refectionem, uel conſtructionẽ mu-
rorum. Idẽ ibi Bar.iuris ciuilis illuminator,dicẽs,quòd
d.l.ad inſtructiones,in parte corrigitur per authen. item
nulla communitas,præall. Diſtinguit onera realia,& ea,
quæ imponuntur perſonis pro rebus propter bona,ut ad
prima teneantur eccleſiæ;ad ſecunda non. Vnde pro refe
ctione pontium & murorum onera imponuntur perſonis
pro rebus. Nullo enim iure cauetur poſſeſſiones ad hæc
onera obligatas fore.Quid plura?ipſemet Hoſt.correxiſ
ſe uidetur opinionem ſuam,quam tenebat in c.nõ minus,
nouiſſimè in ſumma ſua tit. de immu. eccle. §. à quibus,
uerſic. ad extraordinaria. ubi dicit,quòd hodie eccleſiæ
ſint immunes ab omnibus iſtis oneribus concernentibus
ſiue publicam utilitatem,ſiue priuatam per dictam auth.
item nulla communitas,cum ſimili.Et ſic quòd hodiè nõ
procedit ex toto diſpoſitio.d.l.ad inſtructiones, & ſic in-
cidit cum opi.Bar. Multi etiã alij doctores antiqui hanc
opinionem ſecuti ſunt, de quibus non curo, cum in hanc
ſententiam habeamus iuris illuminatores,ut gloſſatores
utriuſque iuris,& Io.And.& Hoſti.& Bar.Quis ergo au-
deret oppoſitum conſulere,maximè contra religionem,
cum non modica ſit ratio,quæ pro religione facit.l. ſunt
perſonæ,de religi.& ſump. fu. Et profectò ſi quis ponde-
ret gloſſ.d.c.non minus,non ſentit opi.in principio addu
ctam;imò contra ſentire uidetur.Nam illa glo.eſt poſita
ibi,ſuper caſu excepto, quando epiſcopus & clerus inſpe
xerint neceſſitatem,uel utilitatem communem,& laico-
rum facultates non ſuppetunt;& tũc abſque ulla coactio
ne poſſunt elargiri.Vnde glo.uoluit ibi potius exemplifi
care de utilitate,uel neceſſitate communi,quã ponere ca
ſum exceptum à diſpoſitione illius.c. Et ſatis patet,dum
dicit;conferre enim debent,&c.Et ſic per uerbum,enim,
continuat ſe ad tex. Si enim uoluiſſet ponere caſum exce
ptum,dixiſſet;conferre tamen debet; uel per uerba ſimi-
lia fuiſſet locutus.Et quicquid ſenſerit, ſatis hæc opinio
ſupra recitata fulcita eſt iuribus,rationibus, & authori-
tatibus.Quare concludo dictum monaſterium ad hęc o-
nera ſubeunda teneri non debere, niſi ſeruaretur diſpoſi
tio illius.c.nõ minus, ſcilicet Romano Pontifice prius cõ
ſulto,ut dicitur in d.c. aduerſus. Et ſic ſeruatũ fuit aliàs
facta commiſſione excellenti utriuſque iuris doctori do
mino Anto.de Roſellis, & mihi per potentes dños prio-
res communis Senarũ proprie in quæſtione facti,quę uer
ſabatur cum magnifico & deuotiſſimo monaſterio ſanctæ
Mariæ montis Oliueti,& clauſula, licet nudo uerbo, &
ſuccinctè tunc fecerimus relationem. Non obſtant huic
concluſioni contraria ſuperius formata.Et primò reſpon
deo ad c.peruenit.habet enim uarios intellectus. Primò
enim intelligitur in terris in temporalibus eccleſiæ ſub-
iectis.Secundò intelligitur ſecundũ illa tempora,in qui-
bus illa ciuitas Trecen. opprimebatur ab infidelibus, &
imminebat timor ſubitaneus & improuiſus,ut ibi no.In-
no. Item etiam intelligitur de clericis,qui non ſunt à di-
uinis ſubtrahendi.23.q.8.c. reprehenſibile, ſed de homi
nibus eccleſiæ,qui aliàs gaudẽt dicta immunitate.l.2. C.
de epiſ.& cleri.12.q.2.c.eccleſiarum ſeruos, niſi eſſet ne-
ceſſitas urgentiſſima,ut no.Hoſtien.in ſumma,eo.ti.in d.
§.à quibus,uer.uerè etiam perſonalia. Itẽ quartò non lo
quitur de fructibus & bonis diſtrahendis,ſed de quadam
cuſtodia ad neceſſariam tuitionem ciuitatis, quæ immi-
net in caſu noſtro.Item præſumpto,quòd ſic eſſet magna
neceſſitas,debet obſeruari tenor.c.non minus,& c. aduer
ſus, cum nullum ſubſit periculum in conſulendo Roma-
num Pontificem. Ad l.ad inſtructiones, allegatam ſatis
ſuprà eſt reſponſum.Et l.portus,non ob.quia non loqui-
tur de eccleſia,ut ſatis uoluit glo.in d.l. ad inſtructiones.
Item illa.l. ſecundum unam ſolutionem ibi datam in gl.
poteſt induci pro hac opinione noſtra,cũ dicit, quòd gra
duati propter bonum publicum quod fouent, ſunt ab il-
lis oneribus priuilegiati; fortè debẽt eſſe exemptæ eccle
ſiæ propter bonum publicũ ſpirituale, & per alias rõnes
ſuperius allegatas.Ad quartum motiuum reſpondeo,qđ
procedunt pro redimendis captiuis, uel pauperibus alen
dis; in quibus caſibus eccleſia ſua bona diſtribuit; ſecus
hoc caſu,ubi eccleſiæ nulla peruenit utilitas,& dominus
caſtri recipiet totum commodum. Qui enim ſentit com
modum,ſentire debet & onus,ut in regula,qui ſentit, de
regu.iur. lib.6. Item non debent ſubtrahi cultui diuino,
& pauperibus,ac alijs religioſis ſumptus neceſſarij, ut ex
pendatur in cauſam non ſic neceſſariam, & ubi non ita di
rectè fauetur pietati;& ſi neceſſitas maximè prætẽditur,
ſeruetur,quod habetur in c.non minus,& c.aduerſus. Vi-
deo enim, quod eccleſiæ non tenentur ſubuenire domi-
nis temporalibus,niſi inquantum uelint;& ſic cultus diui
nus in nullo alteretur,ut in d.l.placet, & auth. item nul-
la communitas. fortius non tenetur contribuere ad ædifi
cationem murorum. Vlterius me non extendo,cum reli
gionis fauor, tantorum uirorum clariſſimorum authori
tate fulcitus,ſatis abundè in hoc ſe ſuppetere uidetur,ad
indiuiduæ trinitatis laudem,amen. Laus Deo.

## CONSILIVM IIII.

1 *Voluntas coacta in malefactis à peccato non excuſat.*
2 *Communitas excommunicata per metum,an incidat in pœnam excommunicationis.*
3 *Papa Marcellinus fuit depoſitus,quia idolis ſacrificauit, quamuis coactus metu gentilium.*
4 *Metus magis excuſat mulierem, quàm uirum.*

FActi contingentia talis eſt. Quædam mulier
accuſata de adulterio à uiro ſuo ad lu-
crandam dotem,& diuortium quo ad torum fa
ciendum;mulier tanquàm prægnans ab alio,conuicta, al
legat uiolentiam ſibi à quodam uiro in magiſtratu in lo
co abſtinentiæ illatam, & eã ex coniecturis ſufficientibus
probat. Quæritur, an ex hoc debeat euitare pœnam le-
1 gis?Et uidetur primò,quod non; † quia coacta uolũtas in
malefactis non excuſat à peccato,nec rurſus à pœna pec-
cati.2.q.1.c.in primis.23.q.6.c.item ne.vbi dicitur,quòd
quis debet potius omnia mala pati,quàm malo conſenti-
re. Ratio huius dicti eſt, quòd ius conditionale nõ tollit
conſenſum.c.maiores,de baptiſ.& c.meritò 15.q.1. & l.ſi
mulier,ff.quod met. cau. Secundò hoc probatur à ſimili
2 in c.in ſacris,quod met. cau. † ubi communitas excõmu-
nicata per metum incidit in pœnam excommunicationis;
ſicut ille,qui cõmunicat ſponte. Redditur ratio ibi;quia
licet metus culpã attenuet,eã tamen prorſus non exclu-
3 dit.Tertiò inducitur.c.nũc autem.22. diſt. † vbi patet Pa
pam Marcellinum fuiſſe depoſitum; quia idolis thurifi-
cauit,licet Gentilium metu inductus feciſſet. Cum ergo
hæc mulier,de qua quæritur,alterius libidini ſe proſtra-
uerit,& ſic mariti torum uiolauerit, non debet propter
metum uindictam euadere per iura ſuperius allegata, &
multa alia,quæ breuitatis cauſa omittuntur. Sed his,nõ
obſtantibus contrariam, ſententiam arbitror de iure ue-
riorem infraſcriptis rationibus motus, & multorum au-
thoritatibus.



thoritatibus.Aut enim hæc mulier uim pręciſa paſſa fuit;
& in dubio dicendum,ꝙ pœnam pati non debet;quinimò
nec ullam peccati maculã contraxit; imò ex cordis caſti-
tate meretur,niſi probetur contrarium.22. q.5. c.1. & 2.
& in d.c.in ſacris,uiolentia ſeu metus fuit conditionalis.
Et dico,ꝙ licet aliquod peccatum contraxit, & pœniten
tia digna ſit,quia ad minus affuit aliqualis conſenſus; ta-
men pœnam adulterij pati non debet;& ſic nõ debet pri-
uari dote,& cõſortio mariti,cum ſit adulterij pœna. hoc
probatur expreſsè in l.uim paſſam, & in l.uxor.§.ſi quis
planè,ff.de adul.& l.fideliſſima,C.eo.ti.& l.1.§. remoue-
ri,ff.de poſthu.Et ratio eſt; quia adulterium reſpectu le-
gis non admittitur ſine dolo,licet fuerit ſeu interuenerit
aliqualis culpa,ut no.probatur in l.pe.ff.de adul. tex.iun
cta glo.ſi.34.q.2.in lectum,& 15.q.1.inebriauerunt. Et iura
procedunt etiam in metu cõditionali, ut apertiſſimè uo
luit glo.ſeu ſentit in duobus locis.32.q.5.c. propoſito,a-
liàs incipit; Lucretiam. Pro hoc,quia dolus eſt callidi-
tas,uel machinatio ad circunueniendum,&c.l.1.ff. de do
lo,quæ etiam ceſſant interueniente metu,licet conditio-
4 nali. Et aduertendum, † quòd timor ſeu metus magis ex
cuſat mulierem,quàm uirum, propter ipſius imbecillita
tem,ut dicit glo no.in c.cum locum,de ſpon. Nam arbi-
tratur,quòd non ſolum metus illatus per illum uirũ ha-
beat excuſare mulierem à pœna adulterij, ſed etiam pu-
dor & uerecundia quædam, in quam incidere timuit mu
lier in clamando,cum uideretur, ſed maximè noctis tem
pore à uiro præſertim poterit occidi. Ratio,quia ibi ceſ
ſat dolus, qui requiritur ad incurrendam pœnam adulte
rij,ut ſuprà dixi.hoc ualde not.probatur in c. propoſito.
§.Lucretiam,præalle.iuncta gl.cum ueritas facti contin-
gat. Nam illa Lucretia nobilis & pudica in vrbe Roma-
na propter hanc ignominiam & confuſionem uitandã ex
poſuit ſe libidini filij Tarquini regis;nec adultera fuit iu
dicata ab Auguſtino uiro ſanctiſſimo & doctiſſimo; imò
de caſtitate mentis commendata,ut ibi intelligit gl.& be
ne. Quòd licet quo ad Deum non fuerit immaculata ab
adulterio per iura ſuperius in princ. allegata; tamẽ quo
ad pœnam legis fuit ab adulterio excuſata, cum non com
mittatur ſine dolo,ut ſuperius dixi. Concludo ergo iſtã
materiam, nõ debere eam pati ſubſcriptam pœnam adul
terij. Ad iura in cõtrarium allegata poſſet multipliciter
reſponderi. Sed unica reſponſio generalis ad omnia ſuffi
cit, dicendo, quòd ubi ad incurrendam pœnam requiri-
tur dolus,nõ ſufficit culpa.l.1.C.ad l.Corne.de ſica.not.
in l.in actionibus,ff.de in lit. iur. & inſti.de ſuſpec. tut.§.
ſuſpectus,& l.quod Nerua,ff.depoſi.Ad incurrendam au
tem pœnam adulterij requiritur dolus;qui excluditur ꝑ
metum,ut ſuprà pleniſſimè probatum eſt. Et ita uidetur
firmare Bar.in l.quod Nerua,præallega.& etiam quo ad
pœnam pecuniariã lata culpa non æquiparatur dolo,ubi
lex expreſsè requirit dolum;& idem gloſſ.no.in l.magna
negligentia,ff.de uerbo.ſigni.Et licet hic non agatur cri-
minaliter ad pœnam adulterij; ex quo tamen agitur ad
pœnam,non ſufficit illa culpa ſine dolo, præſertim cum
hic agatur ad grauem pœnam,ut ſcilicet perdat patrimo
nium ſuum.Dos enim mulierum cenſetur patrimonium.
l.4.ff.de mino.& ut ſeparetur à uiro, & ſic priuetur iure
petendi debitum coniugale,& uires alimentales paſſiuè,
quod quàm graue ſit, quilibet diſcernere poteſt. Et hæc
ſufficiant, &c.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

SEMPRONIVS *quandam domum ſuam locauit* Titio *pro
tempore annorum octo,conſtituta penſione ſex* Flore.*in anno. immediatè poſt dictam locationem uendidit dictam domum* Titio *cõductori pro pretio centum* Floren. *auri; quod quidem pretium à dicto* Titio *emptore habuiſſe confeſſus fuit, non ſub ſpe futuræ numerationis,& renũciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ.* Poſt *hæc dictus* Titius *emptor non obſtante confeſſione prædicta ſuper receptione pretij facta per* Sempronium *uenditorem,fecit & conſtituit ſe principalem debitorem & pagatorem dicto* Sempronio *uenditori in dictis centũ* Floren.*auri pro pretio dictæ domus,quos centum* Florenos *auri dictus* Titius *promittit dare & ſoluere ad terminum octo annorum, & interim promiſit anno quolibet ſex* Florenos *auri nomine penſionis ſecundum pactum locationis prædictæ cum pacto, quòd ſi dictus* Titius *aliquam partem dictorũ centum* Florenorum *offerret dicto* Sempronio, *ipſe* Sempronius *deberet illam partem recipere, & pro parte minuere penſionem dictorum ſex* Florenorum. *Accidit,quòd intra tempus octo annorũ nulla pars dictorum centum* Florenorum *fuit ſoluta dicto* Sempronio *per dictum* Titium; *ſed ſoluit ſibi ſex* Florenos. *dicto termino octo annorum elapſo,* Sempronius *agit contra* Titium *ad ſolutionem & exactionem dictorum centum* Floren. Titius *ipſe allegat, & dicit iam ſoluiſſe.48.*Florenos, *et offert ſe paratum ſoluere* Florenos.*52.pro reſiduo dictæ quantitatis; ſcilicet dicens ſe domum emiſſe,ut patet per inſtrumentum emptionis. & ideò non tenebatur ſoluere penſionem;& quod ſoluit, illud fuit pro uſura centum* Florenorum *prædictorum; & quod in fraudem uſurarum fuit dictum,ut ſolueret nomine penſionis, & ſic debet computari ſolutũ in ueram ſortem dictorum centum* Florenorum. Sempronius *replicat,quòd quãuis uendiderit domum,& confeſſus fuerit recepiſſe,tamen in ueritate nullum pretium habuit,quod debet colligi ex confeſſione & obligatione immediatè facta per* Titium *emptorẽ, & ſic pretio non ſoluto,dominium dictæ domus non fuit tranſlatum in emptorem.ideò debetur ſibi penſio,donec totũ ſolueret pretium dictæ domus, & ſic dicti 48.* Flore.*nomine penſionis ſoluti non haberent attenuare dictum pretium.100.*Flo. *& ſic pretium domus eſt integrè ſoluendũ.Quæritur quid iuris,&c.* NIC.ABB.

## CONSILIVM V.

1 *Penſionem ſoluere de re propria quis non poteſt.*
2 *Contractus licet ex forma ſui non appareat uſurarius, iudicatur tamen uſurarius propter mentem contrahentium.*
3 *Vendens rem plus,quàm ualet,cenſetur uſurarius.*

CHriſti, eiuſdemq; matris nominibus inuoca-
tis,omiſſis argumentis, quæ ſatis fri-
uole in fauorem dicti uenditoris poſſent fieri,
ipſam rem ſubſtantiatim ſic attingam. Dico enim,melio-
ri iudicio ſemper ſaluo, dictum Titium emptorem nõ te
neri ad ſoluendum ultra.52.Flo. & ſic.48.Flo. ſoluti no-
mine penſionis, debent computari in uero pretio dictæ
domus; quod probo multipliciter. Primò ſic,uidelicet.
eo enim ipſo, quòd dictus locator emptori uendidit do-
mum recepto pretio, uel ſaltem habita fide de pretio, &
hic fuit contractus perfectus, & dominium domus tranſi
uit in emptorem,& receſſum fuit à contractu locationis.
hoc apertiſſimè probatur in l.ſi quis,ff.de acquir. poſſ. &
inſti.de rerum diui.§.interdictum.§. uenditæ. Et ꝙ huic
fuit ſaltem habita fides de pretio,clariſſimè patet ex cõ-
feſſione ipſius uenditoris;quæ ſi eſſet fictitia,tamen ex ea
ſatis colligitur, quòd intendebat de præſenti tradere rẽ
ratione uenditionis, habita fide de pretio habendo in fu
turum,ut ſatis etiam colligitur ex obligatione, & confeſ
ſione poſteà facta per dictum Titium emptorem.Cum er
go dominium fuit translatum in dictum emptorem,& re
ceſſum à contractu locationis,ut ſuprà luce clarius pro-
batum

batum eſt, non potuit de nouo illam confeſſionem ſubſe
quentem conficere,& ſuſcitari cõtractus locationis,& re
cedi à contractu uenditionis & emptionis perfecto, & re
non integra.C.quando lic.ab emp.d.l.1.& 2. Tertiò quia
iſti hoc non agebant; imò uolebant contractum emptio-
nis & uẽditionis exiſtere in ſua firmitate, ut patet ex uer
bis emptionis, ſeu confeſſionis. Patet ergo ex prædictis,
1 † quòd nomine penſionis nõ ualebat illa ſolutio,cũ de re
propria quis penſionẽ ſoluere non poteſt,ut d.l. qui rem
propriam.vnde etiã præſupponẽdo,quòd nulla fraus uſu
rarum interuenerit, is tamẽ,qui ſoluit indebitum, põt il
lud compenſare in uero debito ſoluẽdo.l.etiam,ff.de cõ
penſa.de fi.inſtru.c.cum Ioãnes. facit.l. cuius per errorẽ,
ff.de regu.iur.& c.fi.de ſolu.cũ ibi not. Puto tamen,quòd
etiam ex alio capite poterit ipſe uenditor illos.48.Flo-
renos in uerum pretium computare; quoniam ſi diligen-
ter omnia geſta ponderẽtur, hæc penſio fuit cõſtituta in
fraudẽ, & ſic eſſet uſura pro dilata ſolutione illorũ cen-
tum Florenorum, de quibus ſuprà reſpectu contiguita-
tis contractus.Si enim incontinenti intendebat uendere,
& uendidit,& confitetur pretium recepiſſe,ad quid opor
tebat præmittere contractum locationis,cum nõ ſit præ-
ſumptio, quòd quis uelit incontinenti à priori propoſi-
to recedere.l. non ad ea,ff. de condi. & demon. & de ba-
ptiſ.c.maiores. Et ex his, quæ incontinenti fiunt, oritur
præſumptio fraudis,in c.officij,cum ibi no.de elec.& quę
incontinenti fiunt,uidentur ineſſe.l.lecta,ff.ſi cer.pet.Se-
cũdò præſumitur fraus ex eo; quia prius fuit uenditor cõ
feſſus recepiſſe pretium nõ ſpe futuræ numerationis; imò
renunciauerat exceptioni non numeratę pecuniæ;& tamẽ
poſteà emptor confeſſus eſt ſe debitorem in centum Flo
renos occaſione pretij illius domus; & ex his contrarie-
tatibus reſultat præſumptio fraudis,in c. ut noſtrum, ut
eccle.benefi. Tertiò oritur præſumptio ratione præſum-
ptionis ſolutionis faciendæ pro penſione cõtra naturam
illius contractus uenditionis, qui præceſſerat. Ad hoc,
quod legitur & no.in caſu ex illo pacto appoſito, ut ſi in
tempus octo annorum ſolueret aliquam partẽ dictorum
centum Flo. deberet fieri diminutio penſionis pro rata.
Si enim dominium domus non eſt tranſmiſſum in empto
rẽ, ut allegat uenditor,ad quid fieret illa diminutio pro
rata,cum adhuc dominium eſſet penes uenditorem? Nõn
enim poteſt dici,quòd pro parte tranſeat dominium, ſi-
cut pro parte ſoluitur pretiũ.l.traditionibus,C. de pact.
Ergo ex eo clarè concluditur,quòd pro mercede ſolutio
nis dictorum centum Flo. licitè fuit conſtituta dicta pen
ſio, ut ſic exonerata parte debiti,exonerare debeat onus
penſionis,ſeu mercedis. Ex his enim omnibus,& tã uber-
rimis coniecturis & præſumptionibus debet talis contra
ctus iudicari in fraudem uſurarũ confectus iuxta ea,quæ
ponuntur & habentur in c.ad noſtram,de empt. & uend.
& c.illo uos,de pig. Et ſi diceres,quõ hic deberet præſu-
mi & iudicari,cum non interuenit mutuum, ſine quo uſu
ra non committitur,ut patet ex diffinitione uſuræ? Eſt e-
nim lucrum ex mutuo,&c.ut plenè no.per Ioã. An.in reg.
peccatũ,de reg.iu.lib.6.in Mercu.facit.c.cõſuluit,de uſu.
2 † Reſpondeo, quòd licet ex forma ſui non appareat con
tractus uſurarius; tamen propter mentem contrahentiũ
debet iudicari uſurarius. Ex quo enim ex dilata ſolutio-
ne pretij debebat iſte uenditor recipere illud lucrũ, fin-
git ius,quòd emptor ſoluit pecuniam uenditori, & quod
uenditor illam ſibi mutuauerit,& pro mercede uoluerit
illud lucrum. Nec uideatur extraneum;quia eſt caſus ex
preſſus in iure in ſimilibus terminis in c. in ciuitate, & in
3 c.nauiganti, de uſu. † Vbi dicitur ſecundum communem
intellectum illum uenditorem iudicandum uſurarium,
qui uendit rem plus, quàm ualet, ex eo, quia ſolutionem
pretij differt;& ſic non eſt contractus uſurarius ex forma
ſui:quia ibi non ſit uerum mutuũ; ſed fingitur modo præ
dicto propter mentes contrahentium. Committitur er-
go uſura,ſiue ſit mutuum uerum, ſiue fictum modo præ-
dicto; & ita communiter notatur in iuribus præalle. Ex
quibus omnibus cõcludo, quòd ex duplici capite poteſt
iſte emptor obtinere intentionem ſuam; uel quia ſoluet,
uel quia uſura qualitercũque capiatur, poteſt deduci in
compenſationem pretij centum Florenorum, ut d.c.illo
uos,cum ibi no.& c.cum contra,de pig. de iureiur.c debi
tores,cum ſi.Et hæc ſufficiant,&c. NIC. ABB.

## CONSILIVM VI.

1 *Onera communitatis incumbunt laicis, & non clericis.*
2 *Gabellæ & datia ſoluuntur de rebus proprijs.*

CAſus, ſuper quo petitæ fuerunt allegationes.
Quidam dominus Frãciſcus canonicus
Maſſitaneñ. ex patrimonialibus uendidit uinũ,
bladum,frumentum,porcos,& ſimilia,& in eis dicitur ne
gotiari;habetq; aliqua animalia, quæ mittere uult ad lo
ca paſturę communis Maſſitañ.ſine aliqua ſolutione,quã
communiter faciunt ciues ibi pro releuãdis oneribus cõ
munitatis;nec ẽt in rebus patrimonialibus, in quibus ne-
gotiari dicitur,uult ſubijci ſtatutis ciuitatis ſoluẽdo ga-
bellas,datia,pedagia,& ſimilia, excuſando ſe dupliciter.
Primò ratione clericatus. Secundò ex quodam pacto ini
to inter ipſam communitatem maximè & epiſcopum, &
capitulum Maſſitañ. eccleſiæ,ut liceat Epiſcopo & capi-
tulo ſine aliqua ſolutione mittere animalia ſua ad paſcẽ
dum in paſcuis communitatis. Contingit nunc dubitari
de duobus. Primò, nunquid dominus Franciſcus debeat
ſoluere paſcua, in quibus frequenter mittit animalia ſua
propria ad dicta loca communitatis,ſecundum quod ſo-
luunt alij ciues iuxta formam ſtatuti communitatis. Ad
primum dicendũ, quòd ſi loca paſturæ eſſe conſueuerũt,
& ſunt uniuerſitatis, ſeu communitatis laicorum, tũc pu
to dictum dominum Franciſcum poſſe cogi ad ſoluendũ
ſecundum formam ſtatuti & leges communitatis, ſi uelit
animalia ſua mittere ad illa loca cõmunitatis. Ratio hu
ius eſt;quia non dicitur hoc caſu communitas legem im-
ponere clericis;nec dicuntur collectare clericos, uel da-
tia,ſeu gabellas ab eis exigere; ſed dicuntur uſum uende
re,ſeu uſumfructum rerum communitatis, quod poſſunt
ſine iniuria cuiuſque. Nã in ſua re quiſquis eſt legitimus
moderator,& arbiter,ut:l.in re mandata,C.manda. & c.
de his,de ſepul. Quãquã enim clerici reperiantur priui-
legiati,ut de rebus eorum non ſoluant gabellas, uel da-
tia,ut in c.quãquã,de cenſi.lib.6.in cle.præſenti,eo.ti. &
dicam latius in argumento ſubſequenti,non reperiuntur
priuilegiati, ut poſſint uti pro ſe & animalibus eorum re
bus communitatis laicorum; imò potius cõtra de iure di
uino in lege habuerunt de terra promiſſionis;ſed illa ſo-
lum ex diſpoſitione diuina fuit tradita laicis; clericis au
tem fuerunt ſolùm reſeruatæ decimæ & quædã aliæ per-
tinentiæ,ut habetur numeri.18.& not.in c.1.de deci.lib.
6.Si ergo uolũt uti rebus communitatis laicorum, debẽt
ſoluere, ſicut uellent paſcere animalia in locis priuatis.
Agit enim cõmunitas pro rebus ſuis, ſicut priuatus pro
ſuis, ar.in c.licet,de proba.& c.conqueſtus,de fo. cõpe. &
clerus eſt diuiſus à populo. Nam alius eſt clerus;alius po
pulus d.c.ſi ſententia,de ſen.excom.lib.6.& 12.q.1.c.duo
ſunt



1 ſunt genera. Item uideo, † quòd onera communitatis in-
cumbunt laicis & non clericis,ut no.in c. non minus,& c.
aduerſus,de immu.eccle. Cum ergo nolunt ſentire one-
ra rerum communitatis laicorum;ergo commoda ſenti-
re non debent. Non enim ferendi ſunt illi,qui lucra & cõ
moda capere uolunt, & onera ſubire nolunt,C. de cadu.
tol.l.1.§.pro ſecũdo,& in reg.qui ſentit onus,de reg.iur.
libro.6. Et ſi diceres,quia clerici tenentur ad iſta,& non
2 ad ſolutionem gabellæ,ſeu datiorum,reſpondeo,†quòd
gabellæ & datia ſoluuntur de rebus proprijs. unde cum
perſonæ ſint exẽptæ,ſic & res eorum:quia ſequuntur con
ditionem perſonarum,ut no.in d.c.pręſenti,de cenſi.& c.
quãquã,eo.ti.lib.6. Non ergo poſſunt laici à perſonis nõ
ſubiectis & exemptis hoc exigere; ſed in caſu noſtro non
ſoluunt pro rebus ipſorum clericorum; ſed quia condu-
cunt rem communitatis,ſeu emunt uſum,uel uſumfructũ
perſonæ priuatæ cõmunitatis, meritò tenentur ſoluere;
ſicut ſi conducerent uel emerent uſum,ſeu uſumfructum
perſonæ priuatę;facit.c.1.de in integ.reſti. Si uerò iſta lo
ca paſturæ fuiſſent ad uſum communitatis clericorum &
laicorum,& ſic forent communia clericis & laicis,tũc nõ
tenerẽtur. Dominus Federicus dicit,quòd per ſtatuta lai
corum non tenentur clerici ſoluere; tum quia ſtatuta lai
corum non afficiunt clericos,in c.bonæ quidem.96. di. &
c.eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſti. Tùm,quia in rebus cõ
munibus non poſſent ſoli laici conſtituere in præiudiciũ
aliorum ius in rebus habentium; quare, quod omnes tan
git,debet ab omnibus approbari.c.quod omnes, de reg.
iur.lib.6.& c.ad hæc,de offic.Archi. Tùm,quia in re com
muni potior eſt conditio prohibentis, reg. in re commu-
ni;de reg.iur.lib.6.& l.Sabinus,ff communi diui.& par in
parem non habet imperium.c.innotuit. de elec. Non ob-
ſtat prædictis pactum factum cum Epiſcopo,& c.Maſſanæ
eccleſię, ut licitum ſit eis facere animalia eorũ in paſcuis
territorij Maſſaneñ. quia illud fuit conceſſum.c. non ſin-
gulis perſonis de capitulo. habebit ergo locum in anima
libus epiſcopalibus, nõ autem in animalibus ſingulorum
canonicorum; quia aliud eſt capitulum,aliud ſinguli.in-
dultum ergo capitulo non extenditur ad ſingulos de ca-
pitulo,in c.qui manumittitur,12.q.3.& in c.fi. de præbẽ.
lib.6.& in l.ſed & ſi.§.qui manumittitur,ff. de in ius uoc.
quinimò illud pactum potius facit contra dictum domi-
num Franciſcum;quia innuit tacitè illa loca non fuiſſe cõ
munia clericis & laicis, ſed laicorum;& hoc ad primũ du
bium. Ad ſecundum dubium huius dico, de prædictis nõ
tenẽtur ſoluere gabellas,ſeu datia;quia ab his clerici ec
cleſiæ ſunt exempti cum omnibus rebus eorum. Non enĩ
tenentur ſoluere laicis,quibus non ſubijciuntur, nec ſta-
tutis ipſorum ſubſunt,ut probatur clariſſimè in d.c.quã-
quã & d.cle.præſenti,per Spec.de immu.eccle.in fi.& Fe-
de.de Sc. conſil.200. Nec eſt uerum, quòd uendendo vi-
num, bladum, oleum, & ſimi.ex rebus ſuis dicatur nego-
tiari,ut ſic ſit locus.c.fi.de uita & honę.cle.cum ſimilibus
legib.allegãdis. Ille enim propriè dicitur negotiari,qui
emit rem,ut eam integram lucri cauſa uendat; non ille,
qui emit rem,ut eam reducat ad aliquam formam; uel ſi
uendat uinum,ſeu bladum de rebus ſuis recollectum. ut
probatur in c.eijciens.88.diſt.not.doc.in materia noſtra
in d.cle.præſenti,& d.c.quãquã;Fed.dicto.conſi.200. Fa-
teor tamen,quòd ſi emeret rem,ut integram lucri cauſa
uenderet, quòd teneretur ſoluere ſecundum ſtatuta pa-
triæ,ſi tertiò per Epiſcopum monitus non deſiſtit,ut pro
batur in d.c.fi.de uita & hone. cle. Sed ante monitionem
non tenetur ad pedagium,ut in d.c.quãquã,& d.cle.præ-
ſenti. A contrario ſenſu not.Fed. in loco præall. & Spec.
ubi ſuprà,& hoc caſu iura non uidentur facere mentionẽ
de monitione: quia fortè laici poſſunt non pati illa intro
duci abſq; ſolutione debita gabellæ, ſeu pedagij. Et hæc
ſufficiant pro allegationibus. Ad plenum uideatur mate-
ria in d.cle.præſenti,& d.c.quãquã;& c.fi.de uita & hone
ſta. clerico. Laus Deo. NIC. ABB.

## CONSILIVM VII.

1 *Iudex in ſententia an teneatur exprimere cauſam, ſi poſſent ex*
*generali ſententia plures cauſæ elici.*

1 QVæſitum fuit à me in quæſtione facti, † u-
trum in ſententia teneatur iudex
exprimere cauſam, ſi poſſent ex generali ſenten
tia plures cauſæ elici? Reſpondi conſulẽdo,quòd ſi ex ua
rietate poſſet parti præiudicium generari; debet tunc iu
dex exprimere cauſam. Vt puta,ſi poſſet dubitari,an reus
fuerit abſolutus ab impetitione libellãtis; an quòd actor
non probauit,an propter defectum inſtãtiæ;an quia reus
non poſſidebat;uel quid ſimile.hoc uidetur probari in l.
properandum,C.de iud.& ibi expreſſa gl.uer.ideò etiam
eſt de mente doc.in c.ſicut,de re iud.& Spec. in ti. de ſen.
prola.§.qualiter,uer.uerum ſi rationes,& Io.And. in c ſi
nem,de dolo & cont.& But.in c. examinata,de iu. & Spe.
in ti.ſuprà alleg.ubi ponunt aliquos caſus,in quibus cau-
ſa exprimenda eſt, ubi non poteſt alia ratio illorum ca-
ſuum elici,niſi ut euitentur æquiuoca;non tamen in præ-
iudicium,quod poſſet imponere parti,uel aliter quoquo
modo. Idem Bar.& quidam alij in l.2.§. ignominiæ,ff. ex
qui.cau.infa. irro. Hoc etiam probaui alia ratione; ubi-
cunq; ex narratis in libello poſſunt elici plures & diuer-
ſæ actiones, debet iudex compellere libellantem ad ex-
primendum nomen actionis;uel tali neganti denegare au
dientiam,ut euitetur incertitudo,ut no.in l. edita,C. de
eden.& l.1.ff.eo.per Canoni.in c.dilecti, de iud. Et dicit
Inn.in c.2.de ord.cog.quòd ſtultus eſt iudex,qui aliter li
bellum recipit. Ecce ergo,quòd licet aliàs in libello non
ſit exprimenda ipſa actio,ut no.9. diſt. c. quo iure,& d.c.
dilecti,& d.l.edita;tamen ex prædicta cauſa compellit iu
dex exprimere cauſam. Fortius ergo debet iudex ipſe-
met cauſam(ut euitetur incertitudo iſta)in ſententia ex-
primere,cum ſententia debeat eſſe clarior libello; inſti.
de act.§.curare.Not.Inno.in c.tanta,de exceſ.præla. Pu-
to tamen, quòd ex omiſſione cauſæ non corruat ſenten-
tia, ſed interpretamur omninò rationem cauſæ congruẽ
tis. Et ſi multiplex eſt,interpretamur illam, quæ eſt mi-
noris præiudicij. Ad hoc,quod no.Innocen. in c.2.de or.
cog.& Spe.in ti.de offi.iud.§.deſeruit,uer. in ſententiæ &
ſeq.ubi dicit, quòd reo ſimpliciter abſoluto, non obſtat
actori iterum agere uolenti exceptio rei iud. & inceptam
petitionem poterit probare ſecundum eum, & admitti
debet per iudices & conſiliarios cauſæ,ar.in l.3.ff. de ſu-
ſpe.tut. Ego puto,quòd etiam deficientibus probationi-
bus,interpretabimur cauſam minoris præiudicij, arg. in
prædicta.l.3.& eorum,quæ not.Innocen. in c.2. de ordi.
cogni. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVAERITVR, *an religio inſtituta per Beatam Brigi-*
*dam, quæ fuit per Papam confirmata, & demum per ſucceſſores*
*in Papatu in dubium reuocata, dicatur eſſe contra ſanctorum pa*
*trum decreta, ſeu canonicas ſanctiones, præſertim quòd in tali*
*religione inſtituendi ſunt etiam ſacerdotes ſeu fratres, qui debent*
*deſeruire eiſdem monialibus in diuinis.* Laus Deo.

## CONSILIVM. VIII.

1 *Religio inſtituta per beatam Brigidam an dicatur contra canonicas ſanctiones.*

CHriſti, eiuſdemquè matris, ac ipſius Brigidæ, cuius factum agitur, præſidio in-
1 uocato. † Primo uidetur arguendo ad partem affirmatiuã (ut moris eſt) dictã religionẽ eſſe contra ſanctorum patrum decreta. ¶Et Primò ꝓbari uidetur per ca. monaſteria. 18. q. 2. vbi expreſsè dicitur, monaſteria puellarũ longè à monaſterijs monachorũ eſſe conſtituẽda ꝑ ꝑ inſidias Diaboli, aut oblocutionẽ hominũ. Sed in dicta religione ſanctæ Brigidæ ſacerdotes, ſeu fratres conſtituuntur in monaſterio puellarũ, ſaltem ſub clauſula generali; ergo expreſsè eſt contra ꝓhibitionem iuris ex honeſtiſſima cã factam. Secundò ad idem inducitur. c. in nullo, eadem cauſa. Monachi, & moniales non debẽt in vno monaſterio cohabitare; quinimò etiã monaſteria duplicia prohibentur à iure; uel vbi ſunt duo collegia monachorum, & monialium, vt. d. c. in nullo, &. c. diffinimus. Si ergo dicamus eſſe unicum monaſterium, in quo fratres & ſorores, ſiue ſint diuerſa collegia, & diuerſa monaſteria, à iure uidentur prohibita, ſaltem ꝑ ꝑ ꝓpinquitatem, & familiaritatem, & maximè hoc uidetur probari in c. in decima. 18. q. 2. ubi ꝓhibetur familiaritas illorum monachorum, qui habebant corrigere illas moniales. ¶Item ſi bene ponderentur illa iura ſuperius allega. rõ prohibitionis eſt duplex. Prima ꝓpter crimẽ inceſtus, qđ ex propinquitate & familiaritate cohabitãtiũ ꝓuenire poſſet, &c. Secũda ratio propter malam opinionẽ, & propter oblocutiones hominum ſed iſtæ duæ rationes urgent & militant aduerſus dictam religionem ſanctæ Brigidæ; ergo eadem prohibitio eſſe debet, & vbi eſt eadem ratio, idem ius ſtatuendum, ut in. c. tranſlato, de conſtitutio. &. ca. cum dilecta, de confir. util. uel inutil. ¶Item inter cętera, quæ continentur in dicta regula, cauetur. in. c 7. qđ abbatiſſa monaſterij debet eſſe caput & domina monaſterij; & confeſſor generalis ꝓpter iudicia fratrum, & conſeruationem ordinis abſque conſilio Abbatiſſæ nihil omnino faciat, ſed ipſa Abbatiſſa tanquam caput monaſterij eſt de negotijs & bonis monaſterij ordinandis conſulenda; & ſic Abbatiſſa ſecundũ eadem regulam uidetur caput omnium tã uirorum, q̃ mulierum. Qđ ſonat in abſurdum, cùm ſecundũ Apoſtolum uir debet eſſe caput mulieris; & non econtrà; & idem habetur in. c. hæc imago, &. ca. cùm caput, &. c. eſt ordo. 33. qõe. v. Item facit id, quod per nonnullos obijcitur, videlicet, quod cùm fratres teneantur obedire confeſſori, & non Abbatiſſæ, & ſorores ipſi Abbatiſſę ut in. c. 12. eiuſdẽ regulæ erunt duo capitula, & cõmuniter duo monaſteria, & duo conuentus. ¶Vltimò uidetur amplius non inſiſtendum, cum ipſe dominus Papa Martinus quintus hodiernus expreſsè in ſuis literis reuocatorijs aſſerat per illã reg. duplicia monaſteria conſtitui contra ius prohibitionis; & uerbis Papæ ſtandum eſt omnino, ex quo ſuper eis fundat intẽtionem ſuam, ut in cle. literis, de ꝓbat. ¶Sed his non obſtantibus oppoſitum puto de iure uerum. Et primò moueor per id, quod habetur in. d. regula. c. x. vbi dicitur, ꝙ ſorores inſtituendæ in monaſterio habebunt clericos, qui canonice miſſam & officium eis decãtabũt, & ꝙ ipſi clerici à monaſterio ſororũ omnino ſint ſeparati. habentes per ſe curiam, in qua habitabunt, & de curia introitum in eccleſiã, & chorum inferiorem, habebũt autem ipſæ chorum ſuperius eleuatum, ita, ut ſacra uidere & officium audire ualeant &c. ¶Ex quibus uerbis primò pondero, quod intentio beatæ Brigidæ non fuerit collocare ſeu inſtituere duo monaſteria, ſcilicet uirorum & mulierum, neque in uno monaſterio inſtituere maſculos & fœminas, ſed duntaxat inſtituere moniales, ſeu collegium monialium; & ꝙ iſti clerici, ſeu fratres non eſſent ibi tanq̃ facientes collegium, ſed tanq̃ ſingulares & ſeruitores in diuinis. Quod patet clarè ex illis uerbis, cum dicit clericos habebunt. Item ex alijs uerbis, dum dicit in eadem capitulo, ꝙ iſti clerici habebunt unam curiam ꝑ ſe ita, quod ſint omnino ſeparati à monaſterio ſororum. Quæ uerba ſonant, ꝙ iſti clerici, ſeu fratres non faciunt per ſe monaſterium, nec eſt niſi unum monaſterium ſororũ cũ dicatur, ꝙ à monaſterio ſororum ſint omnino ſeparati. Sed curia ſignificat ẽt locum habitationis, ſicut fieri uidemus hodie in omnibus monaſterijs monialium, quæ non ualent per ſe propter defectum ſexus celebrare miſſas & prædicare, vt. c. noua, de pęni. & remiſ. habent ſacerdotes & ſeculares ꝓpe monaſteriũ eis celebrantes & prędicantes ꝓ qua obſeruantia facit. c. dilecta, de exceſ. pl. &. c. ſi. de ſtatu reg. & fratres, ſeu clerici ſubſtituuntur loco illorum; & cum p̃ſumantur ſancti omnes propter multas auſteritates, quas ꝓmittunt obſeruare, præſumendi ſunt honeſtiores, ſeu ſãctiores. 16. di. c. nulli, &. c. doctos. Cum enim non poſſunt ſorores ſine ſacerdotibus eſſe eis diuina miniſtrantibus, melius eſt, quod habeant iſtos homines aptiores, ſeu ſanctiores electos inſtitutos per tam deuotiſſimam ſanctam, q̃ ꝙ habeant allos, ex quibus fortè ad mala facilius per ueniant. Nec obſtat, ſi opponatur contra iſtos de familiaritate & cohabitatione; quia reſpondeo, ꝙ ſi bene ponderentur uerba regulæ ſuperius recitatæ, iſti clerici, ſeu fratres debent ſtare omnino ſeparati à monaſterio ſororum. & pondero uerbum, omnino, poſitum, quod denotat ſeparationem cõtinuam & remotionem modicam. Item in. c. 22. regulæ dicitur, ꝙ nunquàm confeſſor, uel aliquis presbyterorum, uel fratrum monaſterium monialium ingrediatur, niſi quando infirmis donanda ſunt ſacramenta; uel ſoror mortua ſepeliẽda; quibus caſibus ẽt ſecularibus clericis liceret; nec uitatur omnis familiaritas & cohabitatio, adeò, ꝙ ẽt in dicto capitulo regulæ continetur, in dicto monaſterio fore ẽt ferias ordinatas; ſed quando ſorores cõfitentur, audiri quidem poſſunt, minime uideri. ¶Secundò principaliter in hanc ſñiam me mouet, quod habetur poſt principium eiuſdem regulæ in fine proęmij in. c. quod incipit, hanc igitur, &c. ibi dicitur, quod ad honorem beatæ uirginis hanc religionem fundare uoluit per mulieres primò & principaliter, & nulla mentio fit de fratribus; quinimò plus dicitur in. c. 13. quod iſti ſacerdotes diuino tãtummodo officio, ſtudioque & orationi uacare debent, nulliſq; alijs ſe ĩplicare negotijs, vel alijs officijs, q̃ uerba ſatis indicant monaſteriũ non eſſe commune, nec ibi eſſe, vt collegium, ſed ut ſeruitores in diuinis. Et ita intendunt uerba pręcedentis c. ubi dicitur, ꝙ negotijs & bonis monaſterij ſemper eſt Abbatiſſa conſulenda. Hoc ẽt intelligitur, dũ in. d. c. dicitur, ꝙ confeſſor generalis monaſterij, debet ab Epiſcopo loci recipere poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, corrigendi atque reformandi omnes ſacerdotes fratres, &c. per quæ uerba ẽt arguitur fratres non eſſe ibi ut collegium perſiſtens. Nam ſi eſſent ut collegium, eligerent ſibi prælatum, qui ex ſola electione & confirmatione Ep̃i ſubſecuta, conſequeretur dictã poteſtatem ligandi, ſoluendi, & corrigendi alios fratres, ut in c. j. de elec. 18. q. 2. c. j. &. c. Abbas, &. c. nullã, de offi. ordi. cum ab eccleſiarum. ¶Tertiò principaliter induco dictum.



dictum c. in decima. 18. q. 2. quod ſuprà induxi in ꝯrium, alio modo inducendo, optimè facit ad materiam. ibi. n. concilio generali cõi cõſenſu oĩum decretum fuit, ut monaſteria uirginum in prouincia Beticamonachorum adminiſtratione, atq; præſidio gubernẽtur. Et ſubditur ibi, tunc tñ ſalubria in Chriſto dicatis uirginibus ꝓbamus, ideſt damus, qñ eos patres ſpirituales eligimus, quorum nõ ſolũ gubernatione tueri. ſed ẽt doctrinis ædificari poſſint, &c. ¶Ex quibus uerbis optimè arguere poſſumus dictam regulam non eſſe ꝯ dicta ſanctorũ patrũ, cum ibi ꝑ totũ conciliũ gñale deputati fuerint monachi ad regendũ, gubernandũ, & reformandũ monaſteria monialiũ, ita in caſu nr̃o ſine aliqua uiolentia iuris deputati poterunt dicti ſacerdotes, ſeu fratres adminiſtrare diuina dictis ſororibus. Nec obſtat, ſi dicatur, ꝙ in d. c. in decima, omnino prohibeatur familiaritas monachorum & monialiũ, ita, ut nec ad ueſtibulum, i. ad parlatorium accedere familiariter ſit permiſſum: quia in dicta regula ſanctæ Brigidæ, ſi bene ponderentur uerba ſuperius inducta, non dicitur oppoſitum: imò ferè idem, cum ut. ſ̃. dixi, illi ſacerdotes, ſeu fratres debent ſtare omnino ſeparati à monaſterio monialium, & nunquam poſſunt procedere ad parlatoriũ, niſi rarò ex cauſis honeſtiſſimis; ꝙ nec imò audiẽdo confeſſiones poſſunt eas uidere. Si ergo ponderentur uerba regulæ, & omnia prædicta, non põt dici eos habere monaſteria duplicia, Nec ꝙ habitent in uno monaſterio, cum debeant ſtare fratres ſeparati omnino à monaſterio ſororũ, nec ad eas eſt familiaris acceſſus. unde ſaltem negare non poſſumus iſtum modum uiuendi nõ fuiſſe hactenus iure prohibitũ nec debemus extendere materiam in hoc actu odioſo cum retentione tantorum monaſteriorum, maximè eo attento, ꝙ ſancta Brigida fuit nobiliſſima ſancta adeò, quòd ſuis operibus expoſcẽtibus fuit per ſummum pontificem canonizata; & ipſa cum tanta ſolennitate aſſeruit reuelationem ipſius religionis cœlitus à Chriſto domino ſibi factam. ¶Accedunt no. ꝑ Inno. in c. ne innitaris, de conſtitu. ubi dicit dicta ſanctorũ omnino ſequenda, ex quo apertè reprobata non reperiũtur. ¶Item ex reprobatione multa monaſteria tũc reprobarentur, cũ dicti ſacerdotes, ſeu fratres non habent, nec habere poſſunt ſm illam regulam per ſe monaſteriũ, ſeu collegium: ſed ſunt ibi deputati tãquã ſeruitores in diuinis. vñ oportet eis dare nouam regulam, & bonam, uñ uiuere poſſint, cum ſorores in hoc non teneantur, cũ omnia bona ſint monaſterij ipſarum monialium, & nullã in eis communionem habeant dicti fratres, ut patet ſatis in c. x. & c. xiiij. eiuſdem regulæ; Et ſic non habet locum diuiſio bonorũ, de qua in ea, & dominus Papa in dictis literis retractatorijs facit mentionem. Et ut. ſ̃. dixi, cum nunc tractemus de retractabili facto & reuocatione eius, quod pluries approbatum fuit per Romanos pontifices, debemus facere in dictis iuribus, quæ obuiare uidentur, ſtrictiſſimam interpretationem, arg. in regula, odia, & regula, in pœnis, de reg. iur. lib. vi. & l. penul ff. de pœnis, & quod no glo. in c. decet, de immu. eccle. lib. vi. Concludo ergo, meliori iudicio, & maximè domini noſtri ſemper ſaluo, dictam religionem ſanctæ Brigidæ non eſſe aliquatenus uiolandam, ex eo, quòd monaſteria dicantur duplicia: uel quod in eodem monaſterio habitent maſculi, & fœminæ. ¶Nunc reſpondeo ad argumenta pro parte contraria ſuperius formata. Et primò non obſtat c. monaſteria: quia loquitur, quando duo monaſteria æquè principalia ſunt fundanda. tunc enim cum nulla neceſſitas cogat, ſeu utilitas ſuadeat, debẽt, ut euitetur malum re ipſa & opinione, diſtantia inter ſe collocari. Sed ſi bene conſideretur dicta regula, caſus uidetur eſſe prorſus diuerſus cũ unicum ſit monaſteriũ monialium tm̃: ſed ſacerdotes, ſeu fratres tanquã deputati ad ſeruiẽdũ tm̃ in diuinis habeant quandã habitationẽ duntaxat oĩno ſeparatã à monialium monaſterio, ut. ſ̃. in dicta regula cõtinetur. Non obſtat c. in nullo: quia, ut. ſ̃. dixi, fratres & ſorores non habitant ſimul in uno monaſterio, ut. ſ̃. dictũ eſt, nec hñt per ſe monaſterium, ſed q̃dã curiã, ſeu habitationem, ut facilius poſſint ſeruire ſororibus in diuinis, & ſic non poſſunt dici monaſteria duplicia, ut. ſ̃. ẽt plenè dixi. Ad c. in decima, ſatis. ſ̃. reſpondi. Nõ obſtat duplex rõ prohibitionis dictorũ iurium; fateor tñ quòd ubi monachi faciunt ꝑ ſe collegium & regulã, debent longius inſtitui à monaſterio monialiũ: quia tunc nulla ſubeſt neceſſitas, uel utilitas: ſed in malũ re ipſa, uel opinione incidere poſſent. Et iõ non mirum, ſi iura prohibuerunt, cũ in una parte ſit periculum, & in altera malum, arg. in c. cùm ab omni ſpecie, de uita & hone. cler. Sed in caſu nr̃o ſubeſt ratio utilitatis, & neceſſitatis, cùm habeant eis deſeruire in dictis officijs; ita, quòd de facili non poſſent quotidie, ſi lõgius ſtarent, uenire in dictum monaſterium, maximè cùm non decet dictos fratres, & tanquã Deo deditos deuotiſſimos fratres quotidie exire cunctis horis per uicos & plateas ciuitatis, ar. 16. q. j. ſi cupis. Nec curandum quid os loquẽtium inique loquatur, dummodo non recedamus à tramite ueritatis. Sed dicendum eſt; ſicut Chriſtus dixit de Phariſeis de ſe ſcãdalizãtibus. Sinite: cęci ſunt & duces cæcorum, ut habetur in c. magnæ, de uoto. Nec ob. aliud motiuum, ꝙ ſit ſecundum unum de cap. regulæ de Abbatiſſa, cum ſit mulier, vr̃ caput, cum contrarium potius debet eſſe. Nam hæc procedunt data paritate inter uirum & mulierẽ. Sed in caſu noſtro Abbatiſſa rõne dignitatis ſuæ hẽt iuriſdictionem. ſ̃. dictum monaſterium, & poſſet habere iuriſdictionẽ in clericos ſeculares, licet in caſu nr̃o nullã iurisdictionẽ hẽat in fr̃es, ut d. c. dilecta, de maio. & obe. & de exceſ. p̃la. dilecta: imo mulier rõne ſucceſſionis in regno poſſet hẽre iurisdictionẽ pleniſſimam in oẽs ſubiectos, ut in c. deuotiſſimã. 12. q. 2. & ĩ c. dilecti, de arbit. ¶Nõ obſtat penul. motiuũ: qa in caſu nr̃o non ſunt duo capita æq̃ principalia eiuſdẽ corporis: imò Abbatiſſa eſt. ſ̃. monaſteriũ ſuũ & moniales ſuas, ſicut de iure eſſe debet. Cõfeſſor uerò gñalis eſt. ſ̃. fratres loco Ep̃i, cũ recipiat ptãtem & auctoritatẽ ab Ep̃o, ut regula d. cit. Et ſic nõ ſunt diuerſa capita eiuſdẽ corporis, ſed diuerſarũ ꝑſonarũ, & diuerſo reſpectu, & in q̃bus caſibus unũ ſubordinat̃, alteri ſubeſt; ſicut uidemus in Ep̃o, & in pluribus p̃latis, & inferioribus. Non obſtat ultimum arg. de cle. lr̃is, de probat. & ꝙ ſtandum ſit uerbis Papæ: quia ꝯrium procedit, qñ Papa fundat intentionem ſuam ſuper facto proprio: ſecus, ſi ſuper facto alieno. tum enim ſaltem admittitur probatio in contrarium, cum Papa in facto alieno de facili poſſet errare, ut no. dicit gloſſ. in dicta cle. literis. Sed in caſu noſtro Papa dicit in dictis literis reuocatorijs, ꝙ in dicta regula ſanctæ Brigidæ inter alia cauet̃ expreſsẽ, ut monaſterium huius ordinis fundandũ & conſtruendũ pro habitatione fratrũ & ſororũ, debeat eſſe duplex; quod re ipſa falſum eſt quia, ſi bene inſpiciũtur uerba, realiter iſta monaſteria non poſſunt dici duplicia: ſed monialium, ut. ſ̃. dixi. ſed dñs Papa ſic ex falſa ratione potuit ueriſimiliter eſſe deceptus, cum dicta regula conſiſtat in facto, & non in iure, argumen. in c. j. de cõſti. lib. vj. Et hæc dicta ſufficiant. uidi poſt hoc cõſilium literas bullatas domini Martini confirmantes prædictam religionem ſecundum deciſionem huius conſilij. Laus Deo, & ſanctæ Brigidæ. NICOLAVS ABBAS.

CASVS

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CONVENTVS *fratrum Minorum terræ Sancti Geneſii
habebat quendam hortum pro neceſſarijs. quare acquiſiuerunt
quandam terram contiguam eorum horto, quam redegerunt in
hortum, & ſic fecerunt ex illa terra nouiter acquiſita & eorum
horto unum hortum, ac obtinuerunt à communitate terræ ſancti
Geneſii, ut nõ tenerentur aliquid ſoluere pro libra, ſeu æſtimo ab
olim impoſita dictæ petiæ terræ. contingit quandoque, quòd di-
ctum hortum faciunt laborare per colonum partiarium, ſeu me-
diarium, quandoque per colonum pretio conductum, ſeu famulũ
monaſterij, qui ſuſtentatur ex bonis monaſterij. petitur decima
tam à fratribus, quàm à colono. Item à colono, ut ſoluat de præ-
dicta terra ſecundum libram ab olim impoſitam. Fratres in con-
trarium allegant priuilegium ſuper decimis non ſoluendis de eo-
rum hortis, & uirgultis eis conceſſum. Item reſpectu libræ ſeu ſe-
mis allegant immunitatem eis conceſſam à dicto communi. Quæ
ritur quid iuris, &c.*

### CONSILIVM IX.

1 *Fratres minores an teneantur ſoluere decimam de eorum hortis?*
2 *Res non priuilegiata ſi peruenit ad priuilegiatos aſſumit eorum
priuilegium.*

CHriſti nomine inuocato amen. Hic cadunt qua
tuor dubia. Primum, nunquid fratres teneãtur
ſoluere decimã præsbytero parochiali pro illa
petia terræ nouiter acq̃ſita. Secundũ, q̃d de colono. Ter-
tiũ, nunq̃d fratres teneant̃ ſoluere æſtimũ olim impoſitũ
dictæ petiæ terræ ante, q̃ ꝑueniret ad manus eorũ. Quar
tũ, quid de colono. ¶ Et breuiſſimè hæc attingendo & po
tius decidẽdo, q̃ ad partes inſtando, circa primũ puto, ꝙ
1 ſi priuilegiũ fuit eis ſimpliciter † cõceſſum, ut allegat̃, ꝙ
de hortis eorũ nõ teneant̃ ſoluere decimã; ꝙ nõ potuerũt
cogi ad ſoluendũ de illa petia terræ, q̃ eſt redacta ad hor
tũ; ergo et ſuꝑ illa priuilegiati ſuꝑ hortis eorũ, arg. opti
mũ ĩ c. q̃a circa, de priui. Nec debet una & eadẽ res diuer
ſo iure cenſeri, de ſerui. l. cũ qui. ¶ Nec apparet rõ, quare
magis deberent ſoluere ꝓ dicta petia terræ nouiter ac-
quiſita, q̃ ꝓ primo horto, cũ q̃libet terra nõ ſit ſuppoſita
oneri decimarũ, vñ ea rõne, q̃ nõ ſoluunt de prima petia,
ita nec de redacta. Facit, quod hẽtur in ſimili in l. gñali-
ter, ff. de fideiuſſo. & ꝑ Ioã. An. in c. cũ olim, de re iudica.
2 & in regula, is qui in ius, de reg. iur. lib. vj. Et ſi res † non
priuilegiata ꝑuenit ad priuilegiatos aſſumit priuilegiũ
eorũ, ut in c. vno, de iure pa. lib. vj. & q̃d ibi not. in nouel.
& in c. dilectus, de p̃bẽ. facit quod no. in authẽ. quas actio
nes, C. de ſacroſan. eccle. & ex ɔ̃rio ſequeret̃ abſurdũ. Fin
ge. n. ꝙ a principio nullũ, uel ualde modicũ hortũ habuiſ
ſent, dicemus ne, ꝙ nõ potuerunt de nouo acquirere ſine
onere decimarũ? certè abſit, cũ nil ꝓdeſſet eis eorũ pri-
legiũ ɔ̃. c. in his, de priuileg. Prædicta tñ intelligo uera,
niſi hortus eorũ eſſet ita magnus, ut illũ facerent coli, &
hortolitia p̃tio diſtrahi. hoc. n. nõ licet, ut in cle. exiui de
paradiſo, de uerb. ſign. hoc. n. repugnat eorũ regulæ, ut ĩ
dicta cle. exiui; & tunc putarẽ ſoluẽdã decimã: q̃a ad hũc
caſum ſe nõ extendit priuilegiũ, ut d. cle. exiui. §. licet. &
hoc de primo dubio. ¶ Ad ẽm de colono ſic: ꝙ aut colit
nũmis, ſeu expenſis, quas hẽt à monaſterio; & non tene-
tur ſoluere decimam prædialem: quia illud lucrum pro
uenit à terra, quæ ſi producit, uel ne, ſemper hẽt merce-
dẽ ſuã, ut no. in c. tua, de deci. Aut eſt mediarius, aut par-
tiarius; & tunc debent inſpici uerba priuilegij ipſorum
fratrum. Si. n. eximitur hortus ab onere decimarũ, tunc
non tenetur colonus ſoluere decimam prædialem: quia
terra eſt priuilegiata & exempta ab onere decimarum.
Aut ſunt exẽpti f̃res, ut quia dr̃ in priuilegio, quod f̃res
non tenent̃ ſoluere, ſeu nõ poſſunt cogi, uel ſimilia; & tũc
talis colonus tenet̃ ſoluere de parte ſua: q̃a illa pars ꝓue
nit à terra, q̃ nõ eſt priuilegiata. Sed perſonę fratrũ ſunt
priuilegiatæ; & alia eſt obligatio dñi, & alia coloni, ut in
c. à nobis, & c. tua, de deci. & idẽ ibi Paul. & cõiter doct. &
hoc de ſecundo. ¶ Venio ad tertiũ, in quo dico, ꝙ f̃res nõ
tenent̃ ſoluere aliquid ꝓ æſtimo, ſeu libra olim impoſita
tum ꝑꝑ immunitatẽ, quã habuerunt ab oĩbus dictę terrę
quã et reuocare nõ poſſunt iuxta no. ꝑ Inno. & alios in c.
nouit, de iudi. & in regula, quod ſemel placuit, de reg. iu.
lib. vj. l. fi. de decre. ab ordi. fac. Tum quia puto eos exem-
ptos à iure cõi, cũ onus certũ & mirabile nõ eſſet annexũ
dictæ terræ iuxta no. per doc. in c. fi. de uita & hone. cle. c.
peruenit, de cenſi. nõ obſtante theorica Bart. in l. reſcri-
pto, ff. de mune. & hono. ¶ Ad quartũ, puto colonũ nõ te-
neri ad ſoluendum de parte ſua: quia illã partẽ recipit,
ut lucrum pro opere ſuo, non aũt ut dñs, ſeu poſſeſſor
horti. ar. in l. malè agitur, C. de p̃ſcript. xxx. an. maximè
hoc procedit in caſu nr̃o, ubi colonus nullã poſſeſſionẽ
habet dicti horti, ſed onera, quæ ſoluuntur ꝓ poſſeſſioni
bus, ſunt tm̃ onera p̃rimonialia, ut. l. munerũ. §. ꝑſonalia,
ff de mune. & hono. & iõ ĩponi dñt dñis, ſeu poſſeſſoribus
rerum qualis nõ eſt iſte hortolanus ut ſupra dixi. Et hęc
breuiſſimè ſufficiant. Laus Deo. NIC. ABB.

### CONSILIVM X.

1 *Liberatio contingens in uno, non debet referri ad reliquum.*
2 *Seruitutes ubi ſunt duæ reſpectu eiuſdem rei remiſſio unius non
excludit remiſſionem alterius.*
3 *Sententia lata prætextu falſorum inſtrumentorum, uel a iudice
non ſuo, eſt annullanda.*

CHriſti eiusq́ue matris noĩbus inuocatis, In cã &
q̃õne uertẽte inter clerum Piſanum ex una par
te, & Matthæũ hoſpitalarium hoſpitalis noui di
ctæ ciuitatis Piſanę noĩe ipſius hoſpitalis ex alia parte, ut
prolixitati parcam dimittam argumẽta, q̃ ad partes fieri
à pleriſq; ſolent, & deſcẽdam concluſiuè ad deciſionem
dubiorum. Quatuor enim allegant̃ contra clerum. ¶ Pri
mò inſtrumentum deliberationis & liberationis factæ ꝑ
p̃ſidẽtes, ſeu Capitaneos dicti cleri. Scd̃o inſtr̃m libera-
tionis factę ꝑ d. Calanũ ſyndicũ & camerarium dicti cle-
ri. Tertiò aliud inſtrumentum quaſi eiuſdem effectus ad
mandatum dicti ſyndici confectum. Quartò ſententia la
ta per honorabilem Poteſtatem Piſanum in hac parte
delegatum magnificorum priorum ciuitatis Florentiæ;
quæ omnia profecto non obuiant intentioni dicti cleri,
ſi omnia per ſe bene diſcutiantur. ¶ Et iuxta ordinem
uenio ad primum, quod eſt fundamentum in tota mate-
ria noſtra, ſcilicet ad liberationem factam per dictos Ca
pitaneos. dico enim illam non obſtare clero Piſano, &
per conſequens releuare dictum hoſpitalarium reſpectu
onerum nouiter impoſitorum occaſione intereſſe, & pro
uiſionum fiendarum pro ſorte iamdudum confeſſa. Ad
duo enim æquè principaliter erunt clerus, & dictus ho-
ſpitalarius obligati, ſcilicet ad ſoluendum ipſum capita-
le iam impoſitum ad diſtribuendum, & ad ſoluendũ in-
tereſſe, ſeu prouiſionẽ de ſorte eis iã mutuata. Ergo facta
per dictos Capitaneos reſpectu quãtitatis iã impoſitæ, &
diſtributæ non debent extendi ad aliquam quãtitatem, q̃
adhuc non erat ĩpoſita, neq; diſtributa, licet hæc quãtitas
deſcẽderet occaſione primę quãtitatis, reſpectu cuius di-
ctum



ctum hoſpitale fuit liberatum pro trecentis libris per di
cto capitaneos. Hoc probatur. §. non ſolũ, iuncta gl. in l. &
eleganter, ff. de dolo. & l. iij. §. idẽ Iul. ff. de eo q̃d cer. lo.
& ꝑ no. in l. 3. C. depoſi. & per Bar. in l. centũ Capuæ, ff. de
eo q̃d cer. lo. pro hoc, quia ex ſeparatis nõ fit illatio, de
transl. præl. eo. ti. facit c. dilecti, de fo. cõp. & c. ꝑuenit, de
fideiuſ. ubi ergo principaliter quis compellit̃ ſoluere in-
1 tereſſe, ſicut ipſum debitum principaliter; † liberatio er-
go contingens in uno, nõ debet referri ad reliquũ; maxi-
mè hoc dicẽdũ eſt in caſu nr̃o, in quo Capitanei cleri aĩo
donãdi fecerũt illã remiſſionẽ principalis pro centũ. lib.
vñ cũ hæc donatio redundet in p̃iudiciũ alterius, ſ. totius
cleri, dẽt reſtringi iuxta no. Inn. in c. dilecti, de don. & per
2 Io. And. in c. olim, de ver. ſig. ¶ † Scd̃o principaliter patet
in ſimili, ubi ſunt duæ ſeruitutes reſpectu eiuſdẽ rei, re-
miſſio unius nõ excludit remiſſionẽ alterius, ut l. ſi do-
mus, ff. de ſer. vr. p̃d. & c. ex tuarũ, & de auth & uſu pãl. Er-
go idẽ dicendũ in caſu, ubi remiſſio facta hoſpitali reſpe-
ctu partis hoſpitale cõtingentis de tota ſorte tm̃ ab olim
impoſita. Et ꝙ hæc liberatio fuit facta reſpectu principa-
lis tm̃ apertiſſimè colligit̃ ex uerbo dictæ collationis, &
liberationis. liberauit. n. hoſpitale ab omni debito cõten-
to in libris ratione impoſitionũ, ſeu diſpoſitionum iã fa-
ctarum. Sed hæc impoſitio nouem millium Flore. quæ fit
nunc, nondum erat tunc impoſita, nec erat deſcripta in li-
bris cleri; & per conſequẽs illa uerba generalia libera-
tionis nõ extenduntur ad hunc caſum: quia uerba nõ pñt
ad hunc caſum adaptari, & a uerbis non eſt recedendũ, ni
ſi appareat expreſsè de mente diſponẽtis l. nõ aliter, ff. de
leg. in c. fi. de uerb. ſig. Tum quia uerba generalia reſtrin-
guntur ad ea tm̃, de quibus fuit expreſsè actum, ut l. qui.
cum tutoribus, & l. cũ Aquiliana. ff. de tranſa. & no. in ca. 1.
extra eo. ti. l. qui Romæ. §. duo fratres, ff. de uerb. obli. no.
Bar. ibi maximè in fi. Et de his, quantum tamen ſit actum
ex uerbis ipſius liberationis & aliorum inſtrumentorum,
in quibus ſemper fit mentio de omnibus iam impoſitis ab
olim & diſtributis; non autem de imponẽdis & diſtribuẽ
dis ultra ſortem, licet ipſius occaſione. ¶ Non obſtant uer
ba poſtmodum alterius manu in margine appoſita, quæ
uidentur ſe extendere etiam ad imponẽda occaſione quã
titatis principalis: quia dico, ꝙ ſi bene uolumus aduerte-
re, potius faciunt contra hoſpitale, quàm pro: quia cum
ſint alterius manu deſcripta, & concernunt ſubſtantiã ne-
gotij, de quo agitur, inſtrumentum redditur uitioſum &
ſuſpectum, & ſic nõ probant, ut clarè probatur in c. cũ ue-
nerabilis, de reli. domi. & in c. inter dilectos, de fide inſtr.
Et ſi de conſenſu partiũ notarius appoſuiſſet, ſeu feciſſet
apponi, debuiſſet ſaltem in fine dicere, qualiter ipſe appo
ſuit, ſeu apponi fecit per aliũ, & cauſam, ſi tunc ſaltẽ pro-
baſſet: alias ſecus, ut colligitur ex c. cum inter, de ſenten.
& re iud. & ex his, quæ leguntur & notant̃ in d. c. inter di-
lectos, & clarius in l. 1. & l. cancellauerat, ff. de his, quæ in
teſta. delen. & per Bar. in d. l. & Archi. in c. cleri. 30. q. 9. vñ
cum hoſpitale, ſeu ad eius petitionẽ uideat̃ dicta falſitas
facta, uidetur dubitaſſe de iure ſuo, & ſic quo ad uerum
inſtrumentum ſe nõ extẽdit ad hunc caſum, arg. cap. cum
olim, de offi. deleg. & c. olim de reſcr. & per Bar. in d. l. 1.
niſi fauore religionis aliud dicamus iuxta ea, quæ legunt̃
& notant̃ in c. uenerabilis, de excep. Et hæc ſufficiant quo
ad tollendũ obſtantiã dictæ liberationis factæ per dictos
Capitaneos cleri ¶ Venio nũc ad ſecundum, & tertium, &
expediã ſimul: quia eiuſdẽ ſunt effectus & ab eadẽ perſo-
na, ſcilicet ſyndico, & dicuntur ab eo emanaſſe, ſeu ipſo di
ſponẽte cõfecta; & dico, ꝙ multis ex cauſis poſſunt reſcin
di & euacuari. Et illa rõne p̃dicta: quia uerba concernẽtia
effectum huius præſentis negotij fuerũt appoſita alterius
manu; & ſic non faciunt fidẽ, ſed potius concludunt ra-
tionem falſitatis contra hoſpitale, ut p̃dixi in præcedenti
bus. ¶ Secundò, quia ille ſyndicus nõ agebat de nouo li-
berare, ſed omnia facere ſecundũ liberationẽ, ſeu delibe-
rationẽ illorum Capitaneorũ cleri, q̃d patet expreſsè, ubi
dicebat ſecundũ deliberationem, &c. Et ſic nil ultra indu
cunt, quã cõtineatur in illa deliberatione Capitaneorũ,
ex quo eſt facta ad inſtar illius, licet plura contineant̃ in
iſtis, iuxta no. per Inn. & per Io. And. in c. inter dilectos,
de fide inſtr. ¶ Item fuit deceptus ex uerbis falſis appoſi-
tis in dicta deliberatione, ex quo arguo primò, ꝙ ubi prin
cipale nõ tenet, per cõſequens nec acceſſorium, nec omne
id, q̃d ex eo ob id proceſſit, ut eſt tex. no. in ſimili in c. in-
ter dilectos. §. cæterum. præal. ¶ Tertiò & fortius facit: q̃a
dicta interlineatura, ſeu ſcriptura facta in margine, etiã ſi
nõ feciſſet mentionẽ de dicta deliberatione, adhuc & alia
cauſa dicta in inſtrumẽto liberationis, ſyndicus nõ potuit
hoſpitale liberare: quia, ex quo hoſpitale erat obligatũ
ad contribuendũ una cũ reliquo clero in impoſitione fiẽ-
da reſpectu intereſſe & prouiſionis, liberatio facta fuerat
per Capitaneos cleri duntaxat reſpectu ſortis; nõ ualuit
liberatio facta per ſyndicum cleri, ut ab hoſpitali nõ poſ
ſit peti aliquid, etiã occaſione illius ſortis: quia illa eſt
quædam donatio, quã adminiſtrator facere non poteſt cũ
non habeat liberã adminiſtrationem; nec poteſt donare,
niſi habeat ſpeciale mandatũ ad donandũ, in c. fi. de offi.
uic. li. 6. l. contra iuris, ff. de pac. filiusfa. ff. de don. & l. præ
ſes, C. de tranſ. Et dictus ſyndicus nõ habebat mãdatũ ad
donandũ: quia illa inſtrumẽta nõ proſunt in aliquo reſpe
ctu eius, quod nunc petitur ab hoſpitali, ergo non poteſt
prodeſſe. Et primò, quia fuit lata ſententia, & ut nunc at
tingam, an ſnĩa abſoluere uideat̃, ſ. ab omni, q̃d ꝑuenire
põt occaſione ſortis: dico tñ ſnĩam multis ex cauſis hoſpi
3 tali nõ prodeſſe. † Et primò, ꝙ fuit lata p̃textu falſorũ in-
ſtrumentorũ; & ideò annullari poteſt iuxta ea, quæ legu.
& no. in c. licet, de prob. & C. ſi ex fal. inſtr. ꝑ totũ, & l. Di-
uus, ff. de re iud. & l. ſi p̃tor §. Marcellus. ff. de iud. ¶ Scd̃o,
q̃a fuit lata a iudice nõ ſuo, de iud. c. at ſi clerici. C. ſi a nõ
cõpe. indi. per totũ. ¶ Tertiò, quia tꝑe impetratę liberatio
nis nulla erat cõtentio inter clerum & hoſpitale; & ſic nõ
ualuit reſcriptũ ad futura, cũ nõ ineſſet qualitas, cui ap-
plicaretur, iuxta ea, quę leg. & no. in c. fi. de reſcr. ¶ Ex his
cõcludit̃, ꝙ iura allegata pro parte ipſius hoſpitalis non
proſunt ad cõcludendũ intentionẽ cleri; & ſic tenet̃ hoſpi
tale contribuere portionem nouiter factã pro ſorꝫone in-
tereſſe, ſeu ꝓuiſionis faciẽdæ occaſione illius ſortis, &c.
Et hæc ſufficiãt. Laus Deo omnipotẽti. NIC. ABB.

### CONSILIVM XI.

1 *Solennitas iuris humani in diſpoſitione ad pias cauſas ceſſat.*
2 *Acta ſpiritu Dei, non ſunt ſub lege.*

IN cauſa, quæ uertitur inter hoſpitale S. Ma-
riæ de miſericordia ciuitatis Areti
næ ex una parte, & Frãciſcũ & Accurſium filios
quondã Gregorij ex alia parte ſuper hæreditate quondã
Lazari mercatoris Aretini, procedã potius dicẽdo ſcd̃m
iudicium animi mei, q̃ more ſolito ad partes arguẽdo: q̃a
ſatis per alios ad utrãq; partem argutũ eſt. Et pro clario-
ri deciſione q̃õnis diſcutiã duo membra. ¶ Primũ, nũquid
primũ teſtamẽtũ, in quo fuit inſtituta hæres dicta frater-
nitas, ualeat etiã ceſſante ſcd̃o aſſerto teſtõ ſine ſcriptis
cõdito, in quo dñr inſtituti hæredes dictus Franciſcus, &
Accurſius

Accurſius nepotes dicti Lazari teſtatoris, ſcilicet filij fratris dicti Lazari. ¶Scđm mẽbrũ, poſita ualiditate ipſius teſtamẽti, primò quærit̃ de ualiditate ipſorũ inſtrorũ; qđ ſ. illorũ ſit ꝑferẽdũ? Et qa materia ſatis diſcuſſa eſt ꝑ alios ideo procedã ſuccinctè. ¶Circa primũ, dico teſtm̃ in ſe ualidũ fore: quia hẽt oẽs ſuas ſolennitates requiſitas, maxi-
1 mè qa in diſpoſitione ad pias cauſas ceſſat ſolennitas † iuris humani, & ſufficit ſola iuris naturalis & diuini ſolẽnitas, ut in c. relatũ, de teſt. & q̃ ibi no. & in l. 1. & ibi ꝑ oẽs
4 ¶† Vbicunque. n. ſnīa ſuper una cā parit exceptionem in alia, non debent ſimul accumulari, ut in iuribus præall. Sed ſic erat in caſu noſtro.: nam ſi ꝓnuntiatur exceptioni reductioni ad arbitrium boni uiri obſtare ſtatutū, uel cōuentionem locum non habere, obſtat exceptio ſuper cognitione, ſeu in purgatione laudi; igiт &c. ¶Et ꝑ hoc remanent ſoluta prima ɔria. Dico. n. ꝙ ſuper illis exceptionibus iudex ꝓnuntiauit etiam tacitè ꝓpter reſeruationem exceptionis. Itē licet non grauauerit non repellēdo exceptiones; grauauit tñ in eo, qđ uoluit facere tranſitū ad merita cauſæ prius non diſcuſſis & examinatis exceptionibus declinatoriis. Hoc expreſsè uoluit Ant. de Bu. in c. exhibita, in j. col. ubi dicit, ꝙ non debet fieri talis trāſitus, reſeruatis exceptionibus. Et hoc oēs tenēt, licet fuerit uarietas inter doc. nūquid ꝓceſſus teneat appellatione & exceptione nō interpoſitis; quod ibi plenius proſequor: ſed hic nō tāgo: qa nō facit ad ꝓpoſitū. ¶Cōcludo ergo iſtū Lazarū fuiſſe grauatū ex illa pronūtiatione & ꝑ conſequens in omnibus aliis actibus poſtea ſecutis concernentibus merita laudi. Et per hoc tñ non concludo dictum Andreā fouere iniuſtitiam ſuper principali. nō. n. fuit mihi cōmiſſum, ut conſulerem, utrum potuerit peti reductio illius laudi ad bonam æquitatē: ſed ſolū utrum dictus Lazarus fuerit grauatus ex pronūciatione iudicis & dixi, ꝙ ſic per prædicta &c. NICOL. ABB.

## CONSILIVM XV.

1 *Contractus iudicandus eſt à principali intentione contrahētium, quando uno & eodem contractu interueniunt duæ ſpecies contractus, ſeu duo proportionabilia diuerſis contractibus.*
2 *Vſura non oritur ex uero contractu locationis, ſed tantùm ex puro contractu mutui.*
3 *Vſura eſt lucrum ex mutuo pacto debitum, uel exactum.*

IN Ieſu Chriſti nomine, eiuſque genitricis. Queritur, an ꝑdictus ɔctus ſit fœneratitius, cū ultra locationē locator obligauerit ſe ad mutuandum Florenos decē ꝓ tpe ſex annorū, quibus locatio eſt duratura; & ſic exequendo obligationem realiter mutuauit; & uī primò, quod ſic. q̄cq̄d em̄ ex mutuo iungiт pacto ꝑcedente, uel actione ſubſequente, quicquid ſit illa, uſura eſt. 14. qō. 3. c. 2. & 3. quinimò ſola ſpes aliquid ex mutuo conſequendi, ſecuta datione facit hominem uſurarium, ut in Euāgelio Lucæ: Mutuū dantes nihil inde ſperantes, & tranſumptiue in. c. conſuluit, de uſū. Sed in caſu noſtro cōmodum reale æſtimabile uenit ex illo mutuo, cū alſ iſte conductor non obligaſſet ſe ad tantā penſionem conſtituēdā. ergo eſt ɔctus uſurarius, cū q̄cquid accedat ſorti ex parte accipientis, uſura eſt, ut iuribus ꝑal. ¶Item conuentum fuit, cum mutuū fuerit gratuitum, ſed aīo habendi maiorem pēſionem; igiт, &c. Ad idē facit. c. ſi q̄s obiecerit. j. qō. 3. ubi dicit, ꝙ ſi uendo unum ex duobus, ſine quo alterum non contingit, & alterum cēſetur uenditum. Sed in caſu nr̄o non fuiſſet conſtituta tanta penſio reſpectu locationis, niſi interceſſiſſet mutuum. igitur totus ɔctus pōt dici uſurarius. ¶Sed his non obſtātibus, quæ uidentur obſtare, ɔrium puto de iure uerum.
1 Et primò eſt ſubtiliter cōſiderandū. † ꝙ ubicunq; ex uno & eodem ɔctu interueniunt duæ ſpecies ɔctus, ſeu duo ꝓportionabilia diuerſis ɔctibus iudicandus eſt ɔctus à principali intentione contrahentium, ubi non apparet de intentione, recurrendum eſt ad coniecturas; & hoc expreſsè uoluit Io. An. in c. ad q̄ſtiones, de re. permu. & Bar. in l. Ariſt. de dona. ſenſit Cy. in l. cū te, C. de pac. inter emp. & uen. & probat̄ in. l. tenetur, C. de act. emp. & in. l. ſi tibi, ff. ſi cer. pe. & l. quicquid, de acq. re. do. & in. d. c. ad q̄ſtiones. ubi patet, ꝙ ꝓ alia ſpecie non iudicat̄ ɔctus permutationis, habito reſpectu ad ſpeciē, quę interuenit, ſed potius uenditio habito reſpectu ad pecuniam & principalē intētionē ɔhentium, inſti. de emp. & uen. §. pretium. Ita e contra, ſi permutaui rem meam cū tua, & quia mea plus ualebat, adiecisti certā quantitatem pecuniæ, non iudicatur emptio ꝑꝑ pretium qđ uenit acceſſoriè, ſed ꝑmutatio ꝓpter ſpecies ꝑmutatas, & principalē intentionē ꝑmutare uolentium, ut ꝓbat̄ in. d. c. ad quæſtiones, & no. Bar. in d. l. Ariſt. Ita dico ad ꝓpoſitum, in quo in iſto ɔctu interuenerunt duo habētia naturā diuerſam, uidelicet locatio & conductio, coniecturari multū ex conuentione. Debemus ergo iudicare hunc ɔctum ſecđm intentionem ɔhentium locationem & conductionē. & clarè patet ex uerbis contractus, licèt mutuū ueniat acceſſoriè ad ſeruandū ipſi cōductori, ut melius poſſit habitare in re locatā. Igitur lucrum inde ꝓueniens non debet attribui mutuo, ſed locationi. ¶Sed præſuppoſito & non conceſſo, ꝙ hic non appāret de mēte ɔhentium, tñ coniecturis hoc colligiт euidenter. Primò, quia ante, ꝗ ſubmitteret̄ obligatio mutui, iā ex ɔctu locationis uineæ cōductor ſe obligauerat ad affictū, ſiue pēſionē illā ꝓ. uinea dūtaxat. Nec aliq̄d dī, ꝙ ratiōe mutui. Itē ipſa res locata eſt longè pretioſior. ꝗ ipſa quātitas mutui. Itē ꝙ fuit actū, ut pecuniā mutuatā poſſit reſtituere qñq; nec ꝑ hoc aliq̄d diminuiт de pēſiōe ſtatuta rōne locationis. Et hæc eſt maxima cōiectura: q̄a reſpectu mutui pēſio nō fuit ſtatuta: aliàs fuiſſet actū, ut ſoluto mutuo penſio diminueretur, ſaltē pro parte. Itē non poterat iſte locator repetere mutuum quandocunq; durante tꝑe locationis. ergo ratione locationis fuit factum: alſ potuiſſet repetere quandocunq;, ut eſt de natura mutui. Ita, ꝙ pōt dici, ꝙ non ſit ex toto uerum mutuum, ſeu non habet omnia ſua accidētalia, ſeu naturalia ɔctus. Ad hoc, qđ no. per gl. in. l. ſi pœnam, ff. de uerbo. obli. in. d. l. ſi tibi, ff. ſi cer. pe. ¶Quid ultra? inſpiciatur conſuetudo regionis, in qua mediaris, quaſi ſemꝑ aliquid ꝑſteт, ut poſſit ſe melius regere; ad hoc de pig. c. illo uos, & l. quia ſe miſſem, ff. de uſusfr. & ff. de edil. edi. l. quod ſi nolit. §. q̄a aſſidua, & quod no. Bar. in. l. nemo eſt, q̄ neſciat, ff. de duo.
2 reis. ¶Ex contractu uerò locationis non oritur uſura, ſed tm̄ ex puro ɔctu mutui, ut in. c. eijciēs. 88. di. Not. plenè per Io. An. in regula, peccatū, de reg. iu. lib. vj. in Mercu. Non obſt. ꝙ interuenit mutuum. Nam ex ſtipulatione pōt quis ſe obligare ad mutuādum, ut. d. l. ſi pœnam, ff. de uer. obl. unde obligauit iſte ſe, ut ille facilius poſſit ſe regere in re locata. hoc idē ꝓbatur in ꝑall. c. ad queſtiones, iunctis ibi no. per Inn. ubi patet, ꝙ una eccleſia cum ſuis poſſeſſionibus pōt cōmutari cū alia eccleſia, & ſuis poſſeſſionibus; & ſi altera abundat in poſſeſſionibus, pōt licitè ꝑ aliam partem refundi pecunia. Nec per hoc dī dari ꝓ iure ſpirituali, ſed potius pro fundis, dūmodo ɔctus ſint ſeparati, ſaltem quo ad naturā, ut ibi dicit. Inno. cum non agant pecuniam immiſcere cum ſpiritualibus, ſed pro tēporalibus. Ita dico ad ꝓpoſitum, ex quo pēſio non eſt cōſtituta pro ipſo mutuo, ſed ꝓ re locata, ut clarè colligiт ex ɔctu, & prædictis uerbis ɔctus; non obſtat interuentio mutui cū poſſit tibi donare pecuniā, cū hoc, ut tu illā mihi mutues. d. l. ſi tibi. ita poſſum tibi conſtituere certā pēſionem ex re tua mihi locata, cū hoc, ut mihi certā quantitatē des. Nec agó ex mutuo conſtituere penſionē: ſed uolo à te hanc prærogatiuam & cōmoditatē. nā cum illa pecunia poſſum multa bona agere ēt cum re locata, & percipere longè plures uberiores fructus. ¶Item & ultimo in caſu noſtro deeſt diffinitio uſurę; ergo & ipſum diffinitū, ut notat̄ ſuper rubrica, de ſum tri. & inſti. de ob. in princi
3 pio. † Eſt em̄ uſura lucrum ex mutuo pacto debitum, uel exactum, ut notatur in. d. regula, peccatum. Sed hìc lucrū non prouenit ex mutuo, ſed ex ipſa locatione, ut patet in ɔctu, & ex ꝑdictis; ergo non eſt uſura. Ad iudicandū autē ɔctū uſurarium, ut in foro contentioſo, debet inſpici forma ɔctus, ut ī. c. ciuitate, de uſur. Sed iſte ex forma ſui eſt locationis & conductionis. Non obſtāt ɔria ſuperius allegata: quia nego, ꝙ penſio cōſtituatur hìc rōne mutui, ſed ratione rei locatę. nec aliquid hìc principaliter datur occaſione mutui: ſed totū attribuitur locationi, licet conductor uoluerit hoc cōmodum à locatore, ut facere & ibi aliquā ꝑſtantiam duraturam tempore locationis, ut fortè poſſet emere boues, inſtrumenta, uel ſimilia. Concludo ergo ɔctū non iudicandū ex ſui forma uſurarium, ſed locationis & conductionis &c. NICO. ABBAS.

## CONSILIVM XVI.

1 *Teſtes duo in qualibet re probanda ſufficiunt.*
2 *Notarius deponens ſuper aliquo caſu, non facit maiorem fidẽ, quàm vnus teſtis.*

CHriſti nomine inuocato, ad claram deciſionẽ præſentis dubij tria ſunt examinanda. Primo, an dictus Donatus teneatur cõi Caſtilionis tanquam inſtitor ipſius cõis, ſeu dicti Andreæ. Scd̃o, an ſaltem ſit obligatus ratione promiſſionis ſuæ, quã dicitur feciſſe dicto cõi ſ̃m cõfeſſionem præfatorum ſic deponentium; quod eſt quærere, vtrum dicta illorũ teſtium plenè probent dictũm factum. ¶ Tertio, an ſaltem oĩbus deficientibus teneatur Donatus ratione ſequeſtri, quod dicitur ſibi factũ per cancellarium cõis Caſtilionis. Poſſet addi & quartũ, an prædictis non ſufficientibus diſtributiuè ad probandam intentionem dicti cõis, probent ſaltem in unum collecta. Et primo reſpectu primi vr̃ dictum Donatum obligatum fore ut inſtitorẽ. Nam inſtitor obligatur ex contractibus per eũ geſtis, ẽt functo officio, cũ illud officium ſit uoluntariũ; ſicut dicimus in procuratore & ſimilibus, ut not. gloſ. & Bart. in l. procurator quod, C. de proc. uidetur ibi tex & in l. ſeruũ Titij, ff. mã. licet quidam tenuerunt contrarium. Sed primum vr̃ cõis opinio; & hoc ſentire uidet̃ gl. in c. ſicut. 48. diſt. Sed prædictus Donatus fuit inſtitor cõis ſeu dicti Andreæ; quod probatur. Nã inſtitor eſt, qui præficitur alienæ negotiationi quæſtuariæ, ut in l. inſtitor, & l. quicunque. ff. de inſtit. plenè per Inn. in c. qd̃ quibuſdã, de fideiuſſ. Sed dictus Donatus fuit præpoſitus negotiationi ſalis per dictum Andream, & ſic fuit eius inſtitor, & per conſequens obligatus exiſtit cõmunitati Caſtilionis, & cuicũq; alteri ratione contractus. l. j. ff. de exerci. Poteſt dici, ꝙ fuit inſtitor cõitatis Caſtilionis, inquantũ geſſit negotium ſuum & eius noĩe ſal uendebat. ¶Sed his non obſtantibus, quæ uerè non obſtant, contrarium puto de iure uerũ. Nã inſtitor non tenetur, nec oritur illa actio inſtitoria, contra eũ, uel contra præponentem, niſi reſpectu contractus geſti per eũ in officio ſibi deputato. uñ ceſſante altero ceſſat dicta actio; & ita in caſu noſtro ceſſat. Nã dictus Donatus ſolum fuit præpoſitus ad uendendũ ſal ad minutũ, non autem ad emendum, nec ad recipiendum ſal à cõi floreñ. uel ab aliqua alia perſona. igitur non poteſt teneri tanquam inſtitor ex contractu facto per Andream magiſtrum ſuum; hoc expreſſe in l. quicunque, præallegata, ff. de inſtito. in §. nõ tñ oẽ. ubi dr̃, ꝙ ſi aliqs fuit præpoſitus ad uendendum, ſolũ tenetur, quatenus uendidit, non aũt ſi emit; & idem econtra. Item non obligatur inſtitor niſi quatenus ipſe contraxit in officio ſibi deſtinato, ut in l. j. de exerci. §. non aũt ex oĩ caſu. Sed in caſu noſtro dictus Donatus non cõtraxit cũ communi Caſtilionis, nec cum eo uigore ſui officii contrahere poterat, cum ſolum eſſet præpoſitus ad uendendũ ſal ad minutum, & dicto cõi non uendidit ſal, nec ab eo emit, nec tãquã inſtitor emere potuiſſet, cũ exceſſiſſet finẽ ſui officii. Solũ ergo obligabitur dictus Andreas, quatenus ipſe contraxit tanquã inſtitor uẽdendo ſal, & ſic ex officio, cui erat præpoſitus. Nec poteſt dici fuiſſe inſtitorẽ dicti cõis, cum per ipſum cõe non fuit præpoſitus alicui negociationi. Ergo nõ fuit eius inſtitor. d. l. inſtitor, & l. quicunque. Nec geſſit negociũ cõis, ſed ſolum ipſius Andreæ. nec poteſt dici obligatus cõi ex eo, quia ſal erat ipſius cõis, quia ex uenditione & traditione facta in ipſum Andream ſibi Andreæ fuit acquiſitũ dominium ipſius ſalis. l. traditionibus. C. de pac. ¶Sed p̃ſuppoſito, non tñ conceſſo, ꝙ ſal ipſum remãſiſſet in dominio dicti cõis: tñ pecunia inde proueniens nõ eſt cõis, ſed illius, qui uendidit, uel cuius nomine uendidit. l. ſi pecunia, C. ſi quis alteri, uel ſibi. Vnde rectius dictus Donatus ſoluit pecuniam dicto Andreæ, nec in aliquo tenetur dicto cõi. obligatur. n. Andreæ ratione contractus ẽt ex traditione rei alienæ. l. ſi urbana, ff. de cõd. ind. Inn. in c. ĩ literis, de teſti. ubi no. dicit per d. l. ꝙ ſoluens locatori rei alienæ liberatur, cum dicto locatori teneatur rõne contractus. Nec poteſt conueniri per dñm rei, quia cum eo nullum contractum geſſit. ¶Secundo principaliter faciũt no. per doc. & gl. in c. Michael, de uſur. ¶Concluditur cõi opinione, ꝙ nudus miniſter ad uſuram exercendam non obligatur ad reſtitutionem, cum ſolus fuerit præpoſitus ad mutuandum & lucrũ recipiendũ. ideo ultra id, qd̃ gerit non naſcitur obligatio, licet gl. in d. c. ſicut, aliud ſenſerit fundando ſe, quia rem a iure reprobatam geſſit. Sed non in caſu noſtro uidetur quo ad mentẽ iuris conuenire, ut iſte donatus teneatur, cum rem licitã geſſit, & nudus miniſter fuit ad uendendum ſal ad minutũ: quia nec tacite, nec expreſſe, ſed ad hoc tm̃; nec aliquid cum cõi geſſit. Non ergo debet obligari cõi ad precium ſalis, uel ad ſolutionem gabellæ. ex contrario ſequeretur ad ſ̃m ꝙ nudus miniſter obligaretur in his, quæ geſſit cum magiſtro extra officium ſupra deputatum contra. l. in oĩbus negociis, ff. de act. & obli. Et hoc quo ad primũ, & ſ̃m, an obligetur ratione aſſertæ promiſſionis. Sed nunquid per dicta illorum teſtiũ probetur aſſerta promiſſio, uidetur ꝙ ſic. nam realiter in qualibet re probãda ſufficiunt duo teſtes, ẽt ex lege diuina, ut in euangelio: in ore duorum, uel triũ &c. Et habetur in iure in multis locis, in c. licet, lo primo, de teſti. & 2. q. 4. per totũ, & iura ſatis in hoc uulgaria ſunt, ſed in caſu noſtro nedũ ſunt duo teſtes, ſed longe plures. Nam ſunt quatuor, qui erant tunc de prioribus dicti caſtri, qui teſtificari poſſunt in cauſa communitatis, ut probatur in c. inſuper, & c. cum nuncius, de teſti. & c. & ſi Chriſtus, in ſi. de iureiu. & 14. q. 2. ſuper prudentia, & maxime in negociis, quæ gerũtur in ipſa cõitate, ar. l. in l. conſenſu, C. de rep. pro quo in l. parentes, C. de teſti. & c. ueniens, el. ij. de teſti. in c. tertio loco, de prob. Itẽ adſunt hic alij duo teſtes, qui audiuerunt dcm̃ donatum dicentem ſe obligatum fore dicto cõi, & prædicto Andreæ: plene non probant de per ſe, quia deponunt ſuper uerbis enũciatiuis prolatis ꝑꝑ aliud, in c. ſi Papa, de priuil. lib. 6. no. in l. ex hac ſcriptura, ff. de dona. & in c. ſi de ſuc. ab inteſt. tñ inducunt præſumptionem, quæ multũ adiuuat dictum aliorũ teſtiũ, pro hoc bonus tex. cum gl. in c. illud, de præſump. & in c. cũ olim, de cenſi. & probatur in d. c. ſi. Itẽ adeſt, ſeu concurrit dictum cancellarij, qui dicit audiuiſſe ſæpe dcm̃ Andreã ꝓponentẽ in arengaria, ꝙ dictus donatus ſoluat cõi. ¶Sed his non obſtantibus puto, quod ex dictis illorũ teſtiũ plene nõ probetur, quod dictus Donatus ſe obligauerit cõi. Nam dicti homines, qui fuerunt ex prioribus illo tp̃e, multipliciter pñt repelli a teſtimonio. Primo, qm̃ ubicũq; ſinguli de uniuerſitate deponunt in fauorem uniuerſitatis in actu, qui ſuccedit poſtmodũ in fauorẽ commodi, ſeu incommodi ſingulorũ de uniuerſitate, non ſunt tales idonei teſtes: quia in effectu deponerẽt ſuper facto proprio, & conſequuntur commodum. hoc probatur ratione naturali. Debemus. n. attendere effectum rei, ut apertiſſime tenent doctores, & maximè Io. Andr. in c. cum nuncius, præall & in d. l. parentes. vbi dicit, ꝙ ſi cõitas contendit de paſcuis ipſius cõitatis, ubi ſunt paſcua ſingulorum, illi de uniuerſitate non ſunt idonei teſtes. Et maxime hoc procedit in uniuerſitate ſecu-

lari.



lari. Nam ſinguli nõ ſunt affecti ad ipſam uniuerſitatem; unde non probant ita plene, ſicut alij, nec etiam tractat̃ ſolum cõmodum uniuerſitatis, ut no. Arch. in prin. ſed in caſu noſtro nedum tractat̃ de cõmodo & fauore uniuerſitatis ſecularis, ſed in conſequentia de p̃iudicio ſingulorum, qa deficiente dicta probatione, collecta uenit impo nenda ſingulis ad ſatisfaciendum oneribus cõmunitatis, & pro hoc facit qd̃ no. Bar. in l. deferre, ff. de iu fiſ. & in l. omnibus, C. de teſti. ubi dicit, ꝙ ꝓcurator ad negocia nõ eſt idoneus teſtis, qñ perdita ipſa remaneret obligatus. ¶Item & ſecundo dicti, q fuerunt priores, repelluntur à teſtimonio rõne ſuſpitionis damni eis imminentis: qm̃ non reperiendo idoneos fideiuſſores ipſi tenẽtur in ſubſidium, ff. de magiſt. conue. per totum. Nec obſtat, ſi dicat̃, ꝙ ex ſuperabundanti, nõ ex neceſsitate receperunt dictã fideiuſsionem. Nam licet non reperiatur expreſſe in ſtatuto cõmunitatis ſtatutum: tñ ex quo conſuetudo antiquiſsima eſt in dicta cõitate, ut priores recipiant fideiuſſores ab emptoribus gabellæ p̃dictæ, eo ipſo, ꝙ aſſumpti fuerint iſti ad officium prioratus, uidentur obligati ad ſatisfaciendum; qd̃ per alios ſolitum eſt fieri. Pro hoc ur̃ tex. in c. eccliaſticũ, & in c. his. 11. diſt. bene facit tex. in l. ꝙ ſi nolit, in §. qa aſsidua, ff. de edil. edi. ꝓ hoc qd̃ no. Bar. in l. nemo eſt q neſciat, ff. de duob. reis; & ibi dicit, quod in contractu tacite uenit id, qd̃ ſolitum eſt fieri; & iõ dicti quondam priores non ſunt in hac re idonei teſtes; cum euitent dãnum, de facili deponerent ſuper dicta promiſsione. ¶Item & tertio non ſunt idonei teſtes: qm̃ ubicũq; officiales etiam depoſito officio uolunt deponere de actu geſto coram ſe uel per ſe, ex cuius geſtione, uel omiſsione laus, uel uituperium poſſet eis aſcribi, non ſunt idonei teſtes; & eſt no. doc. in c. cum nobis, de teſti. per Inn. in c. 3. de arb. Sed in caſu noſtro uituperiũ, uel ignorantia poſſet eis aſcribi, ſicuti non prouidiſſent, nec fecerunt, ut alij prædeceſſores. igitur &c. tres iſtæ conſiderationes etiam ſingulæ conſideratæ uidentur ſufficere, & multo fortius, ubi oẽs conuenerunt, ut in caſu noſtro. nec obſtat dictum illorum duorum teſtiũ. Nam primo, ut prædixi, ſolum deponũt de uerbis enunciatiuis prolatis ꝓpter aliud; nec faciunt præſumptionem: quia ſunt ſingulares. nam deponunt ſuper diuerſis confeſsionibus, & nõ ſuper eadem re. unde licet uerus teſtis faciat præſumptionem, qñ deponit ſuper ipſo facto, de quo quæritur: ſecus tñ eſt, qñ deponit in indicio. oportet enim quod duo teſtes ad minus probent indicium, nec unus teſtis releuat, ita notabiliter ſentit glo. & apertius Bar. in l. fin ff. de quæſt. o. Sed in caſu noſtro illa uerba enunciatiua ſolum faciunt indicium, cum fuiſſent ꝓlata propter aliud, nec probantur per duos teſtes; & iõ non releuant, nec coadiuuant. Et pro hoc cap. cum dilecti, de electio. c. tam literis, de teſtibus, maxime in abſentia partis. l. certum. §. ſi quis abſente, ff. de confeſſ. & quod not. in c. fin. eod. tit. Nec obſtat dictum cancellarij, qui non eſt iuratus, nec depoſuit in forma teſtimonij, ut in ſequenti mẽbro latius dicetur. Item neceſſario non concludit obligationem ſubſecutã: ſed ſolum dicit, ꝙ Andreas dicit ſe facturum, ꝙ donatus ſolueret cõmuni. unde non ſequitur, ꝙ fecerit, maxime cum ipſemet Andreas poſtea depoſuerit dictum donatũ nunquam ſe obligaſſe. Et per hoc patet quid dicẽdum in ſecundo; & ſatis patet rñſio in contrarium ad tertium, nũquid obligetur rõne ſequeſtri. & non ſtando in uerbis, dico primũ, ꝙ cum ſequeſtrum nõ appareat per literas cancellarii confectas poſtmodum ad requiſitionem dominorum, nullo modo probatur ſequeſtrum poſſe, etiam ſi cancellarius nunc atteſtaretur ſequeſtrum fuiſſe factum in pleniſsima forma; & hoc probatur apertiſsime primo qa uiuæ uoci notarij non eſt credendum, ut no. Hoſti. in c. poſt ceſsionem, de ꝓb. quinimmo ſcriptura ſua non facit fidem etiã concepta ſuper actu, niſi habeat inſcriptionem teſtiũ, ut in auc. de hære & fal. §. ſi uero abſunt, & in auc. de tabell. & in auc. de ſi. inſtr. ſed hoc caſu etiam ſcriptura notarij nõ apparet: quia iſtæ literæ cãcellarii mere teſtimoniales atteſtantes factum de p̃terito nec fuerunt ſcriptæ tẽpore, quo dr̃ rogatus, nec eſt in ꝓtocollo ſuo, ergo nullã fidem faciunt, ut in dictis iuribus legitur & notatur.

2 ¶Item notarius deponens ſuper aliquo caſu nõ facit maiorem fidem, quam unus teſtis, ſed cõputatur in numero teſtium, ut l. Domitius Labeo, ff. de teſta. & clarius in c. cum Ioan. de ſi. inſtru. & in caſu noſtro non habent uim unius teſtis: qa non deponunt in forma iuramenti, nec citata parte, nec præſtito iuramento; & iõ nihil ualet dictum ſuum, ut probatur aperte in c. tua, de coha. cleric. & mulie. & in c. inſuper, in c. tuis, de teſti. ¶Item præſuppoſito, ꝙ nunc ueniret, & iuraret in forma teſtimonij, nõ faceret plenam fidem: quia unus teſtis non ſufficit, etiam ſi ep̃ali p̃fulgeat dignitate, ut dicit tex. in c. licet ex quadam, de teſtibus. Et ꝑ hoc infero ad id, qd̃ dixi de quarto dubio, nunquid debeant oẽs iſtæ probationes ſeu præſumptiones ſimul coniungi ad faciendum plenam fidem iuxta regulam, q non proſunt ſingula, multa iuuant in c. cũ cauſam, de teſti. & in l. iij. ff. eodẽ. & breuiſsime dico, quod coniungi non debeãt: quia ubicũq; conueniunt præſumptiones diuerſæ ſpeciei, non coniunguntur ad faciẽdam plenam ꝓbationem: quia cum non cõmittantur in unum, non ſunt cõmiſcibiles. hæc eſt theorica Bart. in l. admonendi, ff. de iureiu. & Io. Cald. & aliorũ in d. c. cum cauſam. Sed ita eſt in caſu noſtro. nã ſequeſtrum eſt unũ factum de per ſe ſeparatum à ꝓmiſsione aſſerta; ergo nõ poteſt coniũgi, nec coadiuuat dictum illorum teſtium, q. qm̃ fuerunt priores, ut dictum duorũ in nullo releuat, ut ſupra dixi. Quare concludo prædictis attentis dictũ Donatum non eſſe comitatui Caſtilionis aliqualiter obligatum. igitur &c. Laus Deo. NICOL. ABBAS.

## CONSILIVM XVII.

1 *Mulier habens ſexaginta tantum in bonis ſuis, ſi donauit illa alicui, ut eam aleret, nec ad hoc requiſiuit iudicem loci, nec nepotem ſuum, quæritur, an præiudicet nepoti?*

STante ſtatuto tenoris infraſcripti, uidelicet ſi qua mulier habens filios, uel filias legitimas, unam, uel plures cuiuſcũq; ſexus fecerit teſtamẽtum, uel codicillos, uel donationes, nõ poſsit relinquere, dare, uel uẽdere, uel alienare; ita, ꝙ filij eius, qui remãſerunt poſtea, poſsint priuari bonis ſuis niſi cauſa neceſsitatis, uel uictus, ſaluo ꝙ quartam partẽ bonorum ſuorum pro ſuo arbitrio diſpẽſare, uel de ea poſsit diſponere non obſtante diſpõne, quę primo facta erat; poſtea fuit facta additio, ut ibi dicit, filios habens. Dicit etiã nepotes deſcẽdẽtes ex ea, & detracta fuerunt illa uerba, uidelicet fecerit teſtm̃, uel codicillos, uel donationes; & fuit additum in fine: reliquæ tres partes pro rata diuidantur. ¶Item alio ſtatuto prouiſum fuit, ꝙ nulla interpretatio fiat, uel admitti debeat ſuper aliquo capitulo ſtatutorũ: ſed ſicut uerba iacent, ſimpliciter & vulgariter intelligantur abſque ulla
1 interpretatione. † Contingit in facto, ꝙ mulier quædam habens forte ſexaginta in bonis non habens aliter, unde

uiuat,

uiuat, donauit illa bona quibuſdam attinentibus cũ hoc, ut deberent eam regere; nec ad hoc requiſiuit iudicem loci, nec nepotem filium filiæ. quæritur, nunquid præiudicatur ex hoc dicto nepoti quo ad tres partes? Breuitatis cauſa arbitror ꝙ ſic; ita, ꝙ dicti ſui attinentes habebunt illa bona, prout inter eos conuentum exiſtit. Moueor primo, ꝙ prædictum ſtatutũ excepit à ꝓuiſione ſua caſum neceſſitatis, nec caſum exceptum aliter determinauit. ergo pure relinquitur ſub diſpõne iuris cõmunis per hoc, quod de exceptione no. gl. ſuper rubr. de reg. iu. lib. 6. facit optime. c. ſuſceptum, de reg iu. lib. 6. & l. commodiſſime, ff. de lib. & poſth Sed de iure cõmuni poſſunt parentes aſcendentes de ſuis bonis libere diſponere, non requiſitis filiis, uel nepotibus, nec iudicibus, dummodo non faciant in fraudem deſcendentium, ut no. in l. hæreditati, ff. de bo. auc. iud. poſſ. ubi per Bar. in c. Raynutius, de teſta. itaq; filij nil habebunt poſt mortem parentum, ut ibi. ergo licuit iſti mulieri ſeruando ius cõmune contrahere, prout fecit, nepote, uel iudice nõ requiſito. ¶ Secundo & idem probatur ſic. ubicũque ſtatutum emanat contra iuris diſpõnem, eſt ſtrictiſſime intelligendum, & recedendum eſt à terminis iuris cõmunis, quanto minus fieri põt, ut l. j. §. hæc autem uerba, ff. de neg. geſt. l. ſi uero §. de uiro, ff ſol. mat. in c. in noſtra, de iniur. not. Innocen. in c. cum cauſam, de reſcript. & Bart. in l. oẽs populi, de iuſt. & iur. Sed in caſu noſtro ſtatutum hoc eſt contra ius cõmune, ut mater non poſſit diſponere niſi de quarta; ergo, quatenus excepit cauſam neceſſitatis, debet reduci ad ius cõmune, ut libere in caſu neceſſitatis poſſit diſponere de omnibus bonis, ſicut põt de iure cõmuni etiã neceſſitate ceſſante. Satis. n. ſtatutum operatur contra ius cõmune, cum præiudicet extra caſum neceſſitatis. ¶ In caſu ergo neceſſitatis ceſſare debet cõmunis interpretatio, & additio. quare non poteſt fieri recurſus ad iudicem, uel ad nepotem ſine læſione iuris communis; quod non eſt neceſſario fiendum: quia ſtatutum debet reſtringi, ut reducatur ad terminos iuris cõmunis, in c. cum dilectus, de conſue. & l. ij. C. de noxa. Non ergo debet ampliari & late intelligi, ut recedatur a libera facultate iuris cõis, ſicut fieret in caſu noſtro, ſi eſſet opus recurrere ad iudicẽ, uel nepotem. Itẽ ex iſto intellectu contrarium ſequeretur, ꝙ mulier teneretur recipere alimenta ab eo forte, a quo non uellet, quod nunquam fuit de mẽte ſtatuti: ſed tñ uoluit compeſcere illicitam & effrenatã diſpõnẽ mulieris in præiudicando ſuis deſcendentibus ¶ Item & quarto ſtatutum in prin. dicit realiter mulierẽ non poſſe alienare, poſtea excepit ſimpliciter caſum neceſſitatis ſui uictus. ergo tũc poteſt alienare ſine requiſitione nepotis, uel iudicis: alias autem non diceret non poſſe ſimpl'r, nã non ſimpl'r dicitur poſſe, qui debet habere alterius conſenſum, uel ſeruare aliquam ſolẽnitatem. l. tutor qui repertorium, ff. de admi. tuto. & C. de prædi. mi. ſine decre. per totum. id. n. dicimur poſſe quod de iure poſſumus. c. facit homo. 22. q. 2. & l. filius, ff. de cond. inſti. Et maxime ad iudicem non tenetur ire, ar. optimũ. l. fi. C. de prædi. mi. ſine decre. non ali. lib. 10. ubi patet, ꝙ decretum ſic permiſſiuũ in certa ſpẽ alienationis contra iuris diſpõnẽ non extenditur ad alium caſum non prouiſum. Ita dicendum eſt in caſu noſtro. ¶ Et ſi diceres, ꝙ non dicitur iſta facere ex neceſſitate uictus: quare neceſſitas eſt, quando non habet aliter, unde ſubueniatur in c quanto, de conſuet. Sed iſta habebat remedium petendo a nepote. dico, ꝙ ſtatutum noluit, quod mulier iret mendicando alimẽta ſua etiam per manus filiorum, uel nepotum, ſed ſolũ ut relinqueret extra caſum neceſſitatis. bene. n. ſciuiſſet ſtatutum hoc etiam dicere, ſi uoluiſſet, ar. de deci. ad audientiam. ſatis. n. grauauit eum extra caſum neceſſitatis; unde uoluit tollere prouiſionem a iure conceſſam in caſu indigentiæ, cum non debeat addi afflictio afflicto, de cleri. ægro. per totum. nec proprie dicitur ſine neceſſitate, ſi per mendicata ſuffragia habeat quærere alimenta: quia non dicimur poſſe, ubi honeſtas reſiſtit. d. l. filius, & opprobrium eſt mendicare. 93. diſt. diaconus. uidetur inſuper de hoc caſus in auc. contra rogatus, C. ad Trebe. ubi dicitur, ꝙ rogatus, ut reſtituat, quicquid ſupereſt de hæreditate, tenetur ad minus quartam conſeruare fideicõmiſſario, niſi alienet pro neceſſitate ſui uictus, & ſic ſimpliciter concedit alienationem cã uictus. Nec requirit, ut prius ſuper hoc recurrat ad fideicommiſſarium, in cuius fauorem erat prohibita alienatio: quia nec decet, ꝙ uadat ad iudicem; no. in ſimili per Bart. in auc. res, quæ, cõmunia. de leg. ergo fortius non fuit neceſſe ire in caſu noſtro ad iudicem, uel requirere nepotẽ, ubi agitur de propriis bonis ipſius mulieris, & ubi aliter intelligeretur, fieret receſſus à iure cõmuni & ſine culpa. ita grauiter præiudicaretur mulieri ꝯ no. per Bar. in l. oẽs populi, & maxime hoc dicendum eſt in caſu noſtro, ubi agitur de bonis modicis, in quibus ceſſat ſolennitas urgente neceſſitate ẽt a iure adducta, ut probatur in c. terrulas, iũcto c. ſine exceptione. 12. q. 2. Et hoc profecto credo tenendum, licet in contrarium reputemus fore aliquorum doctorũ theoricam: ſed non poteſt procedere in caſu noſtro, ubi læderetur ius commune, & ita amare præiudicaretur mulieribus. ¶ Quare concludo dictam conuentionem factã cũ dicitis agnatis ualuiſſe, ex quo in ueritate fecit ex neceſſitate ſui uictus, ut ſatis colligitur ex tenore ipſius conuentionis, licet aliter non adiuerit iudicem, nec ipſum nepotem requiſiuerit. Laus Deo. NIC. ABB.

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVAEDAM *domina Dominica uxor cuiuſdam Ambroſii poſt conditum teſtamentum uiro inſcio cohæredem extraneum inſtituit. de hoc teſtamento poſtea non habita mentione fecit ſolenniter quandam compoſitionem cum uiro ſuo, ut ipſa præmoriente, certa bona ipſius mulieris uenirent ad uirum cum certo onere ad pias cauſas; & illa bona continebant quaſi maiorem partem bonorum ipſius mulieris: & ſi econtra prius decederet maritus, deberent ad ipſam peruenire bona pertinentia ad maritum cum certis oneribus etiam ad pias cauſas. demum aliter dicto teſtamento non reuocato deceſſit dicta mulier. ¶ Quæritur nunc, an compoſitio præiudicet teſtamento, cum de eo nulla fuerit facta mentio, uel econtra.*

## CONSILIVM XVIII.

1 *Donatio facta inter uirum & uxorem an ualeat.*
2 *Teſtamentum ſemel factum non reuocatur niſi per aliud ſolenniter perfectum.*
3 *Voluntas ultima eſt ambulatoria uſq; ad mortem.*

CHriſti eiusq; matris nominibus inuocatis, uř primo, ꝙ dicta compoſitio non ualuerit: primo quia uidetur auferre uoluntatẽ teſtandi, ſeu teſtm̃ mutandi extante compoſitione, qñ oĩa bona mulieris uenirent; quod eſt ꝯ. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta, ff. de uer. ob. eſt. n. ꝯ bonos mores, ut qs habeat hrẽdẽ ꝯ liberã uoluntatẽ, quæ debet eſſe ambulatoria uſq; ad extremũ uitæ, l. iiij. ff. de adimẽ. leg. & c. cũ Marthæ, de cele. miſ. Nec ob. quod iurm̃ in hac cõpoſitione fuit appoſitũ, quia ut no. dicit Bar. in d. l. ſtipl'o; non obligat. c. nõ eſt obligatoriũ, de re. iu. li. 6. & maxime hoc uř procedere ex parte uiri, cui promiſit uxor ꝑ ſolennẽ ſtipl'onẽ oĩa bona



1 ſua. ¶ † Scd'o ꝓbaẽ ſic. donatio inter ui. & ux. facta nõ ualet, ut de dona. inter ui. & uxo. l. j. & ij. & c. fin. eod. ti. Sed hæc fuit quædam donatio cum ex mutuo amore coniugali hoc proceſſit, igitur &c. Et ſecundũ quoſdã talis donatio non firmatur iuramento, quia uř ꝯ bonos mores, ſi mutuo amore ſe ſpoliant, ut no. in c. cum contingat, de iureiur. & in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & l. ſeius & Augerius ff. ad l. Fal.

2 ¶ † Tertio facit, ꝙ teſtamentum ſemel compoſitum non reuocatur, niſi per aliud ſolenniter perfectum. l. ſancimus, & l. hac conſultiſſima, C. de teſta. Sed teſtamentum non fuit reuocatum expreſſe, nec tacite hoc dicendo iuxta ea, quæ habentur & notantur in dictis ll. ergo debet ſtare firmum, & præiudicare compoſitioni prædictæ. ¶ Sed his non obſtantibus, quæ non obſtant, nec urgent contra compoſitionem, arbitror dictam compoſitionem ualidam fore, & præiudicare teſtamento quo ad contenta in ea. Et primo adduco text. in l. rem legatam ff. de adimen. leg. ubi patet, quòd legatum in teſtamento teſtator ex mera liberalitate alii

3 donauit. ¶ † Item ultima uoluntas eſt ambulatoria uſque ad finem mortis, ut in iuribus præallegatis. Nec poteſt quis ſibi ſtatuere legem in teſtamento, a qua non liceat recedere, etiam ſi iurauerat, ut plene no. per Ioann, An. in regula, quod ſemel de reg. iur. lib. vj. in Merc. not. xiij. q. ij. ultima uoluntas uidetur tex. in l. ſi quis, in prin. ff. de lega. iij. unde poteſt teſtator de bonis ſuis libere diſponere in contrahendo tam in teſtamento, quam poſt teſtamentum, ut l. hæredes palam, ff. de teſta. & d. c. cum Marthæ. licuit ergo dictę Dominicę de rebus ſuis etiam poſt teſtamentum diſponere, nulla etiam habita mentione de teſtamento, maxime contrahendo, ut fecit, ut ſatis probatur in iuribus præallegatis. Solum ergo reſtat uidere, utrũ dicta compoſitio prædicto mõ ualuerit, & maxime inter maritũ & inter uxorẽ, & ſic indirecte reſpondetur ad ꝯriũ, & dico ꝙ ſic. Nã ſi bene inſpiciantur uerba compoſitionis, non eſt in ea alicui coniugum ſublata libertas teſtandi, ſeu teſtamentum mutandi, nec per ea fuit derogatum hæredis inſtitutioni in teſtamento factę non. n. promiſit dicta domina Dominica hæredem facere maritum. Nec e ꝯ, nec dedit oĩa ſua bona pñtia & futura; quo caſu poſſũt militare no. ꝑ Bar. in d. l. ſtipulatio, & ꝑ Cy. & alios in l. fi. C. de pac. Sed ſolũ uxor diſpoſuit de quibuſdã rebus particularibus & maritus diſpoſuit de rebus pñtibus, nõ aũ t futuris. quo caſu ualet ſtipulatio ſm̃ gl. & Bar. & oẽs in d. l. fi. & l. ſtipulatio cũ poſſint teſtari de rebus acquirẽdis in futurũ. teſtm̃ dictæ Dñicæ remanet inualidũ rebus & iuribus nõ cõprehẽſis in dicta cõpoſitione teſtõ extãte, qđ tempore mortis nil ultra remanſerit, nil tñ habet obſtare. ſatis. n. ẽ ꝙ remanere potuit, & ꝙ in pñti põt hr̃s adire hæreditatem, cum hæreditas conſiſtat ẽt ſine bonis, cũ ſit nomẽ iuris. l. hr̃s appellatio ff. de uer. ſig. & hoc colligitur ex uerbis dictæ cõpoſitionis, de qua obſeruãda non obligauerũt auferre liberam facultatẽ teſtãdi, ſed de certis bonis dũtaxat paciſcendo quinimmo dico, ꝙ ſi hr̃s adijt hr̃ditatẽ ex illo teſtõ, teneť & obligať marito ad obſeruãtiã dictæ cõpoſitiõis, ad hoc. l. ueteres, C. de ꝯhẽ. & cõmit. ſtip. & qđ no. in c. 1. de teſt. & plus dico, ꝙ ſi oĩa bona pñtia & futura donaſſent, ualeret donatio maxime interpoſito iur̃o, non obſtante opi. Bar. quã moderniores nõ fuerũt ſecuti, cum teſtator poſſit fieri ſine bonis particularibus, cũ hr̃ditas ſit nomẽ iuris, ut prædixi; & ipſemet Bar. hoc ſenſit in auc. ingreſſi, C. de ſac. ſan. ecc. Nec ob. d. l. ſtipulatio, quia ibi tollebatur directe facultas hr̃dẽ inſtituendi, quòd non contingit in caſu nr̃o, quicquid ſit de hoc caſu noſtro, tamẽ non ob. opi. Bar. licet concordat cum hac cõpoſitiõe nõ uenerunt bona pñtia & futura, nec promiſerunt ſe inſtituere hr̃des, ſed potius ſenſerunt contrarium ut prędixi. & per hoc tollitur primum & ultimum motiuum. ¶ Non ob. illud de donatiõe prohibita inter ui. & uxo. multiplici ratione. Prima quia fuit morte confirmata quòd fieri poteſt c. fi. de dona. inter ui. & uxo. ut l. donationes, C. eod. tit. Item quia non fuit donatio inter uiuos; ſed cã mortis quæ non prohibetur inter maritum & uxorem. cum ex hoc non efficiatur alter pauperior. ut l. in donationibus C. ad l. Fal. & l. ſi cã mortis. ff. de dona. Item contrarium poteſt dici quòd non fuit donatio, ſed quædam compoſitio ut mutuũ pactũ de lucrãdis certis bonis matrimonio diſſoluto per mortẽ alterius; qđ licite fieri poteſt inter coniuges ut d. c. fi. de dona. inter ui. & ux. & l. deo nobis. & ff. de epiſ. & cle. Nõ enim poteſt dici ſimpliciter donatio quæ fit animo aliud conſequendi ſeu remunerandi. ut d. l. hoc iure. in fi. ff. de dona. no. Bart. in prohemio digeſtorum qualis fuit iſta. ¶ Concludo ergo quòd teſtamentum dictæ dominice remanet ualidum, & compoſitio factam per eam cum marito eſt per omnia obſeruanda maxime ratione iuramenti & diſpoſitionis facte ad pias cauſas. arg. c. relatum ẽl. 1. de teſta. Et hæc ſufficiant. Nicolaus Abbas.

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVAEDAM *mulier promiſit trecentos nomine dotis filiæ ſuæ marito recipienti & ſtipulanti pro ſe, & nomine ſuo: hoc inter cætera in ipſo contractu adiecto, quòd matrimonio diſſoluto aliter, quam per mortem filiæ ſuæ, dicta dos deberet ſibi reddi poſtmodum natis filijs, ex dicto matrimonio deceſſit maritus; & ſic commiſſa ſtipulatione, dos fuit reſtituta dictæ mulieri. Deniq; dicta filia tranſeunte ad ſecunda uota, promiſit dicta mulier eius mater ſecundo uiro trecentos nomine dotis: hoc inter cætera adiecto, quòd ſi matrimonium diſſolueretur per mortem eius filiæ, ſuperſtitibus filiis de ipſo matrimonio, tunc dos remaneret apud ipſum maritum retinentem nomine ipſorum filiorum; ita, quòd dos cederet ipſis filiis dũtaxat; & ad hoc obligauit ſe, & ſuos hæredes per ſolennem ſtipulationem moritur poſtremo dicta filia: ad cuius ſucceſſionem ueniunt filij primi matrimonij, dicentes ſe debere ſuccedere in dicta dote cum filiis ſecundi matrimonij, maximè occaſione ſtatuti loci, in quo inter cætera diſponitur, quòd ſi qua mulier tranſiuerit ad ſecũda uota, & deceſſerit ab inteſt. relictis filiis ex primo matrimonio, & ex ſecundo, aut quocunque alio, & tunc eo caſu filij primi matrimonij, & ſecundi, & cuiuslibet matrimonij ſuccedant ab inteſtato dictæ eius matri æquali portione tam in dotibus eorum matris, undecũque habuerit & proceſſerit, quam in aliis quibuſcunque eius bonis, nõ obſtante aliquo pacto appoſito in inſtrumento dotis ipſius matris &c. ſecundus maritus opponit de ſtipulatione prædicta. Quæritur, quid iuris &c.*

## CONSILIVM XIX.

1 *Statutum, inquantum fieri poteſt, debet reduci ad terminos iuris communis, etiam per impropriationem uerborũ, ſi id expedit.*
2 *Maritus, qui tenetur dare partẽ eorũ, quæ habuit, filiis primi matrimonii, non compellitur ante lapſum anni reſtituere dotem, quæ conſiſtit in rebus immobilibus.*

CHriſti, eiusque matris nominibus inuocatis. Videndum eſt primo pro ipſius clara deciſione, quid dicendum de iure

re communi Secundo, nunquid uarietur in hoc iuris cõ-
munis diſpoſitio uigore dicti ſtatuti. In primo, omiſsis ar
gumentis, quæ ad partes fieri ſolent, ſic mihi uidetur di-
ſtinguendum, quòd aut mater dotauit filiam de ſuis pro-
prijs bonis, aut de bonis ipſius filiæ, & hoc deprǽhẽdit̃ de
adminiſtratiõe bonorũ ipſius filiæ. Nã ſi mater admini-
ſtrabat tpe ꝓmiſsiõis bõa filiæ, tũc vr̃ mater de ſuo dotẽ
cõtuliſſe. hoc colligit̃ ex his quæ leguntur, & notãtur in
l.fi.C.de dot.promiſ.& l.una, C.de rei uxo.ac.§.accedit.
¶Primo caſu cum dotem contulerit ex propria ſubſtan-
tia, potuit ẽt in præiudicium filiorum futurorum dotem
ſibi reddi ſtipulari, ſicut quilibet extraneus, ut in d.§.ac-
cedit, & l.quoties, ff.ſo.ma.& ſic licitè potuit dando do-
tem ſecundo uiro, apponere pactum excluſiuum filiorum
primi matrimonij, cũ in re ſua potuerit apponere quod-
libet pactum, C.man.l.in re mãdata, & c.de his, de ſepul.
hoc ergo caſu, excluſis filiis primi matrimonij, dos ipſa
erat filiorum dũtaxat ſecundi matrimonij. ¶Secundo ca-
ſu cũ mater dotauit de bonis filiæ non ualuit pactum ap-
poſitum in prẹiudiciũ filiorũ primi matrimonii, ſicut.n.
directè non poſſet ipſa mater excludere filios primi ma-
trimonii à ſua ſucceſſione.l.cum aliis, C.de ſecũ.nup & in
Auth.vt cũ de appel.cog.§ aliud quoque capitulum; ita
& fortius non potuit iſta dotando de bonis filiæ appone-
re pactum filiorum primi matrimonii excluſiuum, ar.in
l.nemo põt, de leg.j.& l.ius agnationis, ff.de pactis. ¶Sed
hoc caſu arbitraretur ipſam auiam teneri ad ſupplẽdum
ſecundo marito de ſua ſubſtãtia cũ obligauerit ſe, & ſuos
hæredes, & ad implementum omnium, quæ uenerunt in
contractu. quantum ergo ſibi aufertur ex filiis primi ma-
trimonij, tñ eſt ſibi ſupplendũ per dictã auiã de ſua ſub-
ſtantia, cum potuerit ad hoc ſe obligare, arg.in l.rẽ alie-
nã, ff.de contrahen.emp.& l.eleganter.§.qui reprobos, ff.
de pign.actio.& l.exẽpto, de act.emp.& bene facit in ſi'i.
c.inter cætera, de præben. Hæc procedunt inſpecta diſpo
ſitione iuris cõis. Sed nunc examinandum eſt, quid dicen
1 dum eſt in ſpectis uerbis cenſuræ municipalis. ¶† Et ui-
detur primo. nam dictum ſtatutum debet, quantum fieri
poteſt, reduci ad terminos iuris cõis, etiam per impro-
priationẽ uerborum, ſi expedit, ut in c.cũ dilectus, de con
ſue.& l.ij.C.de noxa.per doc.in c.cauſam quæ, de reſcri.
intelligatur ergo dictum ſtatutum, quod uoluerit tolle-
re pactũ appoſitũ in dote profecta ab ipſa filia, uel ipſius
patre: ſecus, ſi ab extraneo, ut eſt mater in hoc caſu: quæ
cum non teneatur dotare filiam, dicta mater debet prohi
beri paciſci dotem ſibi reddi contra multa iura ſuperius
alleg.& ſimilia. Nam cã iuſta eſt reſtringi ſtatutum, cum
quis ſine culpa pateretur damnum, ut no.Bar.in l.oẽs.ff.
de iuſt.& iu.uerum cum uerba ſtatuti ſatis in hoc uidean
tur clara, & generalia excludunt.n.quodcunque pactũ in
inſtrumento dotis appoſitum, undecũq; mater habuerit
dotem, uel proceſſerit ipſa dos; ergo includit ſtatutũ do-
tem profectã à matre, cũ dicat, undecũq; proceſſerit &c.
generalia.n.uerba, generaliter ſunt intelligenda. 19.diſt.
c ſi Romanorum.30.q.1.c.ſi dormierit; & pro hoc quod
in ſimili no.Bar.in l.4.§.prætor ait, ff.de dam.infec.ubi di
cit, ꝙ ſi ſtatuto cauetur de reo citando in faciem, uel ad
domũ, ſufficit quod fiat citatio perſonalis, uel ad domũ.
Nec debet ad terminos iuris communis reduci, ut intel-
ligatur, ꝙ prius ad faciem, ſi reperiri poteſt, inde ad do-
mum: quia ſm̃ hunc intellectum nihil adderet ſtatutũ ad
ius cõe. ¶Cùm ergo in caſu noſtro uerba ſint clara diſpo-
nentia ſuper dotem maternam, undecũq; proceſſerit, ge
neraliter ſunt intelligẽda, facit, c.in his, de priui.& ꝙ fue
rit mens ſtatuentium, colligitur clare ex additione. ubi
in prẹiudicium ſtipulatur dotem ſibi reddi, diſponitur, ut
certo caſu dos remaneat ibi penes dotatam, & ſuos hære-
des, & maximè hoc procedit, cũ filia dotata a matre ex-
cludatur a ſucceſſione matris &c. prout ibi latius conti-
netur. Sic uidentur ſtatuentes hoc caſu uoluiſſe præiudi
care dotanti, ut non obſtante quocũq; pacto appoſito in
inſtrumento dotali, debeant uenire ad ſucceſſionem ma-
tris filij primi, & ſecundi matrimonij. ¶Cõcludo ergo in
caſu noſtro, ꝙ ſiue dicta dos proceſſerit ex ſubſtãtia ma-
tris dotantis, ſiue ex bonis ipſius filiæ omnes filij tã pri-
mi, quã ſecũdi matrimonij ueniũt ad ſucceſſionẽ mater-
nã æqualiter, & in uiriles portiones, ut in dicto ſtatuto
continetur; & facit.d.l.cũ aliis. Sed ipſa mater, quæ nomi
ne proprio ſe obligauit ſecũdo marito, tenebatur tñ de
ſuo ſupplere, quantũ fuit ſibi ſubtractũ a filiis primi ma-
2 trimonij, ut in iuribus præall. ¶† Quando autẽ maritus
tenebatur dare partẽ eorum, quæ habuit, filiis primi ma-
trimonij; dico, ꝙ realiter maritus non compellitur ante
lapſum anni reſtituere dotem, quæ conſiſtit in rebus im-
mobilibus, ſicut in caſu noſtro, ut l.una.§.exactione, C.de
rei uxo.act. Auia autem reſpectu partis ſuæ non reperi-
ritur in hoc priuilegiata. unde tenetur tradere intra tẽ-
pus boni uiri arbitrio computandum iuxta not.in l.ij.&
l.iiij.ff.de re iud.& l.ij.C.de uſu. rei iu.cùm ſi. Et hæc
ſufficiant. NICOL. ABB.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

SVPER *queſtione uertente inter commune, ſeu homines pla niſtangarij ex una parte, & notarium artis lanæ ex alia parte, ſuper eo uidelicet an ſtatutum communis Senarum prohibens pãnos deferri in territorio Senen. &c. prout plenè & latè continetur in dicto ſtatuto, quod incipit: Veduto che grãde quantità &c. habeat locum in dicta conſti. Planiſtangarij, & maximè reſpectu forenſium cleri non ſoluta gabella, de quo in dicto ſtatuto continetur; introduxerint certam quantitatem pannorum ad dictum caſtrum, &c.*

CONSILIVM XX.

1 *Territorium unde dicatur.*
2 *Diſtrictus unde dicatur.*

IN Chriſti nomine amen. Chriſti poſtulato
ſuffragio, uidetur primo ꝙ ſic,
ſiue inſpiciamus diſpoſitionem iuris cõis, ſiue con
tinentiam capitulorum iãdudum initorum inter magni-
ficum cõe Senarum ex una parte, & cõe & hoĩes dicti ca-
ſtri ex alia. de iure.n.cõi licuit dictæ cõitati Senarum in
toto territorio ſeu diſtrictu gabellas rerum uehendarũ
inducere, & certarum ſpecierum delationem prohibere,
cum utatur in toto ſuo territorio iuribus principis, & tã-
to tpe his iuribus dicta ciuitas Senarum eſt uſa, ꝙ nõ eſt
memoria in ꝯrium, ut in c.ſuper quibuſdam, de uer.ſign.
in l.infamẽ, in fi.ff.de pub.facit quod no.Inn.in c.cum te,
de re iud.& in c.cũ P.tabellio, de fide inſtr. Et ſic nõ ob.l.
uectigalia, ff.de pu.que prohibet gabellas induci per in-
feriorem ab imperatore. Certum eſt, quod dictum caſtrũ
1 Planiſtangarij eſt de territorio, ſeu diſtrictu Senen.† Nã
2 dicitur territorium à terrendo, † & diſtrictus à diſtrin-
gendo. ideo ubicũq; quis habeat poteſtatem terrendi ſeu
diſtringendi, totum illud dicitur de territorio, ſeu diſtri
ctu ſuo, ut in l.pupillus.§.territorium, ff.de uerb.ſig.per
Bar.in l.non dubito, ff.de cap.& poſtli & quod legi.& no.
in cle.ne Romani, de elec.unde licet poſſet diſceptari, u-
trum dictum caſtrum ſit de comitatu Senon.maxime per
id, quod habetur in 20.c.dictorum pactorum: tamen ne-
gari non poteſt, quin ſit de territorio, de iuriſdictione &
diſtrictu, ut clare colligitur ex prædictis iuncta ſubmiſ-
ſione facta per homines dicti caſtri, ut patet clariſsimè ex
tenore ſubmiſſionis. dictum igitur ſtatutum concernens
totum territorium & diſtrictum Senen. extendit uinculũ
& uires ſuas ad dictum caſtrum. Quapropter ex non ſolu
tione gabellæ dicti pãni inciderunt in commiſſum, ut in.
c.cum ſm̃ legẽ, de hẹre.li.6.& in l.fi. ff.de pub.cũ ſi.nec ca
pitula ſeu pacta inita ꝑ ciuitatem Senẽ. & dictũ caſtrum
habent in aliquo impedire uires dicti ſtatuti, ſeu pœnas
cõmiſſionis inſurgẽtes ex eo. Nam, ſi ponderet̃; non aufe-
runt ptãtẽ cõi Senẽ.ſtatuendi, & puniẽdi in dicto caſtro.
Tria enim uident̃ capitula ad materiã facientia, uidelicet
ſcd̃m, nonũ, & uigeſimum. uidentur em̃ illa capitula ſolũ
eximere hoĩes, & cõe dicti caſtri à gabellis, & alijs graua
minibus. Non enim dãt ptãtẽ portandi de alijs locis ſpẽs
uetitas maximè reſpectu forenſium, q non reperiuntur
priuilegiati. nec priuilegiũ uni conceſſum, ad alium extẽ
dendum eſt; nec lex ꝑſonalis ad al's ꝑſonas eſt extenden-
da. 29.diſt.ꝑ totũ. dicta uerò pacta tanq̃ inita, habent uim
legis, ut in.l.Cæſar, ff. de pub. non pñt ergo hoĩes caſtri
Aq̃ pendentis, q detulerunt pãnos ad dictũ caſtrũ Plani
ſtãgarij, ꝯ tenorem dicti ſtatuti uigore dictorum pacto-
rũ ſe defendere. ¶Sed his non obſtantibus, quæ iudicio
meo non obſtant, puto, ꝙ uigore dictorum pactorum di-
ctum ſtatutum non uẽdicet ſibi locũ in dicto caſtro Plani
ſtangarij ẽt nec in alienigenis deferentibus pãnos ad di-
ctum caſtrũ. Et prĩo ꝑ dictum capitulũ ſm̃ dictorum pa-
ctorum, in quo inter cætera continet̃, ꝙ nõ ſolũ hoĩes, ſed
cõe dicti caſtri, debent eſſe exẽpti, & liberi tã in genere,
q̃ in ſpẽ ab oĩbus taxis, datijs, gabellis, & alijs qbuſcun-
que grauaminibus realibus, & ꝑſonalibus ꝓ tpe. xx. ann.
tunc proximè futurorum. ¶Sed certum eſt, ꝙ ſi ex dela-
tione pãnorum, ẽt ꝑ forenſes delatorũ gabella in. d.c.2.
contenta ſolueret̃ pro ingreſſu caſtri prædicti, non eſſet
dictum caſtrum immune à gabellis, ſeu liberũ & exẽptũ,
cũ indirectè collectarent̃, & gabellarentur hoĩes, & cõe di
cti caſtri, cũ oporteret aut carere dictis pannis aliquibus
alienigenis deferẽntibus, aut pro maiori ſolito emerent
cũ delatores uenderẽt carius ꝑꝑ onera gabellæ, ad hoc.
l.fundi partẽ, ff.de contrahẽ.emp.facit.c.quãto, de priui.
&.c.fi.de ĩmu.eccle.li.6. ¶ Itẽ tenendo ꝯrium de directo
cõmittet̃ ꝯ dictum capitulum nonũ dictorũ pactorũ. quo
capitulo diſponit̃, ꝙ oẽs intratæ, reditus ordinarij, & ex-
traordinarij dictæ terræ Planiſtangarij, cuiuſcũq; condi-
tionis exiſtant, bancorũ ciuilium, & pœnarũ condẽnatio-
nes &c. ſint, & eſſe debeãt cõitatis hominũ Planiſtangarij
pro dicto tpe.xx.anno. Nec negari põt, qn gabella, uel pẹ
na poſita in dicto loco non ſit contra ĩmunitatem, ac bo-
nũ dicti caſtri, ſaltem in quandam conſequentiam. ergo
&c. Et ꝑ conſequens concludo, quòd dictũ ſtatutum, non
uendicat ſibi locum in dicto caſtro, nec etiam in alienige
nis deferentibus pãnos ad dictum caſtrum, &c. NICO.
ABB.

CONSILIVM XXI.

1 *Vicarius epiſcopi an ſit præferendus Archidiacono?*
2 *Vicarius epiſcopi aſſociatur ei in iuriſdictione.*
3 *Vicarius epiſcopi habet dignitatem, quãdiu eſt in officio.*
4 *Conſuetudo contra honeſtatem non ualet.*
5 *Humilitatis primus gradus quis ſit.*



CHriſti, eiuſque matris nominibus inuocatis.
Viſo dubio, de quo quæritur, an uica-
rius dñi epiſcopi præferendus ſit dño Archidia
1 cono Bonoñ.& e ꝯ.† Et primo uidetur dicendũ, dñm Ar-
chi.prẹferendum, cũ eius officium ſit ꝑpetuum, & cõm uı
carij tpale. Vnde digniora ſunt ꝑpetuò ꝑmanentia, quã
tpalia; prẹterea Archidiaconus dr̃ eſſe uicarius epiſcopi,
ut no.ꝑ Io.And.in c.j.de offi. Archi. ¶Tñ his nõ obſtanti
bus, quæ uerè nõ obſtãt, ꝯrium puto uerius. Et primò ad
duco: qa ille, q eſt in maiori iuriſdictione, in dubio præfe
rendus eſt ibi minori in ſeſſionibus, ut in. c.ſtatuimus. 17.
diſt.§.fi.&.c.ſeq. Archi.aũt, nullã ptãtẽ habet in uicarium
epiſcopi. Nec ẽt habet in aliquo iuriſdictionẽ contentio-
ſam de iure cõi; ſed duntaxat intẽtionem ſuam fundat de
iure communi ſuꝑ duobus expreſſis in ca.ad hæc, in.§. in
quadã, de offi.Arch.ꝓcedunt potius ſm̃ uarias conſuetu-
dines locorũ, q̃ de iure cõi, ut no. Io. And.in. d.§.in qua-
2 dam. Ad idẽ bo.gl.eſt in.c.ad hæc, de exceſ.præla. ¶ † Itẽ
& ſcd̃o uicarius epiſcopi dr̃ aſſociari epiſcopo in iuriſdi-
ctione, ut dixit tex.in.c.in noua actione. 16.q.7. Ergo præ
ferendus eſt poſt epiſcopum omnibus diœceſanis, ar.in.c.
recolentes, de ſta.regu.& in. c.cum in tua diœceſi, de ſpõ.
¶ Itẽ & tertio, quanto qſque præeſt melioribus, tãto ma-
ior eſt, & honeſtior, ut dicit tex.in aut.de defen.ciui.in.§.
nos igitur. Sed uicarius epiſcopi præeſt melioribus: quia
Archidiacono, & omnibus de diœceſi, ut.ſ.dictum eſt, &
habet iuriſdictionem ordinariam, & Archidiaconus nul-
lam habet iuriſdictionẽ contentioſam de iure cõi, ut ſu-
prà dixi. Eſt ergo longe maior ipſo Archidiacono; ergo il
li præferendus. ¶Itẽ & quarto generalis officialis epiſco
pi facit idem conſiſtorium, cum ipſo epiſcopo, & partici-
pat de iuriſdictione ipſius epiſcopi, ut in.c.2.de conſue.li.
6.& in.c.Romana, de app.eo.ti. Ergo honorandus eſt præ
omnibus præter epiſcopum; ſicut dicimus in papa, q facit
idẽ conſiſtorium cum Deo, & not. Inno.& Hoſt.in.c.4.de
tranſla.præla. ideo poſt deum præ omnibus debet hono-
3 rari. Ad idẽ bonus tex.c ſi.93.di. ¶† Non obſtant ꝯria ſu
perius formata. Et priò ad primũ reſpondet̃, ꝙ uicarius
epĩ habet dignitatẽ, q̃diu eſt in officio, licet ſm̃ quoſdã
extinguat̃ eo mortuo, uel remoto: uel remoueat̃ aliquo ĩ
ſtituto, ut no.in.cle.& ſi pricipalis, de reſc.& ĩ.d.c.cũ ab-
bas.& ſatis eſt, qd̃ poſſit eſſe ꝑpetuus, id eſt ad uitã ſuã te
nere, ſi nõ remoueat̃ alio inſtituto, iuxta, no.in. d.cle.& ſi
principalis. Itẽ ſatis eſt, ꝙ dũ uicariã obtinet, habet iuriſ
dictionẽ ordinariã ſ ipſum archidiachonũ; ergo ꝑferen-
dus, & dignitas uicariatus ꝓpria eſt; unde iuſtè tractant
ſeparatĩ de officio uicarij. Et licet iuriſdictio ꝓcedat ex
iuriſdictione ſui epiſcopi: tñ habet̃ à legato, & nõ ĩmedia
te ab ipſo epiſcopo: aliàs nõ eſſet ordinaria iuxta no.ꝑ In
no.ĩ.c.cũ ab eccleſiarũ, de offi.or.&.l.qa, ff. dẹ iur.om.iu.
¶ Ad ſcd̃m argum.reſpõdet̃, ꝙ Archidiaconus dr̃ uica-
rius epiſcopi: qa illa duo, q̃ ſibi cõpetũt, de qbus in.d.§.in
quãdã, ꝑtinebãt olim ad iuriſdictionẽ epiſcopi, ut no.Io.
An.ĩ.c.j.de offi. Archi. ſed generalis officialis epiſcopi, ẽ
uicarius ĩ tota iuriſdictione, iuxta tñ ea, q̃ habent̃ in.c.li
cet, de offi.uic.li.6. Et facit idẽ cõſiſtoriũ cũ epiſcopo, qd̃
non facit Archidiaconus. ¶ Nõ ob. tertiũ argumentũ, qd̃
dicit tenere locũ epĩ: q m̃ ex eo q dr̃ locũ tenere epiſcopi,
dr̃ iuriſdictio eſſe eadẽ cũ iuriſdictione epiſcopi: nõ aũt d
ex eo, ut habeat poteſtatẽ in ꝑſentia epĩ dũtaxat: imò ha-
bet ẽt in abſentia, ut.ſ.dixi. vñ dr̃ ſibi adiũctus in admini-
ſtratione, ut ĩ.d.c.noua actiõe. ¶ Nõ ob. ultimũ argumẽtũ.
ꝙ archidiaconus dr̃ maior poſt officiales epĩ, qa ipſe dẽt
honorari ut eṗs, ut.ſ.dixi, cũ habet iuriſdictionẽ epĩ in ar
chidiaconũ. Sed dr̃ maior reſpectu aliorũ clericorũ diœ-
ceſis.

ceſſis. Nam ut. ſ. dixi, uicarius facit idem cōſiſtorium cum epiſcopo. unde poſito epiſcopo per conſequentiam ponitur uicarius, Et prædicta ſufficiant.

FVit a me quæſitum poſtea. nunquid ualet ſuprascripto caſu conſuetudo, q̃ eſt contraria omni iuri, Primò diuino, ut ſatis colligitur ex. c. ad hæc. 88. diſ. ¶ Secundo ordini naturali, ut colligit̃ ex. c. eſt ordo. 33. q. v. ¶ Item iuri canonico, cum maior in adminiſtratione præferendus ſit, ut. ſuprà. plenè fuit allegatum. ¶ Item ciuili, ut colligitur ex. l. ut, gradatim, ff. de mune. & hono. & l. j. ff. de albo ſcrib. ergo impræſcriptibilis, & potius dicitur peſtis, quàm conſuetudo, iuxta ea, q̃ habentur in ſimili. c. ad noſtram, in text. & glo. de proba.
4 ¶ † Item conſuetudo contra honeſtatem, non ualet, ut in. c. cū decorem, de uit. & hone. cle. Et nimirum, cum principale, quod requiritur in lege, ſit ipſa honeſtas, ut. 4. diſti. c. Erit autem lex honeſta, &c. Si ergo iſta, quæ procedunt ex conſenſu expreſſo, non ualent ſine rōne, ut ibi: quantò minus conſuetudo non ualet, quæ inducitur ex conſenſu tacito? Et regulariter minus operatur conſenſus tacitus, quàm expreſſus, iuxta no. in. c. dilecti, de conſue. & in. l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. & 8. di. c. mala aūt conſuetudo, & c. conſuetudo. Sed hæc cōſuetudo eſt contra rationē, ut patet ex prædictis. ſolum enim uidetur proceſſiſſe ex quadā uecordia & ambitione, ſeu ſtultitia, ut innuit tex. in c. legimus. in prin. 93. di. ergo non ualet; & quod rōne caret, extirpare neceſſe eſt 68. diſt. c. cor: epi, ĩ fi. & maximè hęc conſuetudo, quæ potius eſt corruptela, oīno extirpanda eſt: quia eſt ꝯ primum gradum humilitatis neceſſarium.
5 ¶ † Primus eīn gradus humilitatis, eſt deferre maiori, & non præferre ſe ęquali, ut no. gl. no. in cle. j. de reli. domi. ſuper uer. humilitatis. quæ ꝓſequitur alios gradus, & facit. c. de Conſtantinopolitanis. 22. di. hinc eſt, ꝙ ius ꝓuidet contra iſtos, q uolūt ſe pertinaciter ꝑferre dignioribus, ut in pœnā teneant Vltimum locum, ut in. c. fi. 93. di. expreſſè, ꝙ talis conſuetudo non ualet, uult tex. in. d. c. legitimus, ubi reprobatur mos locorum, in quibus diaconi uolebant ſe præferre præsbyteris, q̃bus tamen non erant ſubditi reſpectu iuriſdictionis, fortius non ualet hoc caſu, ubi uicarius habet iuriſdictionē in archidiaconum, ut prædictum eſt. facit. 93. diſt. illud. & quāquā in fauorem Archidiaconi allegetur quoddam priuilegiū, quo inter cętera cauetur ipſum Archidiaconū debere poſt epm̄ primā ſedē obtinere: tñ priuilegium ſic generaliter loquēs, iudicio meo intelligi debet reſpectu aliorum clericorū iuriſdictionem non habentium in dictum archidiaconū. Nam priuilegium generaliter loquens, debet intelligi & reſtringi, ut abſurditas euitet̃, ut eſt tex. no. in ſimili materia. in. c. ex ore, de priui. abſurdum enim foret archidiaconū debere præcedere uicarium epiſcopi, ut patet ex ꝑdictis. ¶ Item priuilegium dat primam ſedem poſt epiſcopum. Sed inter epm̄, & uicarium ſuum in ſua diœceſi non eſt dare gradum, cum repreſentant idem tribunal, & conſiſtorium, in. c. 2. de conſue. li. 6. & in. c. Romana, de appel. eo. lib. dicitur ergo habere primam ſedem poſt epiſcopū, & immediate ſequitur epiſcopum. Nam uicarius corruſcat ex radijs Epiſcopi, & iuriſdictio ſua eſt, ſicut in ſimili dicimus de uxore, quæ nobilitatur ex genere mariti. l. fi. C. de incol. lib. x. Ex hæc ſufficiant. NIC. ABBAS.

## CONSILIVM XXII.

1 *Vſurarius manifeſtus probatur per famam & argumenta.*
2 *Ius canonicum irritando teſtamentum manifeſti uſurarij, ad quid habuit reſpectum.*

IN nomine ſaluatoris, eiuſq; matris, amen. Quamq̃. cōſultatio ad maiorē, ut arbitror, claritatem ſit, quatuor ex themate elicere dubia; tñ in effectu in unum redigi poſſunt, uidelicet, an teſtamentum *minoris annis*. xxv. & *maioris*. 14. non præſtita prius cautione ſcd̄m formam. ca. quamq̃, de uſur. lib. 6. ualuerit, cum nō ꝓbetur apertè, & formaliter uſurā exercuiſſe, ſeu palā & publicè uendiſſe res, ſeu merces cariori pretio ꝑꝑ dilatam ſolutionem pretij, quàm qñ pretium ilico ſoluebatur. Et vr̃ primò, ꝙ dictum teſtamentum ualuerit. Nā. c. quamq̃, præallegatum irritat dūtaxat ex defectu cautionis non præſtitæ teſtm̄ manifeſti uſurarij. unde non ſufficit, ꝙ teſtator fuit uſurarius, niſi ēt fuerit manifeſtus. ergo teſtamentum ex eo capite impugnari non pōt. conſequentia eſt nota. maior probatur in d. c. quamq̃: minor uerò probatur hac rōne. uſura non cōmittitur niſi in ꝯtu mutui, quod patet ex diffinitione ipſius. eſt eīn uſura lucrum ex mutuo &c. ut plenè no. per Ioā. And. in regula, peccatum, de regulis iur. lib. 6. in Mercu. & 14. q. 3. quaſi per totum, de uſur. c. conſuluit. in contractu emptionis & uenditionis non cōmittit̃ uſura, etiā ſi altera pars enormiter lædat̃, ut patet in. c. cū dilecti, extra de empt. & uendi. Sed prædictus ſolùm uendebat merces cariori pretio. ergo non commſit uſuram. ¶ Item & ſecundo de hoc vr̃ tex. in. c. in ciuitate, de uſu. ubi expreſſè dr̃, ꝙ huiuſmodi ꝯtus ex tali forma non poteſt cenſeri uſurarius, q̃q̃ uenditores peccatum incurrant, niſi dubium ſit, an illa merces plus, minus ue tp̄e ſolutionis ſit ualitura. pōt ergo dictus minor excuſari, etiam à peccato propter probabile dubium, an ſolutionis tp̄e dictæ merces forent plus ualituræ. ¶ Item præſuppoſito, ꝙ peccauerit ceſſante dubio uariationis pretij: non tñ incurrit peccatum uſurarum, cùm non interuenerit mutuum, ut innuit tex, in. d. c. in ciuitate. ¶ Item & tertio, præſuppoſito, ꝙ in effectu commiſerit uſuram taliter contrahendo: non tñ pōt dici manifeſtus uſurarius, cum talis cōtractus ex forma non appareat uſurarius, ut dicit tex. in. d. c. in ciuitate. Manifeſtum autem eſt id, quod clare patet, nec tergiuerſatione cellari poteſt, ut ĩ. c. manifeſta; & d. c. de manifeſto 2. q. j. & c. euidentia, de accuſa. ¶ Quartò præſuppoſito, ꝙ ex dictis contractibus publicè habitis reſultet uſura manifeſta *in perſonam dicti minoris*: iſte tñ effectus cauſari nō poteſt, cum municipali cenſura cauetur, minorem ſine certa forma, quæ in dictis contractibus non fuit ſeruata, contrahere non poſſe. fuerunt enim dicti contractus contra. l. ut in. l. non dubium, C. de legi. & in regula, quæ contra ius, de reg. iur. lib. 6. Non enim uidetur contraxiſſe quo ad iuris effectum. ¶ Sed his non obſtantibus, quæ uero iudicio nō obſtant, cōtrariā ſententiā arbitror ſequendam. Et primò, tex. apertiſſimus in. c. nauiganti, de uſu. ubi dr̃, aliter ꝯhentem tunc demum excuſari à crimine uſurarū, cū uerisimiliter dubitat̃, plus uel minus ſolutionis tp̄e merces uenditæ ualituræ forēt. Nec ēt ſufficit hæc dubitatio, niſi tēpore ꝯtus pro uiliori pretio dans merces non fuiſſet uenditurus pro minori pretio tunc oblato; quinimo quicunque offerebat pretium incontinenti, uendebat pro minori pretio, quam uenderet illis, qui in tempore differebant ſolutionem, ut clariſsimè probatur per libros ſuos, qui fidem faciunt, in cle. unica, de uſur. hoc etiam uoluit glo. in d. c. in ciuitate, in uerſic. uenditores, quæ declarat tex. illum, dum dicit, quòd huiuſmodi contrahentes incurrunt pct̄m, exponit dictum uſurarium per d. c. nauiganti. nec dicit intelligendum dictum. c. in ciuitate, ſecundum diſpoſitionem illius c. nauiganti. Et in hoc glo. optimè loquitur, quia unum ius eſt interpretandum ſecundùm diſpoſitionem alterius, cùm iuribus ſint concordanda iura, in c. cum expediat, de ele. lib. vj. in l. unica, C. de inoffi. do. Et cum iſtos contractus faceret palam, & publicè, & ad hoc haberet ſtationem paratam, ſatis dicitur uſura manifeſta; ad hoc quod not. gloſ. in c. j. & ij. de uſur. lib. vj. Bar. in l. fur. ff. de fur. & qd̄ no. in c. ij. de uſur. ¶ Item & ſecundò qualitas manifeſta, quæ requiritur in d. c. quāquàm, non debet ſumi pro notorio, ſed prout manifeſtum, eſt ſpecies diſtincta à notorio. nam hæc propria huius uocabuli ſignificatio eſt nā manifeſtum eſt id quod probari poteſt, ut not. glo. in ca. ueſtra de cohab. cleri. & mu. Et tenet, quid medium inter occultum, & notorium, uel ſaltem manifeſtum dicitur, & famoſa inſinuatio, & communis & certa ſcientia, & ex certis prouenicns, ſed in caſu noſtro dictus contractus probari poſſet; ac erat publica fama, & communis opinio de iniquitate illorum contractuum tempore, uitæ dicti minoris. ergo ſatis poteſt dici dictum minorem fuiſſe uſurarium manifeſtum. ¶ Tertiò hæc probatur
1 per tex. no. in c. cum in diœceſi, de uſur. ubi † habetur, ꝙ per famam, & argumenta probatur quis uſurarius manifeſtus; ac in caſu noſtro non ſolum concurrunt argumenta, ſed uera probatio contractuum uſurariorum. Quinimò quod plus eſt, reperio fuiſſe conſultum per Bartol. Gaſ. de Cal. & do. Card. Florentinum, quòd licet in uita non exercet quis publicè uſuram, ſi tamen poteſt probari, ꝙ erat tempore uitæ uſurarius, ſatis probatur eum fuiſſe manifeſtum uſurarium, etiam ad effectum mutandi teſtamentum, quòd manifeſtum erat delictum, quod probari poterat; quanquam Fede. in conſilijs ſuis ab hoc ultimo deuiare uideatur, Non obſtant contraria ſuperius formata. Et primo ad primum, fatendum eſt, quòd dicti contractus ex formalitate non apparent uſurarij, cum ſint emptionis & uenditionis, & ſic quo ad formā, & apparentiam loquitur dictum. c. in ciuitate. Sed in ſpecie, & in aliis circunſtantijs, maximè illa, quia alijs uendebat conſimiles merces pro minori pretio, ſolutione in continenti facta, ſatis probantur contractus uſurarij; ut apertè innuit tex. in d. c. nauiganti. Nec ob. quod hic non interuenerit mutuum; quia dico, quod imò interuenit mutuum fictum. nam uidetur emptori fuiſſe illico pretium iuſtum, & ſtatim fuiſſe ſibi à uenditore inſtituē dum in tempus cùm incremento illius pluris, quòd ſoluit pro dilata ſolutione, ut not. doct. in d. c. in ciuitate, & in c nauiganti. iura enim non ſunt impoſita uerbis, ſed rerum effectui in c. commiſſa, de elec. lib. vj. & ſi diceremus oppoſitum, parata eſſet uia eludendi, & materia promulgata contra uſurarios; quod non eſt dicendum; ut patet in c. ad noſtram, de empti. & uendi. & c. illo uos, de pig. facit c. quanto, de priuileg. & c. gaudemus, de diuor. Non obſtante capitulo, manifeſta. ibi enim capitur manifeſtum pro notorio, & non in proprio ſignificatu. nam a proprio uerborum non eſt recedendum ſignificatu, ex quo non conſtat de mente contraria, ut l. non aliter, de leg. iij. & in c. fin. de uerb. ſig. ¶ Item poſſet dici iſtum, notorium uſurarium, ex quo notoriè tenebat banchum paratum ad merces tali modo uendendas, Ad hoc not. glo. in d. c. 1. & 2. de uſur. lib. vj. iuncto. c. nauiganti. nam ſi dicti contractus faciunt iſtum uſurarium, ut ſupra probatum eſt, & publicè per eum exercebantur, ut præſupponitur in caſu, ergo negari non poteſt, quin fuit uſurarius publicus, & manifeſtus. Non obſtat ultimum motiuum, quòd obſtante ſtatuto non poterat contrahere. Reſpondeo enim dupliciter. Primò, ꝙ contractus cenſetur prohibitus minori, quatenus alteri obligatur, non autē quatenus alter ſibi obligatur, ut probatur in l. Iulia. §. pe. ff. de ac. emp. facit l. non eo minus, C. de proba. quod in ſimili habetur de eccleſia xij. q. ij. c. ſi qua de rebus, & per glo. in c. j, ne ſede uacan. per doct. in c. 1. & c. tue, de his, quæ fi. à præla. Non ergo obſtabat ſtatutum, quominus illo modo augmentaret patrimonium ſuum. † Secundò
2 reſpondeo, quod ius canonicum irritando teſtamentum manifeſti uſurarij, habuit reſpectum ad odium hominis non autem ad ualiditatem contractuum, quod patet manifeſtè ex eo, quia contractus ſuper uſura ſoluenda ſunt ipſo iure nulli; unde nulla obligatio acquiritur uſurario, ut in c. debitores, de iureiur. & ſolutæ poſſunt repeti ut d. c. debitores, & de uſur. c. cum tu. unde præſuppono, quòd minor non potuerit contrahere, nec ualuerit contractus, nihilominus, quantum in eo fuit, crimen uſurarium contraxit, ut in obligatione, quæ contrahitur ex pacto, conſideratur ipſum factum, ut in d. c. debitores, iūcto. c. quanquam. facit. c. nuper, de biga. & l. obligamur, ff. de ac. & obli. Nec obſtat minoritas; quia ubi pœna ipſo iure à iure imponitur, committens delictum prohibitū, incidit in illam pœnam, licet aliquo reſpectu ueniat mitius puniendus, ut no. Bar. in l. ij. ff. de recepta. Sed d. c. quamquam, irritat teſtamentum ipſo iure. ergo minor ligatur ſtatuti pœna; ad hoc c. j. de delic. pue. & c. ij. eod. tit. quod uidetur obſtare; ſed eſt reſtringendum ſecundum illam lec. & ſecundum illam theoricam Bar. in loco præal. Non obſt. generalis conſuetudo mercatorum ciuitatis; quia quod in ſe peccatum eſt, non excuſ. per generalem conſuetudinem, ſeu uerius corruptelam totius orbis, ut in c. adulterij malum, &c. & c. flagitia xxij. q. ij. quē admodum non excuſarentur homines, ſi directè, palam, & publice, exercent improbum fœnus uſurarium. Nam non refert quid ex æquipollentibus fiat in c. licet ex quadam, de teſti. & in delicto contrahendo non inſpicitur forma, ſed effectus, ut in c. ea quæ de ſimo. Bona enim denominatio malum non excuſat, nec ualet conſuetudo in contrarium, ut ibi, & eſt ad hoc ille bonus text. cum glo. Et hæc ſufficiant, quo ad tria prima quæſita. ¶ Venio ad ultimum quæſitum, quod quia ſatis facile eſt breuiter reſpondeo. Dico enim, quòd ius irritandi teſtamentum cōpetit ſororibus, quæ tanquam ab inteſtato ſuccedunt de iure communi fratri æqualiter cum matre, ut in auth. de hære. quæ ab inteſta. defer. Nam. c. quamquam, ſolum mutat teſtamentum, non autem excludit uenientes ab inteſtato, facit, ut hodie habetur in auth. bona damnatorum, C. de bo. proſcrip. Coram quo autem iudice hæc quæſtio nullitatis ſit agitanda, dico quòd coram iudice eccleſiaſtico per no. in cle. compendioſam, de iudi, & in c. cum ſit generale, de fo. compe. & in eo, quòd quæritur de ſequeſtratione fructus, quæ fienda eſt quæſtione pendente, dico, quòd ſatis poteſt fieri ſequeſtrum, ſi timetur ueroſimiliter de dilapidatione, ſi poſſeſſor bonorum nō eſt poterit cogi ad ſatisfaciēdū de fructibus interim ꝑcipiēdis in caſu emptionis iuxta no. in c. ij. & fi. de ſequeſt. poſ. & fruc. & ſecus puto, ſi poſſeſſor eſt potens ad ſatisfaciēdum, quia tunc ſolus dilapidationis fructuum timor non ſufficit ad ſequeſtrationem fructuum per d. c. fi. l. imperatores, ff. de appel. ubi ponit ſpecialem caſum poſt appellationem. In omni tamen caſu poterunt bona & fructus deſcribi iuxta theoricam Bart. in l. unica. C. de ſequeſt. Et hæc ſufficiant. Laus Deo. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

AD *petitionem Petri Bartholomæi factum fuit ſequeſtrum certæ*

*certæ quantitatis pecuniarũ die.21.anno domini.M.cccxxxiij. apud Franciſcum Ioannis contra Hieronymum Antonij per officiales mercantiæ ciuitatis Senarum deindè xxx.die menſis eiuſdem comparuit quidam Antonius ſuo proprio nomine & priuato, & ut procurator Hieronymi, prout apparere dixit manu Ioãnis Matthæi de Aiano notarij, & obtulit ſtare iuri, & iuri reſpõdere, & ſoluere iudicatum, & fecit citare dictum Petrum Bartholomæi per Dominicum del dota nuntium curiæ. Qui nuntius retulit ſe citaſſe ad domum ſolitæ habitationis dicti Petri, & dicto Petro nõ comparẽte officiales fecerũt reſtitui pecuniã ſequeſtratã, dicto domino promittẽte, fideiubẽte, obligante, renuntiante, iurante. hæc uerba ita generaliter reperiuntur ſcripta per notariũ apud acta dictæ curiæ: denique pluribus, & pluribus menſibus elapſis, mortuo dicto Hieronymo, agitur pro parte dicti Petri Bartholo. anno. domini M.cccxxxvi. contra dictum Antonium, excipitur per dictum Antonium, quòd non eſt obligatus, eo maximè quia non ſunt illi officiales, coram quibus promiſit, cùm functi ſint eorum officio. Quæritur quid iuris?*

## CONSILIVM XXIII.

1 *Cautio de iudicato ſoluendo, an habeat uires coram alijs iudicibus.*

2 *Obligatio fideiuſſoris realiter finita obligatione, contra principalem ceſſat.*

CHriſti, eiusque matris præſidio inuocato. Videtur dictum Petrum non eſſe obligatum in aliquo. non enim tenetur tanquam procurator cum ipſius officium expirauit per mortem dicti Hieronymi re integra. l.mandatum, C.manda.& cle.fin.de procu.& per conſequens non debet teneri de antea geſtis procuratorio nomine; ſicut dicimus in tutore functo officio, ut in l.poſt mortem. ff. quando ex facto tut.ad idem.l.fi.ff. de inſti. non tenetur functo officio, nec debet teneri proprio nomine tãquam fideiuſſor, quia cum eſſet fideiuſſor non contractus, ſed de iudicio ſiſti, nec de hoc fecit ipſe aliquam ſcripturam propria manu, liberatus extitit, ex quo intra duos menſes dictus Petrus Bartholomæi non fuit proſecutus negotium iudicij, ut eſt text.no.in l.fideiuſſor, C. de fideiuſ. Quinimò non ſolum intra duos menſes non egit, imò plures menſes ſunt elapſi; ergo in illo uidetur dictus Antonius teneri ad reſpondendum pro dicto Hieronymo. ¶ 1 † Tertiò obſtat, quòd cautio etiam de iudicato ſoluendo, non habeat uires coram alijs iudicibus, ſeu in alia inſtantia. l.cum apud & l.cum lite mortua, ff.iudi.ſolu. Sed in caſu noſtro non ſunt illi officiales. coram quibus facta fuit promiſsio. ergo extincta eſt cautio. Sed his non obſtantibus, quæ iudicio meo nihil obuiant, contrariam ſententiam puto ueram. Et primo dico hunc teneri procuratorio nomine per tex.expreſſum in l.procurator qui pro euictione, ff.de procu.ubi probatur ſecundũ lec. Bart.& ferè omnium, quòd procurator, qui obligauit, ſe tenetur. reſpondere etiam finito officio; ad idem l. ſeruũ Titij, ff mand. Sed iſte Antonius expreſſe obligauit ſe, & priuato nomine, ut patet ex narratione facti. igitur remanſit obligatus poſt mortem dicti Hieronymi. nec obſtat lapſus plurium menſium, uel anni; quia cum ſit actio ex ſua promiſsione orta contra eum maximè perſonalis illa non tollitur, niſi ſpatio.xxx.annorum.l.ſicut, C. de præſcript.xxx.anno. imò non uidetur, quòd currat præſcriptio, obſtante mala fide ex diſpoſitione iuris canonici ſecundum no. cõmuniter per Mod.in c.fi. de præſcrip. licet illud ſenſerit Barto.in l.ſequitur, §.ſi uiam. ff. de uſucap. Sed circa hunc caſum non inſiſto, quia non eſt neceſſarium quo ad caſum noſtrum, cum non ſit fluxum tantum tempus, ut dicatur completa præſcriptio contra hanc perſonam. Sed uidetur hunc Antonium obligatũ fideiuſſorio nomine potuerunt enim officiales in abſentia dicti Petri in reuocatione ſequeſtri capere fideiuſſorem in fauorem dicti Petri, ut in c.pe. de eo, qui mit. in poſ. Et eſt gl.or.in c.j.eo.tit.in uer.parati, & tenet Spec. in tit.de primo decre.§.iam de effectu, uerſi.antepe. quæ quidem obligatio non expirauit per lapſum anni, uel biennij, durante obligatione principali contra Hieronymum, hoc probo ſic. obligatio fideiuſſoris non ſoluitur realiter, durante obligatione principali, niſi in caſibus, quibus poſsit inſtare ꝯ prĩcipalẽ, ut eũ liberet a fideiuſsiõe, ut legi.& no.in c.fi.de fideiu.& in l.ſi ꝓ eo ꝯ quẽ. nec põt compellere aduerſarium ad agẽdum ad finem liberationis conſequendæ, ut in l.fideiuſſor, ff.eo.not.in c. conſtitutus, eo.ti. 2 † Sed ceſſat obligatio fideiuſſoris realiter finita obligatione ꝯ principalem, ut in l.græcè, in fi. ff.de fideiuſſ. Ab hac autem reperimus caſum exceptum in d.l.ſi fideiuſſor, ut liberatur ꝑ lapſum duorum mẽſiũ. q quidem caſus, cũ ſit diuerſus à regulis iuris, debet ibi ſtrictè intelligi, & non extendi ad caſum non expreſſum, arg.in l.præcipimus, in fi.C.de appel. ſed in caſu noſtro ſumus extra illum caſum.l.ſi fideiuſſ. ergo debemus de eo iudicare ſm regulam prædictã. Quod aũt ſumus extra caſum illius.l.probatur. illa.n.lex loquitur in eo, q fideiuſſit dũtaxat de ſiſtendo quẽ in iudicio. Sed in caſu noſtro fuit ꝓceſſum ad ulteriora: quia promiſit ſtare iuri, & reſpondere, ac ſoluere iudicatum, & in fi. ſimpliciter obligauit ſe, & fideiuſſit pro Hieronymo: hoc patet in ſcriptura contenta in actis curiæ. vnde aduertẽdum, ꝙ d.l.ſi fideiuſſor, ꝓprie loquitur, qñ iudicio inchoato quis dat fideiuſſorem de ſiſtendo in iudicio. Vnde, cum actor teneatur litem conteſtari intra duos mẽſes, & ſic præſtat cautionem, in 3.q.3.c.Induciæ.§.libellũ, & in aut.gñalr, C.de epiſ.& cle.ſi intra duos mẽſes non proſequit actor, uĩ retro ceſſaſſe ab intẽtione ſua. merito lex introduxit, ut fideiuſſor liberet, cum ille uideatur in culpa in nõ ꝓſequendo, & tacitè uĩ actum intra duos menſes litẽ cõte. Et uĩ uera rõ decidendi, & multum notabilis ad illam l. quã ſentit Hoſt.in ſumma, eo.ti.§.qualiter ſit fideiuſſor. ob hanc igitur rõnem, & tacitam partium conuẽtionem illa lex in caſu illo receſſit, & deuiauit à cõibus regulis, liberando fideiuſſorem ex lapſu illius modici temporis. hinc eſt, ꝙ fideiuſſor de iudicio ſiſti liberatur ꝑ caſum ſuperuenientem in ꝑſonam rei, ut in l.ſancimus, C.eo. Sed in caſu noſtro omnia prædicta ceſſant. hic.n.cũ uno erat lis inchoata, nec ſpes inchoandi de ꝓximo; ſed factũ fuit ſequeſtrum: quia dictus Hieron. erat ſuſpectus. Item fuit præſtita fideiuſsio de ſtando iuri priuato nomine; & in fine in renuntiatione ſequeſtri obligauit ſe ſimplr fideiubendo. ¶Vnde aduertendum, ꝙ illa ſcriptura, quæ eſt apud acta curiæ, eſt abbreuiatura cõfecta more notariorum, quæ debet extendi ſm eorum conſuetudinẽ iuxta no.in c.cum P.tabellio, de fide inſtru. & in l.Gallus, ff.de lib & poſth. Et ſi diligenter ponderetur, habet duas partes. nã in prima parte in principio cõparitionis obligauit ſe, ſuo proprio etiam priuato nomine, & ut procurator dicti Heicronymi ſtare iuri, & reſpondere iudicato, nec adhuc obtinuerat ſequeſtrum reuocari, ſed fecit citare dictum Petrum illo uero nõ comparente, obtinuit ſequeſtrum reuocari, & de nouo promiſit pro dicto Hieronymo, ac obligauit ſe, ac fideiuſsit ſimpliciter, nec fuit dictum de iudicio ſiſti. Et quòd fuerit illa obligatio noua ex interuallo facta, patet poſt primam obligationem,



nẽ, de qua in principio illius ſcripturæ, dicit, ꝙ fecit citare dictũ Petrum, & quod nuntius retulit ſe citaſſe illum ad domum; & ſic oportuit interuallum intercedere, & poſtea illo non comparente, obtinuit reuocationem ſequeſtri fideiubendo pro dicto Hieronymo ſimpliciter, ſicut fieri debet in reuocatione ſequeſtri iuxta no. ꝑ Cy. in l.una, C.de prohi.ſequeſt.& per Can.in c.ij.eo.ti. ergo dicta obligatio durat in præſenti, & poteſt conueniri effectualiter, ex quo dictus Hieronymus, uel eius hæres eſt impotens ad ſoluendum iuxta materiam auth.præſente, C.de fideiuſ. Vltimò alia rõne fideiuſſio fuit hic præſtita, ut uitaretur ſequeſtratio iuxta theoricam doctorum ĩ dictis iuribus, & ꝑ Bar.ĩ l.litibus, C.de agri.& cẽſi.lib.xj. & l.fideiuſſor, ff.qui ſatiſ.cog.& in l.ſenatus, de offi.preſi. debuit ergo ſapere naturã ſequeſtrationis, ut in c.eccleſia quæ, ut lit.pen.& in l.ſi rem & pretium, ff.de peti.hære. Inn.in c.ex ratione, de appel. Sed natura ſequeſtrationis eſt, ut duret, donec lis finẽ accipiat, iuxta no.in c.examinata, de iudi.& in l.ſi oleum, ff.de dolo. ergo & fideiuſſio, per quã euitatur ſequeſtratio, debet durare vſq; ad illud tempus; & hoc uĩ apertiſſimè de mente tex.in d.l. litibus, & l.ſi fideiuſſor, & l.ſenatus. Et ſi diceremus ad propoſitum, illud remediũ fideiuſſionis nõ eſſe ſufficiẽs, ad fideiuſſionẽ euitandam. Non ergo hæc fideiuſſio ſapit ſimplicem naturã fideiuſſionis de iudicio ſiſti. Nec liberaretur hic fideiuſſor per mortẽ principalis, ſicut liberatur, cũ obligauit ſe ad ſiſtendum reum in iudicium, cum non eſſet actori ſufficienter ſatisfactum. Non obſtant ſuperius in contrarium allegata. ſoluitur.n.mandatum re integra. Sed hic non erat res integra, cum obligauerit ſe pro domino. Item hic obligauit ſe proprio & priuato nomine, & fuit officium uoluntarium, & ſic ceſſat cõtrariũ.l. poſt mortem. ¶Nam ibi non obligauit ſe inſtitor, ut dr in tex. Sed in caſu noſtro ſic. ad.l.ſi fideiuſſor, ſatis fuit ſupra reſponſum ad l.cum apud, & l.cum lite, dico, ꝙ procedunt in fideiuſſore de iudicio ſiſti ſeu iudicato ſoluendo. Sed hic fuit ſimplex fideiuſſor, facta reuocatione ſequeſtri, ut.ſ̃. dixi. Item illa iura procedunt, qñ quis promiſit ſimpliciter de iudicato ſoluendo, non expreſſo nomine proprio iudicis. Nam tunc tenetur ex promiſſione corã iudice ſucceſſore eiuſdem tribunalis: quia uidetur idẽ iudex.l.deponebatur ff.de iudic.& hoc apertè tenet Spec.in tit.de leg.§.excipi, uer.ſed quid ſi plures. apertius Bar.in l.cum apud; & ita fuit in caſu noſtro. Quare ex omnibus prædictus concludo, dictũ Antoniũ obligatũ ad rñdendum, & ſoluendum iudicatum, ſm prædicta. Et hæc ſufficiant ad præſentem articulũ, &c. NIC.ABB.

## CONSILIVM XXIIII.

1 *Remiſsio ſecundum conſuetudinem talis non fit.*

2 *Iudex delicti debet purgare prouinciam malis hominibus.*

ROdulphus ciuis Corneti, habens domiciliũ in Viterbio, dũ eſſet in Corneto, mandauit, ſeu perſuaſit Martinum ciuẽ Corneti interfici; quod ibidem factum eſt, ipſo Rodulpho Viterbij reſidente. poſt dies aliquos gubernator utriusq; ciuitatis, habens a dño noſtro Papa omnimodã legati de latere poteſtatem, ueniens Cornetum, audita infamia dicti homicidij, in reditu ad ciuitatem Viterbieñ. dictum Rodulphum in ciuitate Viterbij capi mãdauit, & fecit ipſum in manibus poteſtatis poni agitur nũc in Corneto de inquiſitione facienda, & de proceſſu formando ꝯ dictũ Rodulphũ de homicidio; petit remitti per ꝑtãtem Corneti ad locũ delicti uiterbium, cum Viterbium, & Cornetum ſint ſub eodẽ præſide, & ſupplicat gubernatori ſiue præſidi, ut mãdet poteſtati uiterbij Rodulphũ remitti ad locum maleficij perpetrati. ¶Dubitatur nunc de quatuor. Et primò, utrũ ad requiſitionẽ poteſtatis ciuitatis Corneti gubernator ſeu præſes teneatur mandare poteſtati Viterbij, ut illum remittat: & ſi ad mandatum gubernatoris poteſtas uiterbij teneatur illũ remittere. ¶Secundo quæritur, an Rodulphus prædictus de homicidio in Corneto perpetrato rõne domicilij, qđ habet uiterbij, poſſit puniri, ĩ Viterbio ubi detinet captus, maximè cũ dictę ciuitates ſint ſub eodẽ gubernatore? ¶Tertiò queritur, an remiſsio debeat fieri ante inchoationem proceſſus contra dictũ Rodulphũ, uel poſt? ¶ Quartò an gubernator prædictus habens plenã poteſtatẽ legati de latere, potuerit dictum Rodulphum in dicta ciuitate uiterbij facere detineri rõne delicti in Corneto perpetrati, ad hoc, ut ibi puniatur, an ad locum delict remittatur. ¶Venio ad primũ; & uidetur ꝙ gubernator ſeu præſes nõ teneatur remiſsionẽ facere uel fieri mandare: ſed potius illũ captũ relaxare, uel relaxari facere: quia delictum fuit conſummatum extra territoriũ uiterbij, unde etiam præſuppoſito, ꝙ mandatum fuiſſet de homicidio perpetrãdo in ipſa ciuitate uiterbij, & ꝙ tñ non ibi, ſed in Corneto delictũ ſecutũ eſſet, non poteſt ex eo in uiterbio conueniri iuxta no.per Bar.in l.ſi ut proponitur, ff.de fideiuſſ.& in l.non ſolũ.§.mandato, ff.de iniur uidetur tex.iuncta gl.in cle. paſtoralis, de re iudi.in uer.necnõ procedendo, & no.per aliquos ĩ c.fi.de foro cõpe. ergo remiſsio fieri debet ad locũ delicti: quia ante capturam non fuit contumax in loco delicti; ergo capi in dicta ciuitate uiterbij ad finem remiſsionis fiendæ non potuit iuxta no.in l.j.C.ubi de cri. agi opor.& uidetur tex.in aut.ut nulli.§.ſi uero quis cõprehenſorũ, colla.9. ¶Itẽ præſuppoſito, ꝙ capi in uiterbio potuiſſet, uidetur ꝙ gubernator non teneat mandare poteſtati Viterbij, ut illũ remittat: quia remiſsio ad locũ delicti uidetur potius de urbanitate, quam de neceſsitate, arg.d.cle paſtoralis, in uerſ.de more; not.Bar.i l.ſi cui, ff de accu. ¶ 1 † Item fortius conſuetudo habet per totam Italiam, ut non fiat remiſsio, ut no. Bar.in l.ſepulchri, ff. de ſepul.uiola. Igitur uenit relaxandus. Non.n.poteſt puniri uiterbij; quia ibi non deliquit, nec remitti Cornetum, quia conſuetudo remiſsioni contradicit. ¶Item non fuerat contumax in loco delicti; igitur &c. Item pro hoc facit, quod dictus Rodulphus habet domicilium in uiterbio, ut præſupponitur in caſu narrationis. unde præſuppoſito, ꝙ delictum non fuiſſet commiſſum in territorio uiterbij tamen rõne domicilij potuit accuſari, & inquiri de delicto alibi commiſſo, & ex hoc debita pœna comprimi, de quo uĩ caſus in c.cum contingat, de fo.cõp. tenet Ioã. And.in c.j.de rapto.& Bar.poſt Cy.in l.cunctos populos, C.de ſum.tri.& Ioann.de Lig.in cle. paſtoralis, præal. uidetur tex.cum gl.in l.j.& ij.& in aut.qua in prouincia, C.ubi de cri.agi.opor.expreſsè idẽ Io. An.in addi. Spe.poſt Odof.in ti.de compe.iud.adi.§.j.uer.vj.rõne criminis. uĩ tamen ibi uelle, ꝙ de iure ciuili hoc dictũ procedat, qñ proceditur per uiam accuſationis: ſecus per uiã inquiſitionis tantum: quia iudex agit ad uindictam, & ſua non intereſt, ex quo deliquit extra territorium ſuum. nã in loco domicilij põt conueniri nõ ex eo, quia deliquit, ſed quia ſortitur forum, & ſic audire debet accuſantẽ ex hoc capite, & põt illum punire, ſi delictũ probetur. ¶Sed inqſitio delicti præſentis cõcernit delictũ, qđ nõ cõtingit iudici eſſe, ſi ex territoriũ ſuũ fuit cõmiſſum. & ad iura canonica, q latè ꝑmittũt inqſitionẽ, dicit ꝙ ꝓcedũt in ſuo

foro.ſed do. Archi.dicit in c.fi.de foro cõpe.ꝙ ẽt de iu-
re ciuili poteſt procedere iure domicilij per uiam inqui
ſitionis de delicto alibi cõmiſſo.nã cã,quare ĩ loco domi
cilij põt accuſari,licet alibi deliquerit qa & vbicũq; delin
quit ſubditus eſt iudici domicilij;& hæc cã locũ habet,ſi-
2 ue procedat per uiã accuſationis,ſiue inquiſitionis.¶†Itẽ
ſicut intereſt iudicis delicti purgare prouinciã ſuã malis
hoĩbus, ut l.congruit,ff.de off.præſi.ita intereſt iudicis
domicilij caſtigare ſubditos, & prouinciã ſuã purgare ta
libus hoĩbus,licet alibi deliquerint.d.l.cõgruit, & l.præ-
ſes, e.ti.& hoc reperio tenuiſſe.Bar.in l.cũctos populos,
de ſum.tri.& fid.cath.quod uidetur uerius;& in caſu no-
ſtro multũ refert: quia in terris eccleſiæ ſeruamus ius ca
nonicũ, ut in c.ſi duobus,de app.& no.in c.quod clericis,
de fo.cõp. ¶Itẽ ſi bene ponderetur caſus,non expedit ex
alio capite hoc multũ diſcutere:qm̃ gubernator,ſeu præ-
ſes habet iuriſdõnem nedum in loco domicilij,ſed in lo-
co delicti;ſic poteſt per totã ſuam prouinciã illum facere
capi,ut in d.§.ſi uerò quis cõprehenſorũ,& in c.nouit, de
offi.deleg.ubi bo.tex.in ſimili.Nã tota prouincia eſt ſibi
unum territorium;& ſic delictum fuit commiſſum in ſuo
territorio, & in ſuo territorio captura facta potuit ergo
& debuit gubernator ſeu præſes in qualibet parte ſui ter
ritorii illũ capi facere,ex quo in ſuo territorio deliquit,
etiam ſi fuiſſet extraneus,ut d.l.prẹſes,& de offi.dele.c.ij.
nam præſes, ſeu legatus, proprie habet in prouincia ſibi
decreta iuriſdictionẽ, quã põt in loco exercere quilibet
ordinarius,quicũq; ſit ille,& eſt maior oĩum poſt princi-
pẽ,ut l.ex oĩbus,cũ ſeq.ff.de offi.p̃ſi.no.Spe.in ti.de lega.
§.nunc oñdendum,uer.legatus, & ſequẽti, & in §.ſup eſt.
uer.j.eo.ti.legitur & no.in d.c.ij.& c.j.e.ti.in antiquis po
tuit ergo illũ capi facere, & alteri tradere,ut iuſtitiã fa-
ciat iuxta.c.fi.ne.cle.uel mona.lib.vj. ¶Ex prædictis inſe
ro ad deciſionẽ ultimi dubij,& concludo affirmatiue,qđ
dñs gubernator nedum potuit, ſed debuit,etiam ex offi-
cij ſui debito,dictum Rodulphũ capi facere in dicta ciui-
tate Viterbij.¶Reſtat nunc examinare tria prima dubia
ſimul, an poſſit Rodulphus puniri Viterbij, & an poſſit
remitti Cornetum: uel de neceſſitate ſit illuc remitten-
dus omiſſis cã breuitatis argumentis,quæ ad partes fieri
poſſunt,dico concluſiuè,ꝙ ubi non petitur remiſſio p iu-
dicem Corneti,in dubio puniri poſſit in loco domicilij,
ut ĩ l.j.C.ubi de cri.agi.opor.& ibi hoc tenuit Bar.Bal.&
Io.Cal.in c.j.de rapto.probari uidetur in d.c.cũ contin-
gat,& d.l.j. Et ſi ꝯriũ diceremus, fruſtra tractaremus de
domicilij foro,cũ ſemper quis conueniatur aut rõne de-
licti,aut contractus,aut rei.Eſt.n.forus ratione domicilij
gñalior aliis,unde põt ibi conueniri de re exiſtẽte alibi,
ut no.in l.fi.C.ubi in rẽ act.& in c.fi.de fo.cõp. ¶Item de
contractu alibi geſto,ut legitur de dicto alibi cõmiſſo,ut
in iuribus præall.Et maximè in caſu noſtro, in quo p̃ſup
ponimus gubernatorem habere iuriſdictionẽ,etiã in lo-
co delicti.Si uerò remiſſio petitur per iudicẽ Corneti,ar
bitror ꝙ de neceſſitate non ſit fienda,ſed poterit puniri
in Viterbio.Moueor primo,ꝙ.§.ſi uerò quis compræhen
ſorũ,loquitur,qñ delinquens exiuit prouinciã delicti,&
in territorio alterius præſidis ſe contulit, quod nõ acci-
dit in caſu noſtro,cũ ſit ſub eodẽ præſide. ¶Itẽ præſes eſt
maior iudice Corneti,& poteſt cognoſcere,& punire oĩa
quæ fiunt in prouincia, ut d.l.præſes,& l.ex oĩbus. Nã &
in loco delicti præſes, ut dixi, eſt maior ptãte Corneti.
Nõ ergo poteſt per eum requiri,ut remittat ad eũ, ut di
ctis legibus.¶Itẽ & ſecũdò nõ eſt de neceſſitate fiẽda re-
miſſio,quia conſuetudo cõis Italiæ non neceſſitat ad re-
mittendũ iuxta ea,quæ Bar.no.ut.ſ.ſed Cald.apertius &
latius hæc tractat in d c.j.de rapto & cõcludit,ꝙ ſi delin
quens nõ eſſet in loco domicilij;uel ualeret conſuetudo:
quia p hoc publica utilitas læderet,quæ reqrit, ut deli-
cta nõ remaneãt impunita,eſſet talis cõſuetudo grauoſa;
iõ non ualet de cõſuetudine.c.j.& c.fi.Sed cõſuetudo,per
quã iudex domicilij nõ remittit,ad iudicẽ delicti, uel e-
contra,bñ ualeret,dũmõ alter prædictorũ,in cuius terri-
torio degit,uellet delinquẽtes punire:quia tunc ceſſaret
rõ prædicta; & ſm hanc diſtinctionẽ arbitror reſtringen
dum dictum Bart. ¶Ad propoſitum ergo,cum delinquẽs
ſit captus in loco domicilii,& agitur, ut ibi puniatur, ſa-
tis poteſt obſeruari illa conſuetudo de non remittẽdo.&
hæc ratio concludit,ꝙ etiam ſi iudex uiterbij ſine autho
ritate gubernatoris illum cepiſſet,non tenetur remitte-
re ad locũ Corneti:ſed poteſt ex tertio capite, ut remiſ-
ſio non fiat defendi,tenendo opi.Io.Cald.in d.c.j.de ra-
pto. Nam doctores diuiſerunt ſe in materia remiſſionis,
quidam aſſerentes de neceſſitate eam fiendam, niſi eſſet
conſuetudo, quidam de urbanitate,& plenè no.per gl.in
cle.paſtoralis, in uer.de more. Io.Cald.capiens mediam
uiam diſtinxit, ꝙ aut criminoſus degit ſub iudice domi-
cilij,qui intendit eũ punire; & procedit opinio, quod ex
ſola urbanitate fiat remiſſio:aut degit ſub alio iudice do
micilii,uel iudex domicilii non curat punire; & proce-
dat illa opi ꝙ ſit de neceſſitate fienda;ergo ex multipli-
ci capite poteſt defendi, ut remiſſio ex neceſſitate non
fiat,ut patet per prædicta. Sed nunquid uolũtarie poteſt
remitti ad locum delicti,dicerem,ꝙ aut gubernatoris &
poteſtatis uiterbij uoluntas interuenit; & tunc in dubio
fieri potuit: quia congruentius exercetur iuſtitia in loco
delicti ad terrorem aliorum; ut ibi ceſſet ſcandalum, in
c.j.de rapto.ij.q.vj.c.j.& l.capitalium.§.famoſos,ff.de pœ
nis,cũ multis ſi. Nã licet conſuetudo habeat, ut non co-
gatur iudex domicilij remittere:non tñ habet, ut remit
tere non poſſit,cum iſtud ſit mere facultatis.Si uerò gu-
bernator uult remittere poteſtati uiterbij,conſtituendo
eum ſuum delegatum; potuit illum eo inuito remitte-
re: quia poteſtas hodie tenet in ciuitate locum præſidis
iuxta not.per gl.in l.j.C.de præſcri.lon.tẽpo.& p Bar.ff.
de dã.infec.Vnde licet gubernator ſit eo maior, ſicut eſt
maior epiſcopo, ut in iuribus ſuperius alleg.non tñ po-
teſt ſine alia rationabili cauſa extrahere captũ de mani-
nibus ordinarij,cũ locus ſit inter eos preuẽtioni reſpectu
cognitionis.ibi.n.cauſa eſt finiẽda,ubi incœpta.l.ubi cœ-
ptum,ff.de iudi.facit quod legi.& no.in c.ex tenore, de
reſcri.Et cũ hoc caſu remiſſio ſit uoluntaria,nõ eſt diſcu-
tiendum tertiũ dubium:quia oportet fieri remiſſio ante
& poſt inchoationẽ pceſſus. ſed eo caſu quo ueniret re-
miſſio neceſſario fiẽda,debet precedere aliqua ſummaria
cognitio,ubi delictũ nõ eſſet notorium, ſed famoſum,de
quo p gl.ĩ d.cle.paſtoralis, & p Bar.in d.l.j.C.ubi de cri.
agi opor.Et hæc ſufficiãt quo ad dubia. ¶ Cõcludo ergo
dictũ Rodulphũ potuiſſe capi in uiterbio,& poſſe ibi iu-
dicari,& puniri,nec neceſſario eſt remittẽdus ad ciuitatẽ
Corneti,licet uolũtarie remitti poſſet iuxta diſtinctionẽ
prædictã.Et cõtraria ſuperius formata ſatis remanẽt ſo-
luta.nã pcederet primũ,ubi nõ cõueniret in loco domi-
cilij.Itẽ gubernator habet iuriſdõnẽ in loco utroque,ut
prædixi.declaranẽ.n.oĩa & limitanẽ ſm p̃dicta; iõ aĩr ſpe
cifice cã breuitatis nõ rñdeo. Laus Deo. NIC.ABB.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CANONICVS *regularis expreſsè profeſſus regulam bea tĩ Aug.in cathedrali eccleſia Peruſina in clauſtro dictæ eccleſiæ in no-*



*in nocte quartæ feriæ maioris hebdomadæ, dum canonici eſſent
in matutinis, furatus eſt cẽtum florenos cuidam canonico,qui de-
putatus fuerat collector per clerum Peruſinũ ad exigẽdum certã
pecuniæ quãtitatem pro faciẽdo quoddã munus do.noſtro Papæ.
Furtum iſtud probatur tã per confeſſionem,quàm etiam per vnũ
ſuum clericum,qui eum ſociauit,dum per dictum prædictæ pecu-
niæ ſubtraherentur.Vicarius abſente archipresby.Peruſino,habẽ-
te ad hoc mandatum ab Epõ proceſſit contra dictum uſq; ad ſen-
tentiam diffinitiuam excluſiuè.* ¶*Contingit de tribus dubitari.
Primò,an pceſſus iſte ualuerit,cum à nõnullis prætendatur quòd
non:quia pceſſus non per vicarium epi,ſed per Archipresb. eius
locum tenentem debuit explicari.* ¶*Secundo præſuppoſito ſine ue-
ritatis præiudicio,quòd ad Archipresb. ſeu eius locũtenentem iu-
riſdictio pertinuiſſet,an defectus iſte ſuppleri poßit per guberna-
torem Peruſinum habentem plenam poteſtatem legati de latere.*
¶*Tertio qua pœna ueniat iſte canonicus puniendus,& ſi priuari
poteſt portione,quã procurationem uocant eccleſiæ cathedr.Peru
ſinæ,cum non ſint diſtinctæ præbendæ,ſed capitulũ aßignauerit
unicuiq; canonico certam portionem,quã procurationem uocant;
& ſic quilibet canonicus ſit diligentior in faciendo procurationẽ
ſuam laborare,& anno ſingulo aduocato capitulo, quilibet cano-
nicus reddit adminiſtrationem pcurationis,& pp̃ter aßignatio-
nem ipſius portionis non uiuunt in cõi,ſed in eodem clauſtro per
ſe in cameris ſuis, ex quo ſequitur, quod de facto quilibet eorum
habet proprium; ita etiam præſupponitur, quòd canonicus iſte,
de quo quæritur, habet quandam eccleſiam parochialem conſue-
tam tamen conferri canonicis regularibus &c.*

CONSILIVM XXV.

1 *Archipresbyter an habeat iuriſdictionem in canonicos fori con-
tentioſi?*
2 *Furtum an dicatur magnum ſcelus?*

SAluatoris, eiuſq; matris præſidio humili-
ter inuocato. Attingam iſta du-
bia concluſiuè omittendo argumenta ad partes
prolixitatis uitandæ cauſa. Et iuxta ordinem circa pri-
1 mum dico, † ꝙ Archipresbyter iuriſdõem non habet ma
ximè in canonicos fori cõtentioſi, ſed pertinent ad epm.
11.q.1.c.de perſona, de offi.ord.in c.j.de fo.cõp.c.ſi qs ꝯ
clericum,de iud.c.at ſi clerici.iura in hoc ſunt quaſi infi-
nita.quã quidem iuriſdõnem circa actum inquirẽdi po-
tuit demãdare vicario ſuo,in c.licet.de offic.uic.lib.6.de
iure ergo cõi ualuit pceſſus formatus p vicarium.Si ue-
ro de conſuetudine ptinet ad Archipresb. qđ eſſe põt iu
xta c.irrefragabili.§.exceſſus,de offi.ord.tunc aduerten-
dum,ꝙ cũ iſta præſcriptio ſit ꝯ ius cõe,oportet ꝙ cõcur-
rat titulus coloratus,& tẽpus 40.ann.uel ceſſante titulo,
requiritur tẽpus,de cuius initio memoria non exiſtat,ut
in c.non eſt,de conſuet.lib.6. Et qđ pertineat ad iuriſdi-
ctionem epi,probaẽ in c.cum ab eccl̃iarum,& c.paſtoral.
de offi.ord.& p̃ſuppoſito, ꝙ iſta probanẽ,tunc eſt uiden-
dum,an pceſſus iſte formatus p vicarium ualuerit.Nam
uĩ prima fronte,ꝙ non:quia à iudice non ſuo,ut in d.c.at
ſi clerici,& C.ſi à non cõpe.quaſi per totum. Sed hoc nõ
obſtante dico, qđ iſte canonicus inquiſitus,uel conuẽtus
coram vicario epi non excipit de incõpetentia, nec dixit
iuriſdõnem pertinere ad Archipresb. unde iuriſdõnem
vicarij ſeu epi prorogaſſe uĩ, & ſic ualebit proceſſus; de
hoc eſt tex.cum gl.in l.j.C.ubi de cri.agi opor.& ſm Bar.
& Bal.Nam in criminalibus habet locum progatio corã
iudice habente iure proprio conſimilem iuriſdõnem, ut
ibi no.per gl.& Bar.& per Inn.in c.de cauſis, de offi.dele.
& per gl.in l.j.C.de iur.om.iu. ¶Sed dubium eſt, nunqd
hoc pcedat in clerico ſine licentia ſui iudicis, q̃ hic non
interuenit; & uĩ ꝙ non per c.ſignificaſti,de foro compe.
¶Sed hoc non obſtante contrarium põt dici hoc caſu, cũ
prorogatur iuriſdictio epi, q̃ eſt naturalis & ordinaria.
Nam res de facili redit ad naturam ſuam 35. diſtin. c.ab
exordio,& l.ſi unus,ff.de pac.ſecus,ubi prorogaretur iu-
riſdictio alterius per ſubditum Epiſcopi ſine licẽtia Epi-
ſcopi. tunc enim non ualeret prorogatio; & ſic loquitur
d.c.ſignificaſti; & placet in dubio in caſu noſtro, in quo
iſte canonicus non habebat ab Archipresbytero nec or-
dinem,neque beneficium. unde eſt ſibi ſubditus reſpectu
nudi exercitij iuriſdictionis. unde eadem ratio, quæ eſt
in eo clerico, qui progat ſine licentia ſui iudicis, eſt in
iſto clerico quo ad caſum noſtrum iuxta not.in d.c.ſigni-
ficaſti, & per Bart.in l.j.ff.de iud. Et hoc quo ad primum
dubium. ¶Venio ad ſecundum dubiũ,præſuppoſito, ꝙ di
ctus proceſſus non ualuerit, utpote quia iuriſdictio perti
nebat ad Archipresbyterum, nec interuenit prorogatio
modo prædicto; nunquid per gubernatorem poſſit defe
ctus ſuppleri? & breuiter dico,ꝙ non: quia cum actus iu
diciales hoc caſu eſſent nulli, non põt legatus etiam de
latere,talem defectum ſupplere:qa eſſet facere circa ſo-
lennitatem iudiciorum multis uigiliis,& laboribus exco
gitatam ꝯ clemen.ne Romani,de elec.c.inferior 21.diſt.
Et hoc apertè uoluit Spec.in tit.de leg.§.nunc oſtenden-
dum.uer.18.ubi dicit, ꝙ hæc ſuppletio pertinet ſolũ ad
Papam,& maximè pcedit hoc in caſu noſtro. ubi non ſo-
lum eſt ſupplere defectum circa ſolẽnitatem iudiciorũ,
ſed dare iuriſdõnem non habenti in præiudicium pprij
iudicis, & ſic priuare alium iure ſuo; qđ legatus facere
non põt. nam ſolius principis eſt ius unius dare alteri iu
xta no.in c.conſtitutus, de religio.domi.25.q.2.c.uiſam.
Quinimo gl.dubitat in Papa,nũquid poſſit ius unius ec-
cleſiæ ſine cã alteri donare,ut no.in c.1.diſt.22. ſu p uer.
in inſtãtiam, de quo p Spe.in tit.de leg.§.præal.uer.67.
Ad prædicta facit gl.no.in c.pen.de hær.lib.6. quæ diſpu
tatio concludit legatum non poſſe cõmittere cauſam ſui
natura plenariã ſine ſtrepitu & figura iudicij tractãdã:
quia eſſet tollere ſolẽnitates iudiciorum; & ita Spe.in ti.
de leg.§.ſupereſt,uerſi.nunquid põt cognoſcere. facit qđ
in ſimili no.Inno.in c.prudentiam,de offi.del.ubi vult,ꝙ
geſta coram iudice non ſuo, ratificari non poſſunt p iudi
cem pprium,etiam ſi ſuo nomine fuerunt geſta: qa cor-
ruunt ex defectu ſolẽnitatis iudiciorum, cuius libera di-
ſpoſitio non pẽdet à poteſtate pprij iudicis, ſed princi-
pis; & illud dictum cõiter ſequuntur ibi doct. facit quod
no.in gl.9.q.2.in ſumma. ¶Nũc uenio ad tertium dubiũ,
qua pœna iſte canonicus ueniat puniendus. in quo aduer
tendum,ꝙ ius canonicum facit dr̃iam in quãtitate pœnæ
ſm modum procedendi. regulariter ꝯ crimẽ graue indu-
xit depoſitionem, ſi de eo conſtat p uiam accuſationis:
ſed p uiam inquiſitionis pœna eſt minor, ita, ꝙ circa de-
poſitionem pœna uĩ arbitraria: poteſt tñ priuari benefi-
ciis,uel alia pœna affici, niſi ſint talia delicta, q̃ impediũt
ordinis executionem, etiam poſt peractam pñiam, ut ſi-
monia,& homicidium; & de hoc eſt tex. in c.inquiſitionis,
& in c.qualiter el ij.de accuſ.& c.dilectus.ij.de ſimo.licet
ius ciuile non uideaẽ differẽtiam facere.l.iiij.C.de ſepul.
uio.in l.ordo,ff.de pub.iud. in l.ea quidem,C.de accuſa.
ſentit Bar.in l.ij.§.ij.de adul.& l.iij.§.præterea, de ſuſpe.
tut.ſed de ſuſpenſione canonica reperiuntur aliquæ pœ-
næ iuris ciuilis,q̃ uolunt, ꝙ damnatus per uiã inquiſitio-
nis de crimine famoſo,eutet infamiam propter modum
procedendi; ita no.gl.in d.§.præterea,de ſuſp.tut.& l.iij.
& l.fin.C.eo. & ibi per Cy.& l.j.C.de modo mul. Bar.tñ

aliter ſentit in l.infamẽ,ff.de pub.iud. & plenè per Bald.
in l.etiam,de fur.per Spe.in tit.de ſent.§.j.uer.qui,de in-
ſti.& faciunt hæc ad ſciendum, an ſi iſte dãnatus per uiam
inquiſitionis efficietur infamis. circa quod amplius non
inſiſto:quia de hoc non quæritur,ſed ſolum de pœna im-
ponenda.dico ergo rñdendo ad primum,ꝙ ſi iſte fuit ac-
cuſatus de hoc furto, pœna ordinaria debet puniri, q̃ eſt
pœna depoſitionis ab officio & beneficio; tex.eſt in c.cũ
non ab homine,de iud.no.Hoſt.in ſumma,de fur.ſub rub.
& plus dicit ibi,ꝙ debet detrudi poſt depoſitionẽ in mo-
naſterio ad agẽdum pñiam.per.c.tuæ,de pœnis.¶Sed ad-
uertendum,ꝙ illud c.tuæ, nõ loquitur in furto ſimplici,
ſed in latrociniis,qđ ſe habet in plus,q̃ furtum,ut in auť.
ſed nouo iure,C.de ſer.fugi.& in corpore,unde ſumitur,
in authẽ.ut nulli iudi.in fi. & l.capitalium §.famoſos la-
trones,ff.de pœnis.Sed quia tex.in d.c.ſubiicit,ꝙ pro ma
gnis ſceleribus imponiť pœna detruſionis, & depoſitio-
nis,eſſet examinandum, an iſtud furtum dicatur magnũ
ſcelus; de quo per gl.no.in l.ad ea,ff.de reg.iur.per Bart.
in l.non ſolum.§.ſi mãdatum,ff.de iniur.aliquid no.in l.j.
C.de requir.re. & cõis concluſio eſt ꝙ ſi ſit in magna re,
dicitur graue delictum.unde in caſu noſtro, habito reſpe
2 ctu ad circũſtantias † ſatis poteſt dici magnũ ſcelus: tum
quia in loco religioſo, tum quia in pecuniis deputatis ad
honorem principis: tum etiam rõne temporis: quia in ſe-
ptimana ſancta,dum cantarẽtur matutinæ; & ꝙ deterius
eſt,religioſus, qui peccauit ꝯ uotum & ſubſtantialia re-
gulæ,uolẽdo habere propr.um,maximè furtiue. quæ oĩa
hæc aggrauant delictum 40.diſt. homo Chriſtianus, & c.
cum quidam, de iureiu.& quod in eis nota. Ita concludo
pœnam dicti.c.tuæ,ſatis poſſe infligi in caſu noſtro. Sed
dubium eſt in caſu noſtro, quia iſte eſt regularis, nunqd
debeat expelli ab eccleſia, & priuari de illa procuratio-
ne,quã habet in eccleſia Peruſina? & de hoc ſpãliter quæ
ritur in caſu præſuppoſito.dico,ꝙ de hoc eſt ſpecialis do.
Inn.Hoſt. & aliorum ſcribentium in d.c.dilectus.ij.de ſi-
mo.ubi dicitur,ꝙ per depoſitionem non liberatur à iugo
regulari:ſed non habebit uocem in capitulo,nec uocabiť
ad cões actus,nec ad recipiendum præbendam cõem, ſed
in ergaſtulo ei prouidebitur; ita dicit ad literã Io.And.
poſt Inn. & Hoſt. priuatur ergo iſte ꝑ depoſitionem ne-
dum præbenda,ſeu portione ſingulari, ſed etiam cõi, ut
non comedat cum aliis, nec more ſolito tractet,ſed in lo
co arcto, ſm ꝙ uiſum fuerit ſuperiori, ſibi prouidebiť in
neceſſariis uitæ. facit.c.ſi.de reg. & quod ibi no. & ſic po-
terit priuari etiam eccleſia parochiali,non obſtante ꝙ eã
habuerit à ſede Apoſtolica, per id, quod no glo.in c.j.de
confir.uti.Poterit etiam ſuperior ſecum diſpenſando,mi
nus eum punire; probatur in c.at ſi clerici.§.de adul. de
iud.facit quod legi.& no.in l.quid ergo.§.pœna grauior,
ff.de his,qui no.infa.& hæc procedunt,cum fuerit proceſ
ſum ꝑ uiam accuſationis. Si uero per uiam inquiſitionis,
tunc eſt maius dubium per ſuperius dicta. ſed dico,ꝙ il-
la procuratione poterit priuari, & etiam eccleſia paro-
chiali per d.c.qualiter & qñ, el ij.de accuſ. ubi dicit tex.
ꝙ ſi exceſſus grauis probatur per uiam inquiſitionis, li-
cet delinquens non degradetur ab ordine: ab adminiſtra
tione tamen amouetur,licet quidam dixerunt,ꝙ illud c.
loquitur in prælato: ſed in inferioribus clericis pœna eſt
arbitraria; & ſic intelligunt. c.inquiſitionis. j.reſponſo,
eo.tit.ut in eis no. ſed nihilominus dicendum,ꝙ ſuperior
arbitrando poteſt priuare delinquẽtem omni adminiſtra
tione eccleſiaſtica,maximè regulari,ut in c.inquiſitionis
in gl.in uerbo,aliquando. An autem hoc caſu põt depo-
ni aduerbialiter ab officio ordinum, uidetur ꝙ non per
ſupradicta:ſed in cõtrarium eſt notabile & ſingulare di-
ctum Innoc.in c.qualiter & quando. ubi dicit, ꝙ quando
de crimine conſtat per confeſſionem, non inſpicitur mo-
dus agendi, ſed poteſt imponi pœna ordinaria, quantũ-
cunque grauis: ꝙ tunc non ſit dubitandum, ꝙ fuerit con
uictus per falſas probationes. Et dictum Innoc.ſequitur
do.Anto.de But.in c.dilectus,præall. & c.fin.de celebra.
miſſ.& uidetur ibi caſus in c.ij.de pœn. & facit quod not.
Bar.in l.ſi confeſſus,ff.de cuſto.reorum.cum igitur in ca-
ſu noſtro conſtitit de crimine per confeſſionem illius, po
terit puniri,ac ſi fuiſſet actum per uiam accuſationis,ſiue
inquiſitionis fuerit proceſſum contra iſtum canonicum
regularem, poterit deponi ab officio,& omni beneficio,
& adminiſtratione;ſed in nihilo remanet canonicus,& in
aliquo loco arcto prouidebitur ſibi, prout uiſum fuerit
ſuperiori, attenta maximè diſpoſitione.c.fin. de regu.
¶Attendendendum eſt tamen, ꝙ ubi proceſſus ex dictis
cauſis reperiretur nullus,poſſet de nouo inchoari proceſ
ſus nedum per archipresbyterum, ſi ſua eſſet iuriſdictio,
ſed etiam per gubernatorem, ex quo poteſtatem habet
legati:quia legatus cũ quolibet ordinario,quiſq; ſit ille,
eſt maior quolibet poſt principẽ, ut legitur. & no.in c.j.
de offi.leg. & in c.ij.eo.tit.lib.6. & per Spec. in tit.de le-
ga.§ nunc oſtendendum, uerſi.ſi legatus, & ſeq.& ibi ple-
nè, & in §.ſuper. Et compellitur dictus canonicus perſi-
ſtere in confeſſione ſua iuxta no.in c.at ſi clerici,de iudi.
& per Inno.in c.per inquiſitionem, de elect.per gl.& Bar.
in l.capite,ff.de adult.& dicendum,ut plenius no.in dictis
iuribus. *Laus Deo.* NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVIDAM *officiales terræ ſancti Geminiani aſſerentes ha-
bere poteſtatem ad prouiſionem faciendam, à toto populo dictæ
terræ, ſtatuerunt & ordinauerunt in effectu de omnibus bonis
mobilibus,& immobilibus, relinquendis ſeu transferendis quo-
modocunque titulo lucratiuo ſiue in ultima uoluntate,ſiue in-
ter uiuos, in quocunque loco, etiam ſi ſint hoſpitalia, ſiue ſint
dictæ communitati ſuppoſita,ſiue non; teneantur dicta loca,
*CASVS contingentia. Quidam iã defunctus,dum ageret in humanis,inter cætera in teſtamento ſuo ſic diſpoſuit. In primis quidem iudico corpus meum ſepeliri apud locum fratrum Minorum ſancti Franciſci de Senis,apud quẽ mihi eligo ſepulturam.in quo loco iudico,uolo,& mando,quòd mei fideicommiſſarij infraſcripti faciant ſeu fieri faciant unam capellam ſub uocabulo beati Bartholomæi apoſtoli in eo loco, quo dictis meis fideicommiſſarijs uidebitur. In qua capella cum ornamentis eccleſiæ, & paramentis, & alijs neceſſarijs ad eandem expendantur de bonis meis ducenti Floreni aurei,ut in ea perpetuo pro anima mea,meorumq; parentum diuinum officium celebretur,& dictum teſtamentum,ſeu legatum fuit factum anno domini. M. ccclv. & ſic ſunt elapſi iam. lxxx.anni,quòd nunquam fuit aliquid executum per dictos fideicommiſſarios, nec per alium. Nunc quæritur an circa petitionem dicti legati, obſtat præſcriptio & præſuppoſito quòd obſtat, nunquid aduerſus eam poſſit implorari beneficium reſtitutionis in integrum,&c.*

## CONSILIVM XXXII.

1 *Præſcriptio centenaria ſolum currit in relictis factis locis religioſis.*
2 *Scientia in facto alieno non præſumitur.*
3 *Eccleſia reſtituitur aduerſus actus iudicales.*

CHriſti, eiuſque matris præſidio humiliter po
ſtulato. Videtur primo dicendum, ꝙ
p̃ſcriptio non habet hoc caſu locũ qm̃ nõ ualenti
de iure agere non currit p̃ſcriptio,ut in.l.j.C.de anna.ex
cep.ubi filio,uiuente patre, qui habet rerũ ſuarum uſum
fru.non currit p̃ſcriptio;quia uiuente parente pro illis re
bus agere non põt.l.non ſolum,C.de bo.quæ lib. Ad idẽ.
l.in rebus,C.de iur.do.ubi dicitur, ꝙ uxori conſtãte ma-
trimonio non currat præſcriptio in rebus dotalibus: qa
conſtante matrimonio,nõ poteſt ꝓ illis agere,ut in.l.do-
ce ancillam,C.de rei uen. Ad idem. c.quia diuerſitatem,
de conceſ.præben. Sed ita eſt, ꝙ fratres minores non pñt
eſſe in iudicio ꝓ rebus temporalibus, & ſic non poſſunt
agere,ut in cle.exiui.de paradiſo,de uer.ſig.ergo nõ cur-
rit

3 rit præſcriptio. ¶ † Præterea & ſecundo, in relictis factis locis religioſis currit ſola præſcriptio centenaria, ut in.l. ut inter diuinũ, C.de ſacſan.eccl. Sed in caſu noſtro tñ tp̃is lapſum non eſt, ergo ius eccleſiæ eſt integrũ, & maxime ſi conſideretur, ꝙ ſit totũ illud tempus. lxxx.anno. à parte teſtamenti inchoãdũ non debet in præſcriptione computari: quia cum præſcriptio non currat ſine bona fide, de præſcrip.c.uigilãti, &.c.fi.& in regula, poſſeſſor malæfidei, de reg.iur.lib.6. & hæres extraneus præſumatur ſcire contenta in teſtamẽto, debet ſaltem reduci illud tẽpus, à quo bona remanſerũt apud ipſum hæredem, à quo præſcriptio non poteſt inchoari, obſtante mala fide. Fuit enim in mala fide, ex quo habuit ſcientiã huius legati. 34. q.2.c.ſi uirgo, quam habuiſſe præſumitur ratione prædicta. ¶ Itẽ & tertio fratres ignorauerũt relictum: quinimo

2 mo communiter ignorabant, † nec præſumenda eſt ſcientia in facto alieno, ut in regula, præſumitur ignorãtia, de re.iur.lib.6. ergo nõ currit præſcriptio, quæ principaliter cauſata fuit in odium negligentium, ut in.c.uigilanti, de præſcrip. ¶ Sed his non obſtantibus, quæ in ueritate in caſu nr̃o non concludũt, ut infra patebit, dico, ꝙ prius duo examinanda. ſũt Primò, quale ius ex illo relicto acqſitũ fuit fratribus. Secundò conſiderandum, contra quem agitur pro executione dicti relicti. ¶ Ad primum concluſiuè dico, ꝙ nullum ius fuit acquiſitum fratribus prædictis, cum non poſſunt ſibi aliquid appropriare, ut in.d.clemen. exiui de paradiſo: ſed ius fuit acquiſitum ipſi eccleſiæ fratrum. unde licet in alijs religionibus & collegijs hoc ſit, ꝙ ipſi habent ius in eccleſia, & illud, quod conceditur eccleſiæ, uideatur conceſſum collegio, tñ in fratribus minoribus hæc dici non poſſunt: quia nullum ius habent in eccleſia, ſed ſolum ſimplicem uſum facti. unde eccleſia & locus pius uidetur uti præcario. hæc ſunt uerba Bar. in tractatu Minoricarum, qui incipit. Si aliquis in ſuo teſtamento. ubi ipſe refert, ꝙ licet fratres ſint incapaces hæreditatis, ut in.d.cle.exiui: hoc tamen non eſt referendum ad ipſorum eccleſiam, quia non poſſunt inſtitui hæredes, ſicut aliud collegium eccleſiaſticum. l.j. C.de ſa.ſan.eccl. quia per tale relictum nihil acquiritur fratribus. Idem & fortius dicendum eſt in relicto facto eccleſię, ergo ad diuinũ cultum ius acquiſitum eccleſiæ exercebitur, uel res relicta petetur, ut concludit Bart. in loco præal.in. c.ſequi. ꝑ ſyndicum eccleſiæ Romanæ, cum ſummus pontifex eſt rector eccleſiarum ipſorum fratrum Minorum: ipſi uero fratres habent uſum ſimplicem, ut ſuprà dictum eſt, poſſunt tamen ipſi fratres ſyndicũ nominare ex priuilegio eis indulto per papam Martinũ.iiij. Quod quantum ad relicta facta ab eccleſia non extitit reuocatũ, ut plenius no. Bar. in.d.tractatu. Si autem dictus ſyndicus haberi non põt: q̃a fratres nolunt nominare, uel fuerit eis interdictus, dicit, ꝙ epiſcopus poterit tale ꝓſequi rõne piæ cauſæ, ar.in.l. nulli, &.l.ſi quis ad declinandũ, C.de epi.& cle. non obſtante, ꝙ eccleſia ſit exempta, ſicut ſi relictum cõcerneret aliquã piã cãm extra diœceſin. põt enim ſe epiſcopus impedire rõne ipſius relinquentis, ſi eſſet ſub cura ſua, ut d. l.nulli, & quod ibi not. ¶ Si aũt epiſcopus non faceret, uel eſſet negligens, põt ſe impedire ciuitas, in qua eccleſia eſt conſtituta, quia eccleſia ibi pertinet ad honorem & utilitatem oium ciuiũ, facit.l.j.ff.de publi.iudi. & optime facit.l. ciuitatibus, ff.de leg.1.& loquitur Bart. qñ eccleſia fratrum eſt inſtituta hæres, ſicut in caſu noſtro, qñ teſtator mandauit conſtrui capellã. Ego adduco tex. apertum in authen.de eccle.tit.col. 9. ubi dicitur, ꝙ facere exequi ſpectat non ſolum ad epiſcopum, ſed etiam ad ciuilem iudicem, ita, quod locus eſt præuentioni, ita dico, quod ciues hic deputati Senis per conſilium generale poterunt hanc cãm cognoſcere. ¶ Concludo ergo circa hoc primũ, ꝙ ex tali relicto nullum ius fuit acquiſitum, nec eſt penes ipſos fratres, ſed penes eccleſiam promouendum tamẽ ꝑ perſonas antedictas. ¶ Nunc ꝓ ſolutione q̃onis principalis eſt examinandum ſecundum q̃ſitum, quod nũc agitur, ꝓ quod apparebit, quale ius competat eccleſiæ, & an ſit ꝑſcriptum, & ꝑ quantũ tempus. In quo animaduertẽdum, ꝙ aut agitur ꝯ hæredem, & non põt ſe defendere in præſcriptione, ꝙ præſumitur in mala fide, ut ſuprà dixi. ¶ Idem uẽ dicendum de hærede hæredis, licet ipſe fuerit bonæ fidei, quia cum cenſeatur eadem perſona, mala fides defuncti nocet hæredi, & hoc eſt clariſſimum de iure ciuili, ut probatur in.l.cum hæres, ff.de diuer.& tẽpo.præſcrip. licet de æquitate canonica aliud uideatur, ut hæres, qui habet bonam fidẽ, poſſit ex æquitate incipere præſcriptionem, ut ſentit Di. in regula, poſſeſſor, de reg.iur.lib.6. facit quod leg.& no.in.c.de quarta, de præſcrip. & c.cura, de iure patro. cum agatur nunc ꝯ laicum, obſeruandum eſt ius ciuile, ar. eorum, quæ no.in c.2.de ar.lib.6.& c.de clericis, de foro compe. aut agitur contra extraneum bonorum dicti teſtatoris poſſeſſorem, quod eſſe poteſt intẽtando hypothecariam iuxta.l.j. C. communia de leg. & tunc ſi quidem ille poſſidet ex ti. hæredis, & alleg. nunc præſcriptionem hypothecariæ actionis, & in dubio, ut cõpleatur præſcriptio, requiritur, ꝙ cum bona fide poſſedẽrit.xl.annis, quia minori tempore non præſcribitur contra eccleſiam, de præſcr.c.de quarta, &.c.cũ o.im, & quaſi per totum, & in authen quas actiones, C.de ſac.ſan.eccl. & in corpore de eccle.ti.§.pro temporalibus, & idem uidetur hoc caſu eſſe ꝯ priuatum: quia hypothecaria non præſcribitur minori tempore, ut.l.cum notiſſimi, C. de præſcrip.30.uel 40.anno. aut iſte tertius poſſidet ſine titulo hæredis: imõ alleg.præſcriptionẽ ꝯ hæredem, & per cõſequens contra eccleſiam, & tunc uidetur ſufficere tempus.40.anno. cum tit.ꝑ tex.in l.j.& ij.C.ſi aduer.hære.nã principaliter agit hypothecaria contra eccleſiam. Sed ipſum dominium hæredis, quod præſcriptum dico ex tempore, ut in iuribus præalle.niſi dicamus ſpeciale eſſe in iuribus eccleſiæ, ut nullo modo præſcribantur minori tempore.40.anno.ut in.d.§.pro temporalibus: ubi tex. etiam loquitur de relictis ad pias cauſas, & apertè diſponit, ut exactio non præſcribatur minori tempore 40.anno. ¶ Ex his poteſt capi ſolutio principalis quæſiti, an præſcriptio ſit ualida, an completa. nec obſtant argumenta ſuperius in contrarium formata. Et primo ad primum fateor, ꝙ fratres ipſi minores non poterant, nec poſſunt agere: ſed alij poterãt agere, ut ſyndicus eccleſiæ Romanæ, uel epiſcopus loci, & ciuitas, ubi eſt ipſa eccleſia, unde per negligentiam adminiſtratorum currit præſcriptio ꝯ eum, qui agere non poteſt, ut apertè eſt uidere in relicto facto ꝓ redemptione captiuorum, & pauperibus alendis, qui agere nõ pñt cauſam, qm̃ incerti ſunt captiui: ſed propter negligentiam epiſcopi currit præſcriptio, ut eſt tex.cum gl. in.d.l.ut inter diuinum, no. Fede.de Senis, de conſti.ca.1. Non obſtat, quod dicitur de filiofami, & de uxore: q̃a maritus non poſſidet ut uxoris adminiſtrator, ſed iure proprio, quod habet in illis rebus, & idem in patre. ¶ Itẽ nulla eccleſia põt agere, cum ſit corpus inanimatum: ſed ꝓpter negligentiam poſſidentium, & adminiſtratorum currit præſcriptio contra eam, ut de præſcri. per totũ. Non ob. ſecundum argu.de. l. ut inter diuinum. ubi in talibus relictis admittitur duntaxat præſcriptio centum annorum: qui a dico illam legem in hoc correctã per authen. quas actiones, quæ ibi immediate ſequitur, & habet clarius



rius in corpore, unde ſumitur, ſcilicet de eccle.tit.§. pro tpalibus. ſentit glo.in c.ſi.xvj.q.4. unde hodie ſolum Romana eccleſia gaudet priuilegio cẽtũ annorum, ut in c.ij de præſcrip.li.vj.& in c.cũ nobis, eo.tit.& d.authen. quas actiones. Tertiũ argumẽtũ principale ſup ignorãtia fundatũ non obſtat, q̃a præſcriptio currit ẽt ꝯ ignorãtes, ut ꝓbat̃ in l.fi.C.de præſcrip.lõ.tẽp.& d.c.ij.& c.uigilãti, de præſcri. uidentur.n. quodãmõ negligẽtes, eo ꝙ nõ quærũt, quæ eis incũbũt, & ad eos ꝑtinẽt, arg.in c.quamuis, de regu.iu. ¶ Venio nunc ad ſm̃ principale quæſitũ an præſuppoſito, ꝙ præſcriptio cõpleta ſit, eccleſiæ in integrũ reſtitutio aduerſus illã præſcriptionẽ indulgenda ſit, & eſt elegãs & ſubtile dubiũ, in quo antiq; gloſſatores, & ſcribentes admiſcent uarias ſententias, & Ber. primus gloſſator multum in hoc uariauit in c.auditis, de præſcript. nũc in unã nũc in ꝯriã ſentẽtiã declinãdo, ſed tamẽ adhæſit opi. Io.& Vincen. qui conuenerunt reſtitutionẽ denegãdam, moti, quia iura noluerunt eccleſijs in præſcriptionibus præiudicari, in c.placuit xvj.q.iij.& eadẽ cauſa.q. iiij. c. uolumus. ¶ Item quia ſi conſideretur reſtitutio, fruſtra emanaſſent iura præſcriptionis loquentia aduerſus eccleſiam. Idem tenuit Goffre.in ſum.de in integ.reſt.in ij.columi.dicens, quòd nunquam inuenit eccleſiam reſtitui in uſuca. quòd tempora ſubducãtur de medio, ut in c.j.de reſcrip.in præſcriptionibus iudicialibus eccleſia æquiparat̃ minori. Hanc opi.ſentit gl.in cle.j.de integr.reſti. dicens illam cle.loqui de reſtitutione aduerſus præſcriptionem contra quam datur reſtitutio, remittẽs ad no.in d.c. auditis, nihil de nouo inducens, ſed in contrariam ſententiã cõueniũt numero plures, & ingenio elegantiores primo Accur.gl.iuris ciuilis in d.authẽ.quas actiones, & aptius in auth.de eccl.tit.§.pro temporalibus.ubi dixit hoc communiter teneri. Scd̃õ hoc tenuit Io.gloſſator decreti in c.placuit, el ij.xvj.q.3. Inn. Papa doctor ſubtiliſſimus in c.j.de in integ.reſti. Hanc opinionem ſecuti ſunt Paul. de Leaza.& Io.de lig.in cle.i.de in integ.reſt.præalleg.c. auditis, Et ibi ferè omnes moderni in c.contingit, de trãſac.& Hoſtiẽ.in ſumma, de in integ.reſt.§.iij.prope finem ſenſerũt Bal.& Bar.in d.auth.quas actiones. ubi malè & nõ fideliter recitant opiniones canoniſtarum probatur hęc opinio rõne.minori currit præſcriptio, tñ reſtituit̃. C.ſi aduer.uſuc.& in l.ſi.in qui cau.in integ.reſt.nõ eſt neceſſ.no gl in l.ſicut, C.de præſcr.30.ann. ergo idẽ dicẽdũ in eccleſia, quæ fungitur iure minoris in reſtit. ut in c. j. &.c.auditis, de in integ.reſti.& in c.j.& ij.eo.tit.lib. vj. & in cle.una, e.ti.nec ualet, ſi dicatur illa iura loqui de ꝯ̃ctibus, & præſcriptionibus iudicialibus, quia non apparet rõ ſic reſtringendi.ſi.n.aduerſus ꝯ̃tum, per quem ſecuta traditione transfertur dominium, datur reſtitutio, ergo fortius eſt concedenda aduerſus præſcriptionẽ, cum contractus ſit de iure gen.l.ex hoc iure, ff de iuſti.& iure. & interuenit utriuſque partium conſenſus.l.ſicut, C.de act. & obli. Præſcriptio aũt eſt de iure ciuili inuenta, & cauſata circa partiũ conſenſus. Si ergo fortius uinculum diſſoluitur, multo fortius minus forte, argu.in auth multo magis, C.de epiſ.& cle.& c.cum in cunctis, de elect. ¶ Itẽ actus iudiciales, ut tenent, ſunt multum fauorab les, & ſic ſunt litium finis, in c.finem litibus, de dolo & contu. & l.quidam æſtimauerunt, ff.ſi cer.pe.hinc alibi dixit gloſ. no.delictum prælati nocet eccleſiæ in iudicialibus, ſed non in contractibus, ut no.in regula, delictum prelati, de

3 regu.iu. lib.vj.† Sed aduerſus actus iudiciales reſtituitur eccleſia, ẽt aduerſus ſententiam, ut in c.j.de in integ. reſti.lib.vj & in c.auditis, præall.ergo multofortius aduerſus præſcriptionem extraiudicialem. Præterea.d.clementi.indiſtinctè loquitur, ne aduerſus lapſum temporis reſtituatur eccleſia, ergo aduerſus præſcriptionem, quæ cauſatur ex temporis curſu. Et hanc partem arbitror ueriorem, maximè attenta ignorantia huius legati. nam in legatis, ut ſingulariter noluit Bar.in l.j.§. ſi quis autem, ff.de iti.actuque priua.cauſa maior eſt reſtituenda ignoranti aduerſus præſcriptionẽ, ar.illius.l. ego adduco ad idẽ gl.no.quæ hoc ſenſit, in l. Pantonius, ff.de acqui. hære. ¶ Non ob.quòd iura uoluerunt eccleſiæ præiudicare per præſcriptionem, quia idem reperitur in minore, & tamen conceditur reſtitutio, nec ſequitur, quòd per hoc iura ſint fruſtratoria, quia hoc falſum, cum reſtitutio debeat peti intrã quadriennium, quo lapſo, alia iuſta cauſa non apparente, firma manet præſcriptio, ut in c.j.& ij. de in integ.reſt.lib.vj. ¶ Non ob.hoc expreſſe iure non caueri: quia ſatis eſt, quòd includatur ſub uerbis generalibus iura enim generaliter uolunt eccleſiæ ſuccurri per beneficium reſtitutionis, ut in iuribus præal. ¶ Sed reſtat nũc aliud non minus forte.nã præſuppoſito, quòd reſtitutio ſit concedenda, tñ illa debet impetrari intra quadrienniũ à tẽpore læſionis, & nõ ultra, ut in d.c.j.& ij.de in integ. reſti.lib.vj.& in clem.j.eo. tit.& l.ſi.C.de tempo.in integ. reſt. Sed in caſu noſtro eſt impoſſibile ſecundũ ea, quæ ſupra dixi, quia nedum tempus præſcriptionis completæ, & ſic læſionis, & ſic quadrienniũ, ſed maius tempus eſt lapſũ. ergo tali caſu cõtingẽte, nõ eſt hoc beneficiũ indulgẽdũ. ¶ Ad hoc reſpondeo dupliciter. Primò, quòd illud tẽpus quadrienij a principio eſt utile, unde non currit ignoranti, tex.eſt in c.j.eo.ti.lib.vj ubi dicit, ſi quis negligenter omiſerit &c. Sed ignorans non negligit, ut probatur in c ij. iuncto c.quia diuerſitatem, de conceſ. præb. Ad idem gl.in c.quam ſit, de elec.lib.vj.in uer. diſtulerit, & hanc opinionem ſingulariter tenuit Zen.& Io.de lig.poſt eum in dicta clemen.una, in uer.continuum. per hoc facit, quia quadriennium iſtud ſuccedit loco anni utilis, qui olim competebat, ut dicit tex.in d.l.ſi.C. de tempo. in integ.reſt, debet eſſe ergo à prin.utile, ut ſic ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, ar.c.ut eccleſia, ut lit.penden. ¶ Scd̃õ reſpõdeo nõ minus efficaciter. tex. in d.c.j.dicit non audiendam eccleſiam poſt quadriennium niſi aliqua rationabilis cauſa ſubſit, quæ mouere debet ſuperiorẽ ad hoc beneficiũ cõcedẽdũ, ſed ſi bene omnes circũferẽtiæ in caſu nr̃o ponderentur, facilime reperitur cauſa rõnabilis, hic primo fuit ignorãtia legati, quæ eſt iuſta cauſa reſtituẽdi ẽt maiorẽ, ut ſupra dixi. Scd̃õ & melius, hic agitur de iure illius eccleſiæ, quæ ad hãc rẽ promouẽdã non habet ſpeciale & propriũ adminiſtratorẽ, cũ quo res eccleſiæ nõ poſſunt agi, & Papa eſt ualde remotus, & in iſtis curam impartiri nõ põt epiſcopus, & nõ curat cum ꝓp exemptionẽ eccleſiaſticã munus ſoliti ſũt curare. Ad hoc, quod ſingulariter no. Ian. in d.c.olim, el j.de reſt.ſpo. ubi dicit, quòd ſi eccleſia inferior caret legitimo & immediato adminiſtratore, nõ currat contra eam præſcri ptio, licet epiſcopus poſſet pro ea agere, & hoc ea rõne, quia non eſt, qui ſpecialem curam gerat, idem ergo & fortius eſſet dicendum, ut hic ſaltem illud tempus quadriennii non currat data probabili ignorantia, quæ hic ſatis præſumenda eſt &c. Laus Deo. NICO. A B. BAS.

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CASVS *in effectu talis eſt. Iudex a ſede Apoſtolica deputatus quendam abſentem citauit per edictum, non ualens forte citare perſo-*

*perſonaliter, & tandem illo non comparente, interdicti & excommunicationis ſententias in illum fulminauit, & ſic denique mandauit per eccleſias illum publicari, & uitari. demum ille ſic excommunicatus comparuit in eccleſiis illis, in quibus fuit publicatus, & fecit fidem de quadam appellatione ſua prius, quàm ſententiæ ille ferrentur, interpoſitas iuſtis cauſis apparentibus in ea, & illa præſertim: quia fuerat citatus ad locum ſibi notorie ſuſpectum, & minus tutum, dicens amplius eum uitari non debere, maximè quia iudex, ad quem, appellationem admiſit, & inhibuit, ne appellatione pendente procederetur ad ulteriora.¶ Item quia reperiuntur quædam ſtatuta in eccleſia cathedrali illius loci, quæ uidentur concedere communionem in caſu prædicto. Iudex uero. à quo qui excommunicationem protulit, inſtat, ut uitetur, dicens appellationem nullam, maximè, quia ſententiæ illæ, & cenſuræ fuerunt latæ pro exceſſu notorio: hoc tamen reus omnino diffitetur. Quæritur, nunquid rebus ſic ſtantibus, debeat ille interim uitari in officijs diuinis, & alijs.*

## CONSILIVM XXXIII.

1 *Ordinari s debet in actu executionis ſententiæ obtemperare delegato.*
2 *Sententia excommunicationis iuſta, uel iniuſta: eſt timenda.*
3 *Appellatio manifeſti raptoris non eſt admittenda.*
4 *Notória multa dicuntur, quæ non ſunt.*

CHriſti, eiusque matris præſidio humiliter inuocato, Videtur primo, quòd uitari debeat, per id, quod not. glo. in c. dilectus, de app. in fi. quæ dicit, ꝙ ſi dubitat, an teneat appellatio, potius eſt uitandus, quam in dubio ei communicandum, arg. de ele. extra in c. fi. & melius facit. c. illud eo. ti. ubi in materia noſtra. dr̄ tex. quòd in dubijs uia tutior eſt eligenda, ſcilicet ꝙ potius ſeruetur excommunicatio. ¶ Ad idem facit in ar. c. iuuenis, de ſponſ. cle. exitu, de uer. ſi. ubi dicit quòd in dubijs eligenda eſt uia, quæ eſt ſine periculo, ſed in caſu uitationis nullum ſubeſt periculum, & in alioſic data ualiditate excommunicationis, ergo &c. per hoc etiam facit. c. j. & ibi no. gl. de ſcruti ¶ Secundo principaliter hoc uidetur tenere Inn. in ca. ad præſentiam, de app. ubi dicit, quòd quamquã excommunicatus poſt appellationem non teneatur ſe gerere ꝓ excõmunicato, ſi de ſua appellatione confidit: ab alijs tamen uitandus eſt. c. per tuas, de ſenten. excom. ubi tex.
1 uidetur hoc inſinuare in uer. nos igitur. ¶ † Tertiò facit. c. paſtoralis. §. quia uero de offi. dele. ubi dicitur, quòd etiam ordinarius debet in actu executiõis ſententiæ obtemperare delegato, & ſi ſciat illius ſententiam iniuſtam. ergo cum delegatus in caſu noſtro inſtet, non uide
2 tur ipſius præcepto refragandum eſſe. ¶ † Quarto quia ſententia excommunicationis iuſta uel iniuſta eſt timenda xj. quæſt. iij. ſententia paſtoris. & ſubditus in dubio tenetur ſuperiori obſequi & parere. xxiij. q. quod culpa-
3 tur. & xj. q. iij. quod ergo. ¶ † Quinto de hoc eſt caſus in c. cum ſit Romana, in fi. de app. ubi dicitur appellationẽ manifeſti raptoris non eſſe admittendam & quod pro delicto notorio apoſtolus excõmunicauit Corinthũ abſentem & irrequiſitum, ad idem facit. ij. q. j. c. de manifeſta. ¶ Sed his non obſtantibus, quæ iudicio meo non obſtant dico in hoc articulo, ſaluo iudicio meliori, caſum eſſe in c. ſolent, in fi. de ſen. excomm. lib. vj. ubi dr̄, quòd ſi quis offendens ſe excõicatũ poſt appellationẽ probabilẽ poſtulat ſe admitti ad probandum, debet ſolum uitari in iudicialibus, & in alijs negotijs extraiudicialibus, nõ. unde electionibus & alijs ſpiritualibus, ſeu diuinis officijs admittendus eſt durante appellatione, & hoc clare uolunt ibi Inn. & Io. And. qui dicunt, quod etiam antequam admittantur probationes, an cauſæ appellationis ſint ueræ uel non, debet admitti ad prædicta, ſaltem cũ proteſtatione. unde ſatis eſt ſecundum eos, quod excommunicatus compareat, & dicat ſe appellaſſe ante ſententiam, & pro hac ſententia ego adduco tex. iudicio meo hoc aperte probantẽ in c. licet, co. ti. lib. vi. ubi dicitur, ꝙ ſi quis aſſerit ſe fuiſſe excommunicatum poſt appellationem, & fuit proſecutus appellationem infra tempus a iure ſtatutum, debet pronunciari & denunciari excommunicatus, ut uitetur & nedum in iudicialibus, ſed etiã in extraiudicialibus & aliis actibus legitimis, donec probauerit excommunicationem non fuiſſe legitimam, uel aliter docuerit de illius nullitate. Ecce ergo apertiſsime, quòd ante omnem proſecutionem appellationis nõ debet euitari, dummodo aſſerat ſe appellaſſe, & ſic infra tempus proſecutionis a iure ſtatutum. Et ſic in illis duobus. c. uidetur caſus huius. q. Aliud induco ad idem c. ſatis notabile in materia ca. dilectis, in fi. de appel. præalleg. ubi canonici communicantes excommunicatis poſt appellationem, & poſt denunciationem archiepiſcopi iudicantur inculpabiles, quia magis uoluerunt deferre appellationi interpoſitæ ad Papam, quàm denunciationi archiepiſcopi; & ratio omnium prędictorum poteſt eſſe, cum appellatio legitima habeat ſuſpendere iuriſdictionem iudicis, & ſic impedire ualiditatem excommunicationis poſtea latæ, ut c. per tuas, de ſen. excõ. & c. cũ cõtingat, de offi. del. & d. c. licet, non debet præſumi iniuſticia appellatiõis cũ tãto præiudicio appellatoris, & quia etiam contra iudicem omnino non eſt præſumẽdũ, capitur quaſi media uia ut in iudicialibus, quæ ſunt magis odioſa, excommunicatus debeat euitari appellatione pendente: ſecus uero in extraiudicialibus, ne intm̃ iuri ſuo præiudicetur, licet fateatur Inn. in d. c. ſolet, quòd in priuata familiaritate poterit in occulto euitari, ſi ſine ſcãdalo hoc fieri poterit, ſed non in publico, niſi notorie conſtaret appellationẽ fuiſſe iniuſtam, quia talis appellatio non defendit. d. c. cum ſit Romana, & c. cum appellatio, de appel. li. vj. ſed in caſu noſtro hoc non poteſt dici. Primo, quia iudex, ad quem recipit appellationem, & fecit quod facere non poterat, niſi prius recepiſſet appellationem uelut emiſſam ex cauſa probabili & non contra notorium, ut probatur in c. Romana. §. ſi uero, cum §. ſeq. & c. non ſolum, de appel. lib. vj. Item cum citatio fuit facta ad locum notorie non tutum, potuit in continenti appellare etiam in abſentia iudicis, ut in clemen. paſtoralis. §. & priſtina, & ibi gl. de re iudi. & qđ legitur & not. in c. ex parte, de appel. facit. c. ſi iuſtus, eo. ti. & quod not. Innocen. in d. c. dilectus. Nec ualet, ſi dicatur, quòd notorie occupabat iniuſte bona eccleſiæ; quia hoc negatur per partem aduerſam, & allegabatur probabilis titulus poſſidendi, & ſic redditur res dubia, ut eſt glo. no. in c. fi. de offi. deleg. li. vj. facit l. iij. C. quibus ad liber. procla. non licet. ¶ Præterea multa dicuntur notoria, quæ non ſunt in c. conſuluit, de appell. & ſatis eſt, ꝙ poterat habere aliquam iuſtam cauſam poſsidendi, ideo non debet excommunicari antequam audirentur ſuæ defenſiones, arg. bonum in c. licet epiſcopus, de præben. lib. vj. Item tex. in c. ſacro, prohibet indiſtincte aliquẽ excõmunicari non præcedente canonica monitione, quãtumcunque factum dicatur notorium, quia excommunicatio fertur ab homine non propter delictum, ſed propter cõtumaciam, ut no. gl. in c. epiſcopi. xj. q. iij. ſed paria ſunt aliquem non citare, uel ad locum notoriæ non tutum, ar.

in



in dictis iuribus, &. c. ſi duobus, de appel. Non obſtant cõtraria. Et primo gl. in. d. c. dilectis. debet. n. intelligi & determinari ſm̃ iura noua ſupius alleg. uel põt ſaluari ĩ priuata & ſecreta familiaritate, ut. ſuprà dixi, uel in iudicialibus. ¶ Ad ſecundum de dicto Inn. in. c. ad præſentiam, de appel. dicendum; ꝙ debet intelligi & limitari, ut ipſemet not. in. d. c. ſolet. Nã mouetur ipſe ibi per. c. per tuas, de app. quod recipit hodie limitationem per c. ſolet, &. c. licet preal. ¶ Ad tertium de. ca. paſtoralis, dico procedit, qñ ſententia eſt aliqua, licet iniuſta. Sed in caſu noſtro ꝑceptum iudicis ſuper uitatione eſt ipſo iure nullum, cum ſit ꝯ iura ſuperius allegata. Ideo tale præceptum poteſt contemni; ad hoc quod no. Inn. in. c. ſi quando, de offi. dele. magis enim eſt obediendum iuri, q̃ mandato delegat. xj. q. 3. Iulianus, &. c. dominus, &. c. qui reſiſtit. Non obſt. quintum arg. procedit enim, quando excommunicatio tenet, ut q. a eſt iuxta. Sed in caſu noſtro præſupponit̃ nulla. ¶ Ad ultimum. d. c. cum ſit Romana, ſatis reſponſum eſt. nam negatur factum eſſe notorium, & allegatur iuſta cauſa poſſidendi. Item apoſtolus ſæpe Corinthum admonuerat, & factum erat notorium, quod nulla tergiuerſatiõe, &c. quod non contigit in facto noſtro. Et hec ſufficiant. Deo gratias. NICO. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

FACTVM, *ex quo dubia infraſcripta Oriuntur, ſic proponitur. Quidam laicus mercator fecit ſuum hæredem uniuerſalem quoddam monaſterium monachorum, eo uita functo, monaſterium adiuit hæreditatem, & in omnibus pro hærede ſe geſsit tam in iudicio, quàm extra capiendo bona hæreditaria, & eorum aliqua diſtrahendo, &c. Tandem repertum eſt in libris debitorũ teſtatoris, quòd idem ipſe teſtator, & ſuus prædeceſſor in eadem hæreditate tempore uitæ eorum à diuerſis perſonis ad rationem octo, uel decem pro centenario receperunt certam ſummam uiginti milium Florenorum, multaq; debita ſimilis cõditionis dicto monaſterio per dictum teſtatorem relicta, fuerunt recuperata, & in communibus uſibus monaſterij expenſa. ortum eſt cõſcientiæ ſcrupulum pro eo, quòd monaſterium multas fecit expenſas ratione ipſius hæreditatis ſoluendo legata & alia debita multa, litigando tam in curia Romana, quàm extra, ac ædificando in monaſterio & alios ſumptus ratione hæreditatis faciendo intantum, quòd ad ſatisfaciendum de uſura iuxta librum teſtatoris uix ſufficerent ea, quæ de predicta hæreditate ſuperſunt una cum reliquis bonis monaſterij, & propter ſeruitutem chriſtianorum, & pro informatione ſimplicium fuit de quattuor dubijs circa præmiſſa petitũ. ¶ Primum dubium, an dictus teſtator ſit indubitanter ex dictis contractibus cenſendus uſurarius. ¶ Secundum, utrum dictum monaſterium plenarie teneatur ad ſatisfaciendum de uſura teſtatoris iuxta ſummas contentas in libro debitorum. ¶ Tertium, utrum alia bona monaſterij, non ſufficientibus bonis quæ ſuperſunt de dicta hereditate debeant pro ſatisfactione huiuſmodi debitorum exponi & alienari. ¶ Quartum, utrum papa de iure, aut alias canonicè, ſeu licite poſsit dicto monaſterio ſine periculo deſtructionis ſuccurrere diſpenſando, & inſuper in præmiſsis &c.* NIC. AB.

## CONSILIVM XXXIIII.

1 ¶ *Mobilia triennio uſucapiuntur, immobilia decennio, actiones. 30. annis.*
2 *Vſurarius manifeſtus quo ad annullationem teſtamenti quis dicatur.*
3 *Libri uſurarum an reddant quem manifeſtum uſurarium?*
4 *Teſtes ſingulares non ſufficiunt ad probandum ueritatem delicti.*

CHriſti, eiuſque matris præſidio humiliter inuocato, attingam iuxta ordinẽ prælibatum primum dubium qđ de iure clariſſimum eſt. quicquid. n. accedit ſorti ex pcõ uſura eſt, quantuncunque id ſit modicum, ſiue conſiſtat in pecunia numerata, ſiue in alia ſpecie, ut probatur. 14. q. 3. per totã quæſtionẽ: quinimo ſolus aĩus mutuantis conſtituit eũ uſurarium, ſecuta traditione muneris ultra ſortem, ſi alias non fuiſſet mutuaturus, deficiente ſpe lucri, ut probatur in euangelio Lucæ: Mutuum dantes, nihil inde ſperantes, & tranſſumptiue in. c. conſuluit, de uſur. deſipiunt. n. qui ſapiunt licere recipere. x. uel aliam minorem quantitatem ꝓ centenario, cum & munuſcula ex pacto recipere, uſura ſit in. c. 2. 14. q. 3. facit tex. in. c. per ueſtras, de do. poſt diuor. & Bar. in. l. diuus, ff. ad. l. Fal. & Io. An. in reg. peccatum, de reg. iur. li. 6. in Mercu. hæc breuiter quo ad primum. ¶ Venio ad ſm̃, an monaſterium teneatur plenarie ſatisfacere. in quo dico animaduertendum, an teſtator fuerit uſurarius manifeſtus, an uero occultus. Nam ſi fuerit manifeſtus, non tenuit teſtm̃ neglecta cautione, de qua in. c. 2. de uſur. lib. 6. ¶ Ille enim tex. annullat teſtamentum uſurarij manifeſti indifferenter, cautione de reſtituendis uſuris per eum non præſtita, nec reſeruata diſpoſitione ad pias cauſas, ad hoc. quod not. Bar. & Bal. in. l. 1. C. de ſac. ſan. ec. & per conſequens monaſterium obligaretur ad reſtituendum omnia bona hæreditaria, quę peruenerũt ad illud poſſet tamẽ ſe defendere per præſcriptionem, cum bona fide poſſederit, & habuerit titulum pro hærede, tan
1 quam tempus ſit lapſum, quod ſufficit ad præſcriptionẽ.
1 † Nam mobilia uſucapiuntur triennio: immobilia decennio, & actiones. 30. an. ut legi. &. no. in. l. pro hærede, ff. de pet. hære. & in. l. j. ff. pro hærede. Sed in caſu noſtro cum agatur de excludendo ſuccedentes ab inteſtato, requireretur tempus. 30. anno. quia non minori tempore præſcribitur iuri adeundi, ut no. per gl. & Bar. in. l. licet. &. l. cum antiquioribus, C. de iure deli. ¶ Prædicta puto uera, niſi notorium fuiſſet teſtatorem fuiſſe uſurarium. nam tunc monaſterium præſumitur uериſimiliter ſciuiſſe, arg. in. c. 2. de poſtu. præla. & in. c. ꝙ dictis. 16. diſt. & non potuiſſet præſcribere: quia aut ſciebat teſtm̃ non ualere; & erat in mala fide. 23. q. 2. ſi uero credebat ualere, & errabat in iure; & error iuris impedit præſcriptionem, ut. l. nunquam. ff. de uſuca. &. l. quemadmodum, C. de agri. & cenſi. lib. xj. legitur & notatur in. c. apoſtolicæ, de dona. &. c. dudum, de deci. in cã tamen reſtitutionis habenda eſſet ratio expenſarum, cum monaſterium fuerit in bona fide, licet in iure errauerit. Itẽ non tenetur ad reſtitutionem fructuũ conſumptorum: quia illos fecit ſuos propter bonam fidẽ, ut eſt tex. no. in. l. ſed ſi. §. ſcire, ff. de peti. hr̄di. per Bar. in. d. §. ſcire, & in. l. ex diuerſo, ff. de rei uen. per Di. in regula, poſſeſſor, de regu. iur. li. 6. ꝑ do c. in. c. grauis, de reſti. ſpo. Et de hac mã fructuũ dicendum eſt, ut plene no. in. d. ca.
2 grauis, &. d. l. ex diuerſo. ¶ † Quis aũt dicatur manifeſtus uſurarius quo ad annullationem teſti, cautione non preſtita, uario modo dicitur. Nam ſi tenebat banchum publice paratum ad mutuandum ad uſuram, in dubio dicitur manifeſtus & notorius. ut no. gl. 2. q. 2. manifeſta, & eſt melior gl. in. c. j. de uſur. lib. 6. quæ poſuit multos alios modos publicationis, puta ſi fuit in iudicio confeſſus, uel cõuinctus, &c. ut ibi; alium modum ponit gl. in. d. c. 2. quando fuit hoc crimen cõfeſſus coram ſacerdote, & teſtibus, reddẽs libros uſurarios. ¶ Item ſm̃ Bar. ſi mutuauit in camera omnibus uenientibus ad eum, in. l. fur eſt. ff. de fur. notabilis modus colligitur ex glo. in. ca. cũ in diœceſi, de uſur. ¶ Item ſi tempore uitæ ſuæ erat de hoc publica fama,

ma, ſatis cum aliquibus argumentis, & ita conſuluerunt
multi ualentes uiri, quamq̃ Fed.conſi.62. uideatur uelle
illud non ſufficere quo ad hoc, ut teſtm̃ factum ſit nullũ
licet epiſcopus potuiſſet ex tali probatione illum publi-
care, & demum poſt publicationem teſtm̃ fuiſſet nullum,
& hoc dictum habet equitatem, ne ſolũ fama cum indicijs
nõ data ipſi prius facultate illam purgandi, puniatur qs,
& ne teſtamentum ipſo facto irritetur. ¶ Item poteſt dici
publicus, ſi põt probari faciliter, puta per libros ſuos, ut
no. Archi.in.d.c.2.in prin.glo. tamen no.bene ſentit con-
trarium in.c.ſane. 24.q.2.quæ eſt in uer. librorum, q̃ di-
cit, ꝙ ſi inueniantur rationes ſuæ uel inſtrã.per quę patet
eum uſurarium fuiſſe, non poteſt communicari, niſi ſatiſ-
fecerit, ſi hoc occultum fuit, quaſi dicere uelit, ꝙ per hoc
ſolum non probatur uſurarius, & dicit ibi Archi.qđ mul
ti magni uiri hoc dictum ſunt ſecuti, niſi appareant alia
indicia: & hoc dictum uidetur contrariari ei, quod dicit.
Archi.in.c.2 dicit aliquis de hoc uidetur caſus in cle.pe.
de uſu.ubi libri ſeu rationes probant contra uſurarium.
Sed poteſt certe reſponderi, ꝙ hic ſumus extra caſum il-
lius cle.cum ibi conſtaret illos eſſe uſurarios. hic aũt lo-
quitur, qñ non conſtabat niſi per oſtenſionem librorum.
¶ Quidam moderni in.c.cum in tua, de uſur. dicunt ſuffi
cere codices uſurarum: quinimo plus dicunt ꝙ ẽt, ſi poſt
mortem põt per teſtes probari defunctum fuiſſe uſura-
riũ, non ualebit teſtm̃: quia ſatis apparet illum fuiſſe ma-
nifeſtum, ex quo probari poterat uſurarius; & ſic recitant
per aliquos fuiſſe conſultum. Sed ego reperio Bal. Lau.de
Pun Bar.de Saly. conſuluiſſe oppoſitum, ut refert do.Pe.
de An. in repe. c.canonum, de conſti.concludentes, ꝙ ad
annullationem teſtamenti requiritur, ꝙ uſurarius fuerit
manifeſtus, ſeu notorius. unde capitur uerbũ, manifeſtũ,
in.d.c. 2.ꝓ notorio.quare ñ.ſufficit fama: uel ꝙ per duos
uel tres teſtes probetur uſurarius: quinimmo dicunt, ꝙ
non ualet conſtitutio epiſcopi diſponens famam ſuffice-
re, uel duos teſtes de ueritate ad probandum quem ma-
nifeſtum: quia ñ potuerit epiſcopus alterare diſpoſitionẽ
iuris in præiudicium uſurariorum, & impropriare uoca-
bula rei; cum nomina appellatiua ſint immutabilia.l.ſiqs
in fundi uocabulo, ff. de le.j. & ita conſuluerũt Bononiæ,
ubi erat talis conſtitutio hoc idem ur̃ ſentire ipſe Bal.in.
l.j.C.de ſacroſan.eccle.ubi dicit non ſufficer̃, ꝙ tres pro-
nt, quem fuiſſe uſurarium etiam apparentibus codici-
bus uſurarijs, niſi probentur actus publici, ſeu communis
opi.quia tex.in.d.c.2.fundat ſe ſuper manifeſto in irrita-
tione teſtamenti. Ego. credo ſecure poſſe dici, ꝙ cũ illud.
c.2.imponat nouam pœnam, & ſatis attribuit cum priuet
in effectu facultate teſtandi, quæ partim eſt de iure gen.
& partim de iure ciui. iuxta no.in.l. qui teſtamento, ff.de
teſt.& hoc faciunt ex iuſtiſſima cauſa tum fauore rei pu-
blicæ tum propter animarum periculum ipſorum uſura-
riorum, ut in.c.uſurarũ uoraginem, de uſur.lib.6.&.c.quã
to, eo.ti.debent intelligi & uerba capi in ꝓprio ſignifica-
tu; ita, ꝙ necminus laxari, nec minus reſtringi debeant,
arg.eo.quæ no.in gl.in.l.quemadmodum, C.de agri.& cẽ
ſi.li.11.manifeſtum uero in ſuo ꝓprio ſignificatu impor-
tat minus, quàm notorium, & plus quàm fama; unde om-
ne notorium eſt manifeſtum, ut in.c. cum olim, de uer.ſi-
gni.&.c.ueſtra, &.c.fi.de coha.cle. ſed non conuertit: quia
nonomne manifeſtum eſt notorium, ut communiter no.
doc.in.d.c.ueſtra, & not.in.c. quia ſuſpecti.3. q.6.manife-
ſtum uero communiter diffinitur maxime per Io. An. in.
d.c.ueſtra, ꝙ eſt publica ſeu famoſa inſinuatio, uel procla
matio, & communis & certa ſcientia a certis autoribus, ꝓ
ueniens, & in hoc ultimo habet in ſe plus, quàm fama, q̃
ſola ſuſpitione & incerto autore prouenit, ut ibi no. Io.
An.ſed Io. Cal.in.d.ca.ueſtra, addit ad dictã diffinitionẽ
quod probari põt quod placet ibi domino An.uult dice-
re, ꝙ manifeſtum eſt id quod probari poteſt ultra illam
publicam ſeu famoſam inſinuationem, & ſatis credo hoc
fuiſſe de mente Io. An. Nam ſi non poſſet ueritas proba-
ri, non differret a fama, & pro hoc.c.de hoc. de ſimo.&.c.
porro, de diuor. Ille ergo dicitur manifeſtus uſurarius
quo ad irritationem teſtamenti, qui uere probari poteſt
3 uſurarius, & ultra hoc probet cõmunis fama loci. ¶ † Ex
quo infero, ꝙ libri ſoli uſurarum non faciunt eum mani-
feſtum: ſed cum fama ſufficiunt: uel ſi iudex eum publica-
uit per ſententiam.nam trãſit in notorium quod eſt plus,
& ſic capio medium, unde non requiro neceſſario noto-
4 rium, nec puto ſufficere ſolã probationem delicti. ¶ † Itẽ
dico, ꝙ ad probandum ueritatem delicti non ſufficiunt
teſtes ſingulares, ut plene no. Fede.conſi.72. Etiam ſi hoc
haberet conſtitutio epiſcopi, facit quod ad prædicta no.
idem Fede.conſi.xvj. ubi tenet confeſsionem factam ex-
tra iudicium per uſurarium non ſufficere, ut per hoc di-
catur manifeſtus. ¶ Non obſtat prædictis.c. cum in diœce
ſi, prealle.ubi uidetur ſufficere fama cum aliquibus argu
mentis, poteſt enim reſponderi, quod non loquitur quo
ad irritationem teſtamenti, ſed quo ad exequendum pœ-
nam.c.quia in omnibus, de uſur.quæ cum ſit modici præ-
iudicij, non capiuntur uerba ita ſtricte, ut no. Fede.conſi-
ſilio 72.prealle. Vel dico, ꝙ intelligitur de argumentis,
quę ſufficiunt cum fama ad probandum quem uſurariũ,
cum de facili conuinci nõ poſſunt, ar.c.illo uos, de pigno.
c.ad noſtram, de empti.& uendi & quod legitur & not.in
cle j.de uſur. Nam argumenta ſeu indicia qñque plene ꝓ
bãt.l.indicia, C.de rei uendi.&.l.ſciãt cũcti, C.de ꝓba.&
no.in.c.tertio loco, de ꝓba.& ſic cõcordat cũ ꝑdictis. & ꝑ
hoc habet̃, an teſtm̃ fuerit nullũ, & an dicta hæreditas ſit
in caſu reſtitutionis, uel nõ ꝑſuppoſito ꝙ nõ ſit in caſu re
ſtitutionis utputa quia nõ erat manifeſtus uſurarius mo
do prædicto, ¶ Quæritur redeundo ad principale dubiũ,
an monaſterium teneat̃ ſatisfacere de omnibus uſuris in
libris prædictis contentis? Et breuiter dico, ꝙ aut mona-
ſterium adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij: &
in dubio nõ tenetur ultra uires hæreditatis, ut.l.fi. C.de
iure deli. quatenus aũt ſuppetit hæreditas, detractis pro-
babilibus expenſis, puto monaſterium teneri ad reſtitu-
tionem, prout ex libris teſtatoris uſuræ eliciuntur. Nam
faciunt in hoc fidem: quia regulariter libri faciunt fidem
contra ſcribentem, ut in.l.quidam.§.numularios, & quod
ibi no.ff.de eden.& in.l.exemplo, &.l.rationes, &.l.inſtru
menta, C.de probatio.& in.c.2.de fide inſtru. tum quia in
caſu noſtro agitur ad exonerandam animam defuncti, nõ
debet exquiri probatio multũ exacta, ut in cle.j. de uſu.
& quod ibi not.& debet fieri hæc reſtitutio his, a quibus
fuerunt extortæ uel eorum hæredibus, ſi ſuperſunt, ut in.
c.cum tu, de uſur. uel tanquam incerta diſtribuenda ſunt
pauperibus, ut in.d.c.cum tu, & de practica eſt bona glo.
in.c.2.de uſur.lib.6.in.uer.ſatisfieri, & latius per Fede.c.
j. Et hæc procedunt, etiam ſi defunctus nihil mandauit de
uſuris reſtituendis, ut in.ca.tua nos, de uſur.iuncto dicto
capitulo.2.in gl.in uerbo, mandauerunt. Aut monaſteriũ
non confecit inuentarium, & tunc licet prima facie ui-
deatur obligari etiam ultra uires hæreditarias per. l. fi.
C.de iure deliberan.& per id, quod in eccleſia ſentit glo.
in.c.j.de teſta.tamen dico, quod ex duplici capito nõ tene
tur ad id, qđ ad illud peruenit: quia eccleſia hæres non te
netur ex omiſsione inuentarij ultra uires hæreditarias,
ut no. Barto.in.l.j.C.de ſac. ſan.ecc.argu.aut.ſicut, eo.ti.
quia



quia hæreditas nõ debet ſibi deferri niſi quatenus eſt lu
croſa, ut in d.aut̃.ſicut. Et idem Bal.in l.fi.C.de iu.delib.
mouetur per l.j.ff.de iu.fiſ.& quia eccleſia non debet gau
dere minori priuilegio, quã fiſcus, ut no. in c.j.de in inte.
reſti. ¶ Secundo, quia non tenetur: quia uſuræ petũtur ex
delicto defuncti; & ſic de iure ciuili non obligaretur hæ-
res, niſi quatenus de delicto ad eum peruenit, ex quo lis
non fuit conteſt.cum defuncto, ut l.ut debitum, C.ne ex
deli.defun.lex aũt finalis.C.de iu.delib.ſolum obligat ex
omiſſione inuentarij illius, qui non poterat ſoluere inſo-
lidum: ſed de iure ciuili non erat hæc petitio. Nam de iu
re canonico non tenetur hæres ex delicto defuncti ultra
uires hæreditarias, ut in c.in literis de rapto. & in ſimi-
libus; & ita in terminis noſtris conſuluit Fede. conſi.21.
& tenet do. Ant.in c. debitores, de iureiur. per Io.And.
in c.ij.de uſu.lib.6. in nouel. ſentit gl.in c.fi.in uer.man-
dauerint. ¶ Concludo ergo ſic ad iſtud ſecundum dubiũ,
monaſterium teneri, quatenus patiuntur uires hæredi-
tatis, ita, ꝙ de bonis propriis monaſterij non tenentur
aliquid exponere, niſi prout ſtatim dicam in tertio du-
bio. ¶ Venio nunc ad tertium dubium, an non ſufficien-
tibus bonis hęreditatis teneatur monaſterium exponere
bona monaſterij? in quo dico, ꝙ ſi omnia bona hæredita
ria extarent, non teneretur monaſterium aliquid expo-
nere de ſuo, ut ſupra ſatis plene dictum fuit. Sed qm̃, ut
patet ex caſus narratione, monaſterium multa cõſumpſit
in utilitatem ipſius, arbitror monaſterium obligari ad ſa
tisfaciendum de ſuo, quatenus ad ipſum ꝑuenit de bonis
hæreditatis: quia in illis põt dici monaſterium factũ lo-
cupletius, cũ de ſuo habuiſſet facere expẽſas illas, quas fe
cit de bonis hęreditariis, ut in l.pupil.ff.de ſol. tenet̃ er-
go ad ſatisfaciendũ iuxta uires hr̃ditarias; & ꝓ debito ſa
tisfaciendo eccleſia cogit̃ etiam uendere bona ĩmobilia,
ut in aut̃. hoc ius porrectũ 10.q.2. & hoc de tertio. ¶ Ad
quartum, utrũ Papa poſſit licite ſuꝑ his diſpẽſare, ne ad
alienationem bonorũ ſequatur deſolatio monaſterij; cre
do, ꝙ ſuꝑ certis, i.his, q̃ debentur illis, à quibus fuerunt
extortæ, uel eorum hr̃dibus, ſi ſuperſunt, Papa licitè non
diſpenſat: qa non põt tollere pecuniã certis ꝑſonis laicis,
& dare monaſterio, arg, eorũ, quæ no. Inn.in c.quæ in ec-
cleſiarum, de cõſti.& c.inquiſitioni, de ſent.excõ.facit qđ
habetur in cle.paſtoralis, de re iud. & qđ no.per legiſtas
in l.fi.C.ſi contra ius uel util.pub.maxime cum uſuræ pe
ti poſſunt ex condictione indebiti, ut not.in c. Michael,
de uſuris, & c.debitores, de iureiur.& 16.q.6.ſi Ep̃s.ſuper
incertis autem in dubio põt Papa diſpenſare, cum ſint in
diſpoſitione eccleſiæ: quinimmo dico, & etiam Ep̃s loci
poſſet hanc conceſſionem facere, ut expreſſe no. Io. And.
in c.ij.de teſta.lib.6. & ſic fuit alias diſputatum & conclu
ſum, ut ibi no.ꝑ eum; & idẽ tenet Bal.in conſimilibus ter
minis in l.ſi qs ad declinandũ, C.de epi.& cle. ¶ Puto etiã
attentari poſſe, ꝙ ſi monaſteriũ iſtud indigebat tꝑe teſta
menti; potuit ille teſtator oĩa incerta dare monaſterio
tanq̃ pauperibus, ut in c.cũ tu, & qđ no. Io. An.in d.c.2. &
ſic non teneret̃ requirere cõceſſionem Papalem, uel epi-
ſcopalem: qa licite recipitur ab eo, q habet poteſtatem
dandi pauperibus; & monaſterium indigens ſatis eſt pau-
per, ut no.in locis præal. & facit.l.priuilegia, C.de ſacro
ſan.eccl.& c.diaconi 93.diſt. & 16.q.1. c.fi. ¶ Poſſet etiã
dici, ꝙ ſi tꝑe teſtamenti monaſterium non indigebat ſal-
tem in tanta quãtitate, ſi tñ hodie indigẽs fieret ex diſtri
butione incertorum; ꝙ ipſum monaſterij collegiũ poſſet
hęc inter certa diſtribuere eorum ecclię & monaſterio,
cũ in hoc nulla notetur ambitio. Simile uidemus in Ep̃o,
q eſt diſpenſator bonorum ecclię.2.q.2.uidentes: tñ po-
teſt capere ꝓ ſuis neceſſariis 12.q.2.Ep̃s: cautius tamen
eſt habere Ep̃i, uel Papæ auctoritatem maxime propter
tenentes opinionem, ꝙ incertorum diſtributio ſpectat ad
Epiſcopum loci, & non ad hæredem, de quo not.in d.c.2.
de teſtamen. lib.6. & cap.cum ſit nimis abſurdum de Iu-
dæ. Et hæc ſufficiant. **NIC. ABB.**

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

FACTI *contingentia talis eſt in ciuitate Senarum ſtatuto cauebatur, quòd uendentes panem vænalẽ tenerentur & deberent ſoluere nomine gabellæ quatrenos octo pro ſtama. demum tractu temporis, quadam frumenti penuria, & caritudine imminente, facta extitit nomine cõmunis ſeu officialium ad huiuſmodi deputatorum publica proclamatio, in effectu continens, quòd cuique eſſet licitum facere panem venalem ſine alicuius gabellæ ſolutione. Cuius proclamationis intuitu multi inducti ſunt panifices ad vænalem panem faciendum, & hoc continuauerunt per biennium ſine poſtulatione, ſiue ſolutione alicuius gabellæ. demũ fuit eis intimata panis ſimpliciter remiſsio, ſed ſuſpenſa dũtaxat per tempus 18. menſium, & ſic inceperunt dictam gabellam pro futuro ſoluere. ¶ Elapſo uerò 4. ann. tempore, inſurgit notarius gabellæ contra dictos panifices, dicens eos obnoxios ſolutioni gabellæ pro tẽpore 6. menſium, in quibus fecerunt panem poſt lapſum 18. menſium prædictorum. At etiam dicitur per dictum officialem, quòd tenentur ſoluere pœnam fraudatæ gabellæ in ſtatutis Senarum contentam, ex eo, quia per illud tempus 6. menſium ſoluerunt minime dictam gabellam. ¶ Ex parte panificum allegatur ignorantia dictæ prouiſionis, cũ proclamatio fuiſſet facta purè ſuper remiſsione gabellæ. Quæritur quid iuris, &c.*

### CONSILIVM XXXV.

1 *Conſtitutio ſolenniter edita ligat indifferenter omnes poſt lapſum duorum menſium.*
2 *Leges inſtituuntur, cum promulgantur.*
3 *Ignorantia priuatorum non debet obeſſe communi.*

CHriſti, eiuſq; matris prę́ſidio in omnibus inuocato, Videtur primo dictos panifices teneri ad ſolutionem gabellę illorum ſex mẽ
ſium, ac ad pœnam fraudatæ gabellæ ꝑ tex.no.in l.inter-
dum.§.licet, & § diui, ff.de publ.ubi patet, quod error nõ
excuſat, quo minus res incidat in commiſſum propter
1 uectigal non ſolutum. ¶ † Secundo probatur aliter. Con
ſtitutio ſolenniter edita ligat indifferenter omnes poſt
lapſum duorum menſium, ita, quòd poſt illud tempus
non præſumitur ignorantia, ut in authen. ut factæ nouæ
conſtitu.in rubro & nigro, & not.in cap.ij. de conſtitu. &
hoc cum conſtitutio editur à principe. Si autem eſt in-
ferioris, non datur tantum tempus, ſed minus arbitran-
dum per bonum iudicem, conſiderata quantitate terri-
torij, quod diſtinguitur per dictum ſtatutum, cum non
ſit æquum, ut tantum tempus aſſignetur in conſtitutio-
ne inferioris, quæ quandoque porrigit effectum ad mo-
dicam diſtinctionem, quantum aſſignatur in lege Prin-
cipis, quæ diſtinguit totum orbem, ut not. Hoſt.in ſum-
ma, de conſti.§.quando, & Ioã. And.ſuper data lib.6. ſe-
quuntur cõmuniter in c.ij.de conſt.præal. At in caſu no-
ſtro, tẽpore reformationis factæ in conſilio generali ne-
dum emanauerant duo menſes, ſed 18. ergo non poſſunt
allegare ignorantiam, maximè cũ non fuerit nouum ſta-
tutum, ſed quædã ſuſpenſio antiqui, & ſicut antiquum ſta
tutum ligabat poſt 18. mẽſes & non nouum, ut l.cũ præ-
cario, ff.de præca. ¶ Tertio facit ad idem cap.j.de poſtul.

præla.ubi dicit, ꝙ poſtquam conſtitutio eſt ſoléniter edi-
ta,& publicè promulgata, præſumitur quis illius habere
ſcientiam,nec facile audit̃ prætendens ignorantiam: imo
dixit Inn.in c.ij.præal. ꝙ non auditur allegans ignoran-
tiam, niſi dilucide eam ꝓbet, ut in c.qd dicitis 16.diſtin.
& c.ꝓpoſuiſti 82.diſt. Sed his non obſtantibus ↄ̃rium pu
to de iure uerum. Moueor primo ꝑ tex.huius qõnis deci-
ſiuum in d.c.j.de poſtu.præl.ubi ad hoc, ut qs aſtringatur
ad conſtõnis obſeruantiam,exiguntur duo,ut conſtitutio
2 ſit ſoléniter edita,& ut publicè promulget̃. ¶† Ad idem
tex.in d.aut̃. ut factæ nouæ conſti.& 4.diſt.c.in iſtis.§.le-
ges.ubi dr̃, ꝙ leges inſtituunt̃,cum promulgant̃, & non in
data,ut infra. Sed in caſu noſtro illa reformatio gabellæ
ſuſpenſæ non fuit ꝓmulgata,ſed fuit ſoléniter edita.ergo
non ligauit cõtrafacientes. quinimo publicatio fuit facta
pure ſine præfinitione alicuius tẽporis ; & ſic debuit ꝑſu-
mi & ꝑpetua & pura,arg.in l.ſeruus,C.de pœnis, & c.eos
1.q.1.& qđ no.Inn.in c.ex literis,de conſt. Nec tenebant̃
panifici aliud inueſtigare, cũ non debeat ſtatutum aliter
præſumi factum,q̃ fuerit ꝓclamatum,ut in l.Labeo,ff.de
ſupel.leg.imo pars,q̃ non publicat̃, non põt dici ſtatutum
ad effectum alium ſtringendũ, ar.in d.§.leges, & qa vna
& eadẽ res non debet duplici iure cenſeri, & ſic vna pars
publicet̃,& alia non,ut in c.cum in tua diœceſi,de deci.&
12.q.2.c.cognouimus.Ad idem.l.quidam hæredem dãna
uerat,ff.de tri.ui.& oleo lega.ubi legando ſimpl'r vinum,
ur̃ teſtator legaſſe omne uinum,quod habebat,cũ indefi-
nitum æquipollet uniuerſali,ut in c.ut circa,de elec.li.6.
¶Sed in caſu noſtro proclamatio fuit ſimpl'r, & pure fa-
cta ; ergo ita pure obſeruanda eſt,& non aliter. ¶Secun-
do facio principaliter tale motiuum. ꝑ illam proclama-
tionem uidetur inter cõe & panificos proceſſiſſe quaſi cõ
tractus, ſicut in ſimili no.Bar.in l.pen.ff.de decre.ab or-
di.fa.ubi dicit, ꝙ ſi cõmune facit ſtatutum, ꝙ quicunque
iuerit ad habitandum in ciuitate cluſiua, ſit exẽptus à ſo-
lutione gabellæ, uidentur quaſi contrahere cõmune , &
euntes ad habitandum, ita, ut immunitas ſemel conceſſa
reuocari non poſſit, cũ tranſiuerit in contractũ uel quaſi.
Si ergo cum iſtis panificibus , ſeu fornariis fuerit gñal'r
quaſi contractum nõ ualuit reformatio, ſaltem ut forna-
rij poſſint cogi ad ſolõnem gabellæ, & multo fortius ad
pœnam fraudatæ gabellæ,cum nulla hic fuit ꝑ eos com-
miſſa fraus,ut clarè ꝓbatur per ſimile in l.ſed ſi pupillus.
§.proſcribere, cum duobus.§.ibi præcedentibus,ff.de in-
ſtito.ubi patet , qđ ſi qs præfecit publice inſtitorẽ alicui
negotiationi, non ſufficit eum ſimpl'r reuocare ad impe-
diendos ↄ̃ctus cum eo gerendos; ſed neceſſe eſt,quod pu-
plicè proclamet̃, ut ſic alij ſint cauti ad deſiſtendum à ↄ̃-
ctibus cum tali inſtitore gerendis,ne ſub illo prætextu,&
indifferenter facile decipi poſſit. Nam omnis res ꝑ cau-
ſas,ꝑ quas naſcitur,ꝑ eaſdẽ debet diſſolui, in regula, ſ̃m
naturam,de re.iu.lib.6. ¶Tertio principal'r probatur,ex
alio capite,ꝑſuppoſito ꝙ illa reformatio ſuſpenſiua in cõ
ſilio gñali edita ligaſſet ſine aliqua publicatione: tñ ꝓ-
babiliter ignorantes nõ affecit,ut l.pen.ff.de decr.ab or-
di.fa.& l.iubemus,C.de teſta.& in c.ut animarum,de cõ-
ſti.lib.6.& legit̃ & no.in d.c.ꝓpoſuiſti.82.diſt. ¶Sed nulli
põt uenire in dubium,quin iſti piſtores,ſeu panifices, ha-
buerunt ꝓbabilem cauſam ignorantiæ , cum non debeat
in caſu noſtro ꝑſumi ſcientia conſtitutionis, ſicut in aliis
caſibus, cum hic facta reformatione facta eſt proclama-
tio ſine tẽporis præfinitione ; & ſic aliter, quã proponat̃
actus in concilio generali. Et ſic poterant ſtare ſecure
abſque alia indagine, cum,ut ſupra dixi, non erat præſu-
mendum, ꝙ aliter fuiſſet publicata, quã edita ; & maxi-
mè,quia lapſo illo tẽpore 18. menſium ab eis fuit extor
tum nomine gabellæ. nec põt in caſu noſtro fieri fides de
ignorantia,niſi per iuramentum iſtorum,cum agatur de
ipſorum conſcientia ; hoc dicit gl.ſingularis in d.c.ꝓpo-
ſuiſti. ſtandum eſt iuro allegantis ignorantiam ſtatuti,&
maximè in caſu noſtro, ubi concurrit illa urgens præſum
ptio ignorantiæ propter publicationem factam. Et maxi
mè hæc procedunt reſpectu pœnæ fraudatæ gabellę,quæ
imponitur reſpectu fraudis & doli ; quæ ratio hic ceſſat
propter ignorantiam,ut in d.c.ut animarum,& Cy.in l.ſi
3 quis non dicam rapere,C.de epiſ.& cle. ¶† Item poſſet in-
ſurgere aliquis dicens: non ur̃, ꝙ ignorantia priuatorum
debeat obeſſe cõmuni,nec agitur hic de pœna, ſed de ſol
uendo debitum ſuperiori. dico, ꝙ in caſu noſtro aliud eſt
propter procedentem quaſi ↄ̃ctum in cõmuni, & iſtos pi-
ſtores. ſi.n.fuiſſent certificati de ſolutione, forte non fe-
ciſſent amplius panẽ uęnalẽ:uel non tñ,uel de tali mate-
ria,uel modo; debent ergo gaudere beneficio proclama-
tionis, donec legitimo modo eis fuerit denuntiatum, ne
bñficio principis decipiantur,cum bñficio non decipi,ſed
iuuari oportet, ut in c.j.de priuil.& facit.d.l.ſi pupillus.
¶Non obſtant ↄ̃ria ſuperius alleg.ad primum ad l.inter-
dum, dico, ꝙ ibi loquitur de ignorantia craſſa & ſupina,
ut ibi no.Bart.ſecus, ſi eſt probabilis, ut in caſu noſtro,ut
ibi not. & in iuribus ſuperius alleg. ¶Alia duo ↄ̃ria ſatis
per ſupra uiſa ſunt ſoluta. ꝓcedunt.n.qñ conſtitutio fuit
publicè ꝓmulgata,& qñ ex aduerſo non allegata proba-
bilis ignorantia. Sed in caſu noſtro illa reformatio ſuſpẽ
ſiua non fuit publicata:quia in publicatione nihil fuit di-
ctum de ꝑfinitione temporis. ¶Item hic allegatur ꝓbabi
lis ignorãtia,quæ cauſatur ex prædictis. Concludo ergo,
dictos piſtores non poſſe conſtringi ad ſoluendum gabel
lam pro dictis ſex menſibus, & fortius nec ad pœnã frau-
datæ gabellæ, maximè iurantibus de ignorantia ſuſpen-
ſionis. Et hæc ſufficiant. Laus Deo. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVIDAM *Andreas ciuis Senenſis teſtamentum condidit. In quo inter cætera reperitur hoc capitulum. Item ſi contigerit filios ſuos mori quandocũq; ſine filiis legitimis & naturalibus: uel quod remaneat ex eis vnus filius dicti teſtatoris tantum nõ habens filios, eo caſu, quo vnus maſculus tantum remaneret, legauit, & indicauit, & reliquit, quòd de bonis ſuis quolibet anno in perpetuum darent monaſterio fratrum Minorum de Senis ſuis duas ſalmas vini pro ſacrificio celebrando in dicta eorum eccleſia. ¶Contingit poſt mortem omnes filios maſculos, & fœminas decedere præter vnam fœminam, à qua petunt nunc dictum legatum. Quæritur, nunquid debeatur?*

## CONSILIVM XXXVI.

1 *Filiorum appellatione in fauorabilibus ueniunt fœminæ.*
2 *Maſculus & fœmina dicuntur correlatiua.*
3 *Dictio filius, ex propria ſignificatione filiam non comprehendit.*
4 *Vſus communis loquendi in ultimis uoluntatibus attendi debet.*

CHriſti, eiusq; nominis præſidio humiliter in-
uocato, Videtur primo, ꝙ ſic hac rõne.
legatum à principio conditionale poteſt in euẽ-
tum conditionis peti, ut in cap.Raynutius,& in cap.Ray-
naldus, de teſt. & l.cedere diem, ff.de uerbo.ſignifi cum
multis ſimilibus. Sed in caſu noſtro euenit conditio ,
cum remanſerit tantum vnica filia ſine filiis legitimis ,
cæteris



cæteris mortuis etiam ſine liberis:ergo &c. Nec obſtat, ſi
dicatur teſtatorem feciſſe dũtaxat mentionem de filio ,
& non de filia. Nunc aũt ſupereſt filia , & non filius , & ſic
nõ uidetur impleta conditio · quia appellatione filij cõ-
prehenditur etiam filia, ut in l.filij appellatione, & l.qſ-
quis,ff.de uer.ſig.legitur & no.ĩ l.j.e.tit. in l.ſi ita, de lib.
& poſth.apertè probatur in l.legati,in l.qui duos & l.ſer-
uus,& l.Lucius,§.quæſitum,ff.de leg.iij.ubi patet , ꝙ le-
gãdo mulos,uidetur legaſſe etiam mulas, & legatis ſer-
uis ueniant etiã ancillæ;& legatis pueris,ueniunt ẽt puel
læ.Item appellatione fratrũ ueniũt ẽt ſorores, ẽt in ma-
teria legati,ut d.§.quæſitũ,legitur,& no.ĩ l.tres fratres,
ff.de pac.quod non ex alio , niſi quia maſculinũ concipit
fœmininũ,ut in dictis iuribus,& l.ſi ita ſcriptũ.ff.de le.ij.
& in c.ſi quis ſuadẽte.37.q.4.iũcto c.mulieres,de ſen.exc.
1 ¶† Item & tertio , communis utriuſq; doctorum opinio
eſt , quòd in legatis , & aliis fauorabilibus appellatione
filiorum ueniunt fœminæ , & quòd maſculinum concipit
fœmininum, ut no.Bar.poſt doct.ĩ d.l.j.ff.de uer.ſig.& l.ſi
quis in tantam, C.unde ui.& l.quicũque,ff.de ſer.fug.per
Cy.& Archi.ſatis plenè in d.c.ſi quis ſuadente, & Io.de
Lig.in cle.j de elec.per gl.in c.generali,de elec.lib.vj.per
Hoſt.in c.Raynaldus,de teſt.& Spe.in ti.de diſpu.& alle.
§.poſt hoc aũt,uer.ult.ubi maſculinum. ¶Sed his nõ ob-
ſtantibus , quæ ueræ non obſtant in caſu noſtro , contra-
rium dico de iure uerum. Moueor primo,quia ſi bene põ
derentur uerba teſtamenti, in conditione fit mentio non
ſolum de filio:ſed in ſequentibus addit de filio maſculo.
quãquam autem in iure reperiatur , ut appellatione filij
comprǽhendatur filia, ut in iuribus præall.nullibi tamẽ
reperitur, ꝙ appellatione filij maſculi comprehendatur
fœmina:imò contrarium in materia noſtra apertè uoluit
Hoſt.Gof.& Io.An.in d.c.Raynal.ubi teſtator ſic filium
ſubſtituit,ſi abſq; filiis maſculis moreretur,&c. Et ꝑfati
doc.dicũt, ꝙ ſi illud uerbũ,maſculus, nõ fuiſſet appoſitũ ,
ſufficiebat filias fœminas habuiſſe,quia maſculinũ &c. Et
ſic apertiſſimè uolunt, ꝙ maſculinũ cõprǽhendat fœmi-
ninum,qñ non eſt additũ uerbum,maſculis;aliàs ſecus,ut
fuit in caſu noſtro. Et idẽ Bar.ĩ l.cũ auus,ff.de cõd.& de-
mon. Et põt eſſe ratio differentiæ ultra eos. Nã uerbum,
maſculus propriè conuenit uiris , & non fœminis. eſt.n.
diminutiuum, & dicitur à mas maris addita,culus,ut di-
cit Papias . nomina.n.appellatiua ſunt immutabilia ab
hoĩe, hinc eſt, quod error in eis uitiat legatũ , ut legi.&
no.in l.ſi quis in fundi uocabulo,ff.de leg.j. Et ſic appel-
latione maſculi non uenit fœmina, cum hoc appellatiuũ
maſculus, denotat diuerſum quid à fœmina.l.quæritur,
ff.de ſta.& ho.& c.ſi teſtes iiij.q.iij.§.hermaphroditus.
¶† Item maſculus & fœmina ſunt correlatiua : quia dici-
2 tur maſculus reſpectu fœminæ,ſicut maritus & uxor: pa-
ter & filius unde cũ ſint omnino diuerſa,unũ nõ compre-
hendit aliud;ſicut ſi legarem marito,non cõprehendere-
tur uxor.uel ſi lego patri, non uenit filius: ſecus aũt, ubi
fit ſolũ mentio de filio. Nã filius & filia non ſunt correla-
tiua;& filius dicitur a philos , quod eſt amor.l.liberorũ,
in fi.ff.de uer.ſig.quod quidem uerbum propter etymo-
logiã utriq; cõuenit,maſculo,& fœminę. ¶Secũdo probo
principaliter alia rõne,uerba ĩ qualibet diſpoſitione de-
bẽt ſic intelligi, ut aliquid operentur, ut in c.ſi Papa, de
priui.in vj.& l.ſi qñ,C.de inoffi.teſt. Sed in caſu noſtro,ſi
uoluiſſet teſtator cõprǽhendere filiam fœminam,fruſtra
feciſſet mẽtionẽ de maſculis;& ſic illa additio, maſculis,
nil operaretur;quod non eſt dicẽdũ per prędicta;& aliud
ſenſiſſet ubi dixit maſculus,dixiſſet,filius uel filia,ar.ĩ c.
ad audientiã , extra de deci.& ille tex.bene facit. non.n.
debemus recedere a proprio ſignificatu , ex quo aliter
de mente non conſtat,ut ibi,& c.ſi.de uer.ſig.& l.non ali-
3 ter,ff.de leg.iij. ¶† Tertio facit, ꝙ uerbum,filius, non ex
propria ſignificatione,ſed per interpretationem , & ex-
tentionem comprehendit filiã,ut l.pronuntiatio,in prin.
ff.de uer.ſig.& no.gl.in d.l.j.ff.de uer.ſig.& d.l.qui duos ,
de leg.iij.Sed ſi uerbum, maſculus , comprehenderet ẽt
fœminam,concurrerent in eodem caſu duæ extenſiones,
& impropriationes; quod non eſt dicendum , in l.ij.C.de
dotis promiſ. ¶Quartò adduco.l.ſi ita,ff.de lib.& poſth.
iuncta gl.quam ibi ſequitur Bar.dicit enim ibi Bar. ꝙ
appellatione filij ueniunt oẽs filij , & filiæ. dicit.n.gl.hoc
uerum , niſi fuiſſet adiectum nomen proprium : quia per
illam adiectionem uidetur ſtrinxiſſe ſe ad unicum filiũ.
ita in propoſito adiiciẽdo ultra uerbũ,filios, iſtam,qua-
litatẽ, maſculus, uidetur reſtrinxiſſe ad filium maſculũ,
& non ad fœminam. ¶ Quintò probatur aperta rõne , id
quod de ſui natura operat̃ excluſionẽ, non debet induce
re incluſionem, arg.ĩ c.ſi neceſſe, de do.poſt diuor.& c.ſi.
de uer.ſig.Sed uerbũ maſculi,adiecto uerbo,filius appo-
nitur ad excludendum fœminam , cum ſit qualitas ſexus
fœminini excluſiua;ergo non debet operari ipſius inclu-
ſionem.Nec obſtat,ſi dicatur teſtatorem in principio fe-
ciſſe mentionem de filio ſimpliciter : quia ex quo in eadẽ
operatione,& diſpoſitione fecit mentionem de filio ma-
ſculo,uidetur ſemper intellexiſſe de maſculo. Nam uer-
ba præcedentia dubia , capiunt intellectũ a ſequentibus.
Et hoc apertè uidetur probari ĩ ſimili ĩ l.qui filiabus,ff.
de leg.j.& l.ſi.§.cui dulcia,ff.de uino tri.& oleo leg.&.l.ſi
4 ſeruus,in fi.de le.j. ¶† Sextò & ultimò probatur inconuin-
cibiliter, in qualibet diſpoſitione , & maximè in ultimis
uoluntatibus attendi debet cõis uſus loquendi,ẽt contra
propriam ſignificationẽ uerborũ.l.filiorũ.§.quod tñ Caſ
ſius,ff.de leg.iij.& l.cũ de lanionis.§.aſinã,ff.de fun.inſtr.
& l.Labeo,ff.de ſupel.le.& ibi plenè ꝑ Bar.ꝑ gl.in c.nõ-
nulli,de reſcri.& ꝑ Inn.ĩ c.olim,de uer.ſig.Sed certo cer
tior caſus eſt, ꝙ appellatione filij maſculi nemo intelli-
git fœminã:imò eſſet qd ſupinũ dicere oppoſitũ,ergo &c.
¶Et hoc ultimũ deberet ſufficere ad uictoriã huius cãæ;
& per hæc ſunt ſublata argumenta formata pro parte
contraria. ¶ Nec obſtat ſi diceretur, ꝙ pater uoluit gra-
uare filiũ maſculum,potius uidetur uoluiſſe grauare fœ-
minam, cum per maſculum conſeruetur agnatio.l.j.ff.de
uen.inſpi:& quod no.in l.ij.C.quę ſit lon.conſue.quia di-
co aliam rationem eſſe in fœmina quantum ad iſtum ca-
ſum. Nam fœmina neſcit lucrari , & oportet quod mari-
tetur, nec de facili reperiret ſibi maritum cum hoc per-
petuò onere. Sed maſculus eſt dominus domus; & ſic po-
teſt negotiari , nec ita grauatur ex hoc onere. Et quic-
quid ſit,ſatis eſt teſtatorem dixiſſe de maſculo,& non de
fœmina; unde ſufficit ita ſcriptum eſſe.l.proſpexit, qui &
a quibus.vj.q.iij.ſcriptura. ABBAS.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVIDAM *diœceſanus uulteranæ reliquit monaſterio mõtis olineti centum. Epiſcopus loci petit ex tali relicto canonicam portionem; monaſterium prædictum contradicit, allegans exemptionem, & etiam præſcriptionem tanti temporis, de cuius initio memoriæ non eſt. Quæritur, quid iuris &c.*

## CONSILIVM XXXVII.

1 *Monaſteria dicuntur exempta reſpectu legis diœceſanæ.*
2 *Officium in quo remouetur , remouetur & officij præmium.*

CHriſti, eiuſq; matris præſidio humiliter in-
uocato. Tria ad claram deciſionem
uidenda ſunt. Primò, an monaſteria religioſorũ,
ceſſante ſpeciali exemptione, ad hanc portionem cano-
nicam teneantur. Secundò, poſito quòd ſic, utrum ſpe-
cialis exemptio defendat hoc monaſterium, & alia eiuſ-
dem ordinis, cum totus ordo montis Oliueti dicatur ſpe
cialiter exemptus à iuriſdictione epiſcopi. ¶Tertio pre-
ſupoſito ꝙ exẽptio non proſit, an ſaltẽ rõne præſcriptio-
nis, de cuius initio non eſt memoria, poſſit dñs eps ab
impetitione huius monaſterij excludi. ¶Et primò ad pri
mũ dubiũ, uidetur ꝙ omnia monaſteria ſunt libera a ſo-
lutione huius portionis canonicæ, quia oĩa monaſteria
ſunt exẽpta reſpectu legis diœceſanæ. ut 16. q. j. c. cũ pro
utilitate, & c. dilectus, de offi. ord. cũ ſimili. ¶Sed ſolutio
huius portionis ſpectat ad legẽ diœceſanã; ergo &c. Mi-
nor ꝓbatur ex theorica gl. ĩ d. c. dilectus. 10. q. 1. in ſum-
ma. ubi no. ꝙ oĩa, quæ conſiſtunt in recipiẽdo, ut eſt cathe
draticũ, quarta decimarũ, fraternaliũ, & ſimiliũ ſunt de
lege diœceſana. ¶ Sed hoc nõ obſtante contrariũ dico de
iure procedere, ut probatur apertè in c. requiſiſti, & c. of
ficij, de teſta. ubi clare patet monaſteria, & alia pia loca
teneri ad huiuſmodi quartã; tenet Inn. ĩ c. j. de ſta. mona.
& Hoſt. in ſumma de ſepul. in §. à quibus, & communiter
oẽs ſcribentes ſequuntur. nec eſt uera illa theorica gl. in
d. c. dilectus, ꝙ clarè probatur in dictis iuribus. & de his
duabus legibus diœceſana, & iuriſdictione remitto ad
plenè no. in d. c. dilectus, & per Inn. in d. c. j. de ſta. mo. Ita
ꝙ cõcludo illam exemptionem generalem tributam om
nibus monaſteriis quo ad legem diœceſanam non ſuffi-
cere reſpectu huius ſolutionis canonicæ portionis. ¶Ve-
nio igitur ad ſecundum, an ſaltem proſit huic monaſte-
rio exemptio ſpecialis. Et ſciendum, ꝙ Hoſt. fuit in ſimi-
li opinione, quod non; ita tenuit in §. & ea quibus, niſi ſpe
cialiter eccleſia eximeretur ab hac quarta; & idem dici-
tur tenuiſſe quidam cardinalis de Tuderto in quodam
ſuo tractatu. motiuũ iſtorũ eſt: quia hæc quarta debetur
epo ab oĩbus eccleſiis ſuæ diœceſis, ut in c. conquerente,
de offi. or. Sed certe, quicquid iſti dicant, oẽs alij doct. tã
antiqui, quàm moderni tenent contrarium uidelicet, ꝙ ſi
eccleſia ſit exẽpta a iuriſdictione epi, non tenetur ſibi ad
hãc quartam, & ipſemet Hoſt. hoc uidetur tenere in c. of
ficij, de teſta. ubi hoc tenet Inn. & clarius in c. noſtra, de
ſepul. latius Io. An. in d. c. officij, & ſuper rubrica. Et idem
ibi do. Ant. de But. domini Cardi. Florentinus, Pe. & Pau.
& omnes ſcribentes. Et ita conſuluit Fed. de Sen. excel-
lentiſſimus decretorum doctor, ut patet in ſuis conſiliis
conſ. 96. Sequitur dominus Bald. in l. ſi quis ad declinan-
dam, C. de epi. & cler. & hanc opinionem legendo & con
ſulendo ſemper tenui fundamentum huius opinionis eſt,
quia hæc portio debet̃ epiſcopo ab eccleſiis ſuæ diœce-
ſis. ¶Item rõne ſuæ iuriſdictionis epiſcopalis & curæ, quã
ſubit in dictis eccleſiis, ut probatur in d. c. requiſiſti, no.
doc. in dictis locis præall. & maximè in c. officij, & ſuper
rubrica. Sed inter epm & eccleſias exemptas ceſſat illa
rõ; nec ſubit laborẽ in eis circa iura epalia, cum imme-
diate ſubiiciantur Romano pontifici, ut patet. 16. q. 1. c.
frater noſter. Vñ dicimus, ꝙ Papa eſt epiſcopus exẽpto-
rũ, ut no. gl. ĩ d. c. nulla. 93. diſt. & in c. authoritate; de pri-
ui. lib. 6. & forte ob hoc dixit Pe. ut recitat Io. An. in d. c.
requiſiſti, ꝙ eccleſiæ exemptæ, debent hanc canonicã por
tionẽ ſoluere Papæ. Itẽ & ſecundo hoc uidetur probari
in cle. dudum, de ſepul. ubi fratres prædicatores & Mi-
nores ſoluunt dũtaxat unã quartã, ſ. eccleſiæ parochiali,
ſi defunctus fuit apud eos ſepultus, & ſuꝑ aliis portioni-
bus ſeu deductionibus fiendis imponitur ſilentiũ oĩbus,
quorũ appellatione ueniũt epiſcopi de iudici. c. j. ꝑ hoc
1 quod no. ibi gl. in uer. quartã. †Præterea in quo remouet̃
officium, remouetur & officij pręmiũ. ff. de excu. tu. l. tria
onera, cũ ſimilibus, & l. Seio, ĩ prin. ff. de an. le. & à quo re-
mouetur cura, remouetur & præmium curæ. l. alũnæ, ff.
de adimen. leg. ſed ab epiſcopo remouetur per exẽptio-
nem cura & officiũ iuriſdictionis epiſcopalis; ergo & hoc
præmiũ canonicæ portionis. Nec ob. c. in noſtra, de ſepul.
ubi exẽpti ſoluunt quartam: quia ut dicit Io. An. & bene,
in d. c. officij, illud. c. loquit̃ de alia quarta, quæ ſoluitur
eccleſię parochiali de relicto facto eccleſię ratione ſepul
turæ propriũ parochianũ illa debetur ab omni eccleſia,
quantũcũq; ſit exẽpta, ex quo parochianus fuit apud illã
ſepultus. ratio, quia illa ſoluitur propter ſacramenta, &
diuina officia, quæ exhibuit in uita ſua parochiano, unde
in recõpenſationẽ iura uoluerunt, ut teſtator dimitteret
quartam partem eccleſiæ: & ſi non dimiſit, dant in ſubſi-
dium actionem cõtra eccleſiã legatariã, ita quod in hoc
non prodeſt exẽptis, ut in c. ij. de ſepul. & dicta cle. dudũ.
Sed quarta, quæ debetur epo, ſoluitur ab ipſis legatariis
ꝑꝑ onera epiſcopalia, & cõionẽ, quã habet in eis, quæ oĩa
ceſſant in exẽplis. uñ cõcludo, ꝙ eccleſia nõ tenet̃ ſolue-
re epo canonicã portionẽ funeraliũ, ſed eccl'ię parochia-
li. Sic & hic, ſi ipſius parochianus fuit apud illam eccle-
ſiam exemptam ſepultus. Per quod concluditur monaſte
ria mõtis Oliueti, cũ ſint exempta a iuriſdictione epi, ad
huiuſmodi quartam non teneri, ſi haberent populum nõ
exemptũ. Nã tunc ratione populi nõ exẽpti habent cõio-
nem cũ epo, & eps grauatur circa ius epale, ar. c. ex ore,
de priuil. Ita ſingulariter limitauit hanc opinionẽ Inn. ĩ
d. c. noſtra; quod ſatis placet, & hoc de ſecundo dubio.
¶Deſcendo ad tertiũ, præſuppoſito ſine ueritatis præiu-
dicio, ꝙ hæc exẽptio non prodeſſet, q̃ in ueritate ꝓdeſt.
¶Nũquid ratione præſcriptionis poſſit dictũ monaſteriũ
ſe tueri? Et breuiter concludo, ꝙ ſic tex. eſt apertus in c.
de quarta, de præſcri. tenet gl. ord. in c. j. de ſta. mo. & idẽ
ibi Io. An. per dictum. c. de quarta, incidenter poſt Fede.
de Sen. Inn. in c. requiſiſti, de teſta. licet Hoſt. ibi dicat eũ-
dem aliter fuiſſe poſtmodum interlocutum. Sed hoc non
apparet in lectura ipſius Inn. ipſe tñ Hoſt. ſentit primam
opinionem in c. certificari, de ſepul. & latius hanc mate-
riã diſputandam aſſumpſit in ſumma, e. ti. in §. an licitum,
aliàs ſub §. uetus; & ibi in ſi. concludit non ualere conſue
tudinem in totum abſorbentem hanc quartam, ſed pro
parte ſic: præſcriptio tñ poteſt abſorbere, ſed requiritur
titulus, cũ ſit contra ius. Sed in caſu noſtro non fuit ti-
tulus exemptionis. Nam cum opi. ſit cõis eccleſiam exẽ-
ptam non teneri, ut patet ex diſcuſſis in præcedẽti articu
lo, præſuppoſito ꝙ eſſet falſa, ſaltẽ præſtitiſſet legitimã
cãm præſcribendi, & quaſi ar. optimũ & quaſi expreſsè ĩ
c. cũ dilectus, de cõſue. ¶Itẽ eſto, ꝙ ceſſaret oĩs titulus, tñ
hic eſt lapſus tanti tꝑis, de cuius initio memoria nõ exi-
ſtit, qui habet uim tituli, ut patet. in c. j. de præſcri. lib. vj.
& quod ualeat præſcriptio, tenuit Io. & Vincen. in d. c. re-
quiſiſti, & cõiter moderniores ſcribentes, nec oportet in
hoc multum inſtare, cũ apertè probetur in d. c. de quar-
ta. ¶Ad idẽ facit. c. officij, de teſta. ubi patet ualere ĩ hoc
priuilegiũ; ergo & præſcriptionem, cum iſta cõiter pari
paſſu incedant. Nec mirum cum per præſcriptionem tol-
lantur iura iã epiſcopo quæſita, ut in c. cum olim, & c. au
ditis, de præſcri. fortius acquirenda, ar. 16. q. 1. §. fi. ¶Con
cludo ergo dictum monaſterium, poſſe tueri ↄ dñm epm
ſuꝑ exactione huius canonicæ portionis, rõne, ſ. exẽptio-
nis, & pręſcriptionis. Et hęc ſufficiãt. Laus Deo. NI. ABB.

Caſus



## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*CASVS in effectu talis eſt. Duo ciues vulterani occaſione cuiuſdam debiti inter eos contracti elegerunt quoſdam æſtimatores quorundam bonorum dandorum inſolutum pro dicto debito: dantes eiſdem poteſtatem æſtimandi, & promiſerunt ſtare eorũ æſtimationi ſub certa pœna. denique dicti arbitratores, ſeu æſtimatores, æſtimauerunt & laudauerunt ſecundum eorũ iudicium, quorum laudum una partium approbante, alia improbauit, & ad dominum poteſtatem loci recurſum habuit, petendo certis ex cauſis laudum dictum pronuntiari nullum, ſeu iniquum. Qui dominus poteſtas partibus citatis, præfixit terminum ad probandum incumbentia cauſæ, infra quem actor probauit intentionem, reo infra eundem terminum nihil probante, nec impedimentum allegante. ¶Lapſo dicto termino actor petit atteſtationes ſuorũ teſtium publicari, reo contradicente. & petente terminum ſibi ſtatui ad probandum intentionem ſuam. Poteſtas autem, non obſtante contradictione rei, publicauit dicta teſtium, a qua publicatione per dictum reum extitit appellatum, allegantẽ potiſsimè duas cauſas dictæ appellationis. Prima, quòd terminus ad probandum cum debeat ſimul utrique parti ſtatui, ſcilicet primò actori, ſecundò reo. Secundò, quia citatus fuerit dictus reus ad uidendum ſtatui terminum actori: & ſic non poteſt ad illam actionem præfigi terminus ipſi reo. ſed hac appellatione tanquam friuola reiecta, poteſtas debito tempore pronuntiauit dictum laudum nullum, a cuius pronuntiatione fuit per dictum reum iterum appellatum, & coram iudice appellationis, produxit ad probationem iuris ſui quædam capitula directo contraria capitulis productis coram domino poteſtate. Altera pars ſcilicet appellati, allegat appellationi locum; non eſſe, nec dicta capitula contraria poſſe produci. Quæritur, quid iuris.*

## CONSILIVM XXXVIII.

1 *Appellari non poteſt ante ſententiam diffinitiuam.*
2 *Arbiter quando cognoſcit loco iudicis, ab eo appellatur.*
3 *Iudex reductionis ſecundum bonam æquitatem arbitrari debet.*

CHriſti, eiuſque matris præſidio inuocato,
tria ſunt ad claram diluci
dationem indaganda. ¶Primò, nunquid prima
appellatio interpoſita ab interlocutoria, ualuerit. ¶Se-
cundò, an à diffinitiua lata per eundem dominum pote-
ſtatem potuerit appellari. ¶Tertiò, præſuppoſito ſine ue
ritatis præiudicio, ꝙ dicta appellatio ſit admittẽda, nun
quid capitula directo ↄria debeãt admitti in cã appella-
tiõis. ¶Ad primum iuxta ordinem ueniendo, omiſsis bre
uitatis cã argumẽtis, quæ ad partẽ affirmatiuã fieri pñt,
dico dictam appellationem ab interlocutoria non ualui
1 ſe. † Primò, quia regula iuris ciuilis habet, ꝙ ante ſenten
tiam diffinitiuam appellari, nõ põt, qñ grauamen eſt re-
parabile per appellationem a diffinitiua, ut in l. ante ſen
tentiæ tempus, C. quorum appel. non recip. & in l. ij. ff. de
ap. reci. uel non, & ibi plenè per Bar. in l. intra utile, ff. de
mino. ubi reſtringit, quod ipſe notauerat in d. l. ante ſen
tentiæ, & facit. l. generaliter. §. ij. C. de iureiuran. & c. ſu-
per eo. l. ij. de ap. Sed hoc prætenſum grauamen erat hu-
iuſmodi, cum potuiſſet probare in appellatione a diffini
tiua, ergo dicta appellatio non erat admittenda. ¶Item
& ſecundò, & melius, ex quo dominus poteſtas præfixe-
rat terminum utrique parti ad probandum, non teneba-
tur, nec debebat terminum de nouo ſtatuere, non allega
to, nec ꝓbato impedimẽto ꝑ aduerſã partẽ, quia oĩs pro
batio dilatoria intelligit̃ ꝑemptoria: tex. eſt apertus in c.
licet, de proba. & ibi ꝑ doc. & in l. ſi. & l. oratiõe, ff. de fe-
rijs, tenet Archi. in c. iudicãtem. xxx. q. vj. & Bar. in l. j. C.
de dila. §. uidẽdũ, uer. quid ſi data. ¶ Nec obſtant motiua
partis aduerſæ. nã iuſta cã eſt ſũmaria, ut patet in ſtatu-
tis uulteranæ, & potuit ptãs ſimul & ſemel utrique parti
terminũ ſtatuere, tex. eſt in cle. ſæpe, de uer. ſig. & ibi hoc
tenet̃ cõiter ꝑ doc. Non obſtat a'l'd motiuũ, ꝙ citatio fuit
facta ad ꝑfigẽdũ terminũ actori, & nõ ipſi reo. hoc. n. habe
bat uitiare, ſi ipſe reus citatus nõ fuiſſet præſẽs in præfi-
xione ſibi facta. Sic intelligo tex. & Bar. in l. aut q aliter
ff. qđ ui aut clã. Sed in caſu nr̃o cũ dictus reus fuerit pñs
in præfixõe termini, nõ erat neceſſaria alia citatio. Fit. n.
citatio, ut pars ſit præſẽs, ſed data præſẽtia nõ ẽ neceſſa-
ria citatio, ut no. Io. An. in c. ſi. de elec. li. vj. facit l. ſi ut ꝓ-
ponis. ij. C. qũo & qñ iu. ubi colligit̃ à ↄrio ſẽſu, qđ ſi iu-
dex citauit ad unum locũ, poſtea proceſsit in alio, parte
præſẽte, actus tenet, licet ſecus eẽt, ſi pars fuiſſet abſens,
ut ibi, & ꝑ Bar. ĩ l. ſi. ff. quod ui aut clã. ¶Tertiò facit ↄ iſtã
appellationẽ id, qđ ſtatim ſubijcit̃ in ſecũdo articulo. Ex
qbus cõcludo dictã appellationẽ ab interlocutoria non
ualuiſſe, & ꝑ cõſequẽs nõ ſuſpẽdiſſe iuriſdictionẽ dñi ptã
tis, ut in c. nõ ſolũ, de appel. li. vj. ¶Cõdeſcẽdo ad ſm arti
culũ, qd de appellatiõe à diffinitiua? Et iſte eſt articulus
pulcher, & ſubtilis, & in effectu eſt quærẽdũ, nũquid à iu-
dice ꝑdicto ſuꝑ reductõe arbitramẽti ad æquitatẽ poſsit
appellari in quo principaliter duas reperio opiniones.
Prima But. in l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorũ, ff. pro ſocio, qui
tenuit appellari poſſe, cũ tanq̃ iudex pronũtiet. Et hanc
opi. ſecutus eſt An. de But. in c. Quintauallis, de iureiur.
Cõtrariã opi. tenet Io. And. in addi. Spec. in ti. de appel.
§. in quibus, uer. quid ſi conuenit. ubi recitat ruſticanum
antiquũ doc. hãc q. diſputaſſe, & terminaſſe, ꝙ appellari
nõ poſsit. principale motiuũ eſt, ꝙ ab arbitramẽto nõ ap
pellatur, ergo nec a ſẽtẽtia, quæ ſuꝑ eo fert̃. ¶Item iudex
nõ cognoſcit in hac cã ut iudex, ſed ut bonus uir, ut in d.
l. ſi ſocietatẽ, ĩ fi. & hr̃ ꝑinde, ac ſi nõ ut iudex ad id fuiſ-
ſet aſſumptus. Vnde cũ iudex hoc caſu ſubroget̃ in locum
boni uiri, ſicut à bono uiro arbitratore nõ appellatur,
ita nec ab iſto iudice, qui ſubrogatus in alterius locum il
lius naturã ſortitur. ff. ſi quis cau. l. ſi eum, §. qui iniuria-
rum, & in c. eccleſia, ut lite pen. Sic uidemus in caſu con-
uerſo. Nã qñ arbiter cognoſcit loco iudicis, ab eo appel-
latur ut à iudice, ut in l. cum ſpiritualis, & l. apertiſsimi,
C. de iud. & de offi. dele. c. arbitro, ff. q. ſatiſ. co. ¶ Item fa-
cit, quia ſi diceremus ↄriũ, partes inciderent in anfractis
litigiorũ ꝑ primã & ſecundã appellationẽ, & ꝑꝑ hoc ab-
horruerũt doc. hãc opinionẽ; quæ mihi placet; reperio te
nere Bar. in l. ij. in fi. ff. de leg. ij. ubi refert idẽ tenuiſſe In
no. in c. præſenti, de reſcrip. li. vj. quod hodie incipit, ſtatu
tum, ubi uidetur dare notabilẽ regulã, ꝙ ubicunque iu-
dex aliquid ut bonus uir arbitratur, nunquàm ab eo ap-
pellatur, dicit. n. Bart. ꝙ nec ẽt põt peti reductio ad arbi-
trium boni uiri: allegat Iac. But. in d. §. arbitrorum. hanc
etiam opinionem ſecutus fuit dñs Zab. Cardi. in c. expo-
ſita, de arb. ubi refert idem conſuluiſſe do. Bar. de Sali. &
idẽ ſentit Bar. in l. ſi. C. de contrahen. empt. ¶ Pro hac o-
pinione etiam facit, quia iudex reductionis non habet ſẽ
tentiare, ſecundum quòd primus arbitrator, ſed ſecun-
dum bonam æquitatem habet arbitrari, ut no. Bart. in d.
§. arbitrorum, & ſic non poteſt dici, quòd cognoſcat ut
merus iudex. Et hæc faciunt contra appellationem ab
interlocutoria, de qua præmiſi, & illa non debuerat ad-
mitti, ſicut nec fuiſſet admiſſa corã arbitratore. Ex his cõ

cludo dictam appellationem non eſſe admittendam. allego & aliam cauſam principalem ex alio capite dictã appellationem infringentem. Vbicũque.n. appellatio ab interlocutoria eſt manifeſtè friuola, non ualet appellatio, nec à diffinitiua tanq̃ interpoſita à manifeſto cõtumace; tex. eſt no. in cle. vnica, de dolo & contu. ſed prima appellatio fuit manifeſtè friuola, quod patet per ſupradicta. ergo nõ poterat appellari à diffinitiua; & per hoc remanet tertius articulus tanq̃ ſuperfluus. ¶Sed præſuppoſito ſine ueritatis prę iudicio, q̃ dicta appellatio eſſet admittenda, nunquid capitula directè contraria fuerint admittenda? Et hæc quæſtio dependet à primo articulo, utrũ publicatio atteſtationum noceat; & dic, q̃ ſi non fuit legitimè facta, non debet obeſſe parti, ut no. Io. And. in c. fraternitatis, & c. conſtitutus, el ij. de teſti. Si autem fuit legitimè facta, non debet admitti propter periculũ ſubornationis teſtium, ut no. in d. c. fraternitatis. Et eſt hodie tex. in cle. ij. de teſt. tenet Bar. in l. per hanc, C. de tempo. appell. & in l. peremptorias, C. ſen. reſc. non poſſ. In caſu noſtro publicatio fuit legitimè facta, cum pars aduerſa non legitimè allegauerat contrarium, ut patet per prædicta; ergo &c. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*CASVS, ſuper quo conſilium petitur, in terminis infraſcriptis eſt. Quidam* Bonauentura *Hebreus mutuo recepit à quodam* Deodato *florenos* 1200. *ut conſtare dicitur ſcriptura priuata, manu ipſius debitoris. Lapſu temporis quidam nomine Genitus filius dicti debitoris non emancipatus, patre inconſulto, in eodem chirographo ſubſcripſit ſe, hac forma.* Ego *Genitus confiteor habuiſſe ex recepiſſe ex ſupraſcriptis* 1200. *quos polliceor traficare, & bonam rationem reddere ipſi* Deodato. *Poſt prædicta moritur ipſe creditor, ſuperſtite ſibi quadam nepte impubere, pubertati tamen proxima, quã ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit, & legatarios fecit ſibi quinque, & quemlibet ipſorum inſtituit in quinta parte bonorum ſuorum.* Tuncq́; *ſupraſcriptæ impuberi iudex loci tutorem dedit ad negotia, lites & cauſas vnum ex ſupraſcriptis legatariis, qui tutor diligenter uiſis rationibus dicti defuncti, & liberatione facta per eum de dicto* Bonauentura, *dictum* Bonauenturam, *& eius hæredes à dicto debito* 1200. *florenorum liberauit, & abſoluit iuramento interpoſito tam per dictum tutorem, quam per præfatam pupillam hæredem. ¶Nunc quæritur, ſi præfatus* Genitus, *qui ſubſcripſit ſe eo modo, & forma, de quibus ſuprà, ſit uigore dictæ liberationis abſolutus, & ille tutor potuerit eum, & eius patrem liberare; & hoc aliis legatariis inconſultis, &c.*

## CONSILIVM XXXIX.

1 *Tutor licet non poſſit remittere debitum liquidum pupilli: non liquidum tamen poteſt.*
2 *Iuramentum obligat Iudæos, ſicut & Chriſtianos.*

DIuini numinis præſidio humiliter inuocato, duo ſunt examini ſubiicienda. ¶Primo, utrum filius dicti Bonauenturę ſit liberatus. Secundum quid de patre. ¶Circa primum, omiſſis breuitatis cauſa argumentis, quæ ad partes fieri ſolent, dico dictum Genitum duabus ex cauſis impeti non poſſe per hæredes dicti Deodati olim creditoris. ¶Primo nunquam ipſe fuit obligatus dicto Deodato: q̃ñ aut in ueritate habuit dictos 1200. florenos, aut non. Si habuit, talis pecunia fuit patri mutuata, & ſic trãſiuit in dominium patris, cum ex mutuo facto pecunia tranſiuerit in dñium ipſius l. ij. ff. ſi cer. pet. & lucrum inde proueniẽs eſt cõmune ipſi patri, & Genito filio iuxta no. p̃ Bar. in l. cum oporteat, C. de bon. quæ lib. & in l. j. ff. pro ſocio. Nec potuit filius, patre inconſulto, nouare obligationem paternã, ut reſpectu illorum 1200. florenorũ ipſe eſſet obligatus loco patris, ut ſic pecunia eſſet ipſius, & proprio nõie traficaret, & negotiaretur ad utilitatem ſuam, & primi creditoris; quinimo non egit aliquã nouationem, ſed ſimpl̃r fuit cõfeſſus ſe recepiſſe ex pecunia mutuata patri; ad hoc l. j. & l. ij. C. de noua. unde indebite promiſit, & per errorem, traficare, & reddere rõnem dicto Deodato, cũ nihil recepiſſet ab eo nec de ipſius pecunia. Et ſic talis ſcriptura, ſeu cautio indebitè facta, non debet ſibi p̃iudicare, ut in c. ſi cautio, de fide inſtr. & l. cũ de indebito, in fi. ff. de p̃b. Si uerò nullam pecuniã dictus Genitus recepit, qđ ur̃ uerius, & ſatis ur̃ colligi ex tenore liberationis factæ, tunc clarum eſſet, dictum Genitum non eſſe obligatũ, cũ obligatio realis non poſſit ꝯhi re non interueniente, ut l. ſi tibi. x. de pactis, & l. rogaſti, ſi cer. pe. & l. hactenus, de conſt. pec. ¶Scđo ex illo capite dictus Genitus impeti non põt uigore abſolũonis & liberationis factæ p̃ dictum tutorem & ipſam pupillã, q̃ expreſsè liberauerunt dictũ Bonauen. & eius filios tam reſpectu ſortis dictorum 1200. floren. q̃ reſpectu lucri, ut patet ex tenore dicti inſtr̃i liberatorij; qđ an ex toto ualuerit examinabo ſtatim in ſequen. art. ¶Venio igitur ad ſecundum artic. an. ſ. tutor potuerit liberare dictum Bonauen. & ipſius filium, ſ. Genitum, præſuppoſito q̃ ipſe Genitus ſit obligatus. Et uidetur primò, quod non p̃ l. pactum curatoris, C. de pact. & l. Lucius Titius. §. fi. ff. de admi. tu. ubi patet, q̃ pactum curatoris, ſeu tutoris, poteſt prodeſſe minori in exigendo, non aũt nocere in remittendo. habetur. n. tutor loco dñi, cum bene miniſtrat, & non cũ illegitimè, ut in l. qui fundũ, ff. p̃ emp. ¶Sed hoc non obſtante ꝯrium ur̃ dicendum ex duplici iure. Primo ex communi theorica doc. in l. ſi præſes, C. de tranſac. & d. l. pactum curatoris. ubi gl. Bar. & cõmuniter
1 alij doct. ꝓuolũt, q̃ licet debitum liquidum pupilli tutor remittere non poſſit: ſecus tñ eſt, qñ debitum non eſt liquidum. Nam uidemus, q̃ ſolus tutor poteſt tranſigere, ut l. ſi pignore, in fi. & l. interdum, ff. de pac. quæ vult, q̃ licet filius habens adminiſtrationem peculij, non poſſet remittere, ſeu paciſci de non petendo animo donandi: ſecus tamen, ſi fiat animo non donandi, ut puta, quia diffidebat de probationibus. tunc enim ualet remiſſio per habentẽ adminiſtrationem, licet pro ea fienda nihil conſequitur. Sed in caſu noſtro illud debitum 1200. floren. non ſolum erat non liquidum: imo expreſsè apparebat ex libris defuncti, q̃ illi fuerat ſatisfactum, uel dicitur per ipſum tutorem in dicto inſtrumento liberationis: potuit ergo licitè dictus tutor agnoſcendo bonam fidem dictum Bonauenturam, & filium liberare, maximè cum in hoc ſequeretur iudicium defuncti, ut patebat ex libris ſuis; quo caſu etiam in alienatione rei immobilis non requiritur p̃ſidis decretum. C. quando decre. opus non eſt, per totum. facit ad prædicta in ar. l. peto, in prin. ff. de leg. iij. & l. pater, de leg. ij. ¶Secundo principaliter pro prædicta liberatione facit, quia pupilla iurauit maximè authoritate tutoris, & promiſit non contrauenire. unde, cum non eſſet maior infante, & ſic doli capax, habuit iuramentum ualidare contractum, ſeu liberationem, etiam ſi aliàs fuiſſet inualida; ita, quòd inuiolabiliter tenetur ad obſeruationem iuramenti, ut in aut. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. uen. quæ licet loquatur in pubere, communiter utriuſque iuris doct. tenent etiam procedere in impubere doli capace: quia ſicut peccando & periurando poteſt ſe obligare diabolo, ita Deo, ut in c. j. de deli. pue. ¶Et hoc cõiter tenet Bar. & alij. in d. aut. ſacramenta, & cõiter canoniſtæ, & ſpãliter Hoſt. in c. cum contingat, de iureiu.
2 ¶†Nec obſtat, q̃ iſti ſunt Iudæi: quia iuramentum eſt de iure diuino, & obligat etiam ex diſpoſitione ueteris teſtamenti iuxta illud, redde dño iuramenta tua, ut tranſumptiuè habetur in c. & ſi Chriſtus, de iureiu. Lex autẽ Moſaica bene ſtringit Iudæos, ut in c. gaudemus, de diuor. adeò, q̃ ad eam ſeruandam in naturalibus poſſint compelli per Romanum pontificem, ut no. Inn. in c. q̃ ſuper his, de uoto; facit ad prædicta. c. mouet. 22. q. 1. ¶Quare concludo, q̃ etiam ſi filius fuiſſet obligatus, quod tamen non credo, per ea, quæ dixi in prin. cum illa pecunia fuiſſet effecta patris, interueniente mutuo, unde non potuit eam promittere alij, uel traficare pro altero iuxta l. cõtra iuris, ff. de pac. & l. filiusfa. ff. de dona. tamen liberatio ſubſequẽs facta per tutorem & pupillam, maximè interueniente iuramento, habuit illos abſoluere, cum iuramẽtum tollat defectum ætatis, ut dicta aut. ſacramenta puberum. Nec obſtat, q̃ alij legatarij nõ conſenſerunt, cum ipſi non habebant adminiſtrationem bonorum pupillæ fateor tamẽ, q̃ hæc liberatio non præiudicat eis pro parte hæreditatis eis delatæ, cum unius hæredis tranſactio, alteri non præiudicat, cum alteri per alium iniqua conditio afferri non debet. l. j. C. de tranſac. Nam actiones hæreditariæ actiuæ, & paſſiuæ ipſo iure diuiduntur inter hæredes pro portionibus hæreditariis. l. ea quæ, C. fami. erciſ. Et hæc ſufficiant &c. Laus Deo. NIC. ABB.



## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*FACTI contingentia talis eſt. Nobilis & egregius* Henricus *quondam* Federici de Criſino de Vincentia, *filium uel filios maſculos legitimos & naturales tunc non habens, teſtamentum ſolenniter fecit: in quo dotem quibuſdam filiabus ſuis reliquit, & in ea dote eas hæredes inſtituit, iubens eas fore tacitas & contentas. Qui quidem teſtator cum haberet uxorem prægnantem, in dicto teſtamento filium, uel filios, ſi quos in futurum ex uxore prægnante haberet, unum uel plures legitimos & naturales hæredes uniuerſaliter inſtituit, atq; æqualiter. Si autem dictus teſtator filium, uel filios legitimos & naturales, uel deſcendentes maſculos ex dictis filiis legitimos & naturales tempore mortis ſuæ non haberet, uel haberet, & dicti filij ſui maſculi & naturales deſcendentes ex eis legitimi & naturales decederent ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus, & deſcendentibus ex eis maſculis legitimis & naturalibus, uulgariter, breuiloque. compendioſe, & per fideicommiſſum ſubſtituit, & hæredem & ſucceſſorem in bonis & hæreditate ſua eſſe uoluit, & ordinauit notabilem uirum* Fed. *quondam paſſu de* Criſino *dicti teſtatoris nepotem, ſi dicto tempore dictus* Fed. *extabit ei ſuperuiuus. Et in caſu quo dictus* Fed. *non extaret, & non ſuperuiueret, ſubſtituit in bonis & hæreditate ſua deſcendentes maſculos ex dicto* Federico *legitimos & naturales. Et ſi dictus* Federicus, *uel eius deſcendentes maſculi legitimi & naturales in rerum natura non forent, pupillariter, & uulgariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit hæredem, & ſucceſſorem in bonis & hæreditate ſua uoluit eſſe* Leonellum *quondam* Bartholomæi del Neuo *de uicentia. Et ſi dictus* Leonellus *non extaret, ſubſtituit uulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum deſcendentes maſculos dicti* Leonelli *legitimos & naturales. Et ſi deſcendentes maſculi dicti* Leonelli *legitimi & naturales non extarent, mandauit dictus teſtator, quòd hæreditas, & bona ſua deueniãt ad proximiores dicti teſtatoris. ¶Poſt factum huius ſolenne teſtamentum, per aliquos annos dictus teſtator ſuperuiuens, tandem non mutata uoluntate deceſſit* Federicus *autem eius nepos ſubſtitutus, ut ſupra filiis maſculis legitimis & naturalibus ex dicto teſtatore non extantibus; uigore præfatæ ſubſtitutionis ſeu inſtitutionis prædictã hæreditatem dicti* Henrici *teſtatoris, & patrui ſui ſolenniter adiuit, contradicente nemine. demum elapſis quibuſdam temporibus, ad petitionem dicti* Leonelli *fuit dictus* Federicus *citatus per uicarium poteſtatis loci, & ad illius inſtantiam fuit per dictum uicarium præfixus terminus dicto* Federico *ad executionem quorundem legatorum factorum ad pias cauſas. Qui* Federicus *uidens ſe ex dicta hæreditate, ſeu eius occaſione ære alieno grauatum, adiuit epiſcopum* Vicentinum, *& obtinuit prorogationem termini ad biennium, & intra terminum prorogatum, non habens pecuniam pro ſatisfactione dictorum legatorum, aſſignauit pro ipſorum executione quædam bona dictæ hæreditatis, dicto domino epiſcopo acceptanti & recipienti. Nunc contingit dubitari de tribus principaliter. ¶ Primò, utrum ſi dictus* Federicus *ſine liberis maſculis mori contingat,* Leonellus *ſubſtitutus, uel etiam eo deficiente, eius liberi maſculi legitimi & naturales admittantur ad dictam hæreditatem uirtute ſubſtitutionis prædictæ, an omnis ſubſtitutio in dictum* Federicum *teſtatoris nepotem hæreditatis aditione finita ſit. ¶Secundo, utrum dictus* Leonellus, *poſito, quòd ipſe, uel eius filij admittantur, poſſit petere a* Federico, *quòd ſatiſdet de conſeruando, & non minuendo res hæreditatis, & reſtituendo cũ uenerit caſus ſubſtitutionis prædictæ, cum allegetur dictum* Federicum *male uti ſubſtantia ſua, licet ipſe* Federicus *alleget ſe alienaſſe ea, quæ alienata fuerint cauſa ſatisfaciendi æri alieno, & creditoribus hæreditariis. ¶Item poſito, quòd debeat teneri, cum non reperiatur, qui uelit fideiubere, & realiter obligari, an ſufficiat ſimplex cautio ſua. ¶Tertio dubitatur, an dictus* Federicus *ſit priuatus dicta hæreditate, qui non ſatisfecit legaliter ad pias cauſas intra annum præfixum à iudice, & non conſeruetur illæſus ex dicta prorogatione, & conſignatione bonorum facti modo prædicto. Et poſito, quòd ſit priuatus, utrum dicta hæreditas, ſeu ipſius bona, peruenire debeant ad dictum* Leonellum, *ſeu eius filios ſubſtitutos, & ad dominum epiſcopum* Vincentinum *uti pauperum & piæ cauſæ patrem, &c.*

## CONSILIVM XL.

1 *Subſtitutio facta ſub conditione in euentum conditionis euaneſcit.*
2 *A uerbis teſtatoris non eſt recedendum.*
3 *Argumentum per locum a ſpeciali in iure eſt ualidum.*
4 *Iudex terminum à lege ſtatutum cauſa cognita alterare poteſt.*
5 *Interpretatio ſtrictiſſima eſt fienda in pœnis quæ ipſo iure imponuntur.*

CHriſti, eiusq́; matris præſidio humiliter inuocato, uenio ad primum dubiũ. Et uidetur primò, q̃ decedente dicto Federico ſine filiis legitimis, & naturalibus, dictus Leonellus ut ſubſtitutus, uel eo decedente, eius filij debeant admitti ad dictam hæreditatem; quòd ſic oſtenditur in teſtamentis recurrendum eſt potius ad uoluntatem teſtatoris, quàm ad uerba ipſius teſtamenti. l. ſi mihi & Titio, de condi. & demon. etiam contra proprium uerborum ſignificatum, in l. Labeo, ff. de ſupel. lega. ¶Sed coniecturando teſtatoris uoluntatem uidetur ſubſtitutus dictus Leonellus, ſeu eius filij, eo non exiſtente ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus. Ergo in euẽtum conditionis ſunt iſta admittenda, ut in c. Raynaldus, de teſta. Minor probatur ex tacita mente teſtatoris. non enim præſumitur teſtator magis dilexiſſe nepotem ex fratre, qui propriè non dicitur nepos, ut l. iuriſconſultus. §. nepos, ff. de gra. affi. quã proprios filios legitimos & naturales, cũ amor p̃nus uincat omnem affectum. l. fi. C. de cur. fur. Sed dictus teſta-


tor

tor noluit ſimpliciter inſtituere filios, ſeu nepotes ex fi-
liis, qui ſunt uerè nepotes.d.§.nepos,& qui diliguntur ut
filij, ut l.liberorum, in fin.ff.de uer.ſig. Sed ſubſtituit eis
Federicum in caſu, quo decederent ſine poſteritate legi-
tima & naturali, ut patet in caſus narratione. Ergo for-
tius præſumendum eſt uoluiſſe dictum Federicum ſubſti
tuere ſimpliciter, ſed tacitè grauaſſe eum de reſtituendo
dicto Leonello, uel filiis, ſi ipſe decederet ſine legitima
& naturali ſobole, licet expreſsè non caueat; ad hoc tex.
no.in l.cum acutiſſimi.§.fideicom.& l.generaliter.§.cum
autem, C.de inſti.& ſubſt. ubi patet, ꝙ licet pater in ſub-
ſtitutione filij naturalis expreſſit de nepotibus: tamen ta
citè præſumitur de eis cogitaſſe ad excluſionem ſubſti-
tuti: quia non eſt præſumendum teſtatorem uoluiſſe alie
num præferre propriæ ſoboli ut ibi dicit text. Ad idem
tex.no.in l.cum auus, ff.de cond.& demon. ubi tacitè uidẽ
tur uocati filij ex nepote etiam ad excluſionem patrui
ſubſtituti, ne uideatur magis dilexiſſe filium ſuperſtitẽ,
q̃ ſobolẽ ex filio præmortuo;& eſt ille no.caſus. Ita in ꝓ-
poſito cum uoluerit teſtator propriæ ſoboli tribuere fa
cultatem de rebus hæreditariis diſponendi ad libitum
in caſu, quo decederet ſine poſteritate legitima: ſed ſibi
ſubſtituit dictum Federicum nepotem; multo fortius idẽ
præſumendum eſt uoluiſſe in perſona Federici, q̃n mi-
nus præſumitur dilexiſſe tum ex naturali ratione, ut in
d.l.liberorum, in fi. tum ex inſtitutione, cum primo loco
uocauerit filios,& deſcendentes ex eis. ¶Secundò princi-
paliter facit alia & diuerſa ratio, & dicta onera appoſita
inſtituto, uidentur repetita in ſubſtituto, ut l.illud, ff.de
leg.j & l.non iuſtam, C.ad Treb.facit.l.vnica.C.de cadu.
tol. Sed filiis propriis ſubſtituit in euentum carentiæ li-
berorum. Ergo idem uidetur repetiſſe in nepote ſubſti-
tuto, & tacitè fortius hoc coniecturandum, quanto plus
uř dilexiſſe filios, q̃ nepotem ex fratre. ¶Sed his nõ ob-
ſtantibus contrarium ſniam arbitror ueriorem. mouet
me principaliter.l.Lucius, ff.de hær.inſt. ubi teſtator in-
ſtituit fratrem ſi prius moreretur antequã haberet filiũ,
uel filiam, ſubſtituit duos ex ſeruis ſuis. inſtitutus adiuit
hæreditatem, ſed non habebat filios. ¶Quærebatur, an
dicti ſerui ſubſtituti deberent admitti, tanquam ſubſti-
tuti, ſaltem in aliqua parte tanquam adiecti; & uidetur
ibi per iuriſconſultum, ꝙ nec ut adiecti debent admitti,
nec ut ſubſtituti, cum teſtator uoluerit eis preferre nedũ
fratrem inſtitutum, ſed etiã filios. Et ſic ex ſola adiectio-
ne hæreditatis excludũtur ſubſtituti, licet fuerit in ſub-
ſtitutione facta cõmemoratio filiorum, cum ſimpl'r fue-
rit frater inſtitutus,& non ſub conditione: ſi ſine liberis.
ita principaliter uř dicendum in caſu noſtro, ex quo Fe-
dericus fuit in ſecundo gradu inſtitutus ſimpliciter, licet
fuerit facta filiorum cõmemoratio in caſu, quo ipſe Fede
ricus nõ extaret: ex quo tñ ipſe extat,& hæreditatẽ agno
uit, euanuit prorſus ſubſtitutio, quãtuncunq; filios non
procrearet,& eis nõ extantibus decederet, ut d.l.Lucius.
3 ¶†Ad idem facit. ſubſtitutio facta ſub conditione, euane
ſcit in euentum conditionis.l.j C.de condi.inſer.cum ſi.
Sed Leonellus, & filij fuerunt ſubſtituti ſub conditione
in caſu, in quo dictus Federicus, ſeu eius deſcendentes in
rerum natura non forent; quod debet intelligi de exi-
ſtentia tempore mortis teſtatoris, ut patet per dicta in
primo gradu inſtitutionis. uerba enim ſequentia clarifi-
cantur & determinantur à præcedentibus.l.ſi ſeruus plu
rium. in fin.ff.de leg.j. & l.qui filiabus, eod.tit. ubi bo-
nus tex. ſed Federicus extitit tempore mortis teſtato-
ris,& hæreditatem agnouit. ergo euanuit ſubſtitutio fa-
cta de Leonello, & filiis, præſuppoſito, ꝙ Federicus ſine
liberis decedat: quia cum alternatiuè de eo & filiis fue-
rit facta mentio, non ſufficit ad ipſius purificationem al-
teram partem exiſtere, ut in regula, in alternatiuis, de
reg.iur.lib.6. & c.inter cætera, de reſcript.& quo ad ma-
teriam noſtram uidetur tex.in l.is qui ducenta.§.utrum,
2 ff.de reb.dub. ¶†Tertiò principaliter facit, quòd à uer-
bis teſtatoris non eſt recedendum, niſi clarè pateat de
intentione contraria.l.non aliter, ff.de leg.iij. Sed in ca-
ſu noſtro teſtator ſimpliciter ſubſtituit Federicum, & eo
non extante, filios. neutris extantibus. Leonellum. ſed
hic aliter, ſcilicet Federicus, exiſtit. Ergo euanuit ſub-
ſtitutio clariſſimè ex uerbis. Nunc in reſponſione ad cõ-
traria ſuperius formata uidebitur, an illud ex uerbis ſen-
ſerit. Vnde ad primum contrarium reſpondeo, quod nul
lis iuribus filij ſubintelliguntur, ut teſtator uideatur cõ-
tra officium pietatis plus dilexiſſe extraneum, quàm po-
ſteritatem filiorum, uel magis ſuperſtitem, quã ſobolem
filij præmortui, contra illud, quod habetur inſtit.de hæ-
re.quæ ab inteſta.defe.§.cum filius. Sed in caſu noſtro, ſi
bene conſideratur, prorſus ceſſat hæc ratio; & militaret
omnis abſurditas: quia non militat ratio ſic diſponendi,
ut teſtator diſpoſuit. Nam in ſubſtitutione filiorum fuit
ratio: quia patruus eſt loco patris. unde ſi filij decede-
rent ſine ſobole, noluit teſtator nepotem ſuum, qui eſt
loco filij, maxime ad conſeruationem agnationis, exclu-
di. Sed uoluit uocari Federicum nepotem ex fratre, ne
filij haberent materiam alienandi illa bona extra fami-
liam, maximè Federico excluſo. unde uocauit illum, quẽ
merito debebat prædiligere poſt filios: ſed in ſecũda in-
ſtitutionis parte, quam fecit de Leonello, non milita-
bat hæc ratio, cum ipſe Leonellus non eſſet de agnatio-
ne,& familia, nec attinebat ſibi eo gradu, quo deberet eũ
diligere loco filij. unde merito uoluit eum excludi ſim-
pliciter per exiſtentiam Federici, uel filiorum ſuorum;
& ſatis eſt, ꝙ ſumus extra caſum dictarum legum. Nam
negari non põt, quin d.l.acutiſſimi, & l.generaliter, præ-
alle. fundentur ſuper maxima æquitate, ut patet in eis.
Sed ius fundatum ſuper maxima æquitate contra regu-
las iuris non debet extendi, arg.in l.quod uerò, ff.de le-
gi. imo uoluit Ioan.And.in c.j.& ij. ut lit.pend.lib.6. ta-
le ius non extendendum, etiam ex identitate rationis.
hic tamen non eſt rationis paritas, imo omnino diſſimi-
litudo, ut patet ex præcedentibus. Item in illis iuribus
uerba non impropriantur ex toto: ſed fit ſuperlocutio,
ſi decederet ſine liberis, in fauorem inſtituti ad exclu-
ſionem ſubſtituti. Sed in caſu noſtro fieret uerborum ma
xima impropriatio, ut patet ex prædictis, medio inſtitu-
ti, qui ita fuit prædilectus à teſtatore,& in fauorem ſub-
ſtituti, qui non fuit à teſtatore ita dilectus. ¶Ad ſecun-
dum contrarium dico, ꝙ non procedit in relictis factis
ab inteſtato, uel oneribus inſtituto iniunctis, quæ uiden-
tur repetita à ſubſtitutis ad hoc, ut uoluntati teſtatoris
ſatisfiat. ¶Sed in caſu noſtro non agitur de relictis, uel
oneribus iniunctis inſtitutis, ſed de quadam qualitate ap
poſita inſtitutis in primo gradu, quæ nõ fuit repetita cir
ca inſtitutos in ſecundo gradu; facit.l.Iulius Paulus.ff.
de cond.& demonſtr. ¶Item & melius, appoſita & dicta
in inſtitutione, uidentur replicata in ſubſtitutione, niſi
contraria ex coniectura eliciatur uoluntas teſtatoris, ut
no.dicit tex.in l.illud, de leg.j. ¶Sed in caſu noſtro cla-
riſſimè patet contraria uoluntas teſtatoris, cum in pri-
mo gradu aliam legem dixerit, quam in ſecundo. Ne-
mo enim præſumitur dixiſſe, quòd mente prius non agi-
tauit.l.Labeo, præalleg. Nec eſt ueroſimile, quòd incõ-
tinenti fuerit oblitus, uel ſibi contrarius, ar.l.nõ ad ea, ff.
de condi.



de condi.& demon. Et idẽ ſi uoluiſſet diſponere in Fede-
rico, quod in filiis, bene ſciuiſſet exprimere,& non alter-
natiue ſubſtituere, ut in ſimili dicit tex.in c.ad audien-
tiam, de deci. Et hoc quo ad primum dubium, pro cuius
deciſione uidetur ſublatum ſecundum. Nõ enim eſt præ-
ſtanda cautio, ſi euanuit ſubſtitutio. ¶Sed præſuppoſito
ſine ueritatis præiudicio, ꝙ ſubſtitueretur, quid dicendũ;
certe caſus uidetur indubitabilis, ut cautio ſufficiẽs præ-
ſtetur, ut eſt caſus iuncta gl.j.ff.ut leg.no. Nã ſpeciale eſt
in patre, qui rogatur reſtituere hæreditatem filio, ut ca-
uere non teneretur, in l.iubemus, C.ad Treb. Ergo ſecus
uidetur inter alios coniunctos. ualet† enim argumentum
3 per locum a ſpeciali, ut legi.& no.in c.præſenti, de prebẽ.
lib.vj. Sed ĩ hoc caſu rogatus de reſtitutione, allegat im-
potentiam præſtandi ſufficientẽ. quædã iura in aliis ter-
minis uidentur uelle, ut eo caſu, quo cautio non põt pre-
ſtari ſufficiens, præſtetur illa, quæ præſtari poteſt, ſaltem
iuratoria, ut in auť.generaliter, C.de epi.& cle.& in auť.
ut nulli iudicũ.§. ſi uerò, & in c.per ueſtras, q fil.ſunt le-
gi.& in auť.de litigioſis.§.ad excludendas. hæc qõ poteſt
multũ adoptari ad ſimilem qõnem, quæ fit in uſufructua
rio, qui tenetur cauere ſufficienter proprietario de uten
da re ad arbitrium boni uiri, & ea reſtituenda finita cã
uſusfructus in c.fi.de pigno.& in aliis cauſis, & in l.uſuſ-
fru.C.de uſusfru.& utrobiq; ꝑ gl.& doc.utriuſq; iuris. Et
in hoc multæ ſunt opiniones, ſed duæ ſunt principalio-
res, quæ ſatis uidentur in effectu cõuenire. Vna Hoſt.Io.
An.& ſequentium in d.c.fi.ut ſufficiat iuratoria. Sed ſi ali
quo modo ueniſſet ɔ̃ iuramentum, uel bona ſua inciperet
diſſipare, perderet hoc priuilegium, arg.de deci.ſugeſtũ.
Alia eſt Bar.in d.l.uſusfru.ut ſi perſona eſt ſuſpecta, fiat
ſequeſtratio: alias ſtetur iuratoriæ cautioni; & ſic cedunt
ad diſcordiam opiniones cõtrariæ. Ego ad materiã præ-
ciſe noſtrã allego tex.iuncta gl.notabi.in l.poſtquam.§.
in præſenti, ff.ut leg.no.c. ubi uidetur innui, ꝙ de hoc fiet
ſequeſtratio apud probum uirum, qui reſpondeat de fru-
ctibus ipſi hæredi: uel ſaltem debet remanere apud hære
dem, ſi non eſſet ſuſpectus, intelligo preſtita cautione iu-
ratoria,& ſic uidetur ibi probari opi. Bar.de inopia ſatis
poteſt ſtari iuramento Federici, ar.in dicta auť.genera-
liter, ubi hoc uidetur probari: facit.c.nulli.de elec.lib.vj.
Et hæc quo ad ſecundum. ¶Aggredior poſtremo tertiũ
quæſitũ, an dictus Federicus ſit priuatus hæreditate pre-
dicta? uidetur primo ꝙ ſic, iudex etiã ſecularis poteſt offi
cium ſuum impartiri, ut legata ad pias cauſas executioni
mandentur. ut notabiliter probatur in auť.de eccle.ti.§.
ſi quis ædificationem. ergo cum monitio fuerit facta à iu
dice ſuo, & intra annum à die monitionis non fuerit pa-
ritum fuit Federicus hæres ipſo facto priuatus,& ilicò ex
iuris diſpoſitione Leonellus tanquam ſubſtitutus extitit
ipſo iure hæres, ut probari uidetur. in auť.hoc amplius,
in uerbo, excluditur eo, ꝙ præter, C.de fideicõ.& melius
in corpore, unde ſumitur in §.oĩbus, ad hære.& fal.& gl.
apertiſſime uidetur tenere in eadem auť.de hære.& fal.§.
ſi quis autẽ non implens, in uerbo, auferri quinimò plus
uidetur uelle gl.no. iuncto tex.in c.ſi hæredes de teſt.ꝙ
hæres non adimplens uoluntatem defuncti in relictis ad
pias cauſas ipſo iure priuatur, etiam debito bonorum
3 genter litem diſcutere, & totalem finem controuerſiæ imponere,ut l.ſi de meis §.recepiſſe,ff.de arbi.Ex quibus omnibus ſatis patet quid dicendum in primo dubio.¶Circa ſecundum,quòd uī magis dubitabile, utrum non obſtante ſtatuto, debeat admitti hæc nullitatis exceptio, multum facit theorica Bar.in l.j.ff.quod ui aut clam,ubi inter cætera dicit,quòd ſi ſtatutum remouet omnem exceptionem & defenſionem,non eſt aliquod remedium,niſi ut pars ſoluat,& poſtea repetat,ſi habet iuſtam cauſam excipiendi,& uetante ſtatuto non fuit admiſſa, niſi uelit excipere remouendo illam qualitatem,ſuper qua ſtatutum ſe fundat,ut puta ſi dicit contra inſtrumentum publicum nulla admittatur exceptio,ſeu defenſio,poſſum excipere quòd inſtrumentum non eſt publicum,uel ſi dicit cōtra laudum arbitrorum nulla admittatur exceptio, poſſunt excipere,quòd illi non fuerunt arbitri,ut in hoc caſu propriè loquitur gl.in cle.unica de ſequen.quæ dicit, quod ſi aduerſus ſententiā non poteſt opponi exceptio, poſsim opponere de defectu iuriſdictionis ratio eſt quia ſi non habebat iuriſdictionem,non poteſt appellari ſententia,de re iudi.cle.paſtoralis,& no.in l.ij.C.communia utriuſque iud.& ſic per hanc exceptionē detrahitur qua litas ſuper qua fundatur iuris diſpoſitio.¶Sed in caſu no ſtro hoc non poteſt dici, cum illi fuerint arbitratores, nec per hanc nullitatis exceptionem deſinit eſſe laudum arbitratorū.& optimè uī facere.c.ex parte.ij.de off. dele.iuncta glo.ubi habetur,quòd ſi in diſpoſitione tolluntur exceptiones ꝑ expreſſum,nō pn̄t opponi etiā ſi ſint rō nabiles.Sed his non obſtātibus, ɔ̄riū arbitror dicendum in caſu noſtro,duplici ex capite.primò, quia remotis generaliter exceptionibus,nō uī remota exceptio notorie legitima, ex quo de notoria qualitate in ſtatuto nulla ſit mētio.probatur optimè in ſimili in d.cl.paſtoralis,de appel.iūcto.c.ex conqueſtione,in gl.ſua de reſti.ſpo.dr̄.n. in c.paſtoralis,quod per clauſulam,appellatione remota remouetur omnis appellatio, quæ a iure expreſſe non in dulgetur,& tamen ſi notorie grauatur,licet expreſſe ille caſus à iure non ſit determinatus,admittitur appellatio ut in d.c.ex conquæſtione,cum glo. Et hoc communiter tenent ibi doc.Ad idem facit.c.inter cætera,de re iud. & & qđ no.in cle.paſtoralis,præalle.in gl.in uer.non habebat.Hoc idem ſecundo probo per ipſius theoricam in l. omnes populi,ff.de iuſti.& iure,& l.non dubium,C.de le gi.ubi dicit,quòd legitima cauſa eſt reſtringendi ſtatutū generaliter loquens,quando aliquis indebitè damnum pateretur.l.adigere.§.quamuis,ff.de iure patr.uel quando aliquis iniuſtè ad lucrum admittitur,ut in l.ut gradatim,ff.de mu.& hono.facit c.abbate,de uer.ſigni. uel ſi in caſu reſtrictionis ceſſat ratio, quæ mouit ſtatuentem, ut in d.§.quamuis facit ad prædicta.c.cum dilectus, de conſue.& l.ij.C.de nox.Sed in caſu noſtro nedum altera iſtarum rationum,ſed militant omnes.Nam ſi nō admittitur hæc nullitatis exceptio,iſti maritus & uxor indebitè ſentirent damnum,& iſti creditores iniuſtum conſequerentur lucrum ut patet ex ſeq.¶Itē in dicta notorietate exceptionis ceſſat ratio generalis ſtatuti. nulla enim ratio potuit mouere ſtatuentem ad remouendas exceptiones, niſi quia timetur de malitia,& fraude opponentium,quęrentium dilatare iudicium,arg.optimum in d.c. ex parte. Sed hæc ratio ceſſat,quando exceptio eſt notoria, argu. viij.diſt.c.ueritate manifeſtata.Nec ob.ſi dicatur, ꝙ nulla ratio eſt in ſtatuto expreſſa,quia licitum eſt coniecturare rationem,quæ potuit legis mouere latorem &c. & ſecundū illā cōiecturam licet reſtringere, uel ampliare ſtatutum,ut not.Cy.& alij in d.l.non dubium,facit quod no.gl.j.diſt.c.conſuetudo.¶Item ſtatutum deuians à iure communi debet reſtringi,quantum fieri poteſt,ut minus, quàm poſsit lædat ius commune,ut no.probatur in d. c. cum dilectus,& d.l.ij.C.de noxa. Et quod hæc exceptio ſit notoria,patet,quia clarè colligitur ex actis,id autem ꝙ ex actis patet,poteſt dici notorium,ut eſt tex.in c.cum olim,de uer.ſigni.Et notant domini de Rota. deci. 439. & no.Innoc.in c.ex inſinuatione,de appella. Secundo capite etiam debent admitti,quia ſtatutum remouet exceptiones contra laudum arbitrorum,ſed non poteſt dici laudum,ex quo controuerſia non deciditur,ſed ſit remiſſio ad alios,ut probatur in d.l.non diſtinguemus,§. quæſitum dico ergo, quod hæc exceptio remouet qualitatem ſuper qua ſtatutum ſe fundat, & per conſequens debet admitti, ut d.l. j. & quod ibi not. quòd ui aut clam & per gloſ. in d. l.una,de ſequeſtra. Et hæc ſufficiant.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CASVS. *Quidam dominus Bartholomæus olim epiſcopus Maſſanus quoddam fortilitium iuris epiſcopalis ſui cum domibus & alijs pertinentijs ad dictum fortilitium titulo locationis ad ix.annos tunc proximè futuros ſub annua penſione.cxxv.florenorum quibuſdam ſolenniter conceſsit; hoc ſpecifice inter cætera ſolenniter acto interdictas partes:uidelice ut conductores ipſi teneantur,durante dicto locationis tempore,dictum fortilitium, & domus ipſius, eorum proprijs ſumptibus in eo,in quo erant ſtatu, uel meliore conſeruare,& finito dicto tempore locatonis præfato epiſcopatui reſtituere.Contingit,quòd ipſorum conductorum incuria,uel negligentia,uel inaduertentia,domus dicti fortilitij in parte paſſæ ſunt ruinam,intantum,quòd epiſcopatus damnificatus extitit ferè cc.florenis.denique finito tempore dictæ locationis,epiſcopus Maſſanus antedictus ad conductorum nimiam inſtantiam libere ab omni obligatione abſoluit gratis, & liberauit quo epiſcopo uita functo,ſucceſſor in epiſcopatu petit damnum reſtitui,allegando dictam liberationem eſſe nullam. Quæritur, quid iuris? & quia caſus non uidetur magnam continere dubietatem,breuiter procedam.*

## CONSILIVM XLV.

1 *Prælatus poteſt donare modica de rebus eccleſiæ.*
2 *Epiſcopus habet nudam rerum epiſcopatus diſpenſationem.*





CHriſti, eiuſq; matris præſidio humiliter inuocato, Satis uidetur mihi clariſsimè dictam liberationem non ualuiſſe in præiudiciū epiſcopatus. Nam remittere gratis, idem eſt, quod donare.l.quin etiam,ff.de calum.& c.ueniens, el.j.iuncta gl. de teſti. Sed epiſcopus non poteſt donare iura,& reditus eccleſiæ ſuæ ſine cauſa legitima;ꝙ ſi fieret,talis donatio, reuocat̄,ut probatur in c.ſi quos,& in c.de ſeruis.12.q.2. & in c.fraternitatē, de dona.ubi dicit, ꝙ epiſcopus rerū eccleſiaſticarū eſt procurator,& non dn̄s; ideò conditionē eccleſiæ meliorare pōt: deteriorē āt facere nō debet, ut ibi dicit tex. ¶Secundo ad idem facit.c.cæterum, de
1 dona.ubi habet̄,†ꝙ prælatus pōt modica de rebus eccleſiæ donare, ſi hoc habet conſuetudo, quaſi magnā donationē facere non poſſit,etiā ſi conſuetudo habet, quia cōſuetudo multū dānoſa eccleſiis nō ualet, ut in c.j.de cōſuetu.Sed in caſu noſtro,ponderato damno, & reditibus ipſius epiſcopatus,ſatis uidetur donatio immenſa,maximè cū ex ea remaneat eccleſia ruinoſa,& ſine ſpe refectionis; igitur dicta liberatio non ualuit. ¶Tertio probari uidetur per c.eps̄, in quo patet, † ꝙ eps̄ habet nudam re-
2 rū ep̄atus diſpenſationē, nec poteſt de rebus mobilibus, aut imobilibus,ſeu reditibus diſponere ad libitū:ſed ſm̄ Deū,ſi aliter facit,incurrit dānationē; ad idē.1.q.3.c.ꝑuenit. ¶Quartò probatur per locū à ſpeciali in c.epiſcopus,& c.bonæ.12.q.2.& in c.apoſtolicæ,de donationi. in quibus iuribus ex ſpeciali priuilegio conceditur ep̄o, ut ædificādo monaſteriū de nouo,uel eccleſiā magnificādo pro ſepulturis ſuis,poſſit dare cēteſimā,uel quinquageſimā redituū eccleſiæ ſuæ:cū hac tn̄ limitatione, ut eccleſiæ ſuæ ex hoc graue dānū nō infligat; unde ſi ex hoc graue dānum infligat,non ualet de iure, etiā in iſtis caſibus priuilegiatis, ut ibi no.Sed in caſu noſtro non ſolū ſumus extra dictos caſus ſpeciales: ſed ēt damnum ex illa gratuita liberatione illatū eſt eccleſiæ,habita conſideratione ad tenuitatē redituum dicti ep̄atus, & ad dānum illatum dicto fortilitio,ſeu ipſius domibus. ¶Quintò facit, ꝙ qn̄cūq; quis habeat liberā adminiſtrationē,non tn̄ cōſequitur poteſtatem donandi,uel pactū gratuitum faciendi, ut in l.contra iuris,ff.de pac.& l.filius,ff.de dona.& l. præſes,C.de tranſac.& c.fraternitatē,de dona.licet ergo epiſcopus dicatur in rebus epiſcopatus habere liberā adminiſtrationē, ut in c.cū nobis,in fi.de elec.nō tn̄ potuit in præiudicium eccleſiæ liberationē gratis facere, ut in iuribus præall. Et ad hoc optimè facit,quod not.Hoſt.& Io.An.in c.j.de poſtu.ubi dicūt,quod de mero iure nō licet prælato renuntiare gratis exceptioni utili eccleſiæ cōpetenti,ut.ſ.de pac.l.contra iuris,C.de tranſac.l.præſes.Ad idē.C.de pact.l.pactū curatoris,& ff.ꝑ emp.l.ſi q̄s fundū.§ ſi tutor, cū ſimi.in quibus patet,ꝙ tutor, uel curator,uel adminiſtrator ciuitatis, & ſimiles, quantūcūq; habentes liberam adminiſtrationem, non poſſunt remittere gratis ius pupilli, ſeu minoris,uel ciuitatis, clarum & indubitatum. Nec obſt.ſi tu diceres prelatum,maximè ep̄m habere adminiſtrationē,q̃ prædicti habeāt,ut patet ex gl.no.5.q.3.c.ſi.& per Inn.ī c.ueniēs, de reſcrip. Nā fateor hoc uerū, nō tn̄ ita maiorē, ut poſſit ad libitū donare,uel iura eccleſiæ remittere cū graui dāno ſui epiſcopatus,ut probat̄ ī iuribus ſuperius allegatis, & ꝑ Inn. ī d.c.ueniēs,& c.accedētibus,& hæc ſufficiūt. NIC.ABB.

## CONSILIVM XLVI.

1 *Maritus et uxor poſſunt facere noua pacta ab his,quæ geſta ſunt ſuper primaria dote pro augumento dotis.*
2 *Mulier non poteſt augere dotem,niſi maritus pari incremento augeat donationem propter nuptias.*
3 *Mulier habens bona, ſi nubit, uidetur tacitè omnia bona ſua dare in dotem.*

OMnipotētis Dei poſtulato ſuffragio, Tria mihi oſtēſa dubia elicio.¶Primum, an ſtante ſtatuto, ꝙ maritus lucretur dimidiam dotium, debeat Nicolaus Ioannis Martini de terra Anglarij ſuperuiuens quondam dominæ Angelæ uxori ſuæ lucrari dimidiam centum quinquaginta florenorum,quos in augumētum dotis, dictæ dn̄æ Angelæ cōfeſſus fuit ſe recepiſſe à ſer Leonardo Petri genitore dictæ dn̄æ Angelæ.¶Secundum dubium,nunquid Nicolaus lucretur medietatē quarūdā poſſeſſionū dictæ dn̄æ Angelæ,quas dicit ſibi fuiſſe in dotem aſsignatas, quarū adminiſtrationē habuit dictus Nicolaus in uita dictæ dominæ Angelæ; cum tn̄ non poſsit expreſsè probari per inſtrumētū, uel teſtes dictas poſſeſsiones fuiſſe datas in dotē:imò filius dictę dn̄æ Angelæ ex alio m̄rimonio ſuccedēs dictæ ſuæ matri ab inteſtato, aſſerit illa fuiſſe bona parphernalia eius matris. ¶Tertiū dubiū,cū dictus Nicolaus emerit à dicto Leonardo quædā bona pro ſe,& dicta dn̄a Angela eius uxore,& eorū hæredibus,debeat Antonius dominici Laudi de Anglario filius dictæ dn̄æ Angelæ ex alio uiro ſuccedere dictæ matri ſuæ in medietate illorū bonorū prædicto modo. ¶Et procedatur in his dubiis concluſiue,ex quo per arbitros cōiter a partibus aſſumptos petitur conſilium ſuper partibus per eos aſſumēdis. ¶Circa primū dico,†ꝙ ī augumēto dotis poſſunt maritus & uxor facere noua pacta ab his, quæ geſta fuerunt ſuper primaria dote,ut eſt tex.in l.ſi conſtante,C.de do. ante nup.& ſi nihil de nouo actum fuit, ſtatur prioribus pactis & conuentionibus,ita,ꝙ ſtatuta & conuenta ſuper dote,habent locū ſuper augumento dotis,cū augumentū ſit pars dotis,& una & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri; pro hoc bo.tex.in c.cognouimus.12.q.2.& hanc ſñiam in terminis noſtris tenet gl.& Cy.in d.l.ſi cōſtāte, & uī tex.expreſſus in l.inter ſocerū.§.cū inter,in fin.ff.de pac.dota.Itaq; concludo,ꝙ ſi ualuiſſet illa augumētatio dotis, lucraretur dictus Nicol.dimidium illius augumēti,ex quo noua pacta nō interceſſerunt. Sed dicas, ꝙ non ualet illa augmentatio dotis: quia licet de iure potuiſſet utrobiq; uel alteri eorū augmentare dotē, uel donationē ꝑꝑ nuptias,ut in d.l.ſi conſtante,tn̄ hodie de iure au-
2 théticoꝉnō pōt mulier augere dotē,niſi maritus pari incremēto augeat donationē ꝑꝑ nuptias, ne mulier decipiat̄,ut eſt tex.in aut̄.ſed iā neceſſe,C.de dona.ante nup. & in corpore, unde ſumitur, latius continetur, in aut̄.de æqua.dot.§.ij. ¶Concludo ergo circa hoc primum, ꝙ ſi dictus Nicolaus pariter augmentauit donationem propter nuptias,lucratur dimidiam augmenti, ſicut dimidiā dotis. Sed ſi ipſe non dedit incrementum, nil lucrabitur de augmēto:quia non ualuit in præiudiciū mulieris.¶Venio ad ſcd̄m dubiū,in quo breuiter dico dictū Nic.lucrari dimidiā partē illarū poſſeſsionū: qa alia aſsignatione dotis non apparēte,præſumēdū eſt illas poſſeſsiones fuiſſe ſibi in dotem aſsignatas; probo multipliciter. Primò, †quia ſi mulier habēs bona nubit, uidetur tacite omnia ſua bona dare in dotē,ut no gl.ī l.mulier bona,ff.de iure dotiū. Sequit̄ Bar.& clarius & latius ī l.ſi conſtāte,ff.ſol. mat. ¶Itē cū pater dictæ dn̄æ Angelæ ex poſtfacto confitet̄ dotē,ut.ſ.dictū eſt.ergo prius conſtituit ſibi dotē: qa non potuit eſſe augmentum dotis ſine dote,arg.in c.cum Marthæ,de cele.miſſa & c.ad diſſoluēdū,de deſpō.impu.

& l.decē,ff.de uerb.obl.debemus ergo in dubio præſume
re illa bona fuiſſe data in dotem: tū quia maritus habuit
illorum adminiſtrationem: tum quia fuerunt data pri-
mo marito,ut colligitur ex teſtamento illius,& pater nō
debet diminuere dotem filiæ tranſeuntis ad ſecundas nu
ptias,ut in auē. ſed quāuis,C.de rei uxo act. unde pſumi
debet,ꝙ illa bona ſibi dederit in dotem:qa ex quo qs de
iure tenet ad factū, & illud reperit factum, præſumit ge-
ſtum ab eo, q ad hoc de iure tenebat, ut in l.ij.C.de ali.
pupil.præſtan.& in l.cum ſeruum,ff.de uerb.obl.& quod
no.Bar.& hoc de ſecundo.¶Circa tertium & ultimū dico
dictum Antonium, ſi uult ſuccedere in medietate illorū
bonorum emptorum per dictum Nicolaum modo prędi-
cto,debere cōferre dicto Nicolao medietatē prætij: quia
in dubio, ex quo ſolus Nicolaus tunc pro ſe, & uxore, &
eorū hæredibus emit,præſumitur emiſſe de ſuis pecuniis
propriis,& geſſiſſe in hoc negotiū uxoris & hæredū. Si er
go uxor, uel hæredes uolunt ratificare dictā emptionē,
debēt ſoluere medietatē;hoc uidetur probari in l.iij.C.
pro ſoc.& expreſsè hoc ibi tenet Bar.& idē ſentit ī l.ſi pa
truus,C.cōia utriuſq; iudi.& in l.quæ dotis,ff.ſol.mat.fa
cit.l.ſi ego.l.penult.ff.de neg.geſt. Nō.n.debet pręſumi do
natio,ut in iuribus prædictis.nec ēt ualuiſſet inter mari-
tū,& uxorē,cōſtāte mr̄imonio,ff de dona.inter ui.& uxo.
per totū,& in c.ſi.eo.tit. ¶Ex inſtrumentis aūt non appa-
ret,quod uxor de ſuo ſoluerit partē prætij,& hoc de ter
tio.¶Ex oībus prędictis dico,quod partes arbitrorū ſunt
in hoc caſu, ut pronuncient dictū Nicolaum non debere
lucrari aliquid de augumēto dotis, niſi, ut dixi,pbaret,
ꝙ ipſe pariter augumētauerit donationē ,ppter nuptias.
Itē ꝙ debeat lucrari partem illarum poſſeſſionum, tan-
quam dotalium. Inſuper, ꝙ dictus Antonius debeat ſol-
uere medietatem prætij eorum bonorum emptorum, ſi
uult habere medietatem eorum ratificādo emptionē fa-
ctā per dictū Nicolaū.Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

NICOLAVS *domini Spinelli de Picolominibus ex omni ſui parte ſenſatus,nominatus,& electus,& imbuſſulatus extitit ad officium priorum procedente uero tempore caſu utroq; lumine priuatus eſt,& hoc ſenſu carens tempore extractionis ad certam poteſtariam receptus extitit quem quidem magiſtratum acceptauit. ſed à nonnullis obiectum extitit,cum ad hūc magiſtratum inhabilem ratione defectus. Quæritur quid iuris.*

## CONSILIVM XLVII.

1 *Cæcus prohibetur aſpirare ad nouum magiſtratum: cæptum tamen retinere poteſt.*
2 *Cæcus poteſt ſuccedere patri, baroni, uel habenti aliam iuriſdictionem, licet de nouo talis dignitas ei conferri non poſsit.*
3 *Electio fit per ciues ad munera,quæ quis neceſſario ſubit,ex ea ſola acquiritur ius abſenti, & ignoranti etiam inuito.*
4 *Nominatus ad aliquod officium debet ſtatim appellare: alias recuſare non poteſt.*

CHriſti, eiuſq; matris præſidio humiliter in-
uocato, Videtur primo dictum Nico
laum fore inhabilem,& ſic non admittendum ad
dictam poteſtariam per tex.expreſſum ī l.j.§.caſum,ff.de
1 poſtu.ubi poſt multa concluditur † ꝙ ad nouū magiſtra-
tum cęcus aſpirare prohibetur: retinere autē iā cœptū po
teſt: ſed prædictus Nicolaus nō cœperat dictā poteſtariā
ante cecitatē adminiſtrare:ergo ad illā reputādus eſt in-
habilis. ¶Ad idē ſecundo facit gl.ī l.cęcus,ff.de iudi.quæ
dicit,illā.l.intelligēdā, quādo ante nō erat iudex cęcus;
tūc nō prohibetur iudicis officio fungi:ſecus,ſi ante erat,
ut in caſu noſtro. Nam per ſolam electionē non conſeq-
tur quis dignitatē:ſed requiritur acceptatio & ingeſtio,
ut probari uidetur in l.pupillus,ff.de cond.& de mon.&
l.ex eo ff.de mili.teſta.& utrobiq; per Bar.maximè ī d.l.
ex eo.uidetur gl.in l.priuatorū,C.de iuriſd.om iud.quæ
dicit per ſolam electionem conſequi ius dignitatis, licet
non adminiſtrationē.¶Tertiò facit.c.nulli,de elec.lib.vj.
ubi patet, ꝙ poſt electionē poſſunt etiam electores oppo
nere defectum emergentem;& ſic nō ſufficit habilitas tē-
pore electionis, niſi etiam adſit tpe confirmationis, ſeu
acceptionis. ¶ Sed his non obſtantibus,contrarium puto
de iure procedere. Moueor principaliter per tex.ī d.l.j.
§.caſu, de poſtula.ubi tex.dicit ad nouum magiſtratum
aſpirare prohibere:quæ uerba ſi bene ponderentur,aper
tè probant dictum Nicolaum eſſe habilem.primo.n.dicit
ad nouum &c.Sed non poteſt dici nouus magiſtratus, cū
iādudum ante cœcitatem fuerit electus, & imbuxulatus,
arg.in c.conſuluit,de iudi.¶Item ponderandum eſt uer-
bum aſpirare,quod apertè intendit hunc defectum repel
lere, cum inquit, initio deputationis: ſed in caſu noſtro,
non poteſt dici, ꝙ cœcus aſpirauerit ad hunc magiſtratū
cū iam fuerat denuntiatus tpe,quo erat undiq; ſenſatus.
¶Secūdo ad idem facit, quod no.Bar.in l.cœcus pall.ubi
2 dicit, † ꝙ cœcus pōt ſuccedere patri baroni, uel habenti
aliā iuriſdictionē, licet de nouo talis dignitas ei cōferri
non poſſit,quaſi ſatis eſt,ꝙ fuerit habilis tpe,quo habuit
ſpē ſuccedendi:unde ſuperueniens cœcitas non priuat eū
illa ſpe: ar. tñ eſt,ꝙ filius,uiuente patre,non habet admi
niſtrationem in bonis patris,nec aliquid ius petendi legi
timā, ſed ſolū ſpē, ut in l.j.§.impuberē,ff.de col.bo.No.
Bar.in l.j.§.nec caſtrēſe, & auē.ingreſſi,C.de ſacroſ eccl.
facit quod leg.& no.in §.ſed ſui,inſti.de hęre.quali.& dif
fe.Vnde ſuperueniens cœcitas,non ſolū priuat de admi-
niſtratione iā habita, ſed & ſpe acqſita ante cęcitatem.
Sed in caſu nr̄o p electionē, & imbuxulationē fuit dicto
Nicolao acqſitū fortius ius, quā nuda ſpes: qa p electio-
nē acqritur ius dignitatis, licet nō exercitiū, ut dicit gl.
no.ī d.l.priuatorū, licet male repræhēdat p Bar.ī d.l.ex
eo.nā opi.illius gl.tenet gl.no.ī decreto.63.diſt.c.quāto,
& do,ī c.tranſmiſſam,de ele.& maximè hoc eſt indubita-
tū in caſu,quo poſt electionē nō requiritur alia cōfirma-
tio,ſicut in caſu nr̄o;quo caſu ceſſat obiectio Bar.ut ipſe-
met uoluit in l.abſenti,ff.de don.ubi ſaluat gl.quā male
repræhēdit ī d.l.ex eo.¶Nā ī ipſo electo dicit ī d.l.abſen-
3 ti.ubi † electio fit p ciues ad munera, q̄ qs neceſſario ſu-
bit,ex ea ſola acqrit ius abſenti,& ignorāti ēt īuito,ut.l.
illud,cū l.ſeq.ff.de tu.& cu.da.ab his,licet nō acqrat ad-
miniſtrādi ius, niſi poſtquā ſibi decernat ad illud officiū,
ar.ī l.ſi.C.arbi.tu.nec eo inuito, pōt alius ad illud officiū
deputari,C.qn̄ arb.tu. p totū.ſm eū ī d l.abſenti.Cū er-
go hoc officiū ſit hmōi,nec reqrit alia cōfirmatio, ſtatim
fuit dicto Nicolao ius acqſitū.ſ.tpe electionis,& deputa-
tionis. ergo cęcitas nō habet priuare iure iā q̄ſito, cū nō
poſſit dici nouus magiſtratus ut ī d.§.caſum,& d.l.cœcus.
ad idē ēt.c.cū pcuſſio.7.q.1.de cle.ægro.c.j.ubi dr̄,ꝙ ſu-
pueniēs inhabilitas nō debet priuare iure iā q̄ſito, ēt de
dignitatibus eccl'iaſticis,ne addat afflictis afflictio,& ſine
culpa ſua,ſic qs priuet iure ſuo ꝫ.c.ſatis puerſum.7.di.cū
ſit potius cęcis miſerēdū,& eis de nouo ſubueniēdū, ut ī
c.licet,de cēſi. ¶Præterea facit tex.in l.q ad ſcribēdū, &
l.q ad ciuilia,C.de ap.ubi dr̄, † ꝙ noīatus ad aliqđ offi-
4 ciū,debet ſtatim appellare: alias illud recuſare non pōt,
quaſi illico acqrit ſibi ius,ut amplius ,pao care nō poſſit;
ergo



ergo nec p ſupueniētē cęcitatē priuari:& de hoc eſt tex.
ī d.l.cęcus.ubi ſimpl'r dr̄, ꝙ cęcus iudicādi officio fungit.
Nec ob.ēt,ſi dicat,qđ cum iudex habeat p ſe ferre ſnīam
inſcriptis, ut l.j.& ſi.C.de ſen.ex pi.reci.& c.ſi.de re iud.
lib.6. Cęcus aūt legere non pōt; ergo &c. qa licet per ſe
ferre non pōt;poterit tñ p ſuum vicarium ferre. nam po-
teſtas eſt de maioribus magiſtratibus, q poſſunt p alium
ſnīam ferre, ut no.gl.& Bar.in d.l.ſi. Et dicit Bar. in cęco
in d.l.cęcus nam & illiterati aſſumunt ad hæc officia,q. p
alios ferant ſnīam, ut l.certi,C.de iud. Item hoc operat
neceſſitas ſuperueniens, rōne cuius multa permittuntur
aliàs prohibita, ut de cle.ęgr.p totum, & l.ſi lōgius,ff.de
iud. Non obſtāt alia ꝯria ſuperius formata. ſatis.n.patet
rn̄ſum per pdicta. pcedunt.n.qn̄ ius adhuc non erat acq-
ſitum tēpore cęcitatis ſuperuenientis:ſed hic plenum ius
erat acquiſitum. Sed ſolum defuit exercitium, cum in ca
ſu noſtro nō requirat confirmatio,nec acceptatio,nec in-
greſſio: ſed etiam nolenti ius eſt acquiſitum,cum hoc ſit
munus publicum,qđ neceſſario tenet electus ſubire,vt ſ.
dixi. Et hæc ſufficiant. ¶ Concludo ergo dictum Nico-
laum à dicto officio poteſtariæ, licet nunc reperiatur cę-
cus,non eſſe priuandū, ex quo tēpore electionis, & imbu
xulationis hunc defectū non patiebat. Laus Deo. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CASVS *talis eſt. Quidam Franciſcus Tucij, habens ſororē carnalem,nomine Lenam, promiſit per ſcripturam priuatā dare in ſponſam cuidā Ioanni. Et ad hoc conuenerūt die 5. Apr. 1425. deinde die 5. Maij ſequentis ad maiorem ualiditatem rei pmiſſæ Leonardus & Ioannes auunculi dictæ Lenæ per inſtrumentum publicum promiſerunt dicto Ioanni ſub quadā obligatione, ſe facturos,& curaturos,quod dicta Lena contraheret matrimonium per uerba de præſenti cum dicto Ioā. eandem obligationem de contrahendo matrimonio cum dicta Lena recipientes ab eo. quibus peractis Franciſcus frater dictæ Lenæ uolēs incipere pmiſſionem de contrahendo matrimonio cum dicta Lena per eum factam dicto Ioanni implere,in duobus banchis dari fecit dicto Ioanni pro parte dotium futurarum certam quātitatem pecuniæ. poſt quæ dictus Ioan.quædam iocalia ſecundum regionis conſuetudinē miſit dictæ Lenæ tanquā ſponſæ ſuæ quæ omnia illa recepit ut ſpōſa & rumor erat in populo publico illam eſſe ſponſam dicti Ioan. ad quā ſæpiſsime dictus Ioan.tanquā ad ſponſam acceſsit tam in domo patris dictæ Lenæ, quàm in quibuſdam aliis locis, in quibus dicta Lena tanquā ſponſa inuitabatur. demum per partes prædictas ſæpiſsime dies ad contrahendum matrimonium de præſenti ſtatuta fuit: ſed per dictum Ioan. ſemper defuit, qui fictas, & ſimulatas occaſiones allegans; ſemper contrahere diſtulit,turpiter adamando quādam mulierculam,quā loco concubinæ non modico tempore tenuit, & adhuc hodie detinere dicitur. Ex quibus omnibus dicta Lena prouocata,uidens ſe ita à dicto Ioan.ſperni, eum in ſponſum recuſat habere, & cum alio vult matrimonium contrahere, & diſcedere à dicto Ioanne nunc reluctante, & dicente, ſe paratum ad contrahendum matrimonium cum dicta Lena. Nunc contingit in iure de pluribus dubitare. Et primo, nunquid inter dictam Lenam, & dictum Ioannem fuerunt ſponſalia de futuro contracta, cum dicta Lena in dictum Ioannem nunquam expreſsè conſenſerit. Secundo præſuppoſito ſponſaliorum vinculo, an dicta Lena ualeat licite à dicto ſponſaliorum contractu recedere, & alij matrimonialiter coniungi. Tertio nunquid dictæ pecuniæ quantitas ſoluta pro parte dotium per dictum Franciſcum poſsit repeti à dicto Ioan. ex quo dicta Lena cum eo matrimonium contrahere recuſat. Quarto, an dicti Leonardus, & Ioan. auunculi dictæ Lenæ, & Franc. frater carnalis eiuſdem remaneant in aliquo uigore dictarum pmiſsionum dicto Ioanni obligati, cum non remaneat per eos, quominus matrimonium ſequatur inter eum, & dictam Lenam, ſed per ipſam Lenam duntaxat, &c. Quæritur quid iuris?*

## CONSILIVM XLVIII.

1 *Spes matrimonij uiolari non debet.*

CHriſti, eiuſque matris præſidio humiliter in-
uocato, Attingam quodlibet dubiorū
ordine ante ſcripto. ¶Et primum ſuper primo di
cendum, ſuperfluitate contēpta hic, inter dictos Ioan. &
dictam Lenam ſponſalia de futuro fuiſſe contracta. quā-
quā.n.nec frater,uel auunculus, quinimo nec parētes ua
leant mulierem obligare inuitam, ſeu inſciam ad matri-
monium ꝯhendum: ſed requiritur neceſſario ipſius mu-
lieris conſenſus libere,ut probat.c.vno,in ſi.de deſponſa.
impub.lib.6. & 30.q.2.c.ubi non eſt cōſenſus, & no.in c.j.
de deſpō.impu.facit.c.ſi annum,de iud.lib.6.tñ ſi conſan-
guinei pmittunt nomine mulieris abſentis, & ea poſtmo
dum certificata expreſsè, uel tacitè conſenſit, puta reci-
piendo iocalia,ut ſponſa, uel ſponſus tanquā ſponſus di-
uertitur ad domū ipſius mulieris, ſatis cōualeſcunt dicta
ſpōſalia,ut ex nūc, & aperte probari uī in c.literas, iūcta
gl.de deſpō.impu. & expreſsius in c.j.de mr̄im.ꝯcto ꝯ in-
terd.eccl.in gl.in uer.tanq̄ in uiris,ī ſi. & clariſſime tenet
Io.And.in d.c.vnico,de deſpō.impu.lib.6.ſuper gl.in no-
uel.ſua,dicens,ꝙ inter parētes,& alios cōſanguineos hęc
eſt dr̄ia:quia ex ꝯctu parentum obligant filij, ſi ſunt præ-
ſentes, & non cōtradicentes; unde ſola pn̄tia habetur p
conſenſu; & ſic proprie loquit tex.in d.c.vno. ſed ī alio-
rum cōſanguineorum ꝯctu non ſufficit ſola præſentia:ſed
requiritur qđ mulier certificata de ſponſalibus per eos
ꝯctis tacitè p modos ante dictos,uel ſimiles cōſentiat,ut
in iuribus præall. Et facit qđ no.in c.ſicut,de ſponſ. ſolū
enim conſenſus ſufficit ad ſponſalia,uel matrimonium ꝯ-
hendum 27.q.2.c.ſufficiat,& de ſponſa.c.cū locum nec re
fert,qualitercūq; habeatur, dūmodo de eo conſtet, iuxta
no.in c tuæ, & c.cū apud, de ſponſ. cum.n. ſatis per ea, q̄
in narratione ſunt dicta, ſicut apparet de conſenſu dictæ
do.Lenæ uolentis ratificari ſponſalia p fratrem carnalē,
& auunculos facta, dicerem ſpōſalia de futuro inter di-
ctos Ioan.& Lenam fuiſſe contract. ¶Venio igitur ad ſe-
cundum, an ſaltem poſſit dicta do.Lena impune recede-
re à dictis ſponſalibus, Ioāne ſponſo inuito & reluctāte?
Et uidetur primo quod nō p tex.apertum in c.præterea,
& c.requiſiuit, & c.ex literis,cū multis ſimi.de ſponſa.in
quibus iuribus patet dictam Lenam p iudicem eccl'iaſti-
cum cōpelli ad matrimonium de preſenti ꝯhendum. Nec
obſt.ſi dicatur dictum Ioan.multo tēpore ex culpa ſua di
ſtuliſſe perfectionem dicti mr̄imonij. per hoc enim nō eſt
dicta Lena liberata à ꝯctu ſponſaliorum. debuit.n.ad mi
nus expectare dictum Ioan.per biēnium. quo elapſo libe
re potuiſſet alteri ſe copulare; ante ſine fraude hoc fa-
cere non pōt,ut expreſsè probatur in l.ij C.de ſponſa. &
ibi plenè per Cyn. quinimo non dicit ibi, ꝙ per lapſum
biēnij culpa ſponſi ex toto diſſoluantur ſpōſalia: ſed ꝙ ſi
mulier alteri nupſit, uidetur ſine fraude,qa uoto ſuo tā-
to tēpore à uiro eludi nō eſt paſſa:ſed in caſu noſtro ante
lapſum biēnij uoluit dictus Ioan. cum dicta Lena ꝯhere,
nec per eum remāſit, ſed per dictam Lenam. imo, ut di-
cit,poſſit attentari,ꝙ etiam elapſo biēnio tenetur cū illa
ꝯhere,ſi re integra vult ſponſus perficere mr̄imonium,
cū ceſſat tunc modus.d.l.ij. nec ex lapſu dicti tēporis pōt
iuſtam excuſationē aſſumere cum alio ꝯhēdi. facit ī arg.

l.mancipiorum,ff.de opt.leg. Nec ob.ſi dicatur ſæpe diẽ
fuiſſe ſtatutum ad matrimonium cõtrahendum,& per di-
ctum Ioannem defuiſſe ; unde uideretur, dictam Lenam
à ꝓmiſſione liberatam,ut in c.ſicut,de ſpõ. no.Ioã. And.
in c.de illis,eo.tit. Nam certe tex.illc. & Io.And.loquũ-
tur, qñ à principio obligatus fuit reſpectu ad certã diẽ.
Sed in caſu noſtro ſpõſalia à principio fuerunt purè con-
tracta, licet poſtea de die ſimpl'r ꝯhendi matrimonium
conuenerunt. ꝑ hanc enim conuentionem nõ reſtrinxe-
runt obligationẽ prius pure ꝯ̃ctam, ut ſatis colligitur ex
tex.d.l.ij.in fi. dũ ponderat uota mulieris ſæpe ꝑ ſpõſum
eluſa fuiſſe; & hoc apertè innuit tex.in d.c.ſicut, dum re-
quirit præfixionem termini tempore ꝯ̃ctus ſponſaliorũ;
facit ad prædicta.l.Celſus,ff.de arb. & c.cum dilecti, de
do.& cõtu. ¶Sed his non obſtan.ex alio capite dico dictã
do.Lenam nullo modo obligatam ad ꝯhẽdum matrimo
nium cum dicto Ioan. ſed libere eam poſſe à dictis ſpon-
ſalibus recedere, & cũ quo uiro maluerit matrimonium
contrahere,ꝑ tex.apertum,cui rñderi non põt,in c.quẽ-
admodum,de iureiu.ubi dř, qđ etiam ſi ſpõſalia fuerunt
iurata, tñ ſi alter ex ſponſis poſtmodum nõ continuit, &
ꝯ̃ legem deſponſationis continuauit, non teneť alter ad
mřimonium perficiendum : quia ex hac cã poteſt dimitti
iam ductus;ideo fortius ducendus: quia,ut ibi dicit tex.
turpius eiicitur, ꝗ non admittitur, &c. ¶Nec obſtat iu-
ramentum, quia intelligitur conditio,ſi alter ꝯ̃ legẽ de-
ſponſationis nõ peccauerit: uel niſi quid aliud peius acci
derit; puta alter coniugũ efficeretur leproſus : uel naſum
1 perderet. uel aliquid ſimile, ut ibi dř. † Sicut.n.non licet
uiolare libidinosè matrimoniũ, ita nec ſpem matrimo-
nij,ut l.ſi uxor.§.diuus, ff.de adult.& de iniu.l.apud La-
beonem.§.ſpõſum. & no.in d.c.quẽadmodum, in glo.in
uer.nõ admittere. Sed in caſu noſtro p̃ſupponitur dictũ
Ioan.poſt ꝯ̃ctum ſpõſaliorum adamaſſe turpiter quãdam
mulierculam, & eam tẽpore non modico ut concubinam
tenuiſſe, & dictam ſpõſam ſuam eluſiſſe uariis uicibus,dif
ferendo ꝯ̃ctum;ergo legitimè & impunè põt ab illis ſpõ-
ſalibus, etiam ſi fuiſſent iurata, dicta do.Lena reſilire, &
cum quo uiro maluerit ꝯhere. Nec obſt.ſi dicať.d.c.quẽ-
admodum,loqui in ſponſa fornicante, non aũt in maſcu-
lo:qa dico eandem eſſe in hoc rõnem in ſponſo fornican-
te,ut apertè probať in c.apoſtolus,32.q.7.facit quod leg.
& no.in c.j.ut lit.non cõteſt. Quantum enim ad iſta non
iudicantur ad imparia, de diuor.c.gaudemus, & 32.q.6.
facit quod leg.& no.in c.1.2.3.4. & fin. & hoc quo ad ſe-
cundum dubium. ¶Circa tertiũ, nunquid pecunia tradĩ-
ta cã dotis poſſit repeti à dicto Ioan. dicta Lena repudiã
te cum eo matrimonium dicta cã contrahere ; dico certũ
eſſe ꝙ ſic:quia fuit tradita ob cauſam,ſ.matrimonij con-
trahendi, qua non ſecuta repeti põt, ut in l.ſi mulier, &
l.ſi extraneus, cum l.ſeq. & l.quod Seruius, ff.de condi.
cau.da. & l.ſi ego, & l.licet.§.quoties, cum ſimi. de iure
dot.in quibus iuribus cõmuniter dicitur, ꝙ ſi mulier,ſi-
ue alius pro muliere aliquid dedit futuro marito cauſa
dotis, poteſt illud nuptiis nõ ſecutis repeti ; & apertiſſi-
mè in caſu noſtro tenet Bar.in d.l.quod Seruius. ubi di-
cit non eſſe neceſſe, ꝙ mulier prius alteri nubat : ſed ſa-
tis eſt, ꝙ renuntiauerit ſpõſalibus, ad hoc, ut poſſit fieri
repetitio ; & hoc ſatis innuit finis illius.l.quod Seruius.
Sed refero nũc ad dubium,per quem debet fieri hæc re-
petitio,an per dictũ Franciſcum fratrem dictæ Lenæ, qui
pecuniam exſoluit, an per dictam Lenam, cuius intuitu
ſolutum fuit ? Et in hoc dico conſiderandum, ꝙ aut di-
ctus Franciſcus exſoluit de ſuo ; & tunc habet ipſe actio-
nem nomine proprio : quia licet frater, uel alius ꝗlibet,
ꝗ non habet mulierem in poteſtate,dãdo dotem uidetur
illam donare mulieri, niſi ſtipulatus fuerit illam dotem
ſibi reddi,ut in l.vna.§.accedit, & §.extraneum,C.de rei
uxo.ac.tñ hoc uerum ſecutis nuptiis : ſed in eis nõ ſecutis
habet ipſe ſoluens repetitionem, tanquam cã non ſubſe-
cuta,ut in l.ſi ego, & l.licet.§.quoties, ff.de iur.dot. & in
l.ſi extraneus, præal.ſ̃m vnam lect.quã expreſsè ibi pro-
bat Bar.aut dictus Franciſcus ſoluit de bonis mulieris; &
tunc ipſa domina Lena, ſi hoc approbauerit, ſaltem ta-
citè poterit repetere,arg.in l.qui ſe debere,ff.de condi.
cau.da. & l.pen.ff.de neg.geſt. ubi bonus tex. & uidetur
probare,ꝙ etiam ſi mulier ignorauit, tamen poterit nũc
habendo ratum factum fratris pecuniã repetere. Sed du-
bium eſt,nũquid Frãciſcus uidetur exſoluiſſe de ſuo,ani-
mo donãdi,an uero de bonis mulieris ? in quo dico, ꝙ in
dubio præſumendum eſt de bonis mulieris: ſecus autem,
ſi non adminiſtraſſet, ut no.gl. & Bar.in l.fi.C.de dot.ꝓ-
miſſi. facit quod legitur & notatur in l.Neſennius,ff.de
nego.geſt. & l.alimenta,C.eo.tit.ubi in ſimili per Bart.&
maximè hoc procedit habito reſpectu ad ſtatutum huius
ciuitatis Senenſis, quo cauetur, ut mulier dotata ꝑ fra-
trem non habeat regreſſum contra bona paterna, vnde ui
detur dictus Franciſcus uoluiſſe ſe exoluere ab hoc one-
re : non autem de ſuo tradere, arg.eorũ,quæ leg. & no.in
l.ij.C.de ali.pup.præſtan. & melius in l.ſi cum dotem.§.ſi
pater,ff.ſol.ma. Ex quibus omnibus cõcludo,ꝙ & ipſa do
mina poterit repetere approbando ſolonem factam per
fratrem,uel ipſe Franciſcus repetere, ea nõ approbante,
cum nõ cogatur in hoc habere ratum factum fratris, ad
hoc bene facit,quod leg.& no.in d.l.ꝗ ſe debere,iũcta gl.
in uer.nomen te,de cõd cau.data;& hæc de tertio.¶De-
ſcendo ad quartũ & ult. an.ſ.dictus Leonardus, & Franc.
& Ioannes in aliquo remaneant dicto Ioan.ex dicta pro-
miſſione obligati : & breuiter dico,ꝙ non : tum quia ipſe
contractus ſpõſaliorum inter ipſos ꝯhentes habebat con
ditionem tacitam, uidelicet ſi alter nõ peccaret ꝯ̃ legem
ſponſaliorum,ut d.c.quẽadmodum,de iureiu. & quæ ibi
dixi latius,ita,ꝙ altero peccante, alter ſit ab omni obli-
gatione abſolutus,& ibi fortius hoc idem dicendũ in his
ꝗ ꝓmiſerunt acceſſoriè de inducendo illam do. Lenam
per ꝯ̃ctum, cum ſtipulatio acceſſoria aſſumat ſibi naturã
illius,cui accedit, ut in l.ſi eum.§.quæ iniuriarum, & qđ
ibi no.ff.ſi qs cau.ſicut in ſimili dicit.l.ꝙ relicta ab inſti-
tuto,uidẽtur repetita à ſubſtituto.l.licet,ff.de leg.j. & l.
non iuſtam,C.ad Trebel.præterea non uidetur uenire ꝯ̃
ꝓmiſſionem etiam iuratã,qui ex iuſta cã deſerit, ut l.qui
iurato,ff.qui ſatiſd.cog. & 22.q.2.c.ne quis, & c.beatus.
¶Sed prædicta cã libidinis cum aliena muliere præſtat fa
cultatem reſiliendi ab obligatione cõtrahendi matrimo
nium,ut d.c.quẽadmodum,& c.apoſtolus.32.q.7.ergo nõ
uidentur prædicti ueniſſe ꝯ̃ obligationem, maximè qa,
ex quo dictus Ioã. ſua culpa dedit cauſam huic repudio,
uidentur tñ promiſſores adimpleuiſſe eorũ promiſſionẽ,
ex quo ꝑ dictum Io.defecit,quominus mřimonium effe-
ctum habuiſſet,arg.in l.iure ciuili,& l.Iulianus,ff.de cõ-
di.& demõ. & in reg.imputari ei nõ debet,de reg.iu.li.6.
Præterea alia conſideratione nõ obligantur prædicti ad
aliquam pœnam promiſſam: qa cum mřimonium debeat
eſſe liberum, nõ ualet obligatio pœnalis inter ipſos ſpon
ſos,aut eorum parentes, ut c.Gẽma,de ſpõſ.& l.Titia.ff.
de uerb.obl.Et idem in coniunctis perſonis, qñ ueriſimi-
liter non incurreret pœnam puella, uel maſculus induce
retur ad ꝯhendum:qa uř eadem rõ, quę eſt in parẽtibus,
arg.in l.hęres meus,in fi.ff.de cõd.ind.idem tenet Io.An.
in d.c.Gẽma,in fi.& Bar.in l.Titia,in prin.Et ꝗcqd ſit,ta-
men



men in caſu noſtro certiſſimnm eſt dictum Ioannem nil
poſſe petere,cum ipſe culpa ſua præbuerit cauſam huic
repudio,arg.c.fi.de iniur.& dam.dato. Et hæc ſufficiant.
Laus Deo.NICO. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

FACTI *contingentia talis eſt. Quidam Maſsitarius domuncu
lam quandam per publicum inſtrumentum à quodam compatre
ſuo.25 florenorũ pretio emit purc & abſolute,ac dictus uenditor
dedit emptori poteſtatem ingrediendi poſſeſsionem ad libitum.inte
rim conſtituit ſe præcario à dicto.emptore poſsidere,denique uen
ditione perfecta eadem die,& hora dictus uenditor dictam do-
mum ab eodem emptore duorum florenorum pretio conduxit lo-
cationis itulo,pacto adiecto,ut dictam domum conductor loca-
tionis tempore durante ſuis expenſis reficeret.moritur poſtea em
ptor,& in teſtamento inter cætera titulo legati diſpoſuit,quòd ſi
dictus uenditor per totum menſem tunc currentem daret ſuis hæ-
redibus florenos.25.quos pro pretio dictæ domus expoſuit, quòd
daritur ſibi dicta domus,& quòd nihil dare & ſoluere teneatur
pro temporibus retentis occaſione penſionis domus , intra quem
menſem dictulit uenditor conditionẽ adimplere, quinimò ipſe uel
ſui hæredes ſoluerũt octo florenos nomine pẽſionis hæredibus di-
cti emptoris.Nouiſsimè mouetur cõtrouerſia per hæredes dicti uẽ
ditoris contra hæredes emptoris,dicentes illum contractum fuiſ-
ſe pignoratitium,& in fraudem uſurarum ſub nomine emptionis
confectum;& in effectu opponunt quatuor ad huius fraudis &
ſimulationis probationes. Primò,quòd ſtatim poſt uenditionem
uenditor conduxit domum,& remanſit in poſſeſsione illius.Secun
dò,quòd fuit uendita pro modico pretio.Tertiò dicunt hoc præſu
mendum ex pacti illius adiectione,ut refectio domus pertineret
ad conductorem.Quartò,quia domus prædicta nunquam fuit al
librata in bonis emptoris iuxta ſtatuta & conſuetudines illius ci
uitatis:ſed remanſit in libra ipſius uenditoris,& pro illa ſemper
onera ſubijt.Poſtremò adducitur uolunta s dicti teſtatoris,qui ui
detur ſibi conſcientiam uoluiſſe de prædictis facere legando mo-
do prædicto.Quæritur omnibus diſcuſsis quid iuris, &c.*

## CONSILIVM XLIX.

1 *Modicitas pretij dat magnum argumentum ſimulationis contra-
ctus.*
2 *Refectio,licet de iure ciuili immineat locatori,tamen ex ſpeciali
pacto poteſt pertinere ad conductorem.*

OMnipotentis dei inuocato ſuffragio.Vide
tur primo ex prædictis ſimu
lationem ſatis probari.ex quo.n.uẽditor poſsi-
debat,præſumitur ſimulatio,ut in l.ſicut.§.ſuperuacuũ,&
qđ ibi no.ff.quib.mo.pig.uel hyp.ſol.ut dicit ibi Bar. qđ
non excludiť ſimulationis præſũptio,licet uenditor cõſti
tuat ſe emptoris noĩe poſſidere.Requiriť n.actualis & cor
1 poralis poſſeſsio ſ̃m eũ.Item † ſecundo modicitas pretij
præſtat magnumm argumentum ſimulationis , ut in c. ad
noſtram,de empt.& uẽd.facit quod no.glo.in c. conquæ-
ſtus,de uſuris.¶Tertiò facit adiectio illius pacti , ut refe-
ctio ꝑtineat ad ꝯductorẽ.hoc.n.eſt de natura locationis ,
ut refectio pertineat ad ipſum locatorem,ut l.ſi merces,
ff.loca.ideo talia pacta inducunt præſumptionem frau-
dis,ut in d.c.ad noſtram,& quod ibi no.¶Quartò facit p̃-
ſumptio illius oblationis,& diſpoſitionis teſtatoris.¶Sed
his non obſtantibus,puto quod ex prædictis duntaxat nõ
debeat iudicari p̃dictus cõtractus eſſe ſimulatus.Moueor
primò ex forma ipſius uenditionis,quæ in nulla ſui parte
apparet uitioſa,ſtãdũ.n eſt formæ ꝯ̃ctus,donec ꝯ̃riũ ꝓbe-
tur, ut in c.in ciuitate,de uſur.& c.cũ Ioãnes , de fide in-
ſtru.de præſcrip.c.ad audictiã,& l.cum præcibus, de pro
ba.¶Examinemus aũt an prædictæ cõiecturæ ſufficiant.
Primò.n.nõ obſtat,ꝙ uẽditor in eodẽ inſtrumẽto domũ
cõduxerit.hoc.n.nõ eſt à iure im ꝓbatũ , imò expreſſe ꝑ-
miſsũ,in l.quædã mulier,ff.de rei uẽd.ubi tex.& Bar.imò
uult ibi tex.ꝙ ꝑ huiuſmodi actũ locationis trãsferať poſ
ſeſſio in locatorẽs& ſic talis actus nõ ſolũ im ꝓbať,imò in
tñ approbať,ut trãsferať ꝑ cũ poſſeſſio in aliũ,nõ ergo in
ducit præſumptionis ſimulationẽ,qa qđ lege ꝑmittente
fit,uitio caret.l.Gracchus,C.de adul.& 23.q.4.c. qui pec
cat.¶Ad ſ̃m circa modicitatẽ p̃tij,reſpõde ꝙ illa allega-
tiò nõ eſt uera,ut mihi oretenus fuit expoſitũ . Hinc eſt ,
qđ dicta domus poſtmodũ fuit uendita ꝓ eodẽ p̃tio, & ſi
qua fuit re ipſa deceptio in pretio, fuit ualde modica, de
qua non eſt curãdũ.l.in cauſæ.§.in pretio,ff.de mino. & l.
ij.C.de reſcin.uendi.& c.cũ dilecti.& c. penul. de emp. &
1 uendi.¶† Non ob.tertiũ,qa licet de iure cõi refectio im-
mineat ipſi locatori,tñ ex ſpeciali pacto põt ꝑtinere ad
cõductorẽ.hoc.n.nõ eſt ꝯ̃ naturam ipſius ꝯ̃ctus , ſed præ-
ter,unde tale pactũ non eſt à iure improbatũ,imo appro-
batum.l.ꝗ inſulã.§.ſi ff.loc. ualent.n.pacta p̃ter naturam
ꝯ̃ctus appoſita,ut ĩ c.vno,de cõmo. & c.bona fides,de de-
po.& l.j.ff.e.ti.Hinc dicit regula iuris,ꝙ ꝯ̃ctus ex cõuen-
tione legẽ accipere dignoſcunť,ut in reg.ꝯ̃ctus,de reg.iu.
lib.6. Præterea onus iniũctum in ꝯ̃ctu, uř pars pretij, ut
l.fundi partẽ,ff.de ꝯ̃h.emp. potuit ergo illud onus con-
uerti,ut ſuccederet ꝓ parte penſionis,maximè cum in fa
cto ꝓponatur dictam domũ fuiſſe locatam ꝓ modica pẽ-
ſione. Ad quartum dico,ꝙ illa liberatio non releuat hæ
redes ipſius uenditoris: quia contingit hoc ex facto ipſius
dũtaxat.hoc.n.non uenit in pactũ,& hic actus fuit ſecutus
poſt uenditionem perfectam. Non obſt.quintum de teſtõ
emptoris : qa ex illo non põt colligi cõiectura ſimulatio-
nis ꝯ̃ctus, cum in nulla ſui parte dixerit ꝯ̃ctum fuiſſe pi-
gnoratitium : imo appellat & dicit ſe exportaſſe pretium
ꝓ illa re. unde potius colligit ꝯ̃rium, cum in fine uitæ nõ
præſumať immemor ſuæ ſalutis. 1.q.7.c.ſancimus.Nã ui-
demus, ꝙ debitori ſuo quandoq; quis legat liberationẽ,
ff.de libe.leg. ꝑ totum. ita iſte potuit legare illi uendi-
tori, qui erat cõpater ſuus penſiones pro tempore præ-
terito debitas. Item ut haberet facultatem recuperandi
illam domum, quã forte uendiderat propter neceſſitatẽ.
Si enim fuiſſet contractus uſurarius, non legaſſet ad tem
pus unius menſis,& ſaltem purè remiſiſſet penſiones , ꝙ
non facit, ſed conditionaliter, ſi.25.florenos ſoluiſſet in-
tra menſem,nec eſt nouum,ut legatum fiat aliquo onere
ſolutionis faciendæ annexo,ut l.Lucius,& l.iure ciuili,cũ
infinitis ſimilibus.ff.de condi.& demon.¶Ex quibus om-
nibus concludo,quòd præmiſſorum conſideratione non
poteſt dici dictum ꝯ̃ctum fuiſſe uſurarium. Non obſtãt ꝯ̃
ria ſuperius alleg.Nã.§.ſuperuacuum, loquitur , quando
non conſtabat uenditionem interceſſiſſe.ideò, ex quo is ꝗ
dicit ſe uendidiſſe,reperitur poſsidere , præſumitur non
uendidiſſe,ut ibi not.¶Item ille tex.loquitur, qñ agiť de
præiudicio tertij,ſed hic ſolum agitur de præiudicio con
trahentium.¶Præterea,ut ibi dicit Bar.qñ fuit ſoluta pẽ
ſio, ceſſat omnis præſumptio ſimulationis , maximè cum
hic fuerit ſoluta pro decem annis. Ad alia ſatis eſt ſupra.
reſponſum. Et hæc ſufficiant.

## CONSILIVM L.

1 *Acta facta in ſummario,non faciunt fidem in plenario.*
2 *Modus agendi ubi uariatur de ſummario ad plenarium, non pro
hibetur cumulatio,ſeu refricatio eiuſdem negotij.*
3 *Sententia lata ſuper toto,non impedit iudiciũ agendi ſuper parte.*

IN nomine Dñi amen. Circa q̃õnem uertentem inter dñam Luciam filiam olim ex vna parte, & Angelum ſeruum eiuſdẽ terræ ex alia parte nihil attingam ex meritis cauſæ principalis, ſuper qua ſñia iam lata fuit: qm̃ illa mihi commiſſa non extitit: ſed examinabo dũtaxat, an nouum iudicium poſſit intentari iuxta formam libelli per dictam do. Luciam producti, ſententia ꝯ eam lata, & appellatione ab ea interpoſita, non obſtantibus. Et tota uis qõnis dependet ab eo, nunquid primum & ſecundum iudicium ſic ſe habeant, ꝙ abſolutoria ſñia lata in primo, pariat exceptionem rei iud. in ſecundo. Nam ſi appellatio fuit admiſſa ꝑ iudicem, ad quem, ut allegatur per dictam do. Luciã, ſiue tacitè renuntiauerit appellationi adeundo iudicẽ, à quo, firma remanſit prima ſñia, de appel. c. perſonas, & c. cũ ſit Romana, cum ſi. Si aũt dicatur pẽdere dicta appellatio, adhuc eadem eſt qõ, quæ eſt uidenda, an pendente primo iudicio poſſit accumulari. Secundo eſt examinandum, an tale ſit primum iudiciũ, quod abſolutoria lata in eo pariat exceptionem rei iudicatæ in ſecundo. Nam talẽ effectum ꝓducente primo iudicio, non admittitur accumulatio ſecundi, obſtante exceptione, ut probatur in l. fundi, & l. fundum, ff. de excep. clarius in materia cumulationis plenè examinata ꝑ gl. Cy. & Bar. in l. edita, C. de edé. ꝑ Cano. in c. ij. de lib. obl. ¶Videamus igitur, an primum ſit tale, ꝙ ipſius ſñia abſolutoria pariat exceptionem rei iudicatæ in ſecunda nouiter intentata ꝑ dictam do. Luciam? Et uĩ primò ꝙ non: qm̃ id qđ examinatur ſummarie, non prohibet poſtmodum in iudicium deduci plena-
1 riè, ut in l. pe. ff. de his q̃ ſunt ſui uel alie. iu. † Hinc eſt, ꝙ acta facta in ſummario, non faciunt fidẽ in plenario, ut in c. ueniens, de teſt. Facit qđ no. Inn. in c. ij. de ord. cog. ꝓpe fi. ubi dicit, ꝙ ſi ꝯ agentem excepi de ſpoliatione mea, & ſuccubui; potero nihilominus illam ſpoliationẽ deducere ꝑ uiam accuſationis. ¶Secundo principal'r faciunt no. ꝑ Bar. in l. q Romæ. §. duo fratres, in uerſ. v. opp. de uerb. obl. ubi ad propoſitũ dicit, ꝙ ſi ſuper exceptione pronuntiatur in caſu, quo ſummaria fuit cognitio, nõ obſtat res iudicata, ſi illud idem principal'r poſtmodũ in iudicium deducit, arg. de re iud. l. à diuo Pio. §. ſi ſuꝑ rebus. Si uerò in cã cognoſcitur plenè; & tunc ſi ꝯ agentem pronuntiat, non põt accumulari aliud iudicium acceſſoriũ, & quodã modo dependens ex primo in d. §. duo fratres. Aut aliud iudicium eſt principalius, uel æque principale; & iterum poterit refricari, non obſtante exceptione rei iudicatæ, ut l. ſed ſi ante, de excep. Sed in caſu noſtro ſm̃ iudicium eſt principalius, uel æque principale, & primũ fuit principale, & ſecundum fuit ſummariũ; ergo põt reſeruare exceptionem rei iudicatæ, uel iudicãdo cã appellationis nõ obſtãte. Ad idẽ, qđ no. Ant. de Bu. in c. aduerſario de ex-
2 cep. ubi dicit, † qđ ubi uariat modus agẽdi de ſummario ad plenariũ, nõ prohibet cumulatio, ſeu refutatio eiuſdẽ negotij iuxta no. in l. j. C. de cõd. ind. & in l. ſi qs à liberis, ff. de lib. agn. ¶Sed his non obſtan. q̃ uere in caſu noſtro non obſtant, ut ĩ. clarè patebit, ꝯriam ſñiam arbitror ꝓualere, ſ. ꝙ illud nouum iudicium ꝑ dictam do. Luciam cumulari nõ poſſit exceptione obſtãte. ¶Primo moueor ꝑ indubitatam iuris regulã, ubicũq; ſaltem tria concurrunt in ſecundo iudicio, q̃ cõcurrebant in primo, ſemper obſtat exceptio rei iudicatæ. primũ ſi idem corpus, ſiue eadem quãtitas petit. ¶Scđo, ſi idem ius, ſiue eadẽ ſit cã petendi. ¶Tertium, ſi eadẽ ſit perſonarum condõ. hoc ꝓbatur. in l. cum quærit, cũ duabus legib. ſeq. ff. de exce. rei iud. no. in d. c. aduerſario. Sed in caſu noſtro hæc tria inſunt ſecundo iudicio: q̃a eadem quãtitas petitur nunc, q̃ in primo iudicio petebatur. eadem eſt cã petendi. Nam petebat reſtõnes dotis à dicto Angelo tanquam ab hærede fratris, & nunc idem dicit; & eſt eadem cã, & eadẽ eſt conditio perſonarũ. Ergo abſolutoria lata in primo, parit exceptionem rei iudicatæ in ſecũdo. ¶Præterea & ſecundo, ubicũq; idem prorſus eſt finis agendi, non põt deduci per uiã agendi in ſecundo iudicio, quod fuit deductum in primo, etiam per uiã excipiendi, ut eſt tex. not. in l. duobus, ff. de exce. rei iud. Sed in caſu noſtro idẽ prorſus eſt finis agendi in ſecundo, qui fuit in primo. Nã dicta do. Lucia in primo & ſecundo iudicio nil aliud intendebat, nec intendit, q̃ ꝙ dos ſibi reſtitueret à dicto Angelo tanquam hærede ſui quõdam mariti; ergo nõ debet admitti cumulatio, ſeu refutatio ſecũdi iudicij, & eo maximè in caſu noſtro, ubi primo fuit actum per uiã agendi, & nunc idem prorſus refutat. ¶Item & tertio ex contrario ſequeretur, qđ idem dñs poteſtas poſſit ferre directè contrariam ſñiam, reuocando primam per eũ latam ꝯ literam & mentem. l. j. C. ſen. reſcin. non poſſ. ¶Quarto,
3 † quod ſñia lata ſuper toto, impedit iudicium agendi ſuper parte; & e contra lata ſuper parte impedit refutare ſuper toto, ut l. ſi qs cum totum, in prin. & §. fi. ff. de exce. rei iu. fortius ergo in caſu noſtro debet obeſſe, ubi idem prorſus petitur, & eſt eadẽ cã. ¶Quinto & ult. faciunt eleganter tacta per Inn. in c. ſuborta, de cau. poſ. & proprie. ubi plus, ꝙ ſi ſuper deducto incidenter, ſeu per modum cauſæ partes aſſumunt diſputationẽ, & plenè proſequunt ſicut ipſum principale, ꝙ ſñia lata ſuper incidenti, parit exceptionem rei iudicatæ; ac ſi principaliter fuiſſet de illo actum; quod clarius quo ad propoſitũ ſequitur Ant. de But. in d. c. aduerſario. Sed in caſu noſtro nedũ partes aſſumpſerunt diſputationem plenam ſuper iuribus dictæ do. Luciæ: ſed etiam dicta do. Lucia deduxit ius ſuum totum per uiã eligendi. Nam licet hoc egerit gñal'r, nõ declarata perſona, tñ ex quo poſtea cõparuit dictus Angelus ad citationem gñalem, & oppoſuit ſe do. Luciæ, & cũ ea plenè cœpit in iudicio ſuper reſtõne dotium contendere, & ſñia ſolẽniter fuit lata ꝯ dictum Angelum ab impetitione ipſius, non debet dicta do. Lucia poſſe illud idẽ in effectu replicare contra dictum Angelum: uel pẽdente appellatione, præſuppoſita pendẽtia, accumulare, cũ abſolutoria lata in primo pariat exceptionem rei iudicatæ in ſecundo. eſt. n. iudicium ordinarium, qñ ad citationẽ gñaliter cõparet aliquis aſſumens in ſe regulare iudiciũ, iuxta no. per Inn. in c. j. de elec. & Bar. in l. ſi ff. de qõni. in prin. & in fi. Non obſtãt ſuperius all. ꝓ contraria parte. Et primo ad l. penul. rñdetur, ꝙ loquitur, qñ aliqd fuit deductum in iudicium non principal'r, ſed incidenter, & ſuper tali incidenti fuit cognitũ ſummariè reſpectu probationum, ut ſi petantur alimẽta à filio. incidenter. n. & ſummariè cognoſcit de filiatione. tunc non obſtante ſñia lata ſuꝑ alimẽtis, põt principal'r agitari ſuper filiatione, ex quo de ea nõ fuit plenarie cognitũ: ſecus, ſi plenè fuiſſet cognitum, ut ibi no. gl. & Bar. & patet ex no. in l. j. C. de ord. iud. Sed in caſu noſtro primum iudicium non fuit incidens, imo principale: nec ſummariè fuit cognitũ, imo plenè; adeò, ꝙ fuit recurſum ad conſilium ſapientis, & ꝑ conſilium ſapientis ſolẽniter pronuntiatũ. Non obſt. c. ueniens: q̃a, ut ibi dicit tex. ad aliud agebat primo, q̃ ſcđo. ¶Item in principio iudiciũ fuit ſummariũ reſpectu probõnum: quia ſolũ habuit ꝓbare, qđ ſua intereſſet agere. ¶Sed in caſu noſtro ad idem agit primo & ſcđo, & utrũq; eſt plenariũ reſpectu probõnum, licet primũ eſſet ſummariũ reſpectu modi ꝓcedendi ꝑ ꝑ guarentigiã; ſed de hoc nihil ad nos: q̃a per hoc priuilegiũ non debet licere idẽ replicare in alio iudicio contra omnes regulas iuris. Nõ obſt. dictũ Inn. in c. ij. quia loquitur, qñ ſpoliatio ad aliũ effectum deducitur in ſecundo iudicio, quàm in primo. Nam in primo fuit deducta ad repellendum, in ſecundo ad conſequendum; & ſic deficit alterũ triũ de quibus ſ̃. dixi, ſcilicet ꝙ non ſubeſt eadem cauſa petẽdi, ſeu idẽ finis. Non ob. no. per Bar. & do. Anto. quia procedunt, qñ fuit prius pronuntiatum ſuper exceptione, ſeu ſuper incidenti propoſito, ut patet ex iuribus, q̃ ibi allegãtur: & ſic nõ erat finis agendi. Sed in caſu nr̃o fuit pronũtiatũ ſuꝑ directa petitione ipſius dñæ Luciæ, quæ in effectu idẽ cõtinebat, quod ſecũda petitio. Nã nil aliud uoluit tã in primo, quã ĩ ſcđo, niſi ut ſibi reſtituatur dos ab hærede mariti, & fuit cõtra eã ex defectu probationum pronũtiatũ, ut patet ex ſñia ad quã ſe refert. ¶ Itẽ ipſemet Bar. uult ĩ d. l. j. C. de ord. iud. ꝙ etiam ſi fuit pronuntiatum ſuper exceptione, non poteſt illud deduci per uiam agendi, ſi idem prorſus eſt finis excipiẽdi. Quare ex omnibus prædictis concludo, iſtud ſecundũ iudicium non poſſe intẽtari, ſiue appellatio nõ ſit admiſſa, uel deſerta, ſeu pẽdeat.



CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CASVS *cõtingentia in effectu talis eſt. Quidam magiſter. M. nonnullas pecuniarum quantitates cuidam Eſau campſori cõſignauit ad partem honeſti lucri, & uariis uicibus pecunias alias illi campſori modo prædicto aſſignari fecit, & nonnunquam aliquas pecunias inde recepit. & de dictis receptis, dictus campſor ultra librum, quem tenebat in bancho, ſcripſit & fecit quendam codicem, ſeu librum paruum, qui iugiter ſtabat penes dictum magiſtrum. M. in quo quidem libello etiam continetur rationem fuiſſe uariis uicibus de certis temporibus inter eos habitã, & capitale liquidatum, & qualiter confitebatur dictus campſor dictum magiſtrum. M. debere habere certas quantitates pecuniæ ratione lucri prouenientis uſq; ad illud tempus rationis habitæ; & hoc uariis uicibus contigit. Veruntamen per quatuor annos ante mortem dicti magiſtri. M. non apparet aliquam rationem inter eos fuiſſe factam. deniq; dictus magiſter. M. parum ante mortem ſuum condidit teſtamentum, in quo inter cætera ſic diſpoſuit, uidelicet, item conſiderans ipſe teſtator, quòd ipſe habuerit, & habet facere certas rationes, & computos cum Eſau, &c. & confidens in totum de ipſo Eſau uoluit, dixit, & mandauit, quòd de dictis contractibus, & computis rationum ſtetur, & credatur, & ſtari, & credi debeat libro, ſeu libris propriis ipſius Eſau &c. Demum mortuo teſtatore dictus Eſau in reditione rationis exhibet libros ſuos, quos habebat in ſtatione, ſeu domo ſua. in quibus licet contineatur totum capitale dicti magiſtri. M. & plures aliæ partitæ datorum, & ſolutorum adinuicem; tamen de partitis, ſeu lucris capitalibus non contin\~etur, niſi duo uel tres, cum tamen in libello, quem ipſemet ſcripſerat, & ſeruabatur penes dictũ magiſtrũ. M. continentur longe plures. Nunc uertitur in dubio, an debeat ſtari, & credi dictis libris, quos dictus Eſau producit ad præſens, in quibus non ſunt ſcriptæ omnes dictæ partitæ dictarum prouiſionum, & lucrorum. An uerò debeat ſtari & credi dicto libello ſcripto manu ipſius Eſau, quem dictus teſtator tenuit penes ſe. In quo quidem libello, ſeu ſcriptura priuata apparent, ut ſupra dixi, & calculatæ & factæ rationes uſq; ad annum domini. M. ccccij & M. cccciiij. ita, ut uſq; ad dicta tempora debeat ſtari dicto libello ſeu ſcripturæ priuatæ, & poſt dictos annos uſq; ad mortem teſtatoris, quo tempore non apparet rationem fuiſſe calculatam, debeat ſtari libris, quos dictus Eſau de nouo producit, & oſtendit. Quæritur, quid iuris.*

CONSILIVM LI.

1 Partes *poſſunt remittere iuramentum teſtibus.*
2 Librorum *appellatione non ueniunt paruæ ſcripturæ priuatæ, uel libelli, quos faciunt mercatores pro ſecuritate creditoris.*
3 Tantum *dictio eſt taxatiua, & implicat in ſe negatiuam reſpectu aliarum probationum.*
4 Teſtes *ſi addunt ad inſtrumentum, non per hoc dicitur inſtrumentum reprobari.*

CHriſti, eiuſq; matris præſidio humiliter inuocato, Videtur primò ſtandũ libris circa totalẽ rõnẽ, quos dictus Eſau producet, & non illi libello, quẽ penes ſe retinebat dictus teſtator. quãquã. n. ſtandum ſit ſcripturæ priuatæ in præiudiciũ ſcribentis, ex quo conſtat manu illius fuiſſe cõfectũ. l. rationes, & l. exẽplo, & qđ in eis no. C. de ꝓba. & l. ſcripturas, C. q. po. in pig. hab. ꝑ Bar. ĩ l. nuda, ff. de dona. arg. l. quædã. §. nũmularios, ff. de edẽ. & l. admonẽdi, ff. de iureiu. & ĩ authẽ. & ſi ꝯtractus, C. de fid. ĩſt. ꝑ gl. & do. ĩ c. ij. de fid. ĩſtr. tamen, ex quo teſtator uoluit credi libris propriis ipſius Eſau, ſtandum eſt diſpoſitioni teſtatoris. nã potuiſſet teſtator diſponere, ut ſtaretur ſimplici uerbo ipſius Eſau ut l. Theopõpus. & ibi not. ff. de do. præle. quia in re ſua, quilibet eſt legitimus moderator, & arbiter. l. in re man-
1 da. & in c. de his, de ſepul. † Hinc eſt, ꝙ partes poſſunt teſtibus iuramentum remittere, ut in c. tuis, de teſt. facit qđ in ſimili no. Bar. in l. ſi. ff. de accep. Vltima enim uoluntas pro lege ſeruanda eſt. 13. q. 2. c. ultima uoluntas, in aut. de nup. §. diſponat. ¶Secundo multipliciter probatur per uerba dicti teſtatoris. primo enim dixit, confidens in totum &c. Et ſic non ſolum in parte, ſed etiam in totũ ſtandum libris ſuis; quod non ſeruaretur, ſi pro parte ſtaret libello, ſeu ſcripturæ priuatæ. ſecundo dixit, quod ſtaretur libris propriis dicti Eſau. unde pondero uerbũ, libris,
2 & uerbũ, propriis. † appellatione enim librorum, ſaltẽ ex cõi uſu loquendi, non ueniunt iſtæ paruæ ſcripturę priuatæ, uel libelli, quos faciunt plerũq; mercatores pro ſecuritate creditoris, & ipſi quos habẽt mercatores in bancho; ad hoc quod leg. & no. in l. librorũ, in prin. & in § qđ tamen Caſſius, ff. de leg. iij. & l. Labeo, ff. de ſup. leg. Præterea illi dicũtur proprij libri, quorũ quis proprietatem habet, & de eis ad libitũ diſponit. l. Quintus, ff. de au. & argẽ. lega. & l. j. ff. de pecu. facit quod not. in c. ij. & c. cũ ad monaſteriũ, de ſtatu mona. Sed dicta ſcriptura priuata, ſeu libellus conſiſtens apud dictum teſtatorem, non erat huiuſmodi, cũ ipſius magiſtri eſſet. Ergo de hoc libello nõ intellexit teſtator; & ſic ſtandum uidetur libris dũtaxat ipſius Eſau. Tertio multum ſtringere uidentur uerba illa ex quo. n. dixit, ꝙ ſtandũ ſit libris Eſau tm̃, uĩ exclu-
3 ſiſſe alias ſpecies probãdi in contrariũ. † Nã dictio, tm̃, eſt taxatiua, & implicat in ſe negatiuã reſpectu aliarũ probationũ, ut in c. cum eccleſia Sutrina, de cau. poſſeſſio. & proprie. & ibi per Io. An. poſt Goffre. in uer. tãtũ. ¶Quarto principaliter facit theorica Iac. de Are. in l. j. C. ſi aduer. lib. ubi dicit, ꝙ ſi ex ſtatuto ſtandum eſt uerbo alicuius denunciantis, nunquã ab illius dicto eſt recedẽdũ per alias probationes: ſed uerbũ teſtatoris habet uim legis ĩ depẽdentibus a uoluntate ſua, ut. ſ̃. dixi. Ergo, ex quo teſtator uoluit fore ſtandũ libris propriis dicti Eſau, non eſt ab illis recedendũ per dictã ſcripturã, maximè priuatã, quæ offertur ab hæredibus. ¶Sed his non obſtantibus, q̃ ſi recte põderẽtur, non obſtant, contrariã ſententiã de iure arbitror ueriorẽ. Et primo moueor ex uerbis præfatæ diſpoſitionis, dũ dixit teſtator, ꝙ cũ ipſe habeat facere certas rõnes & cõputos cũ eſau, & cõfidens, &c. Ex quibus uerbis clarè colligitur, ꝙ fidẽ dicti Eſau, & librorũ ſuorũ elegit reſpectu rõnum & computorum non factorũ, in quibus proprie cadit cõfidentia, & fides, non aũt reſpectu

corum, quæ ſunt iam liberatæ & finitæ, de quibus clare
cōſtabat per propriā ſcripturā ipſius Eſau. Vnde ēt tranſ-
actio in illis impeditur; ad quod optimè facit. l. elegan-
ter. §. ſi quis poſt tranſactionē, ff. de cond. ind. l. poſt rem
iudicatā, de tranſac. & c. expoſita, de arbi. cū ibi nota. Iu-
dicamus. n. diſpoſitionem, & ipſius effectū ad limites per-
fectionis; adeo, ꝙ etiam uerba reſtringūtur, ut cōueniāt
perfectioni, ut l. cū pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. ij. & l. fi.
ff. de hæred. inſt. Stetur ergo libris dicti Eſau reſpectu il
lius tēporis, in quo nulla apparet ratio geſta, & librata.
¶ Secundò & principaliter induco hanc rationem, teſta-
tor uoluit, ut credat̄ libris dicti Eſau. Sed in caſu noſtro
nō minus creditur libris ipſius, ſi deeſt in eis, ſuppleat̄
per aliam ſcripturam, maximè propriū illius Eſau. Nō. n.
de hoc directè uenitur cōtra fidē dictorū librorum: licet
quandoq; aliqua ꝑ obliuionē dimittātur. 23. diſt. c. præ-
terea; & pro hoc eſt gl. no. in c. cum Ioannes, de fid. inſtr.
in uer. quodlibet inſtrumentum, in c fi. quæ dicit, † ꝙ ſi
teſtes addunt ad inſtrumentum, non per hoc dicitur in-
ſtrumentū reprobari. hinc uidemus, quod non minus de
geſtis Chriſti creditur euāgeliſtis, licet unus ſuppleatur
per alium, ut legi. & no. in c. periculoſe, de uer. ſig. ¶ Ter-
tiò pōdero illa uerba teſtatoris, confidens de ipſo Eſau,
& c. per quæ uerba ſatis apparet, ꝙ teſtator noluit ꝑ illa
uerba legatū ſibi facere: ſed dūtaxat eligere fidē, & fide-
litatē ipſius. Sed per hoc & ſimilia uerba quantūcūq; ge-
neralia nūquā uidetur dolus remiſſus, ut l. creditor. §. Lu
cius, ff. māda. & l. Lucius, de his quæ in frau. credi. Sed in
caſu noſtro uidetur dictus Eſau eſſe in dolo, ſi nō uult ſta
re ſcripturæ propriæ ipſius, cū nemo debeat præſumi ita
ſupinus, ſimplex, & ſtultus, ut ſcribat rationem geſtā, uel
pecuniā pro lucro aſſignatam, quæ non fuerit geſta, uel
aſſignata, ut notanter in ſimili dicit tex. nimis iniquū eſt,
ꝙ quiſque ignoret, ꝙ dilucida uoce proteſtatus eſt &c.
ut in c. per tuas, de proba. & l. generaliter, C. de nō nume.
pe. maiorem autē fidem facit ſcriptura, quàm confeſſio:
quia facilius quis errat in cōfitendo ex abrupto, quàm in
ſcribēdo, ut no. Inn. in c. cū olim, de cēſi. & c. cū uenerabi-
lis, de excep. ¶ Quartò pōdero illa uerba, libris ſuis pro-
priis. per quæ quidē uerba teſtator uidetur magis elegiſ
ſe fidē ſcripturæ ipſius Eſau, quàm uolumina librorū. ſed
liber paruus conſiſtens penes ipſum teſtatorē poteſt dici
Eſau ratione ſcripturæ, ſuæ, cum inſtrumenta ſæpe dican
tur uera non rōne materiæ, ſed contentorum in eis, ut
no. in c. j. de proba. & c. j. de fide inſtru. ergo &c. ¶ Quintò
adduco no. in c. cōtinebat̄, de deſpō. impu. iūcto. c. ꝑ tuas,
de proba. licet. n. iure diſponatur, ut uiro aſſerēti ſuā vxo
rē, contrario nō obſtante, credatur, ut d. c. continebatur,
& c. ſi quis uxorē. 32. q. 2. tamen auditur uxor uolēs pro-
bare contrariū per aſpectū corporis, ut d. c. per tuas. ita ī
propoſito, licet teſtator dixerit ut credatur libris Eſau:
quia confidebat de eo; tamen non ſequitur, quin poſſit
probari contrariū, maximè per propriā ſcripturā ipſius
Eſau, quod præſertim in caſu noſtro eſt tenendū, ubi ſcri
ptura illa non reprobat librū Eſau: ſed potius ſuppletur,
vt. ſ. dixi huic ſententiæ uidetur concordare de ſepul. Ia.
But. & Bal. in d. l. j. C. ſi aduer. rem iudi. ubi circa illud di-
ctū Ia. de Bu. præall. dicunt, quòd licet ſtatutū dicat cre-
dendū eſſe uerbis denuntiatoris: tū ſi per alias probatio-
nes appareat denuntiationē eſſe falſam, non debet iudex
illi credere, arg. l. diuus, ff. de fal. ¶ Sextò adduco theori-
cam Bar. in extrauag. ad repri. ſuper uer. legibus, ubi no-
tanter dicit, ꝙ ſi poſt legē generalem emanauit ſpecialis,
exēplum in l. ſciendum, ff. qui ſatiſda. cog. iuncta aut. offe-
ratur, C. de lit. cont. ſpecialis nō tollit generalē, niſi qua-
tenus in ea exprimitur, niſi in lege noua dicatur, nō obſtā
te quacūq; lege, quæ in totū, uel in partē huic obuiaret,
arg. l. nā & poſteriores, de legi. & l. præcipimus, in fi. C. de
appel. Ita uidetur in propoſito dicendum. quāquam. n.
dixerit teſtator, ſtandum libris dicti Eſau: non tamen per
hoc uoluit excludere fidem ſcripturæ ipſius Eſau, maxi-
mæ, cum per illum ſuppleatur ad libros Eſau, & poſſunt
ad concordiā adduci, ut ſuper diffinitis, & calculis factis
ſtetur libris: ſed ſuper aliis iam libratis alia poſſit pro-
batio adduci. & pro hac interpretatione facit theorica
Bar. in l. nō dubiū, C. de legi. & l. omnes populi, ff. de iuſt.
& iu. ubi no. dicit, ꝙ cauſa ſufficiens, & iuſta reſtringendi
diſpoſitionem eſt, quando uerbis ſic intellectis, alter ſi-
ne cauſa legitima caperet lucrum, & alius ſentiret dam-
num, ut l. gradatim, ff. de muno. & hono. & l ij. C. de no-
xa. facit optimè. c. cum dilectus, & quod ibi no. de con-
ſue. & c. abbate, de uer. ſign. ¶ Ex quibus omnibus conclu
do ſtandum fore dicto libro paruo, ſeu ſcripturæ priua-
tæ ipſius Eſau ſuper illis partitis, & lucris aſſignatis dicto
magiſtro. M. de quibus nihil dicitur ī libris dicti Eſau ſu-
per illis, & generaliter in omnibus, quæ ſupplentur ad li-
bros dicti Eſau non obſtant contraria ſuperius alleg. Ad
primum enim ſatis patet eſſe reſponſum, cum ut. ſ. dixi,
non minus ſeruatur uoluntas teſtatoris, ſi fiat ſuppletio
per aliam ſcripturam ipſius Eſau. ¶ Ad ſecundum dico, ꝙ
ſatis ſtatur illius libris in totum, quatenus iñ eis continē
tur. ¶ Item non tollit probationem per contraria, ut. ſ.
dixi. ¶ Non obſtat uerbum, propriis, & uerbum, libris. ſa-
tis enim patet reſponſum per prædicta. ¶ Ad tertiū prin-
cipale, quod uidetur magis ſtringere de illa dictione, tan
tum; dico, quòd illa dictio operatur hoc, ut ibi alias non
crederetur libris illius Eſau, quatenus concernerent fa-
uorem ipſius: ſed opus eſſet alio adminiculo, ut l. exem-
plo, & l. rationes, C. de proba. & per gl. & Bar. in d. §. nu-
mularios, & in aut. & ſi cōtractus. propter hęc uerba fides
adhibetur etiam in fauorem ipſius. Voluit ergo teſtator
per illa uerba, quòd illis libris tm̄ crederet̄, ꝙ alia pro-
batio ab eo non ſit exigenda. Et pro hac interpretatione
facit ſecurè ęquitas, ne capiat lucrum ſine cauſa, & ne ad-
mittatur uolens uenire contra propriā ſcripturā, quod
omnia iura abhorrent. C. de nō nume. pecu. authē. cōtra
qui, & de fide inſtr. l. ſi cautio, & l. cum de indebito, ff. de
proba. & faciūt alia, quæ ſuperius inducta ſunt ſatis enim
eſt, ꝙ illa uerba operentur aliquid etiam contra ius. un-
de non debēt ita latiſſimè interpretari, ut multa iura læ-
dantur, arg. opti. in l. ſi quando, C. de inoffi. teſt. & l. ij. C.
de noxa. & d. c. cum dilectus, uel ſaltem intelligantur, ꝙ
uelint excludere ſcripturam priuatam, non autem ſcri-
pturam ipſius Eſau, per quam ſuppleatur ipſius libris:
uel poſſunt intelligi, quando non offertur probatio in
oppoſitum per ſupradicta. ¶ Ad ultimum ſatis eſt ſupra
reſponſum in quinta ratione ad partem affirmatiuam. Et
hæc ſufficiant. NIC. ABB.

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVIDAM *in ægritudine detentus teſtamentum condidit; & filiis inſtitutis hæredibus, inter cætera ſic diſpoſuit. Itē uoluit & mandauit, quòd dicti hæredes, & eorū tutores teneātur et debeant diſtribuere, & erogare amore* Dei, *& pro anima ipſius teſtatoris illud, quod eis declarabitur per do.* Marianam *eius uxorem, cuius conſcientiā onerauit, cum eidem aliqua ſecreta animi ſui narrauerit, &c. Deniq; mortuo teſtatore, dicta do.* Mariana *eius uxor, petendo conſilium in foro animæ à duobus uiris probatiſſimis, dixit dictum teſtatorē ſibi impoſuiſſe, ut quādam filiam ſuam illegitimā, quæ iacebat apud hoſpitale* S. Mariæ *educi faceret, à dicto hoſpitali, & in domo ipſius teſtatoris nutriri, ac cū dote* 100. *florenorum maritari, adiiciens dicta do.* Mariana, *quòd nil aliud fuit ſibi à dicto teſtatore iniūctum. hoc idem in ſubſtantia dixit alia uice in præſentia duarum dominarum, quarū vna eſt uxor, & alia eſt ſoror vnius ex tutoribus dictorum filiorum, & fratris carnalis dicti teſtatoris. Poſtmodum elapſis ferè tribus annis à morte dicti teſtatoris, dicta do.* Mariana *turbata, & irata ex certis cauſis cū dicto tutore, iuit ſponte ad vicarium domini* Epiſcopi Senē. *& aſſeruit iuramento ſibi prius delato, dictū teſtatorem uoluiſſe, quod* 70. *floreni, quos olim pater dicti teſtatoris à quibuſdam indebitè extorſerat, reſtituerentur per ſuos hæredes illis perſonis, de quibus conſtat in libris patris teſtatoris. Itē dictus teſtator, dum uiuebat, uouerat uiſitare eccleſiā* S. Antonij de Viēna, *& non potuit adimplere; uoluit, qđ mitteretur vnus propriis ſumptibus hæredum dicti teſtatoris. Et hanc dicit uoluntatem dicti teſtatoris fuiſſe eidē do.* Marianæ *declaratam. demū calore inuidiæ quieſcente, acceſſerunt quidam ad do.* Marianam, *dicētes ſe mirari de his, quæ dixerat. quòd ſi poſſet illa reuocaret. Nunc quæritur, an ex illa confeſſione ſic facta in præſentia domini vicarij poſſent hæredes cōpelli ad exequendum ea ſic declarata, non obſtante confeſſione contraria prius, & poſtea facta.*



## CONSILIVM LII.

1 *Teſtis ſi primo dixit vnum extra iudicium, & contrarium dicit in iudicio etiam cum iuramento, non creditur ſecundo dicto, ſed debet puniri de falſo.*

2 *Vxor, & ſoror tutoris an in cauſa teſtamenti teſtes eſſe poſſint?*

IEſu Chriſti, eiuſq; piiſſime matris præſi
dio humiliter inuocato. Vi-
detur primo ſtādum declarationi factæ in præ-
ſentia dñi vicarij, de quo uī caſus apertus, & no. ī l. Theo-
pōpus, ff. de dote præle. ubi patet ſtandū eſſe dicto vnius,
quem teſtator elegit in fidem, & in hoc approbauit, & ma
ximè quia iſta iurauit ſm̄ theoricam Bar. in d. l. Theopō.
¶ Item primum & ult. dictum fuit ſine iuro: declaratio ue
rò facta in præſentia dñi vicarij fuit iuro præſtito. Sed di
ctum iuratum debet præferri dicto non iurato, ut in c. j.
de conſan & affi. facit. l. iuſiurandum, C. de teſti. canoni-
zata. 4. q. 2. c. iuriſiurādi. Tertio cum iſta hoc caſu habeat̄
loco teſtis, cum deponat de uoluntate teſtantis, nō ualuit
dictum ſuum ſine iuro iuxta ſñiam Bar. in d. l. Theopom.
¶ Sed his non obſtan. contrariam ſñiam arbitror ꝑualere.
¶ Primo moueor per notabilem theoricam Bar. in l. eos,
1 ff. de fal. ubi dicit, † quod ſi teſtis primo dixit vnum extra
iudicium, ſi contrarium dicit poſtea in iudicio, etiam cū
iuramento, non creditur ſecundo dicto; quinimo poteſt
puniri de falſo. ideo dat ipſe conſilium timenti uacilla-
tionem teſtium, ut prius extra iudicium faciat eos inter-
rogari, qui ſi poſtmodum dixerint cōtrarium in iudicio,
fides eis non adhibetur; & hanc ſentētiam Bart. ſequitur
Anto. de But. in c. cum in tua diœceſi, de teſti. in ult. col.
ſequendo illud dictum, caſus iſte eſſet deciſus. & licet il-
lud dictum poſſit morderi aliquatenus, tm̄ propter mul-
ta alia hic concurrentia, puto indiſtinctè dictæ dñæ Ma-
rianæ non credēdum. Primò, quia dum peteret cōſilium
in ſecreto, ubi ceſſabat omnis timor, & placentia partis,
aſſerit contrarium, dicens fuiſſe dūtaxat ſibi iniunctum,
ut illa puella eriperetur ab hoſpitali; & ſic factum exti-
tit. Non enim eſt præſumendū, quem dicere falſum, ubi
petit conſilium animæ: quia non præſumitur immemor
propriæ ſalutis 1. q. 7. c. ſancimus, & cap. literas, de præ-
ſump. & c. ſignificauit, de homici. Et in talibus ſtatur di-
cto ſacerdotis ſaltem ad confundendum cōtrariam con-
feſſionem; ad quod no. glo. & doct. in d. c. teſtimonium,
de teſti. maximè quia ſm̄ dictum emanauit ex iracūdia;
& ſic non deberet præiudicare, ut eſt tex. cum glo. not. in
c. literis, de diuor. & primo tempore, quo uidebatur ze-
lo Dei accenſa, ut d. c. literas, de præſump. ubi tex. ualde
not. innuit, ꝙ per dictas qualitates magis ſit ſtandum pri
mo dicto non iurato: uel ſaltem per primum dictū tol-
litur præſumptio ſecundi dicti, ut ei ſimpliciter ſtetur.
Non obſt. ſi dicatur, ꝙ illi qui deponunt de conſilio ani-
mæ, ſunt ſingulares; quia non fuerunt ſimul præſentes.
dico enim, ꝙ propter ſubiectam materiā debet ei credi,
cum conſilium non ponitur in publico iuxta not. in c. te-
ſtimonium. ¶ Item illud idem aſſeruit in præſentia Dei
& duarum mulierū, quæ optime teſtificari poſſunt in cā
ciuili, ut legi. & no. ī c. forus, de uer. ſig. & 15. q. 3. c. ex. co.
2 ¶ † Nec obſt. ꝙ vna ſit uxor, & alia ſoror tutoris; quia cā
non eſt tutoris, cum cōmodum uel incōmodum ad eum
non ſpectet 2. q. 6. c. biduum, uerſi. palam. Item ſoror, &
uxor poſſunt eſſe teſtes in ciuili, etiā ſi eſſet propria, licet
forte ei minus credatur, q̄ aliis, iuxta no. ꝑ glo. & no. per
Inno. in c. in literis, de teſt. & per Spec. eo. tit. §. j. per glo.
4. q. 5. c. j. facit tex. cum gl. in d. c. literas. ubi patet, ꝙ fra-
ter poteſt eſſe teſtis pro fratre. Sed in caſu noſtro nō eſt
dubium, cum cā non pertineat ad maritum, ſed ad filios
dicti teſtatoris, & ipſius do. Marianæ. ¶ Præterea hic eſt
alia coniectura multū probabilis, in eo, quod poſt depo-
ſitionem factam coram dño vicario dixit oppoſitum ex-
tra iudiciū concordando dicto priori, ex quo debilitatur
dictum coram dño vicario, ut ſibi ſoli non ſit credendū:
quod apertè uoluit Ant. de Bu. in d. c. cum tua, in ult. col.
ubi dicit, ꝙ ſi teſtis dicit poſteà ꝯrium extra iudiciū eius,
quod dixit in iudicio, & ſñia adhuc non eſt lata, quod nō
ſit ſtandum dicto illius. hoc idem notanter uī ſentire In-
no. in c. prętera, de teſti. cog. Et in caſu noſtro hic plura
concurrunt: qa nō ſolum poſt, ſed prius uariis uicibus di-
xit oppoſitum, & turbata acceſſit ad dictum vicarium.
¶ Item ꝙ fœmina, cuius teſtimoniū uarium & mutabile
eſt, ut in c. forus, de uer. ſig. ¶ Item hoc idem uī præſumē
dum ex qualitate dictorum. ad qđ enim in ſecreto dixiſ-
ſet, ut mitteretur vnus ad uiſitādū eccleſiam S. Antonij?
¶ Item cum ipſe non fuiſſet ſolus hæres patris, ad qđ ag-
grauaſſet ſe in ſolidum ad reſtituendū male ablata pater-
na, cū non teneret̄ niſi pro ſua portione hæreditaria. l. ij.
C. de acqui. hær. Sed primum dictum habet uериſimilitu-
nem, cū uerecundum eſſet dicto teſtatori, q erat nobilis,
dimiſiſſe filiam, licet illegitimā, iacere incognitam apud
hoſpitale; merito hoc dixit ſecretæ uxori ſuæ, de qua uo
luit confidere; & in dubietate dictorum amplectēdum eſt
dictum magis uero ſimile, ut 4. q. 3. c. ſi teſtes oēs. no. Inn.
in c. auditis, de præſcr. facit tex. in c. licet, de ꝓba. & hæc
ſufficiant. Concludo ergo ſtādum priori dicto, quod ha
buit executionem, & nō aſſerto coram dño vicario, ma-
ximè cum illuſio, & uariatio reprobatur à iure, in cle.
cum illuſio, de regu. iur. non obſtant contraria. procce-
dunt enim, qñ alia non cōcurrunt in oppoſitum, ut patet
ex prædictis. Laus Deo. NIC. ABB.

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVIDAM *Andreas Petri, & Ioanna eius vxor ciuitatis Maſſanæ obtulerunt, dederunt, & dedicauerunt ſe ipſos, & omnia bona eorum, & cuiuſlibet eorum mobilia, & ſe mouentia, iura, actiones, & nomina eis, & cuilibet eorum qualitercunque pertinentia, omnipotenti Deo, & ordini, & conuentui fratrum*

*Hæremitarum*

*Heremitarum ſancti Auguſtini de Maſſa in manibus prioris conuentus eiuſdem loci, recipientis nomine totius conuentus, & prædictorum fratrum, dicti Andreas & Ioanna detinent quædam ex bonis prædictis, uel fortè omnia recipientes exinde debitum naturæ ſubſidium. Quæritur nunc de prædictis bonis, an debeant ſoluere collectas, & alia onera, quemadmodum ſoluunt cæteri laici eiuſdem ciuitatis? Et nunquid perſonæ eorum poſſunt grauari ad munera, ſeu onera ciuitatis, ſicut alij ciues, & incolæ illius ciuitatis, &c.*

## CONSILIVM LIII.

1 *Bona eccleſiarum non tenentur ad onera, & factiones laicorum tam de iure canonico, quàm ciuili.*

2 *Oblati religionum, qui ſe & ſua dedicauerunt, gaudent etiam in bonis, quæ tenent nomine monaſterij, omnibus priuilegijs illius religionis.*

3 *Serui eccleſiarum non tenentur ad onera laicorum.*

CHriſti, eiuſque matris præſidio humiliter inuocato, Succinctè & concluſiuè procedam, quia prædicta non uidétur mihi habere magnam dubitationem. Et primo circa bona, quòd ſint omnino exempta ab oneribus, & factio-
1 nibus laicorum. † Certum eſt enim, quod bona eccleſiarum ad hæc onera non tenentur tam de iure canonico, quàm ciuili, ut probatur in c. non minus, & c. aduerſus, de immu. eccle. & in l. placet, C. de ſacroſan. eccle. canonizata. xvj q. j. c. placet. Sed prædicta bona dictorum Petri & Ioannæ fuerunt purè donata & oblata eccleſiæ ſancti Auguſtini; ergo immediate etiam ſine traditione tranſiuit eorum dominium in eccleſiam prædictam ex duplici capite. Primò ex priuilegio. l. fi. C. de ſacroſan. eccle. Secundò ex perſona iſtorum, qui obtulerunt ſeipſos. Nam per oblationem purè factam tranſiuerunt in poteſtatem eccleſiæ, ita ut quaſi ſint eccleſiæ, ut no. dicit glo. in c. ut lex continentiæ. xxvij. q. ij. ergo per quandam conſequentiam & dominium, & poſſeſsio illorum bonorum tranſiuerunt in eccleſiam per l. ſi adoptauero, ff. de priuile. & l. ſi arrogator, ff. de adop. tenet Io. And. in c. in præſentia, de proba. & no. xix. quæſtio. iij. c. ſi qua mulier, & expreſſè tenet Barto. in terminis noſtris in aut. ingreſsi, de ſacroſ. eccl. & ſic eccl'ia dr̃ hæc bona poſsidere, licet p iſtos, ſicut dominus dicitur poſsidere per ſeruum, ut l. j. C. ſi per uim uel alio modo & l. fi. C. de acqui. poſſeſ. & in c. cũ dilecta, de reſcrip. Et uidetur ad prædicta text. in c. fi. qui cle. uel uouen. ſecundum lec. gl. & Inno. quæ communiter per alios ſcribentes tenetur. ¶ Certum eſt, quòd bona laicorum eccleſijs collata, eximuntur ob oneribus laicorũ, ut collectis, & ſimilibus, niſi eſſent onera certa, & perpetuo ipſis rebus annexa. tunc enim tranſeunt in eccleſiam cum onere ſuo. Hæc eſt communis concluſio doctorum utriuſque iuris, & no. Cano. in c. fi. de ui. & hone. cleri. & c. j. de immu. eccl. & in cle. præſenti, de cenſi & Bar. in l. reſcripto, ff. de mune. & hono. ¶ Secundò principaliter pro concluſione prædicta uidetur tex. apertus cum gloſ. in c.
2 j. de deci. in fi. ubi patet, † quòd oblati religionum, qui dedicauerunt ſe & ſua, gaudent etiam in bonis, quæ tenent nomine monaſterij, omnibus priuilegij, illius religionis, & facit optime ille tex. cum glo. ¶ Ad ſecundum dubium, nunquid dicti oblati gaudeant priuilegio eccleſiaſtico in eorum perſonis. Et dico quòd ſic, ex quo ſunt plenè oblati dicuntur autem plenè oblati, ex quo dedicauerunt ſe & ſua, ut in d. cle. j. in fi. iuncta glo. Ad idem gl. d. c. ut lex continentiæ, quæ dicit iſtos oblatos, eſſe quaſi
3 ſeruos eccleſiæ. † Clarumque eſt ſeruos eccleſiarum non teneri ad onera laicorum ut in c. eccleſiarum ſeruos. 12. q. 2. & loquitur ibi tex. de ſeruis omnino laicis. Multo fortius hoc idem dicendum eſt de iſtis, qui ultra ſeruitutem eccleſiaſticam ſunt religioſæ perſonæ, arg. in c. non dubiũ, de ſenten. excomm. & xij. q. j. c. duo ſunt genera: facit qđ. no. Inno. in c. cum monaſterium, de elec. & Arch. in c. uno de exceſ. præla. lib. vj. & Ioan. de Lig. in cle. per literas, de præben. Quinimò fuit opi. quorundam, quòd etiam ſeruientes clericis, ex quo ſunt in familia eccleſiæ, uel clericorum, gaudeant immunitate hac in perſonis, ut not. in glo. in c. eos xxxij. diſt. & per Archid. in c. clericum. xj. q. j. ¶ Quidam tamẽ in hoc ultimo ꝟ, quod tamen de præſenti diſputare non intendo, cum non faciat ad propoſitum noſtrum, ſed adduco in argumentum maximè, quia ſi in prædictis ſeruitoribus, & conductorijs ſunt opiniones, quid dicendum in iſtis, de quibus quæritur, qui ſe & ſua obtulerunt religioni? certe nullam in iſtis dubitationem habeo, quin ſint perſonæ eccleſiaſticæ, & gaudeant priuilegio eccleſiæ etiam in perſonis. in bonis autem non eſt diſceptandum, cum nulla bona habeant, ut pote per eos eccleſiæ collata. ¶ Quare concludo, quòd tam perſonę dictorum oblatorum, quàm bona per eos monaſterio collata, ſunt libera & exempta ab omnibus oneribus ſecularium, ſicut ſunt reliqua bona eccleſiaſtica, & perſonæ eccleſiaſticæ. ¶ Poſtea tamen fuit mihi relatum, quòd eſt facta quædam reformatio per ciues Maſſanos, qua inter cætera continetur, ꝙ nemo ſuppoſitus poſſit ſe, uel ſua bona obligare alicui eccleſiæ etiam in præiudicium ordinis, irritando omnes ſuppoſitiones, & alienationes factas a decem annis citra. Iſta uerò obligatio, ſeu donatio fuit facta ante iſtam reformationem intra decennium præfinitum. Ego uero dico, quòd hæc reformatio non ualet in præiudicium iuris eccleſiæ iam quæſiti, ut in c. quæ in eccleſiarum, & c. eccleſia, de conſti. & c. fi. de rebus eccle. nõ alie. & ix. diſt. c. bene quidem. quinimo nec impedire poteſt diſpoſitionem in futurum faciendam, quia eſſet contra priuilegium conceſſum eccleſiæ uniuerſali, de quo in l. j. C. de ſacroſan. eccl. & plenius per Io. An. in c. fi. de immu. eccle. niſi ſeruaretur cautela Bart. de qua in d. l. reſcripto, quæ hic ſeruata non fuit. ¶ Item hic agitur de rebus iam prius quæſitis eccleſiæ, in quibus non ualet prouiſio laicorum in contrarium, ut ipſemet Barto. expreſsè fatetur in d. l. reſcripto, de muneribus & honoribus. NICO. ABBAS.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CASVS *in contingentia talis eſt. Quidam Iacobus campſor, olim Ghini Pucij Graſsi ciuis Aretinus in teſtamento ſuo inter cætera ſic diſpoſuit. Item diſpoſuit iuſta, & mandauit, quòd capella ſancti Matthæi facta in eccleſia plebis ſanctæ Mariæ de Aretio per ipſum teſtatorem, & Simonem eius fratrem dotetur de bonis communibus ipſius Iacobi, & Simonis dicti eorum nepotum hæredibus, uidelicet de quibuſdam bonis, ac poſſeſsionibus communibus cum prædicto Simone, & nepotibus ſuis, uidelicet filijs olim Cæcilij & Petri fratrum quondam dicti teſtatoris, & dicti Simonis, & poſſeſsiones aſsignandas pro dote ſingulariter in teſtamento expreſsit cum ſuis confinibus, quòd dictæ poſſeſsiones debeant eſſe pro dote dictæ capellæ, & earum fructus perpetuo deueniant ad manus capellani præſentis & futuri pro ſuo uictu, & neceſſarijs etiam poſt hoc deceſsit dictus teſtator, ex quo remanſit filius & hæres quidam Ductius, qui poſtmodum deceſsit relictis duabus filiabus legitimis & naturalibus duntaxat, ſcilicet dominabus Franciſcina, & chriſtofora. Quæ quidam dominæ tanquam hæredes patris una cum quadam domina Matthæa filia quondã dicti Simonis præſentauerunt quondam dominum Bartholomæũ canonicum & rectorem dictæ capellæ tunc uacantis. in termino edictorum fuit exceptum eas non eſſe patronas, quinimò ius patronatus plenè ſpectaſſe ad quendam Franciſcum Ghini. qui quidem Frãciſcus inſtituit hæredes quoſdam extraneos &c. Quæritur, nunquid ex dicto teſtamento illæ dominæ probentur patronæ alio in contrarium non probato, maximè cum in quadam permutatione aliàs facta de dicta capella dicatur in inſtrumento dictæ permutationis dictam capellam fuiſſe dotatam per dictum Simonem Ghini fratrem dicti Iacobi teſtatoris, uiſo dicto inſtrumento & alijs actis, & agitatis in hac cauſa coram domino uicario Aretino, &c.*



## CONSILIVM LIIII.

1 *Iuſpatronatus competit aut ex inſtructione, aut ex fundatione, aut dotatione.*

2 *Poſſeſsio patronatus probatur per præſentationem ſecuta inſtitutione.*

3 *Baſilica aliqua ſi ſit conſtructa, & non apparet in cuius diœceſi, ad quem epiſcopum pertineat.*

4 *Iuſpatronatus eccleſiæ tranſit etiam ad hæredes extraneos.*

CHriſti, eiuſque matris præſidio humiliter inuocato. Videtur primo, ꝙ per dictum teſtamentũ, uel alia acta in hac cã non pro-
1 betur patronatum pertinere ad dictas mulieres: † quia iuſpatronatus cõpetit altero de tribus modis, ſcilicet ex conſtructione, fundatione, uel dotatione. 16. q. 7. c. filijs, uel nepotibus. c. decedet, de imm. eccl. & c. q cũq;, & c. Fulgentius, & c. piæ mẽtis, & ibi optime glo. de hac materia, & per Ioã. Andr. in rub. de inrepat. facit c. nobis, & qđ ibi no. eo. titu. & an poſſit quæri pſcriptio. not. in c. querelã, de elec. & plenè per Ioã. An. in reg. quod alicui gratioſe, de regul. iur. lib. 6. Sed in caſu noſtro non probatur neceſſario per dictũ teſtm̃, uel alio actu, dictũ dñm dictã capellam conſtruxiſſe, fundaſſe, uel dotaſſe, ergo &c. Cõſequẽtia patet. in dicto teſtamento ſolũ continent̃ uerba teſtatoris: ſed dicto eius non ſtatur in fauorem ſuum, & præiudicium alterius, ut in l. rationes defuncti, &. l. exemplo, & l. inſtrumenta, C. de proba. facit. 12. q. 2. in prin nec inſtrumentũ dictæ pmutationis probat dictum Simonẽ illã capellam dotaſſe: qa illa uerba ſunt ,plata ob aliud & incidenter; & ſic non faciunt fidem, ut in. c. ſi papa, de priuil. lib. 6. & in c. fin. de ſucceſ. ab inte. & C. de proba. l. non epiſtolis, & l. non nudis, & plenè per Bar. in l. ex hac ſcriptura, ff. de dona. & per Canoñ. in d. c. fi. & cle. unica, de proba. maximè cum illa narratio non eſſet de ſubſtantia permutationis, q̃ agebat̃: quinimo, ſi illa narratio fuiſſet de ſubſtantia permutationis, ex quo tñ nunc agitur de ualidate ipſius permutationis, ius patronatus nõ ,pbatur, nec illa aſſerta dotatio per inſtrumentũ pmutationis, ex quo denuntiato inſtrumẽto nunc principaliter uertitur quæſtio, ut ,pbatur in. c. illud, de præſump. & no. uoluit gl. in. l. optimam, C. de contrahen. & commit. ſtipu. Item tertio & fortius per inſtrumentum permutationis apparet Frãciſcum olim Simonis Ghini fuiſſe ſolũ in poſſeſſione patronatus dictæ capellæ, quod patet non ex illa nuda narratione donationis factæ per Simonẽ patrem dicti Franciſci: ſed ex eo quia Franciſcus ſolus tanquàm patronatus conſenſit dictæ permutationi. Nam permutationi interuenit renuntiatio, & expreſſa uel tacita præſentatio, & ſequens per ſuperiorem inſtitutio, iuxta not. per gl. in cle. una, de re. permu. & p Fede. in trac. de permuta.
2 † Sed per præſentationem, ſecuta inſtitutione, probatur poſſeſſio patronatus, ut in c. conſultationibus, de iure pa. & c. querelam, de elec. c. cum olim, de cau. poſ. & propriè, plenè per Innocen. in. c. 2. de in inte. reſti. c. in literis, de reſti. ſpol. Ergo debet admitti tũc præſentatio per hæredes dicti Simonis, etiam ſi proprietas patronatus pertineat ad alium: quia præſentatio eſt quidam fructus iuris præſtandi, ideo pertinet ad poſſeſſorem bonæfidei, & non ad proprietarium, ut legitur & no. in. c querelam, & c. conſultationibus, præal. quinimo plus uult Inn. no. in. d. c in literis, ꝙ factis duabus præſentationibus, una à proprietario, alia à poſſeſſore, confirmanda, ſeu admittenda eſt potius illa, quæ fit à poſſeſſore per. d. c. querelam, & c. conſultationibus; facit quod ipſe no. in. d. c. 2. de in inte. reſti. & c. querelã, de elec. Sed dictæ dñæ non probant̃ eſſe in poſſeſſione præſentandi, ſed ſolum dictus Franciſcus; nec ẽt probatur proprietas pertinere ad eas, ergo omnino ſunt repellendæ à petitione ipſorum. ¶ Sed his non obſtantibus, dico in hoc caſu ſubtiliter aduertendũ, ꝙ dictus quõdam Iacobus Ghini frater dicti Simonis præſens aſſeruit in teſtamento illam capellam ſancti Matthæi fuiſſe conſtructam per eum, & dictum Simonẽ fratrem ſuum, & ẽt mandauit illam capellam dotari de bonis cõibus ipſius Iacobi, & Simonis, & nepotum ſuorum ex fratribus pmortuis, ut patet in teſtamento dicti Iacobi, & executorẽ teſtamenti fecit & deputauit dictum Simonẽ fratrem ſuũ. Nunc autem reperitur dicta capella conſtructa, & dotata per dñm Simonem executorẽ dicti teſtamenti de bonis aſſertis in teſtamento, qđ probatur ſic. ubicũque aliquis tenetur ad aliquid faciendum, in quo requiritur ſumptus, ſi illud appareat poſtea factum, præſumitur geſtũ ab illo, cui neceſſario hoc incumbebat: hoc no. probatur in l. 2. C. de alimen. pup. præſtã. & ibi apertiſſimè hoc tenet Hugo, in. l. cum ſeruus, ff. de uer. obli. ſed dicto Simoni tanq̃ executori teſtamẽti hoc incumbebat; ergo alio patrono non apparente, pſumendum eſt, ꝙ dictus Simon dotauerit dictam capellam de bonis communibus, de quibus in teſtamento. pro hoc ẽt facit, quia capellæ non naſcuntur, ſed neceſſario requirũt cõſtructorẽ, & dotatorẽ, unde prima fronte pręſumitur habere patronum, ut no. Ioã. And. ſuper reg. quod alicui, de reg. iur. lib. vj. in Mercu. prope fi. Alio autem non apparente patrono, debet præſumi, hæredes Iacobi, & Simonis, & ſuorum nepotum (ex quorũ bonis pręſumendum eſt dictã capellã fuiſſe dotatam) eſſe patronos. ¶ Secundo ad idem optime facit. c. j. de reli. domi.
3 ubi probatur maximè iunctis notatis per doct. † ꝙ nõ apparente in cuius diœceſi ſit Baſilica conſtructa, præſumit̃ in illo loco aliquid pertinere ad illum Epm, qui probat ſe exercuiſſe in illo loco aliquod ius epale, licet non probet de exercitio omnium iurium epalium, quaſi ſufficiat tenuis præſumptio, ex quo non conſtat de iure alterius. ita in propoſito. ex quo non conſtat aliũ dictam capellã dotaſſe in teſtamento Iacobi, cum illa mandaſſet dotari de bonis cõmunibus, præſumẽdum eſt, ex quo nunc apparet dotata, dotẽ recepiſſe ex illis bonis cõibus, ut in teſtamento diſponitur. Et quia apparet de donatione modo prædicto, pręſumendũ eſt idem de conſtructione, ex quo non apparet per alium fuiſſe conſtructã, arg. d. c. j. ¶ Tertiò ,pbatur ex illis narratiuis contentis in dicta permutatione, in quibus cõtinet̃ illã fuiſſe capellam dotatã p dictum Simonẽ Ghini q̃ quidem, ubi non agitur de magno præiudicio, faciunt plenã probationem, maximè in factis antiquis, ubi non põt haberi de facili probatio, ut eſt glo. ſing. in. c. cum olim, de cenſi. quæ dicit per illum text. ꝙ ſi in aliqua ſcriptura publica continetur de finibus alicuius epiſco-

epiſcopatus, ſtandum eſt illi, alijs de finibus non apparen
tibus, licet ſcriptura illa ſit ſimpliciter ob aliud cõfecta,
ut ibi: imò ſaltem negari non põt, quin illa uerba faciant
præſumptionem non modicã, ut probatur hìc in tex. & eſt
bonus tex. cũ gl. in. c. ſeries, de teſti. & c. illud, de p̃ſump.
& c. fi. de ſuc. ab inteſt. & glo. in. d. l. opti. C. de contrahen.
& cõmit. ſtip. quæ tñ dico ĩ teſtamento debent facere ple-
nam fidẽ, arg. in. c. 2. qui matri. accu. poſ. & c. cum cauſa, de
ꝓba. Nec ob. ſi dicatur, quod in dicta ſcriptura ſit mentio
ſolum de Simone, & nõ de Iacobo, uel alijs nepotibus: qa
dico Simonem hoc feciſſe nomine omnium tãq̃ executor
teſtaméti, cuius ipſe executor tenebatur facere, ergo ita
præſumendum eſt iuxta no. in. d. l. 2. C. de alimen. pup. præ
ſtan. nõ enim dr̃, ꝗ noĩe proprio fecerit, & ſcripturæ ſunt
adinuicem concordandæ, ex quo fieri põt, de fide inſtru.
c. inter dilectos. §. ceterum, de uerb. ſignifi. c. nihil. facit. c.
cũ expediat, de elec. lib. vj. & l. unica, C. de inoffi. do. Pro
hoc ẽt facit, ꝗ Franciſcus filius dicti Simonis conſenſit in
illo actu ꝑmutationis tanq̃ patronus. Nec ob. ſi dicatur,
ꝗ ipſe ſolus eſſet patronus & in poſſeſſione præſentandi,
ut. s̃ dixi in ulti. argu. primæ partis. hoc enim non obſt. ſi
diligenter & ſubtiliter ponderetur. Nã ubicunque ius p̃-
ſentãdi pertinet ad plures patronos ſimul, licet appareat
aliquem ex eis tãtum præſentaſſe, & ad eorum præſenta-
tionem ſuperiorem inſtituiſſe præſentatum, ex quo non
apparet expreſſe illos patronos præſentaſſe animo ſpoliã
di alios ſua poſſeſſione, non fit præiudicium alijs patronis
in ſequentibus actibus nec circa proprietatẽ, nec circa poſ
ſeſſionẽ: quia negligens in uno actu non facit ſibi præiudi
cium in ſequẽti. hoc apertè colligitur ex ſubtiliter tactis
per Innoẽ. & Cõpoſtel. in. c. querelã, de elect. & clarius in
terminis noſtris ponit Fede. de Senis conſil. 97. in ulti. ar-
ticu. quinimò dico, ꝗ per præſentationem Franciſci, qui
erat unus ex patronis ex parte patris, conſeruatur poſſeſ
ſio omnium patronorum, ut colligitur ex locis præal. Cũ
ergo dicta capella ſit dotata de bonis cõibus dicti Iaco-
bi, & Simonis, & nepotum ex fratribus præmortuis, dico,
ut dixi. ſuprà, ꝗ omnes hæredes ipſorum ſunt patroni, &
ſuccedunt in hoc iure patronatus hæredes per ſtirpes, &
non per capita. unde oẽs hæredes Iacobi tenent locum
unius, circa hæredes illorũ nepotum, qui repreſentabant
duos fratres dictorũ Simonis, & Iac. tenẽt locum duorũ
unde quatuor hìc concurrunt à principio patroni, ſicut in
bonis omnium quatuor fratrum dos capellæ emanauit,
& ſic omnes deſcendentes ab iſtis, ſeu hæredes iſtorum te
nẽt locum quatuor patronorum. hoc probatur hodie in
4 cle. 2. de iure patro. ¶ Et aduertendum, † ꝗ ius patrona-
tus eccleſiæ tranſit ẽt ad hæredes extraneos, & non ad fi-
lios tm̃, ut no. Innocen. ſuper rub. de iure patro. in fin. &
Io. And. in. c. cum ſeculum, eo. tit. tangit glo. in. c. conſide-
randum, & c. cum filijs. xvj. q. 7. Et hæc eſt cõis opi. Inno. li
cet qdam dicant contra: ſed primum uerius. ſi enim tran-
ſit cum uniuerſitate uillæ in emptorem extraneum, in. c.
ex literis, & in. c. cum ſeculum, eo. tit. fortius cum hæredi
tate ad hæredem extraneum. Quid autẽ ſi ſint aliqui hæ
redes pro æqualibus portionibus? uide per gl. & doct. in.
c. j. eo. titu. ubi plenè no. de hoc. Et ex his concludo ad ca
ſum noſtrum, ꝗ cum illę duę filiæ dicti nepotis ex filio di
cti Iacobi, ſcilicet Franciſcina & Chriſtophora fuerũt hę
redes uniuerſales dicti Iacobi, alio hærede extraneo non
apparẽte, argu. in. l. in ſuis, ff. de libe. & poſthu. & l. j. C. de
*his qui ante aper. tabu.* cũ aſſerant ſe hæredes, argu. in. l.
gerit, & l. pro hęrede, ff. de acqui. hæredit. debent ipſæ te
nere locum unius patroni, ſcilicet Iacobi hęredis pater-
ni, & ſi non apparent alij, qui pñt legitimè docere ſe eſſe
compatronos, debent admitti pręſentationes per iſtas do
minas: qa imputandum eſt legitimè non comparentibus,
arg. in. c. dilecti, & c. cũ nobis, & c. ſcriptum, de elec. & per
Io. An. in. d. c. querelam, & ſic ſi non comparent, & doceãt
de iure ſuo, & præſentant alium, inſtituendus eſt qui ha-
bet plures uoces patronorum, computando patronos ꝑ
ſtirpes, & non per capita modo p̃dicto, & q maioribus iu-
uatur meritis, de quo dicẽdum, ut. d. c. 3. & c. cũ aũt, de iu
re pa. de dña Matthęa filia dicti Simonis non fecit ſerio-
ſe ſpecialem mentionẽ: qa habuit fratrem maſculum, un-
de ignoro, ſi pariter fuit hæres patris ſui cum dicto Fran
ciſco. unde ſi fuerunt hęredes patris, ſaltem in parte bo-
norum, debet admitti tanq̃ patrona: quia oẽs filij Simo-
nis tenent locum unius patroni, ut patet ꝑ prędicta, nec
eſt diſtinguendum inter maſculum & fœminam. & ſi fœmi
na eſt hęres, ſuccedit in iure patronatus, ſicut maſculus;
idẽ ſi cõſtruat, uel dotet ut no. Io. And. in. c. nobis, de iure
pa. & Io. de Lig. in cle. ij. eo. tit. per. Fed. cõſi. xvj. facit. ca.
fi. de conceſ. pręben. Secus dicendum, ſi dicta domina Mat
thæa non fuit hæres patris, uel fratris. Ex his clare patet,
quid dicendum in tota iſta quęſtione, &c.

## CONSILIVM LV.

1 *Collegium, quod à iure approbatum non eſt, non poteſt acqui-
rere.*
2 *Mendicitatem publicam ſine euidenti cauſa neceßitatis reprobant
iura ciuilia, & canonica.*
3 *Donatio perfecta non reuocatur, nec conditiones ex poſt facto re-
cipit.*
4 *Collegia miſericordiæ diſciplinatorum, & iuuantium oppreſſos
ſunt à iure approbata.*
5 *Princeps, ſi concedit alicui licentiam transferendi domicilium,
ſciens illum eſſe tutorem in loco, uidetur illum à tutela abſo-
luiſſe.*
6 *Procurator quicquid facit ultra contenta in mandato, non tenet.*

IN quæſtione, quæ uertĩt inter fratres ſan
cti Frãciſci ex una parte, &
illos pauperes, q uulgariter appellãtur inhuma
ti, ex alia ſuper quodam fundo, ſeu qbuſdam terris, utriſ-
que inſolidũ donatis ꝓ oratorio, & officijs in eis ſubſti-
nendis, ut latius conſtat ex inſtrumentis ſuper dictis dona
tionibus confectis. ¶ Vr̃ primo, ꝗ dicti inhumati nullum
ius in illis habeant, quod probatur primo ſic, donatio il-
larum terrarũ fuit facta ſocietati eorũ, ut patet ex inſtru-
mẽto ſuꝑ hoc confecto: ſed eorum ſocietas non eſt à iure
approbata, imo improbata, igitur nullum ius potuit eis
acquiri. conſequentia clarè probat̃ in. l. collegiũ, C. de hæ
re. inſti. & l. j. §. deinde, & in. ca. j. de reli. do. lib. vj. iunctis
etiam maximè no per Io. An. ibi, in quibus oĩbus dicitur
1 in effectu, † ꝗ collegium, quod à iure appobatum nõ eſt,
nil põt acquirere. Minor aũt, ſcilicet, ꝗ iſti inhumati non
faciunt ſocietatem, ſeu collegium approbatum, multipli
citer probatur. ¶ Primò per dictum. c. j. de relig. do. lib. 6.
ubi tex. expreſſè reprobat iſtos inuenientes nouum ordi-
nẽ, ſeu religionem à iure, uel Romanis pontificibus non
approbatos; ergo &c. Et ſaltem negari non poteſt, ꝗ fe-
runt nouum religionis habitum, ferunt em̃ certum habi-
tum in contemptum ſeculi; & ille dr̃ certus habitus, q eſt
diſtinctus ab alijs, regula, ſeu conſtitutione, in colore, &
forma; no. dicit glo. in cle. j. de elec. Sed habitus iſtorum
inhumatorũ eſt diſtinctus ab alijs in utroque. ſ. in colore,
& in forma ergo habent certum & determinatum religio
nis habitum contra diſpoſitionem illius. c. & per hoc fa-
cit



cit gl. ſingularis in d. c. j. quæ eſt ſuper uerbo, habitũ, quæ
dicit per illum tex. non ꝓhiberi, quin ſingularis perſona
ſectas nõ inueniẽs, & ſeorſum habitãs nouũ habitũ indue
re ſibi poſſit, ad hoc. xlj. d. c. parſimonia, & ſic expreſſe uo
luit, ꝗ plures habitãtes in hoc collegio nõ poſſunt certũ
habitum inuenire & portare, ut uideantur in ſtatu reli-
gionis, unde tex. in d. c. j. loquitur in prohibitione alter-
natiue, ut nec nouam religionem inuenire, nec certũ nec
nouũ habitum deferre &c. unde præſuppoſito, ꝗ non in-
uenerint religionẽ cũ collegio ipſorũ, ſaltẽ ex eo, qa cer-
tũ & nouũ habitũ adinuenerunt ſine licẽtia Romani põti
ficis ſimul habitãdo. ad idẽ optimè facit cle. j. de reli. do.
ubi Papa reprobãs ſtatum quarundam mulierum inſimul
quodam uelamine habitantium, proteſtatus eſt, quòd per
illã prohibitionem non intendebat inhibere mulieribus
fidelibus, quin promiſſa continentia, uel non promiſſa ho
neſte poſſint in ſuis hoſpitijs cõuersãtes pœnitẽtiã agere
& uirtutũ dño in humilitatis ſpiritu deſeruire &c. unde
põdero illa uerba, in ſuis hoſpitijs, quia in hoſpitio, ſeu
collegio nõ licet habitare ſub quadã umbra religionis,
ẽt cã pœnitẽtiæ. ¶ Tertiò facit. c. ĩdemnitatibus, prope fi-
nẽ, de ele. li vj. ubi Papa expreſsè proteſtatur, ꝗ ꝑ illam
cõſtitutionem nõ intẽdit approbare ſtatũ, ordinẽ ſeu re-
gulam quarundam mulierũ, quæ nec proprijs renũtiãt,
nec profeſsionẽ faciũt regularẽ, ſicut in ſecularibus eccle
ſijs canonici ſeculares, &c. Ecce ergo, quòd nõ licet con-
uenire ſimul cauſa religionis, licet conuenientes non re-
nuntient proprijs, nec profeſſionẽ faciãt regularem, ſub
quadã umbra, & uelamine religionis; quod ur̃ ꝯ intelle-
ctũ Bar. in l. j. ff. de colle. illici. qui dicit. c. fi. de rel. do. pro
cedere, qñ plures cõueniũt in unũ cã religionis, ita quod
efficiũtur ꝑſonæ eccleſiaſticæ, ſecus dicit, ſi remaneãt lai
ci. hoc. n. ur̃ ꝯ illũ tex. ubi mulieres illæ remanebant laicę
& tñ noluit illarũ ſtatũ approbare, licet cõuenirẽt cã re-
ligionis. Nec obſt. l. j. ff. de colle. illici. ſuꝑ qua ſe fundat
Bar. quæ poteſt procedere, qñ cõueniũt ſimul, nõ tñ habi
tãt aſſidue ſub eodẽ tecto, nec aſſumũt ſibi nouũ habitum
unde canones ſuꝑueniẽtes multipliciter illud limitaue-
rũt ꝑꝑ cõfuſionẽ & ſcãdala, quę oriebant̃ ob hoc in eccl̃a
dei, ut in d. c. fi. & in c. præalleg. ¶ Quarto uidetur contra
hoc caſus in. d. c. fi. de rel. do. ubi papa expreſsè prohibuit
nedum nouam religionem inuenire, ſed ẽt domus religio
ſam de nouo fundari, niſi regula & inſtitutio accipiatur
de approbatis. Sed inhumati iſti quotidie ædificant do-
mos religioſas de nouo ꝓ ſeipſis; quinimò in iſtamet ter-
ra, de qua eſt contentio, uolunt ædificare domum religio
ſam pro ſeipſis. ergo hoc non licet, & ſic donatio illa fuit
nulla. ¶ Quinimò uidetur caſus in extrauaganti Io. 22. q̃
incipit, ſancta Roma. quæ expreſsè, ſi non cauilletur, uide
tur eorum ſtatũ reprobare, maximè in eo, quòd expreſsè
innuit iſtos collegiatos de facto non debere publice men
dicare, ne eorũ ſtatus uideat̃ approbatus. Et circa hoc ad
2 uertẽdum, quòd ciuilia iura, & canonica expreſsè repro
bant mendicitatem publicam ſine euidenti cã neceſsita-
tis, ut l. unica. C. de emenda. uali. li. xj. & xciij. diſt. c. diaco
ni. §. nunc autẽ, iuncta gl. & c. ſeq. ſed ſi nulla neceſſitas eſt
cum poſſent uictum manibus quærere, & non tollere pau
perum indigentium ſubſidia, ergo eorum ſtatus eſt ab u-
troque iure improbatus. ¶ Ex quibus omnibus concludi-
tur, quòd ſi donatio eorum ſocietati facta non tenuit, ua
luit donatio ſecundo loco facta fratribus ſancti Frãciſci
quorum ordo eſt approbatus ab eccleſia, ut in d. c. j. de re
li. do. & habuerunt in hoc loco acquirendo ſpecialem li-
centiam à domino Papa Martino, & ſic eis non obſtat. c. j
de exceſ. præla. lib. vj. per hæc tollitur, quod obijcit̃, illũ
fratrẽ Antoniũ Ioannis nõ habuiſſe plenè mãdatũ ad illa
loca reſignanda & donãda, quia nõ fuit opus reſignatione
ipſorũ inhumatorũ, qa ſi eis ꝑꝑ incapacitatẽ ipſorũ non
fuit dñiũ acquiſitũ, ergo remanſit dñiũ penes donatorẽ,
& ſic libere potuit alijs donare, ut l. nec utile, ff. de acqui.
re. do. not. gl. & Bar. in l. quod meo. §. à furioſo. ff. de acq.
poſ. ¶ Secundo principaliter ꝯ iura inhumatorũ facit, qa
Biancus Saboni, & Antonius Ioãnis ambo inhumati, reci
piẽtes donationẽ illarũ terrarum, nõ potuerũt ſocietati
acquirere dñiũ, cũ ad hoc nõ haberẽt ab eorũ ſocietate
mãdatũ, & ꝑ liberã ꝑſonã nobis nõ acquirit̃, inſt. de inu-
ti. ſtip. §. ſi quis ali. & ꝑ quas ꝑſonas nobis acquirit̃. §. ex
his itaque. ¶ Tertiò facit, quia p̃ſuppoſito, ꝗ dñium illius
fuiſſet acquiſitũ, tñ ex renuntiatione libera procuratoris
eorũ illud ꝑdiderũt, ut cle. j. de renun. & c. ſuper hoc, eo.
ti. & l. ſi quis ui. § differentia, ff. de acqui. poſ. ¶ Quartò
omnibus deficiẽtibus ſufficere debet fratribus ſãcti Fran
ciſci cõceſſio dñi Papæ Martini, qui in iſtis ſpiritualibus
& eccleſijs, & pijs diſpoſitionibus liberã habet facultatẽ,
in cle. quia contingit, de rel. do. & c. innotuit, de elec. & c.
propoſuit, & c. cum noſtris, de conceſ. præben. ꝓ quo
facit gloſſ. not. in c. principalem. 9. quæſt 3. & Specul. in
ti. de leg. §. nũc oſtẽdẽdũ, uerſi. lvij. & melius in uer. 89. §.
nũc breuiter, ante fi. & Io. An. ſuꝑ dicto uer. 57. facit gl. in
c. cõſtitutionẽ, de relig. domi. & 25. q. 2. in ſũma. ¶ Sed his
nõ obſtãtibus, dictos inhumatos ĩ dictis rebus donatis ar
bitror potiores huius cõcluſionis ſatis exploratũ eſt argu
mẽtũ. ipſi. n. fuerũt priores in donationis & in poſſeſſionis
traditione, & ſic fuit in eos translatũ dominiũ. l. traditio
nibus, C. de pac. inſti. de re. diui. §. nihil tã naturale. l. quo
3 ties, C. de rei uendi. † Conſtat autem. ꝗ perfecta donatio
non reuocatur, nec conditiones ex poſtfacto recipit, ut l.
3. C. de reuo. do. & l. perfecta. C. de dona. quæ ſub modo.
nec ſubeſt nec allegatur aliqua cauſa ingratitudinis, &
ſic ſumus extra caſum. c. fin. de dona. & l. j. C. de reuocan.
dona. non ergo ualuit donatio ſecundo loco fratribus ſã
cti Frãciſci facta, cũ dñiũ iã fuiſſet trãslatũ ĩ inhumatos,
& nemo dat, qđ nõ habet. c. ꝗ aũt. de iure pa. & i. q. 7. Dai
bertũ, in c. nuꝑ, de do. poſt diuor. reſti. & l. traditio, ff. de
acquir. re. do. & ꝓbat̃ apertiſſimè in caſu nr̃o, in d. l. quo
ties. quare ad fortificandum ius iſtorum inhumatorum
nõ reſtat niſi reſpondere ad contraria ſuperius formata.
¶ Et primò ad iura, quæ uidentur multũ ſtringere contra
ſtatũ iſtorũ inhumatorũ, põt dici, qđ loquũtur in alijs ca
ſibus. Nã iſti inhumati, ut dicũt, nõ habẽt certũ habitum
ex lege, uel conſtitutiõe, uel aliter: ſed ad libitũ illo utũ
tur, & poſſunt alia ueſtimenta tã in forma, q̃ in colore aſ
ſumere, & ex diuerſis habitibus eodẽ tẽpore uti, cum illa
lex, uel cõſtitutio nõ eos cogat in cõtrariũ & ſic nõ põt di
ci eos habere certũ habitũ. ¶ Itẽ dicũt ſe eẽ puros laicos
& nullũ habere ſuperiorẽ, & ſimul cõuenire cã deuotio-
nis, ſicut faciebãt apoſtoli & alij beati Chriſtiani in pri-
mitiua eccleſia, quorum erat cor unum, & anima una. &
oĩa erãt illis cõmunia iuxta dictũ pſ̃. Ecce quam bonũ &
quã iocũdũ, habitare fr̃es in unũ. Et ꝓ prædictis ur̃ bonus
tex. ĩ c. dilectiſsimi. 12, q. j. negãt etiã domũ eorũ eẽ reli-
gioſã, ſed pure ꝓfanã, ut puta dedicatã ſine authoritate
epĩ, & ſine eccleſia. habẽt. n. tm̃ oratoriũ, ꝗ cuique in do-
mo ꝓpria licitũ eſt cã orãdi habere, ut in c. unicuique,
reperio. Tertiò concludam, quòd mihi in iure conſonum uidetur. Quod debeantur plebi ſancti Iuſti, quæ eſt baptiſmali, uidetur primo textus apertus in c. de decimis. 16. q. 1. ubi dicitur, ꝙ omnibus maioribus uiſum fuit decimas dandas plebibus tãtum, ubi ſacroſancta baptiſmata dantur. Ad idem c. ſtatuimus, & c. in ſacris, eadem cauſa, & quæſtio. ubi habetur, ꝙ excommunicandus eſt, qui præter epiſcopi conſcientiam, extra baptiſmalẽ eccleſiã, decimas ſoluere uoluerit. Idem uidetur uelle tex. 13. q. 1. c. eccleſiis. § in diœceſi. ¶ Secundò principaliter facit tex. in c. ex tranſmiſſa, de præſcrip. iuncta gl. pen. ubi patet, ꝙ mater eccleſia, ſ. baptiſmalis, uendicat ſibi omnes decimas ab hominibus capellarum, excluſis clericis capellarum ipſarum. ¶ Tertiò facit ſecundum unum intellectum quem ponit ibi gl. c. ad audiẽtiam, de eccle. ædifi. el. j. ubi patet, quòd licet capella propter hominum neceſſitatẽ cõſtruatur intra limites alicuius parochiæ tñ antiqua eccleſia remanet mater, & debeꝫ ſibi aliquis honor capellæ, ne prædiales decimæ eidem ſubtrahantur. ¶ Idem ergo dicendum in caſu noſtro. nam iſtæ capellæ fuerunt ex poſtfacto ædificatæ intra plebanatum ſancti Iuſti. quare illa plebs remanſit parochialis in multis iuribus. Et pro hoc ultimo faciunt. c. eccleſiæ, & c. quicũque. 16. q. 1. ubi dicitur, ꝙ propter eccleſias nouiter ædificatas nõ debẽt antiquæ ſuis iuribus maximè decimis priuari. ¶ Quartò negari non poteſt, quin eccleſia baptiſmalis, ſit eccleſia parochialis omnium capellarum, cum aliter eis ſuo iure adminiſtrari non poſſet hoc ſacrm̃ baptiſmatis, quod eſt principale & fundamentum aliorum ſacrorũ, ĩ c. fi. de preſ. non baptiz. quare abſurdũ uꝛ nõ preſeruare ius parochiale. Satis. n. eſt, ꝙ capellæ habeant decimas ꝑſonales, & alia iure parochiali. nã ſolæ plebes habebant antiquitus omnia iura parochialia: ſed ꝑꝑ hominum excreſcentiam fuerunt poſtmodũ conſtructæ capellæ, & parochiæ eis aſſignatæ: plebes tñ remãſerunt parochiales, ſaltẽ in ſacro baptiſmatis. unde tũ rõne huius ſacri, tùm qa propter nouas non debent prorſus priuari iure eorũ; tũ ut euitetur enormitas præiudicij, debemus dicere, ut ſaltẽ decimæ prædiales eis remanſerint, ut innuere uidẽtur illa. c. 16. q. 1. & c. quicũque. ¶ Ad contrariam partem, ꝙ debeantur eccleſiæ ſancti Bartholomæi, quæ eſt parochialis illorum de Antipano, addũcũtur multa iura, quæ dicunt ad eccleſiam parochialẽ, ubi prædia ſita ſunt, decimas prædiales pertinere, ut in c. qm̃, c. cum cõtingat, & in c. cum in tua diœceſi, de deci. & uidetur tex. ſatis apertus in c. ad decimas, de reſti. ſpo. lib. vj. ¶ Secundo principaliter adduco bonum tex. in c. paſtoralis, de his quæ fi. à præla. ubi dicitur, ꝙ authoritate diœceſani fuerunt parochiæ limitatæ, quatenus ſingulorum parochialiũ prouẽtus in uſus eccleſiæ cederẽt, & ſtipẽdia miniſtrorũ &c. Ecce ergo, ꝙ omnes reditus ex ſpiritualibus prouenientes intra parochiã alicuius eccleſiæ cedunt illi eccleſiæ. ergo decimæ prædiales de prædiis ſitis in parochia, cum ſint reditus ſpirituales, de præſcrip. c. cauſam quæ. ¶ Tertiò uidetur probari non cauillando literam in c. ad audiẽtiam, el. j. de eccle. ædifi. aliter inducendo, q̃ ſupra. Ibi. n. ꝑꝑ nimiam diſtantiam eccleſiæ parochialis fuit ædificata capella intra limites parochiæ, fuitq; ibi certa uilla parochiæ aſſignata, & decreuit Papa, ꝙ omnes obuẽtiones & prouentus illius uillæ cederent ad ſuſtentationem 2 rectoris ibidem inſtituendi. dictum eſt aũt, † quod appellatione obuentionum, & prouentuum ueniunt oẽs decimæ, & quicquid eccleſiæ legitime prouenire poſſit, ut in c. tranſmiſſæ, & c. cum inter, de uerb. ſign. & c. dilecto, & c. cum inter, iuncta gl. in d. c. ad audientiam, & c. non ſolũ. Si ergo Papa ibi ſolenniter decreuit, ita dicendum eſt iuris eſſe in conſimili caſu, & in dubio ita factum fuiſſe ab initio, ut in c. cõſanguinei, de re iud. ¶ Quartò adduco bonũ tex. in c. fi. de iure pa. ubi probatur decimas prædiales deberi illi eccleſiæ, in cuius parochia ſita ſunt prędia, ẽt ſi prædiorũ dñi alibi habitent, & nullũ ſacrm̃ percipiant ab eccleſia parochiali. fortius ergo ibi debẽtur, cùm dñi prædiorũ, ut eſt in caſu noſtro habitãt, ſeu coloni ſunt parochiani eccleſiæ prædialis, ut eſt eccleſia S. Bartholomæi in caſu noſtro ¶ Quintò arguitur ſic, ex quo eccleſia S. Bartholomæi eſt parochialis, habens parochiã limitatã, & diſtinctam ab eccleſia plebis S. Iuſti; ergo debet habere omnia iura parochialia, ut de parochia. quaſi ꝑ totũ, ut. 13. q. 1. c. 1. ¶ Sed decimæ ſunt de iure parochiali: quia, ex quo prædia ſunt in terra parochiali, de iure cõi decimæ pertinent ad eccleſiam parochialem, ut in c. fi. de paroch. & d. c. ad decimas, de reſti. ſpo. lib. 6. ¶ His argumentis præuiſis, inſerã opiniones quas in materia reperio: quarũ prima opinio habet, ꝙ ſtandũ eſt in hoc cõſuetudini, utrũ debeanꝫ eccleſiæ baptiſmali, aut capellæ ꝑ c. ad apoſtolicæ, de deci. & hoc uoluit ibi Inn. in gl. c. cũ contingat, c. tit. & Ray. in ſumma, eo. tit. & ab hac opinione nemo diſcrepat. Nã ex conſuetudine, ſeu præſcriptione poſſunt deberi illi eccleſiæ, quæ nullũ ius habet in illis, ut in c. cũ cõtingat, & in c. cũ in tua, de deci. ¶ Scd'a opinio, ꝙ ceſſante cõſuetudine debeãtur eccleſiæ baptiſmali, hãc opinionẽ tenet gl. in d. c. cũ cõtingat, & in c. ſtatuimus. 16. q. 1. Inn. in d. c. ad apoſtolicæ Tan. in c. nuntius, & Io. An. ſequitur in Spe. eo. tit. §. ij. poſt prin. dicitur tamẽ quod in tribus caſibus poſſunt deberi capellæ. Primus, cũ habeat id conſuetudo, ut. ſ̃. dixi. Secundus, quando in limitatione nouæ capellæ, cũ aliter animabus ꝓuideri nõ poſſet, eps̃ de ſui capituli conſenſu aſſignauit ipſi nouellæ capellæ decimas prædiales, ſeu limitationes ſuæ parochiæ. facit. d. c. ſtatuimus, & quod no. in d. c. ad audientiã, & c. conſtitutus, de reli. domi. alias niſi expreſsè aſſignaſſet, non uenirent prædiales (ſm̃ eum) per dictũ. c. quicũque, & c. eccleſiæ. Tertius eſt, quando in aliquo magno territorio erant quãplures eccleſiæ, & nullæ baptiſmales, & de nouo una illarum in plebaniam & baptiſmalem eligiꝫ, uel de nouo una plebs conſtituitur illic cũ baptiſmo. tũc. n. ceſſant rationes ſuperius inductæ in plebe; imo reſoluuntur pro capellis ſm̃ eum; & ponderanda ſunt bene hæc iura dicta: quia uidẽtur limitare opinionẽ ſuam, ut procedat, quando certum eſt capellam fuiſſe ædificatã intra limites plebis, quaſi tunc non debeat eccleſia antiqua ita enormiter lædi ex cõſtructione nouæ eccleſiæ. ¶ Tertia opinio, ꝙ prædiales debeãtur eccleſiæ prædiali; & in cuius parochia ſita ſunt prædia, licet nõ ſit baptiſmalis. Hanc opin. tenet Archi. in c. 1. 13. q. 1. dicẽs hoc ꝓbari in d. c. ad decimas, per quod dicit hanc cõcertationẽ ſopitã, & refert hoc ipſum tenere Laurẽ. Vinc. Gof. Ber. & Phi. in c. fi. de paroch. & gl. in d. c. j. 13. q. 1. & c. ad apoſtolicę, de deci. & Roſ. & Io. de Deo, qui ita no. in ſumma ſua de deci. §. ſed quibus, dicẽs, quod canones ꝯrium innuentes loquũtur ſm̃ antiqua tꝑa. ſed hodie ſm̃ Roſ. dãdæ ſunt eccleſiæ parochiali de iure communi. ẽt ſi nõ ſit baptiſmatis; ad hoc. 13. q. 1. in fi. & facit de mune. & hono. l. j. & ij. Hanc etiam ſententiã approbant Hug. & Laur. & dicit Archi. ubi ſ̃. eã ẽt approbare Ray. prout no. in ſumma ſua; de deci. in princip. & tenet etiam Hoſt. in c. cum homines, de deci. & in ſumma eiuſdem tituli. §. cui dandum, & nouiſſime contra Io. An. latè proſequitur & tenet Cal. eius filius adoptiuus, fundãs ſe multũ ſuꝑ d. c. ad audientiã, inducẽdo ut. ſ̃. nec obſtat grauitas præiudicij



ſuper quo multum ſe fundat Io. And. aliàs intelligendum eſt hanc capellam per ep̃m de conſenſu capituli ſui requiſiti, cui poteſt præiudicari, fuiſſe conſtructam, nec aliter fieri poteſt & debet, ad hoc faciunt notata in c. conſtitutus, de reli. do. ¶ Item ſecundùm eum, ſalua reuerentia Ioan. An. qui nititur reſpondere ad dictũ cap. ad decimas ſuper quo ſe fundat Archi. non eſt per eum ſufficienter reſpõſum, quia licet illa eccleſia ſancti Nicolai, quæ agebat, nõ eſt plebs, ut dicit Io. And. tamen tex. principaliter ibi ſe fundat, quòd decimæ proueniebant ex prædiis, quæ fuerunt ibi petita, & intra alienam parochiam conſtituta. Et per hoc ibi infertur, quòd ad illam eccleſiam illæ decimæ pertinebant. Et ſic aperte innuit, quòd prędiales debeanꝫ eccleſiæ, intra cuius parochiam prædia ſita ſunt, ſi prædia, de quibus nunc quæriꝫ, ſunt intra parochiã ſancti Barth. ergo illi debentur. Hanc inſuper opin. ſecuti ſunt moderni, & præcipuè Ant. de Bu. in c. cũ cõtingat, concordando opiniones, dicit, ꝙ aut noua parochia nõ habet ſpeciales limites, & tũc omnes ſunt in concordia, quòd prædiales debenꝫ eccleſiæ baptiſmali: quia proueniunt intra parochiã ſuã, Et hoc tenet ſpecificè Io. Cald. & hoc caſu procedunt canones antiqui præferentes baptiſmalem capellæ, aut ſunt capellæ aſſignati ſpeciales, & diſtincti limites, & tũc aut neceſſitas impellit, quòd baptiſmalis nõ ſufficit propter amplitudinem parochiæ, & omnes obuẽtiones debent aſſignari ipſi capellæ ex mãdato iuris, ut in d. c. ad audientiam. Nec tunc dr̃ inferri præiudicium antiquæ eccleſiæ, ex quo ius non præcipit, & in dubio præſumendum eſt ipſum hoc mandatum iuris fuiſſe ſecutum. Et ad iura contraria reſpondet, quòd intelligi debent, ꝙ ſine magna neceſſitate capella conſtructa eſt. Aut eſt dubium, quæ fuerit antiquior parochialis, uel baptiſmalis; Et in dubio dicit eas dandas eccleſiæ parochiali per c. cũ cõtingat, & c. ad decimas. Ceſſat. n. nũc rõ. c. quæcunque, & c. eccleſiæ. 16. q. j. Et hãc opini puto ueriſſimam, & inferꝫ ad clarã deciſionẽ quæſtionis nr̃æ. dico. n. ꝙ ex dupli ci capite debet iſta eccleſia ſancti Bartholomæi obtinere. Primò, ꝙ habet parochiam certam & limitatam, & ꝓſumendum eſt, quòd fuerit neceſſitate ſecundum iuris diſpoſitionem ædificata, cum multum diſtet ab eccleſia plebis ſancti Iuſti, Et ſic quòd epiſcopus à principio ſibi adiudicauerit omnes obuentiones illius parochiæ, ſequendo diſpoſitionem iuris, de qua in d. c. ad audientiam. Itẽ ex alio capite leuiori, quia nõ apparet, an plebs ſancti Iuſti ſit antiquior, q̃ eccleſia ſancti Bartholomæi. ergo habet fundatam intentionem de iure communi, ex quo prædia reperiuntur in ſua parochia, & hoc caſu ceſſant omnes rationes Io. And. nec ipſe tenet hoc caſu ꝯriũ, cũ non poſſet dici, ꝙ cum graui præiudicio plebis non debuit capella ædificari, cum non appareat poſtmodũ fuiſſe ædificatam. Eſto tñ, quod appareat, nihilominus ſibi deberenꝫ ex quo parochia ſibi fuit decreta, & non appareat de ꝯditione alicuius. hæc omnia ſatis clare uidenꝫ probari ꝑ ea quæ allegaui in ſecunda parte. ¶ Nunc reſtat reſpondere ad contraria in prima parte fundata. ¶ Et primò ad c. de decimis, & c. ſtatuimus, & c. in ſatis xvj. q. j. reſpondeo dupliciter, primò ꝙ loquuntur de decimis ſitis intra parochiam plebis, quia in multis partibus non ſunt aliæ eccleſiæ parochiales præter plebes quod hoc ſit uerum, apertè probo per dictum c. in ſacris. ubi dr̃, ꝙ populi percipiebãt in eccleſia baptiſmali oĩa ſacramenta, & ſic innuit ſecus eſſe, ſi fuerint prædia ex̃ parochiã plebis. ¶ Secũdò poſſunt intelligi, quando ſola plebs habet parochiã; capellæ uero ſine limitibus habeant curã certarũ ꝑſonarũ, & ſic etiam poteſt intelligi. c. ex tranſmiſſa. de præſc. ut clarè innuitur ex illo tex. ¶ Ad tertiũ argumentũ de. c. ad audientiam, dico ſatis ſ̃ reſpõſũ nã potius facit pro opinione ꝯria, quia papa mãdauit ſibi aſſignari obuẽtionem & prouentus parochiæ ipſi capellæ, ut ſ̃. dixi. In ſecunda parte argumẽtorũ ad c. eccleſiæ, & c. quicunque patet ex prædictis duplex reſponſio. Primò poſſunt intelligi, quando cõſtat, quod capellæ fuerint poſtmodum ædificatæ intra limites plebis, nec ipſis capellis fuerint certæ parochiæ aſſignatæ. ¶ Secundò, quod ꝓcedunꝫ, qñ ædificantur nouæ capellæ non ex neceſſitate populi, ſed ex ſola uolũtate. tunc enim non debent antiquæ eccleſiæ priuari iuſtitijs ſuis propter nouiter ædificata, ſecus autem quando ex neceſſitate populi ut probatur in d. c. ad audientiam. ¶ Ad quartum & ultimum argumentum, dico quòd præſuppoſito, quod plebs ſit in aliqua parochiali hominum habitantium in capellis ſaltem ratione baptiſmatis, tamẽ reditus prouenientes intra parochiã capellæ deputantur à iure ipſi capellæ, ut d. c. ad audientiam, nec prædiales debentur ratione ſacramentorum. reſeruatur tamen eccleſiæ baptiſmali quidam honor ſecundùm impoſitionem in principio factã, uel loci conſuetudinem iuxta ea, quæ notantur in d. c. ad audientiam. Non autem debent ſubtrahi reditus decimales, ut ibi, & maximè procedunt prædicta in caſu noſtro, in quo non apparet, ut prædixi, quæ eccleſia ſit antiquior. ¶ Concludo ergo, quòd de iure cõi decimæ prædiales, de quibus quæritur, debentur de iurę ſalua conſuetudine in contrarium, eccleſiæ ſancti Bartholomæi, & non plebi ſancti Iuſti, &c.

## CONSILIVM LIX.

1. *Teſtator ſi dicat extraneo uoluntatem meam committo diſpoſitioni tuæ, uidetur illum inſtituiſſe hæredem, ut diſtribuat hæreditatem ad pias cauſas.*
2. *Subſtitutio in dubio potius debet interpretari, ut ſit directa, quàm fideicommiſſaria.*
3. *Trebellianica ceſſat in legatis ad pias cauſas.*
4. *Executor propriè eſt, qui exercet officium executionis.*

VIſo teſtamento quondam colini mei amici de Campagnatico comitatus Senarum, in quo inter cætera erat poſthumus inſtitutus, ſic diſpoſuit. ¶ Item uoluit, iuſſit, & mandauit, quod ſi dicti poſthumus, poſthuma, uel poſthumi unus, una, uel plures, filius filia, uel filij, hæres ſeu hæredes ſupra inſtituti, nõ naſcunꝫ uel naſcerenꝫ & ad lucem non peruenerint. ſeu in pupillari ætate morerenꝫ, ꝙ tũc & eo caſu, adueniẽte tali conditione, oĩa ſua, mobilia, & immobilia, res & actiones dẽtur, & cõcedanꝫ, & diſtribuanꝫ per ĩfraſcriptos eius cõmiſſarios pauperibus Chr̃i amore dei & locis pijs ꝓ remedio peccatorũ ſuorũ in fabricatione piorũ locorũ faciẽdo capellas adaptãdo oſtia, tecta & muros eccleſiarũ, ꝓut & ſicut infraſcriptis eius fideicõmiſſarijs uidebiꝫ, & placebit &c. demũ mortuo teſtatore, uxor ipſius peperit filiã, q̃ in pupillari ætate deceſſit. Quæriꝫ nũc de tribus. ¶ Primò, nunqd mater dictę pupillæ poſſit petere legitimã iure naturę cõpetẽtẽ matri ex bonis filiarũ, & quid de trebellianica. ¶ Secũdò, nũquid eps̃ loci poſſit intra annũ ſe impedire de executõe illius teſtãmenti? ¶ Tertiò, an poſt annũ deuoluaꝫ executio ad dñm ep̃m in nõ executis ꝑ fideicõmiſſarios? Circa primũ uꝛ, ꝙ mater poſſit detrahere legitimã ſuã, qa mater ſuccedit filiæ ab inteſtato. C. ad Tertul. ꝑ totũ. nec ẽt expreſſe põt ꝑ filios priuari, ſicut nec ipſa filia, in auth. ut cũ de appel. cog. §. aliud quoq; capitulũ. Itẽ dicẽdũ uꝛ de trebellianica. nã dicta ſubſtitutio ad pias cauſas uidetur fuiſſe fideicommiſſaria



UNIVERSITA DE

miſſaria,cũ non fuit uerbis directis facta,ſed obliquis,ut patet ibi:dẽtur & diſtribuantur &c.iuxta notata in l.uerbis ciuilibus,&in l.centurio,ff.de uulg.& pup.c.ſi pater, de teſt.lib.vj. Ergo filia in reſtitutione poteſt detrahere Trebellianicã:quia licet in legatis factis piis locis,ſeu ad pias cauſas ceſſat Falcidia,ut in auth.ſiĩr,C.ad l.Fal.non tñ Trebellianica, ut no.gl.in d.c.ſi pater.Et cũ filia nõ eſſet pure rogata reſtituere,ſed in euentum conditionis,ſ. ſi moreretur in pupillari ætate, potuit legitime detrahere duas quartas, unam debitam iure naturæ; aliam ex Trebelliano iuxta ea,quæ habẽtur,& no.in c.Raynutius, & c.Raynaldus,de teſt.no.gl.in l.Papinianus.§.meminiſſe,ff.de inoffi.teſt.facit quod leg.& no.in l.quãquam, C. ad leg.Fal. ¶Sed his non obſtantibus, dico quòd in caſu noſtro mater nihil poteſt de iure ſibi uendicare: quoniã ſubſtitutio facta impuberi fuit directa pupillaris. hoc patet ex eo, quia à nemine iſti fideicommiſſarij capiunt hæreditatem, ſed à ſeipſis. & ad illa uerba, dentur, & diſtribuãtur &c.ſubintelligũtur iſta uerba, ſcilicet fideicommiſſarij accipiant,uendant &c.ut in auĩ.de eccl.ti.§.ſi qs aũt;facit quod leg.& no.in l.alio,de ali.& ciba.lega. latè diſputat in terminis noſtris, & ſequitur Bar.in l.centurio, in repetitio.ff.de uulg.& pup.& in l.fundi Trebatiani.ff.de uſufru.lega.& ibi refert quatuor uicibus ſic cõſuluiſſe; & pro hoc facit.c.cum tibi, de teſta.ubi uidetur
1 caſus quaſi ſm communẽ lecturam.ibi.n.patet, † ꝙ ſi teſtator dixit ad extraneum: uoluntatem meam committo diſpoſitioni tuæ, uidetur illũ inſtituiſſe hæredem, ut diſtribuat hæreditatem ad pias cauſas. ita dicendum in caſu noſtro,ꝙ iſti fideicommiſſarij ſunt hæredes,& directo ſubſtituti pupillo ad pias cauſas; ꝙ maximè indicant illa uerba:omnia bona ſua &c. & ſic uocauit iſtos fideicommiſſarios ad omnia ſua bona:facit quod leg.& no.in l.q-
2 dam teſtamento,ff.de uulg.& pup.¶†Itẽ in dubio ſemper debemus interpretari,ut ſubſtitutio ſit potius directa, q̃ fideicommiſſaria,maximè qñ ad pias cauſas eſt facta ſubſtitutio,ut in c.j.de teſt.lib.vj. ¶Hoc præſuppoſito tãquã ueriſſimo infertur, ꝙ mater nil petere poteſt.Nam licet filius ex perſona ſua non poſſit excludere matrem, ut.s̃. dixi;pater tñ teſtando pro filio poteſt.nam illud teſtamẽtum eſt paternum,uel potius pars paterna; & hoc clariſſimè deciſum eſt in d.c.ſi pater,& uidetur ẽt fuiſſe de iure digeſtorũ,ut ĩ l.Papinianus.§.meminiſſe,de inoffi.teſt. ꝑ hoc etiam ceſſat Trebellianica,quæ non habet locũ in directa ſubſtitutione.d.c.ſi pater.¶Itẽ ex alio capite non habet hic locũ Trebellianica; † quia ad pias cauſas Trebellianica ceſſat,ſicut Falcidia,ut eſt hodie cõis doc.ſententia, ut habetur per moderniores in c.Raynaldus, de teſta.per Bar.in l.Marcellus,ff.ad Trebel.ubi reſpondit ad gl.dicti.c.j.quàm.s̃.allegaui in contrarium,per Bal.in l.id quod pauperibus,C.de epiſ.& cle. ¶Videĩ expreſſum in auth.de eccle.tit.§.ſi aũt hæres,& l.ſi quis ad declinandã,C.de epi.& cle.& ſic pluries per uiros præſtantiſſimos uidi conſultum, & per hoc patet rñſio ad oĩa ↄria ſuperius formata. ¶Venio ad ſecundum dubium, nũquid loci eps̃ poſſit ſe intra annũ de executione impedire,uel aliquid de dicta hæreditate petere.Et primò dico, ꝙ ĩ præſenti nihil poteſt petere: quia eps̃ nõ capit quartã, niſi de relictis factis pauperibus, uel ad alias pias cauſas,ut in c.requiſiſti,de teſt.iũcta gl.in c.ij.de ſepul.& ĩ l.nulli,& l.ſi qs ad declinandam,C.de epi.& cle.rõ patet ex his, quæ no.in c.officij.de teſta.ſi iſti fideicõmiſſarij aliqua tribuerint eccleſiis,uel piis locis, poterit eps̃ ab illis locis piis petere quartã,ſi hoc habet cõſuetudo: quia uidẽtur hæc bona capere ab ipſo teſtatore, cũ ipſe dicatur hoc facere ꝑ ſuos fideicõmiſſarios,ar.c.ſanè,de offi.deleg.& c.ſi apoſtolicæ de præbẽ.lib.vj.niſi det in aliquã cãm priuilegiatã pro fabrica uel aliis concernentibus perpetuũ cultum diuinũ;utputa,quod in eccleſia conſtruatur una capella, uel altare,uel præbẽda,uel qd ſimile. Ex his.n.nõ detrahiĩ quarta, ut leg.& no.in c.ſi.de teſt.dico ẽt ꝙ intra annũ nõ pôt eps̃ ſe impedire circa executionẽ illorũ bonorũ quia illa non ſunt malè ablata & incerta; & ſic ceſſant no.in c.2.de teſta.lib.vj.& c.cum ſit nimis,de Iudæ.ſi ſint bona illius teſtatoris,qui uoluit pro anima ſua,& remedio ſuorum peccatorũ illa diſtribui in pias cãs,prout uidebitur,& placebit ſuis fideicõmiſſariis & ſic ꝑ eos, non per epos debet fieri executio,ut in c.tua,& in c.Ioannes, de teſta.& d.l.ſi qs ad declinandã, & l.nulli. uerũtñ pôt eps̃ interponere partes ſuas ut uniuerſa ſm defuncti uoluntatẽ procedant,ut d.c.tua,& c.Ioãnes, in auĩ.de eccl. ti.§.ſi quis aũt ædificationẽ;& hoc de ſecũdo. ¶Venio ad tertiũ,nũquid poſt lapſum anni ſupplere poſſit in nõ executis ꝑ fideicõmiſſarios?dico ſic concluſiuè: quia de iure cõi poſt lapſum anni poteſtas exequendi deuoluitur ad epm̃, ut in c.nos quidẽ & c.ſi hæredes, de teſt.& in auth. de eccl.ti.§.ſi quis aũt ædificationẽ. uerũtamẽ iſte annus nõ currit niſi a die monitionis, ut expreſsè colligitur in d.c.nos,& tenẽt ibi cõiter doc.& clarius colligiĩ in auth. hoc amplius,C de fideic.& in corpore,unde ſumitur,tenet Fed.cõſ.124. Dico ẽt iſtũ annũ non currere, niſi negligẽtibus,ut expreſsè colligitur ex d.c.nos quidẽ,in uerbo neglexẽrit.Et ſentit ibi Hoſt.& clarius Fed.ĩ loco p̃al. Sentit ẽt Bar.in d.auth.hoc amplius, & vĩ tex.iuncta gl. no.inſti.de auth.tu.§.itẽ, in uerbo,diſtulerit.facit ẽt,qđ no.in c.quã ſit,de elec.lib.6.in uerbo,diſtulerit.Si.n.impediũtur exequi intra annũ ex cauſa legitima,certè ptãs nõ deuoluiĩ ad epm̃, quia nõ ualenti agere nõ currit tẽpus in c.qa diuerſitatẽ,de cõceſſ.p̃bẽ.& in l.ↄ maiores,C. de inoffi.teſt. ¶Idẽ dicerẽ ſi cõmode non poſſent:quia id dicimur poſſe, qđ cõmode poſſumus ut in l.Nepos Proculo,ff.de uer.ſig.22.q.2.c.faciat homo.¶Verũtñ epi ſolẽt habere ſtatuta,quibus caueĩ,ut annus iſte currat habẽtibus exeq à die mortis teſtatoris,& ſic expectata aliqua monitione,quæ ualeat,ut ſentit Fede.in loco prę all. Nã poſſunt epi facere ſtatuta,adiuuãte iure cõi, ut ĩ c.ij. de cõſti.lib.vj.ubi no.gl.in cle.ne Romani,de cle.plenius ꝑ Io.An.ĩ c.ſi.de offi.archi.Sed dico illud ſtatutũ uẽdicare ſibi locum in meris executoribus,nõ aũt in iſtis cõmiſſariis,de qbus hic:qa iſti nõ dicũtur mere executores, cũ
4 hẽant eligere & diſcernere,ĩ quã cãm,& qualiter illa bona ſunt diſtribuẽda,†Executor eſt.n. ꝓpriè,q exercet nudũ officiũ executionis:ut ſi teſtõr mãdaſſet, ꝙ darẽt cẽtũ tali ecclię,arg.ĩ l.executorẽ,ff.de exec.rei iu.Notãter dicit Bar.ĩ l.qdã,ff.de le.2.oportet ergo,ꝙ prius admoneãtur, niſi ſtatutũ ẽt de iſtis hñtibus eligere diſponeret; uñ ĩſpiciẽda ſunt uerba ſtatuti.Et hæc ſufficiãt. NIC.ABB.

## CONSILIVM LX.

1 *Mandatarius,ſeu fideiuſſor,poteſt agere contra mandatorem,nedum pro ſorte principali, quando pro eo ſoluit, ſed etiam ad damna, & intereſſe.*
2 *Fideiuſſor pro uſuris ſoluendis ex ſimplici pacto poteſt ſoluere.*
3 *Fideiuſſor tenetur proponere exceptiones, ſibi,uel principali competentes, quando poteſt.*
4 *Debitores ciuitatis ſi ſoluunt tyranno, etiam ſimplici eius mandato, liberantur à ciuitate.*
5 *Vocans aliquem ad bellum iuſtum, tenetur illi actione mandati ad omnium damnorum refectionem.*

Quoniam



QVoniam ſatis abundè per excell.doctorem do.Antonium primo conſulentem materia diſcuſſa eſt, quorũdam additione ultra prædicta,q̃ uiſa ſunt mihi clariſſimè in hac materia concludere, contentus exiſtam.¶Et primo pro faciliori concluſione præmitto, ꝙ dictus Ioannes uere, & ciuiliter, & naturaliter fuit obligatus dicto comiti Rolando ex fideiuſſione per eũ facta, cũ in carceribus poſitus ei ſcripſit, ut pro eo fideiuberet, ac etiam poſt relaxationẽ approbauerit, & de nouo ꝓmiſerit ipſum comitem Rolandum ab ipſa promiſſione conſeruare indẽnem. Nam in carceribus poſitus;dũmodo non efficiatur ſeruus,ſicut iſte Ioãnes non erat, iuxta no.in l.hoſtes,ff.de captiu.& poſtlim. reuer. maximè per Bar.& Inno. in c.olim.j.de reſti.ſpol. poteſt procuratorem conſtituere, & alteri ſe obligare. tãq̃ detinenti maximè ꝑ ipſius liberatione,ut notã.probatur in l.metũ.§.ſed licet,ff.quod met.cau. & l.Papinianus exuli,ff.de mino. not.Inno.in c.cum locum,de ſpõſa. & Bar.in l.qui in carcerem,ff.q met.cau. ¶Secundo præ-
1 mitto, † ꝙ mãdatarius,ſeu fideiuſſor poteſt agere contra mãdatorem, nedum ꝑ ſorte principali,qñ pro eo ſoluit, ſed etiam ad dãna & intereſſe,ut ꝓbatur in c.peruenit, & c.cõſtitutus,de fideiuſſoribus,& in l.inter cauſas.§.impendia,& l.quæ mutuũ, in ſi.ff.mand. quinimmo vult Innoc.in c.ſicut.ij.de iureiur. quod etiam dãna, quæ paſſus fuit caſu fortuito, ſi ueriſimiliter credebantur accidere, poteſt agere contra mãdatorem, & ſequitur Ioã.And. in regula, acceſſorium, de regu.iu.lib.6.in Mercu.¶Tertio præmitto ſic, regulariter oẽs exceptiones cõpetẽtes principali cõpetunt fideiuſſori,& tenetur illas opponere,quas ſi prætermittat, ſciens illas debitori cõpetere, ſi ſoluat, non habet mandati actionem, tanquã ſoluat odio ipſius debitoris; ꝙ licet excuſetur ignorãtia facti: non tñ ignorantia iuris. hæc probantur in l.omnes exceptiones,ff.de excep.in l.ſi fideiuſſor,ff.mãda. ¶Quartò præſuppoſito, quod ſi fideiuſſor fecit quicquid potuit, nec ꝑ eo deficit, quin exceptiones reo,uel ſibi cõpetentes admittãtur:ſed ui fuit cõpulſus ad ſoluendum ſine culpa ſua,etiam ſi per iniuriam ſuperiorũ hoc acciderit; pôt nihilominus agere contra mandatorem. hoc probatur ſm literam à ↄrio ſenſu in d.l.exceptiones, & ſequiĩ ibi Bart.Io.And.in dicta regula, dãnum. ego ad hoc induco tex.apertiſſimum iuncta gl.in uerbo,iudicium, in l.nam & Seruius,ff.de nego.geſt. ¶His aũt præſuppoſitis dico, ꝙ multiplici ex cã. dictus comes Rolã. habet regreſſum contra dictum Ioã. tam ꝑ ſorte ſoluta,quã etiam pro dãno & intereſſe;& primo qñ pro eo ſoluit, mandato præcedente, & occaſione morę dicti Ioã.paſſus fuit illa damna,ut in iuribus ſuperius alleg. ¶Non obſtat ſi dicatur,ꝙ debuit ꝓponere exceptiones cõpetẽtes principali, maximè cum principalis eum certiorauerit, & ſic non poterat p̃tendere ignorantiã,d.l.ſi fideiuſ. ¶Ad hoc enim rñdeo multipliciter, etiã præſuppoſito, ꝙ illi qui fecerũt proteſtationem, fuiſſent ueri procuratores,etiam præſuppoſita illarum exceptionum iuſtitia & ueritate. dico.n ꝙ fideiuſſor non tenetur cũ ſuo aliquali pudore exceptiones ꝓponere, licet de rigore & ſubtilitate iuris potuiſſet ꝓponere.de hoc eſt tex.
2 ualde not. in l.Quintus,ff.mand.ubi diciĩ, † ꝙ fideiuſſor ꝑ uſuris ſoluendis ex ſimplici pacto pôt ſoluere.nec tenetur excipere, ꝙ nõ inte uenit ſtipĩone ex fictione nudi pacti,notetur apud homines de facto,qa non tenetur cõſulere alteri,ſ.principali cũ ſuo pudore,ut ibi notanter dĩ. Ita ad ꝓpoſitũ,cum iſte comes ꝓmiſiſſet ſoluere illi Sempronio,etiã eo tpe,quo erat rebellis ecclĩæ; inhoneſtum uidebat tanto uiro allegare religionẽ,uel aliã exceptionem,q̃ apertiſsimè non cõcludebat iuſtitiam petentis, cũ ex hoc ſoleat diminui fides & opin.dñorum apud ſuos & alienos, maximè qa inhoneſtũ uĩ reprobare mores, quos ante approbauerat 32.q.5.c.horrẽdus, & in l.creditores, ff.de pri.cr.no.Bar.ĩ l.ſi.C.de ſpõ.& ĩ c.quẽad.de iureiu. ¶Scđo quẽadmodum non tenetur fideiuſſor exceptiones ꝓponere cũ aliquali pudore facti.d.l.Quintus, ita & fortius,nec cũ magno rerũ ſuarum periculo. Erat.n.ille Sẽpronius longè eo potẽtior,ut exitus edocuit,vnde ex denegatione ſortis, & ꝓpõne illarum turpiũ exceptionum meritò poterat iuſtè timere ſui ſtatus interitũ, uel bonorum ſuorũ ſeu maioris partis iacturã. Excuſatur ergo, ſi iſto timore ductus illas non ꝓpoſuit,ut optimè probaĩ ĩ l.nouiſsimè, ff.quod cum fal.tu. metus.n.oĩum bonorũ, uel maioris partis excuſat,ut in c.abbas,qđ me.cau.& c. frequens, de reſt.ſpo.lib.6. ¶Tertio ꝓbatur apertiſsimè
3 alia rõne † fideiuſſor teneĩ ꝓponere exceptiones ſibi,uel principali cõpetentes,qñ pôt: ut qa eſt coram iudice cõpetenti; ſed ubi non pôt per potentiam aduerſarij,cui nõ ualet cõmode reſiſtere,non teneĩ: quinimo,ſi ſoluit,habet regreſſum ↄ principalẽ;hoc probaĩ apertiſsimè ĩ d.l. nã & Seruius, iuncta gl.in uerbo,iudicium,ff.de neg.geſt. Nam ibi illi, de qbus ibi, promiſerunt in carceribus ſuo detentori;& ſic cõpetebat eis exceptio per l.pe.ff.qđ me. cau.qm̃ illi erant ſerui; & ſic nõ poterãt obligari ciuilĩr; & tñ qa de facto non ꝓfuiſſet eis illa exceptio,ſi eã ꝓpoſuiſſent,habet regreſſum ↄ tertium,pro quo ſoluerũt;qa eis non fuit imputãdum,vt ibi dicit. & licet ꝑ iniuriã eis factam illud contingit:tñ,ut ibi dicit gl.quã ſinglĩr no.ibi Bar.qa illa iniuria contingit facto illius principalis, qui nõ fuit reuerſus, non imputatur eis.Vnde agunt ad dãnũ ↄ principalem; ita punctualĩr accidit in caſu noſtro. Nam iſte comes Rolandus non habebat iudicem cõpetentem ſaltem de facili ↄ illum Sempronium,nec profuiſſent ſibi illæ exceptiones;quinimo Sẽpronium ꝓuocaſſent ad deteriora ↄ eum,& ſic merito tacuit,etiã ſi fuiſſent ueræ.d. l.nam & Seruius,& 11.q.3.c.ſi qñ. nec dictus Rolan.ſponte ſoluit,imo expectauit inuaſionẽ,& deſolationem aliquorum bonorum ſuorũ,& ſæpe requiſiuit dictum Ioan. dictus comes Rolandus de iure & de facto releuare ab illo periculo, & non dimittere diu illum obligatũ in illa fideiuſsione, ut in c.ſin.de fideiuſſ. & l.ſi pro eo,C.mand. vnde ſaltem ex hac mora, qa diu ceſſauit illum liberare ſua fideiuſsione,tenetur illum releuare ab omni dãno & intereſſe:qa quicquid prouenit ex mora ſua,ſibi debet ĩputari.l.neceſſariò,ff.de peri.& cõ.rei uen.& d.c.ꝑuenit, & c.dilecta,de fo.cõp.maximè cum dãnum fuerit inflictũ odio ipſius Ioannis,& ſic cum eo debet retorqueri,ut notanter dĩ in l.ſi merces.§.certè,ff.loc. ¶Quarto optimè faciunt no.ꝑ Bar.in tract.de tyrãno. ubi inter cætera di-
4 cit, † ꝙ ſi debitores ciuitatis ſoluunt tyrãno, etiam ſi ſimplici eius præconio,liberãtur à ciuitate: qa iuſto timore ducti ſoluerunt tyrãno, nec probabilĩr poterant excipere ſine magno periculo; & maximè cum illud præceptum fieret odio ciuitatis, & ad hoc all.d l.nouiſsimè.l.Paulo Callimacho,ff.de leg.iij.cũ multis ſi. Ita in ꝓpoſito excuſatur dñs comes Rolãdus fideiuſſor,ſi exceptionibus etiã ueris non propoſitis ſoluit.potius.n.luit uolens ſuo periculo conſulere,& relinquere onus repetendi Ioãni principali,facit, ꝙ no.in ſimili no.Io.An.in d.regula,dãnum, in Merc.in fideiuſſore, q ſoluit uſuras indebitas. Si ergo tyranno,q nullum ius habet,iuſtè ſoluiĩ inſtante timore. ita etiã ille Sẽpronius, etiam ſi fuiſſet rebellis ecclĩæ. Nã ut de hæreticis dicit Aug.nõnullos ſuſtinemus, quos inuiti toleramus 23.q.1.c.quiſquis, & 14.q.7.c.quicunque.

¶Item reſpectu dãnorum apertiſſimè facit dictum Inn. ĩ d.c.ſicut, ubi dicit, ꝙ uocans aliquem ad bellum iuſtũ, tenetur illi actione mandati ad oĩum dãnorum reformationem, licet iniuſta dãna fuerit paſſus: q̃a hoc eſt de natura mandati, etiam ſi ꝑ caſum fortuitũ damna illa contingũt, dũmodo ueriſimilr̃ ille caſus fortuitus poterat accidere. Ita dicendũ eſt hic, cũ occaſione mandati fuerit iſte paſſus dãnum, etiam ſi iniuſte: debet tñ habere regreſſum ꝯ mandatorem. Nec obſt. ſi dicat̃, ꝙ erat excõicatus: q̃a inſequutus fuit Cardinalem hoſtiliter. ¶Põt.n. ad hoc multipliciter rñderi. Et primo, ꝙ ꝓ utilitate noſtra maximè ut euitemus dãnum, & ſtrages hominum, poſſumus excõicatos non uitare ſaltẽ in ſimplici canone, ut erat in caſu noſtro reſpectu momẽtaneæ ſolr̃onis, ut uĩ probari ſingulariter in c.ſi uerè, de ſen.excõ. Et ſentit ibi Inn. in prin. vnde, ne ille Sẽpronius inuaderet totam terrã dicti comitis Rolandi, ſicut inceperat iuſtè potuit illi ſolr̃onem facere. Item ſolr̃o non fit hoĩbus ſuis, ſed ſuo familiari, qui licitè cõicat dño ſuo excõicato, in c.qui multos 11.q.3. ¶Item, ut uideor ꝑcipere, ille Cardinalis nõ erat de obedientia Ioãnis, ſicut erat ipſe Sẽpronius, & ſic quo ad eũ non gaudebat priuilegio Cardinalatus, arg. c.licet, de electio.& 23.diſt. c.in nomine Dñi. Inſuꝑ excõicato ſm̃ multos licitè ſoluitur debitum, ut uoluit Inn. in c.ueritatis, de do & cõtu.& gl. Io. 15.q.6. c.nos ſcõrum, & Archi. ibi vnde licet aliqui contra; tñ habito reſpectu, ꝙ pũctus eſt dubius, & periculũ erat in mora, licitè ſoluit. d.c.ſi uere. Nam excõicatio debet nocere ipſi excõicato, & non tertio. in ſui odium ſubtrahitur cõio, & non tertij. vnde nec ex hoc ſequeret̃ deuaſtatio territorij ipſius comitis Rolandi. iuſte ſoluit etiam, præſuppoſito, ꝙ uere fuit excõmunicatus, & etiam hæreticus. Si.n. permittitur cõio excõmunicati ad ipſius alimoniã, ne pereat. d.c.qm̃ multos, in fi. fortius in fauorem ſubditorum dicti comitis Rolandi, ne ex inuaſione Sempronij potentiſſimè perirent. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM LXI.

1 *Sententia ſi lata ſit inter præſentes, præſumitur, quòd iudex habuerit iuriſdictionem, ex quo tranſiuit in rem iudicatam.*
2 *Legatus, etiam de latere, non poteſt tollere ius alteri quæſitum.*
3 *Princeps ſolus poteſt tollere ius alteri quæſitum.*
4 *Poſſeſsio iuriſdictionis acquiritur per vnicum actum, qui non ſolet de gratia concedi.*
5 *Marchia Anchonitana ſpectat in ſpiritualibus & temporalibus ad eccleſiam.*
6 *Factum antiquum non dicitur ante lapſum 20. ann. quo ad impugnandam ſententiam de nullitate.*
7 *Scientia poſſeſſoris acquiritur in acquiſitione iuriũ incorporaliũ.*

SAluatoris, eiuſq; genitricis Mariæ præſidio inuocato, In cã & q̃õne, quæ ad præſens uertit̃ inter cõitatem, ſeu vniuerſitatem Montis S. Mariæ in Caxiano ex vna parte, & cõitatẽ ſeu vniuerſitatem Mõtisfani ex alia parte ꝓuinciæ Marchiæ Anchonitanæ ſuper nullitate ſñiæ latæ per dños Bartholomæum de Cremona, & Ant. de Ciuolis de Tridento, legum doctores, tunc cõmiſſarios magnifici & potentis dñi Pandolphi de Malateſtis, tum etiã ſuper quibuſdã finibus ipſarum cõmunitatum, ut clariſſimè conſtat ex actis corã uariis iudicibus, in hac cã habitis, attingam ſuccinctè q̃dam princip. in materia: qm̃ non habui tempus oĩa acta trãſcurrendi propter feſtinantiã conſilium petẽtis. præſupponitur mihi in facto omnia uera eſſe, q̃ narrantur in conſilio excell. doct. D. Matthæi de Felicianis. ¶Et primo uidetur, ꝙ dicta cõmunitas Montisfani foueat iuſtiſſimam cauſam, cum pro eo lata fuit ſñia per dictos cõmiſſarios iam ſunt anni 15. à qua licet fuerit per alterã partem appellatũ: non tñ fuit tempore debito proſecutum; & ſic ſñia remanſit ualida. ſic tranſiuit in rem iud. ut in c. perſonas, & c.ſi Romana, & c.oblatæ, cũ multis ſi. de app. q̃ facit ius inter partes, etiam ſi in ſe cõtineret iniuſtitiã, ut l.res iud. ff. de reg. iu. & l.ingenuum, ff. de ſta. ho. & c. cum inter, de re iud. & c.quod ad conſultationem, eo. ti. & in auth. ei q̃ ap. C. de tẽp. app. & in cle. ſicut appellationem, de ap. Non obſtat defectus iuriſdictionis allegatus ĩ delegante quo ad cõmunitatem Mõtis S. Mariæ. Ad hoc enim multipliciter rñdetur. Primo per no. & ſingulare dictum Inn. in c.cum in iure, de offi. dele. & ſentit Io. Cal. in
1 c.qm̃ contra, de proba. dicit.n. Inn. † ꝙ ubi ſñia lata fuit inter præſentes, præſumit̃, ꝙ iudex habuerit iuriſdictionem, ex quo tranſiuit in rem iud. vnde opponenti defectũ iuriſdictionis incumbit onus probandi; & idem dixerunt multi, ſi fuit lata in abſentẽ contumaciter maximè, quãdo factum eſt antiquum, ut not. in dictis iuribus, maximè ꝑ moderniores; & per hoc facit. l.Pomponius. §.rati, ff. de procur. & quod no. gl. in c.j. de elec. lib. 6. Patet.n. ꝙ poſt lit. conteſt. non opponitur defectus mandati quo ad hoc, ut procurator habeat dicere de mandato, cũ altera pars uiſa ſit in eum conſentire. ¶Item & fortius dicendum in eo, q̃ appellauit à iudice: uel appellauit, & non fuit ꝓſecutus, & maximè cum factum ſit hic ſatis antiquum. poterat.n. habere magnificus do. Pandolphus iuriſdictionem delegatam: uel forte ſua fuit ꝓrogata; & ſic in dubio præſumendum eſt ex taciturnitate tanti tẽporis. Ad idem, q̃d no. in d.c.cum in iure, & c.bonæ, el j. de elec. dicit.n. ꝓ ſententia præſumendum poſtquã tranſiuit in rem iud. ut in iuribus præall. ¶Secundo arguitur à ſufficienti partium enumeratione. aut dictus dñs de Malateſtis habebat iuriſdictionem in dicto caſtro Mõtis S. Mariæ aut nullam. primo caſu ualet in dubio illa ſententia: quia delegatus fungitur uice delegantis, ut in c.ſanè, de offi. eius, cui mã. eſt iuriſ. contra quã non potuit gubernator Marchiæ cau
2 ſam de nouo cõmittere. quia † delegatus, etiam de latere, non põt tollere ius alteri quæſitum, in c.fi. de confir. uti. & immutare iuris ordinem, ut dicit gl. poſt Spe. in c.
3 fin. de hæret. lib. 6. ¶†Solius.n. principis eſt tollere ius alteri quæſitum, iuxta no. in c. conſtitutus, de relig. do. & ĩ regula, indultũ à iure, de reg. iu. in vj. & 25.q.2. ĩ ſumma, ¶Si uerò dictus dominus non habebat iuriſdictionem, dicendum uidetur, quod aut litigando coram ſuis delegatis deputatis in hac cã prorogauerũt iſti de Monte S. Mariæ iuriſdictionẽ iſtius domini de Malateſtis; nõ dico delegatorum ſuorũ, ſicut quidam inconſiderate in hac cã allegauerũt. Non.n. hic cadit illa diſputatio, an delegati iuriſdictio poſſit prorogari. tunc.n. habet locum illa indagatio, quando delegatus vult cognoſcere ultra cõprehenſa in reſcripto iuxta no. in c.cũ olim, el j. & c.P.& G. & c.de cauſis, de offi. del. ¶Sed ex quo in caſu noſtro iſti delegati cognouerunt tm̃ de cã, & inter perſonas, de q̃bus in cõmiſsione eis facta, fruſtra indagat̃, an iuriſdictio delegata poſsit prorogari: quia iſti cõmiſſarij gerebant per oĩa uices illius domini de Malateſtis, ut in iuribus ſuperius all. & ſic potius uĩ prorogata iuriſdõ illius domini, q̃ cum aliàs ordinarius eſſet, iure ſuo potuit ſua iuriſdõ ꝓrogari, & uirtute ꝓrogationis cãm cõmittere, ut in l.j. ff. de iud. & l.ij. C. de iur. om. iu. l.ex conſenſu. C. de epiſ. aud. & c.ſignificaſti, cũ ibi no. de fo. comp. Nã ꝓrogata iuriſdõ eſt illius naturæ, cuius eſt iſta principalis, ut no. ĩ c. P. & G.



P.& G. & patet in dicta l.ij. unde ſicut poterat cõmittere ſuã iuriſdõnem. l.una. C. qui pro iuriſdi. ita & prorogatã. in prorogatione uerò iuriſdictionis ſaltẽ ordinariæ ſufficit tacitus conſenſus partium, arg. in l.j. C. de iuriſd. om. iud. & l.ij. ff. de iudi. no. Bar. in l.j. ff. eo. tit. & Inn. ĩ c.ad petitionem, de accu. in prin. ſed hoc notorium erat ipſis cõmunitatibus, ꝙ eorũ ſyndici litigabant coram delegatis ipſius dñi. ergo ſufficere debebat ipſarum cõitatum tacitus cõſenſus: & ſic tolli uidentur multa ꝑ aliquos allegata ponderantes ſyndicum Montis ſanctæ Mariæ non habuiſſe mandatũ ad ꝓrogandũ iuriſdictionẽ: quia ſyndici, ſed ipſe cõitates uidẽtur prorogaſſe patiẽtes illos ſyndicos litigare corã illis; & ad hoc tex. notabilis iũcta gl. in d.c.cũ olim. aut ceſſante ꝓrogatione, oportet dicere, ꝙ iſte dñs de Malateſtis acquiſiuit iuriſdõnem iure proprio exercẽdo in iſtã cõitatem iſtũ actum iuriſdictionalem. Nã delegare cãm eſt iuriſdictionis, ut l.imperiũ, ff. de iuriſd. om. iud. in fi. no. gl. in c.ſi à ſubdelegato, de offi. deleg. lib. vj. ¶†Per unicum aũt actum, qui nõ ſolet de gratia cõcedi, acquiritur iuriſdictionis poſſeſſio, ut no. Inn. in c.cũ eccleſia Sutrina, de cau. poſ. & prop. & in c. bonæ, el.ij. de poſtu. præla. & ĩ c.dilectus, de ca. mo. Bar. in l.j. §. hoc interdicto, ff. de itine. actuq; priua. rõne cuius ualent ea, quæ poſſeſſor exercet, ut no. doct. poſt Inn. ĩ c.cum dilectus, de reli. do. & c.olim. 2. de reſt. ſpo. facit. c.conſtitutionis, de iure patrona. & c.querelam, de elect. ¶Tertio facit principaliter, quod no. gl. in c.ſignificaſti, de fo. cõp. q̃ dicit, ꝙ litigans ſcienter coram iudice non ſuo, licet non potuiſſet prorogare iuriſdictionem illius, ut in clerico reſpectu laici. nõ tñ põt ꝯ ſentẽtiam uenire, ſaltẽ ut pactũ; ſicut acceptilatio inutilis, ff. de pact. l.ſi unus. §.penult. & ff. de accept. l.ſi acceptilatũ, facit. l.ij. C. cõia utriuſq; iudi. ubi bonus tex. ¶Quartò facit, quia audio notoriũ eſſe, ꝙ magnificus & potens dñs Carolus de Malateſtis tẽpore illius ſententiæ exercebat omnimodã iuriſdictionẽ in dicto caſtro Montis ſanctæ Mariæ; qui ẽt cõmiſit cãm in genere dño Bartholomæo uni ex dictis cõmiſſariis. Et ſic ſaltẽ ex iſto capite debet ualere ſententia, ẽt præſuppoſito, quod dictus Carolus non habuiſſet ibidẽ de iure iuriſdõnẽ. Nã rõne publicæ utilitatis; ex quo reputatur tanquã dñs, probãtur ualere per eũ geſta. l.Barbarius, ff. de offi. præto. & 2.q.6. §.ueruntamen. ¶†Quintò dñs Pandolphus erat, & eſt dñs Montisfani. Sed in iudicio finium regũdorũ uterq; eſt actor & reus, ut in c.ex literis, de ꝓba. & ff. fami. erciſ. l.inter cohæredes. §.qui fami. erciſ. ergo potuit dictus dñs cãm cõmittere, quatenus lis mouebatur ꝯ ſubditũ ſuũ: quia actor ſequitur forũ rei, de foro cõp. c.cũ ſit gñale. ¶Sed his non obſtantibus ꝯriã ſñiam arbitror præualere, dico & illã ſñiam multiplici rõne eſſe nullã. ¶Primò, quia fuit lata ab eo, ſeu authoritate illius, de quo notorie cõſtat nõ habuiſſe iuriſdictionem in hac cauſa. †Tota.n. prouincia Marchiæ Anchonitanæ ſpectat in ſpiritualibus & temporalibus iuriſdictioni eccleſiæ, ut probatur in extrauaganti Ioãnis. 22. quæ incipit dierũ excreſcente malitia, Romana eccleſia & hodie de præſenti exercet omnimodã iuriſdictionẽ. Nõ potuit ergo dñs Pandolphus hanc cãm illis doctoribus delegare. Nemo.n dat, quod non habet. l.traditio, ff. de acquir. re. domi. & c.de multa. 1.q.7. & c.quod autẽ, de iure patro. quare ſententia ab iſtis tanquã iuriſdictione carentibus lata uiribus non ſubſiſtit. C.ſi à nõ compe. iudi. per totũ, & c.at ſi clerici, de iudi. & c.uno, de offi. deleg. quare deſertione appellationis non obſtante, poteſt dicta cõitas ſanctæ Mariæ agere de nullitate, ut eſt tex. in l.ſi expreſſim, ff. de ap. & tex. iuncta gl. c.licet, de ſen. excõ. lib. vj. per doc. in cle. ſæpe, de appel. ¶Ad prædicta facit gl. multum notabilis in c.cum iure, de offi. deleg. quæ dicit, quẽ debere conſeruare inſtrumẽtũ poteſtatis iudicis: quia alias pro ſententia non præſumitur, & ibidem hoc latius. ¶Secundò dicta ſententia eſt nulla, quia alter ex cõpromiſſariis cõmiſit cauſæ cognitionẽ ſuo cõdelegato; quod facere nõ poterat, cũ eſſet delegatus non a principe, ut in c. cum cauſam, de app. & l.à iudice, C. de iudi. licet.n. delegatus à principe inferiori poſſit ſubdelegare articulum non iuriſdictionalẽ iuxta notabile dictũ Inn. in c.cũ Bertoldus, de iudi. pro quo facit tex. ſm̃ unũ intellectum, & idẽ ſentit gl. no. iuris ciuilis in authẽ. de defen. ciui. prope finẽ: articulũ tamẽ iuriſdõnalẽ cõmittere nõ põt, ut in præallegatis iuribus. Nec obſtat, ſi dicatur, quod cõmiſit uices ſuas collegæ: eadẽ ratio prohibitionis eſt in collega, quæ in extraneo, & iura loquũtur in hac materia indiſtinctè. ꝓ hoc facit gl. ĩ c.is cui, de offi. dele. lib. vj. & d.c. cũ cãm. ꝓinde ergo eſt, ac ſi dominus Barth. ſolus ꝓceſſiſſet; quo caſu indubitatũ eſt nõ ualere ꝓceſſum corã uno ex duobus delegatis agitatũ, ut in c.cãm matrimonij, & ĩ c.uno delegatorũ, de offi. deleg. ¶Tertiò corruit dicta ſententia ex defectu ordinis iudiciarij: quia dicitur litẽ non fuiſſe conteſtatã. Item dominus de Malateſtis, cũ recognoſcat ſuperiorẽ, non potuit cãm committere ſimplr̃, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, & ſic tollere ſolennitates, quia hoc ſolũ principis eſt, uel habentis iura principis, iuxta not. per gl. in c.fi. de hære. lib. vj. & ſequit̃ Spec. in tit. de leg. §.ſupereſt, uer. ſed nunquid. ¶Quartò facit, ꝙ ubicũq; pars, pro qua lata fuit ſententia, aſſumit diſputationem coram iudice competente ſuper iuſtitia, uel iniuſtitia ſententiæ, ſi iudex reperit ſententiam iniuſtam; debet illam retractare, non obſtante, quod trãſiuit in rem iudicatam, ut no. ponit Inn. in c.cũ dilecti, de reſcript. & c.cum Bertoldus, de re iudi. Sed in caſu noſtro, ut mihi dicitur illa communitas Montisfani, aſſumpſit hanc diſputationem. ergo ſi iudex repellit illam iniuſtã, debuit eã retractare, ut fecit. ¶Quintò hoc probo ſubtili ratione. iuriſdictio in communitatem montis ſanctæ Mariæ nũquam pertinuit nec de iure, nec de facto ad dominum Pandolphum. ſed tempore illius commiſſionis & litigij dominus Carolus de facto exercebat iuriſdõnem in dicta terra; unde dominus Pãdolphus ſimplr̃ nõ commiſit illam cauſam illis doctoribus, ſed quãtũ in eo erat, quaſi pro parte cõitatis Montisfani quæ cõitas ad eum pertinebat & pertinet. unde illam communitatem dixit eſſe ſuam: non ſic dixit de communitate Montis ſanctæ Mariæ quaſi ponens ſpem, quòd dominus Carolus licet in genere, commiſit cauſam domino Bartholomæo uni ex illis duobus commiſſariis, ſed dicti commiſſarij ſolius domini Pandolphi, qui non habebat aliquam iuriſdictionem in dictam communitatem montis ſanctæ Mariæ, ergo ipſo iure ſententia fuit nulla, maximè, quià, ut dixi, dictus dominus Pandolphus ſolus cõmittere nõ intẽdebat; pro hoc c.cũ ſuper abbatia, & quod ibi no. de offi. dele. & c.ex parte Aſtenſis, de conceſ. præben. & quod not. Bar. in l.ſi is, ff. de acquir. hære. ¶Nunc uenio ad reſponſionem contrariorũ, quæ uidentur prima frõte multũ urgere. Et primo ad primũ dico, quod non apparet partes hic fuiſſe præſentes in ſententia & præſuppoſito, ꝙ partes fuiſſent præſentes, dico quod ſatis hic pro parte cõitatis Montis ſanctæ Mariæ probatur iuriſdictionis defectus. Eſt.n. pro his ius cõe, & notorietas facti, ex q̃bus patet, quod plenaria iuriſdictio in dicta cõitate ꝑtinet ad eccleſiã Romanã, alias ergo exercẽs ꝓſumit̃ uſurpaſſe, niſi oſtẽdat titulũ uel coloratã poſſeſſionem, ut in ſi. habet̃ ĩ c.ad decimas, de reſti.

de reſti.ſpo.li.vj.facit.c.diſtinc.c.contra morem.Item, ut
proximè dixi,dominus Pandolphus non intendebat com
mittere reſpectu Montisſani.Nec obſtat factum eſſe anti
6 quum.† Primò quia eſt notabilis opinio,ut ante lapſum.
xx.annorum non dicatur factum antiquum quo ad impu-
gnandum ſententiam de nullitate,etiam reſpectu ordinis
ut uoluit Io.Cal.in d.c.quoniam,de proba.Itemſecus de
falſo,quia poteſt obijci intra xx.annos,ut in c.cũ uenera-
bilis,de exce.& l.querelam,C.de fal. fortius eſt ergo idẽ
dicendum in nullitate ſentẽtiæ ex iuriſdictionis defectu.
facit.c.ſuper eo,& quod ibi not.de fal.¶Item antiquitas
facti releuat,niſi apertè probarentur defectus , ceſſat. n.
præſumptio,ubi apertè apparet de ueritate.¶Etiam pa-
tet,quod dominus Carolus dictam communitatem reſti-
tuit eccleſiæ Romanæ tanquàm dominæ ut in facto mihi
præſupponitur.nec unquam aliquid habuit ibi agere do-
minus Pandolphus,quia non habebat ibi iuriſdictionem
nec intẽdebat iſte prorogare ipſius iuriſdictionem, quod
patet ex eo,quòd dominus Carolus,qui de facto exerce-
bat ibi iuriſdictionem,hanc commiſit cauſam, unde liti-
gabat illa communitas Montis ſanctæ Mariæ uigore cõ-
miſſionis factæ per dominum Carolum, prorogatio enim
non debet præſumi,ex quo conſtat ex coniecturis de con
trario,quia facta de facili non præſumuntur,ut in c. cum
in iure,de offic.delega.& l.unica,C.de man.princi. Nec
eſt ueriſimile quem uelle prorogare iuriſdictionem in nõ
dominum,ex quo is,qui gerit ſe pro domino, illam cau-
ſam commiſit eidem.Ex hoc etiam dico , quòd dominus
Pandolphus non intendebat per illam commiſſionem ac
quirere iuriſdictionis poſſeſsionem,quam non intende-
bat.hoc patet ex uerbis commiſsionis,arg.l.fi.ff.quemad.
ſer.amit.¶Et quod no.Innocen.in c.bonæ, præallegato .
nec etiam potuiſſet acquirere, quia in acquiſitione iſto-
rum iurium incorporalium requiritur ſcientia poſſeſſo-
ris, quæ hìc non probatur uerè,nec præſumptiuè.l.ij. C.
de ſerui.& aqua.not.Innocen.in d.c.bonæ,præalleg & in
c.conquerente,de offic.ordi.& per Bar. in l.j. ff. de aqua
plu.ar.in l.ſi publicanus,§.in uectigalibus,ff.de publi·Ad
tertium ɔ̃rium reſpondeo,ꝙ glo.illa non eſt uera ſimpli-
citer,nec communiter approbatur ibi à doctoribus.ſen-
tentia.n.nulla habet uim pacti, quando poſtquam eſt lata
approbatur ex certa ſcientia a partibus,& ſic intelligiť .
l.ij.C.communia utriuſque,ut ibi no.& in l.unica, C. qui
pro ſua iuriſdi.& l.licet,C.de iudi.per Anto.de But.in d.
c.ſignificaſti,quod hic non contingit.¶Ad quartum argu
mentum reſpondetur primò,ut dixi,quia licet dictus do
minus commiſerit,tamen commiſſarij proceſſerunt tan-
quam delegati ſolius domini Pandolphi,ut patet ex eo-
rum ſentẽtiæ.¶Item cum dominus Carolus nullũ habuit
uel habuiſſet ibi titulum,nihil ualuit,quicquid ipſe fecit
iuxta plenè not.per Inno.in c.nihil eſt,de elec. per Bart.
in tracta.de tyranno.facit.c.alienationes 12.quæſtio 2.&
c. 1.de ſchiſma.& l.decernimus,C.de ſacroſan.eccle.Non
obſtat.l.Barbarius.ſatis enim reſpondetur per Innocen.
in d.c.nihil eſt.¶Ad ultimum argumentum dico quod,ſi
bene inſpiciantur uerba ſententiæ dictorum delegatorũ
communitatis Montisſani,prouocauit coram dictis dele
gatis unus,licet quilibet ſit actor,& reus in iſtis iudicijs
communibus tamen ille tenet actoris locum , qui primò
prouocauit ad iudicium,ut in l.in tribus,de proba.¶Con
cludo igitur partes iudicis apoſtolici in hac cauſa fore,
prout in ſuo conſilio concludit dominus Matthæus Feli
ciani , ſi ea quæ ipſe in facto narrat,uera ſunt &c.

CONSILIVM LXII.

1 *Prælatus ſine authoritate ſuperioris , & maximè ſine conſenſu*
*ſui capituli non poteſt compromittere ſuper iuribus eccleſiæ.*
2 *Prælatus ſolus tranſigendo non obligat ſucceſſorem.*
3 *Iudicium & contractus in perſonam prælati nomine eccleſiæ an*
*tranſeunt efficaciter in eccleſiam, ſi non infertur alienatio iu-*
*rium eccleſiæ.*
4 *Fraudis præſumptio ceſſat ex qualitate iudicis & perſonarum.*

OMnipotentis dei poſtulato ſuffragio , Il-
lud de iure quæritur , an ui-
ſis compromiſſo & laudo inde ſecuto geſtis in-
ter reuerendum patrem quondam dñm Bartholomęum,
quõdã epm Maſſanũ ex una parte,& Bartholomęum Ste
phani de Caſtro nouo ex altera parte,ac etiam pondera
ta confirmatione dicti laudi,ſeu ſententiæ poſtmodum fa
cta per dominum Ioan.tunc Papam.xxij. competant ali-
qua remedia,& quæ ipſi Bartholomæo Stephani,ſeu eius
ſucceſſori ɔ̃ & aduerſus ſucceſſorẽ domini Bartholomęi,
epi,& epiſcopatum , ſeu aduerſus epiſcopum Maſſanum.
Et primò uidetur nullũ remediũ competere.Non.n.ualet
pronuntiatio,ut ſententia delegati apoſtolici, quia cum
eſſet laicus,delegatio ſibi ſacta per ſummum pontificem
maximè oraculo uiuæ uocis ipſo iure corruit, per c ſta-
tutum,de reſcrip.lib.vj.Neque ualuit tanquam arbitra-
1 mentum uigore compromiſſi.† Prælatus.n. ſine authori-
tate ſuperioris,& maximè ſine conſenſu ſui capituli,non
poteſt compromittere ſuper rebus immobilibus , uel ſu-
per iuribus eccleſiæ ſaltem quo ad hoc ut obligatio tran
ſeat in eccleſiam,ſaltem per mortem compromittentis.
Sicut enim directè non ualet ſolus alienare bona eccle-
ſiæ,uel eccleſiam ſuam perpetuo obligare.12.q. 2.c. ſine
exceptione,& c.j.de his quæ fi.à præla. ita nec indirectè
ſcilicet compromittendo ut in c.peruenit , de arbi. & ibi
expreſsè hoc tenet Hoſti.& Specu.eo.ti.§.reſtat, uer. ſed
nunquid clericis §.finitur,uer. ſed nunquid prælatus , &
Fed.conſi.xx.& Lap.in allegatione Io.Probatur alia ra-
2 tione.certũ eſt † quòd ſolus prælatus tranſigendo non
ligat ſucceſſorem,ſed tranſactio cenſetur duntaxat perſo
nalis.ut probatur in c.ueniens de cætero, de tranſac. er-
go idem dicendum in compromiſſo facto tanquam in ar-
bitratorem,& laudo inde ſecuto.Eſt enim quædam tran-
ſactio,ut legiť,& notať in auth. ſi uerò contingerit, C.de
iud.& in corpore,unde ſumitur,in ti.ut diſte. iud. & not.
Inno.in c.Quintauallis,de iureiuran.& Bar.in l.ſocieta-
tem.§ arbitrorum,ff.pro ſocio . ¶ Secundò principaliter
nõ ualet dictũ laudum,quia continet in ſe uſurariam pra
uitatem in eo,ꝙ cõdẽnat epm ad ſoluẽdũ ſex florenos ꝓ
quolibet cẽtenario,donec ſoluerit capitale cõtẽtũ in di-
cta cõdẽnatiõe,q̃q̃.n.uſura nõ cẽſetur niſi ex contractu
mutui,ut in c.cõſuluit.de uſu.plenè per Io.An.in regula,
4 di. uoluerunt, † quòd emphyteota non poteſt permutare domino non requiſito, ſed debet cũ eo, ſi põt illud conſequi à domino, quod ab extraneo, quia ꝑmutatio eſt quædam emptio l. j in fi. ff. de rerum permu. ſecus, ſi non põt illud à domino conſequi, quod ab extraneo. Præterea concluſionem meam uidetur probare tex. in l. fin. C. de fun. pa. lib. xj. ubi emphyteota fiſci poteſt donare rem emphyteoticariam, ſaluo iure fiſci; & ualet donatio. igitur idẽ in eccleſia, cum eccleſia, & fiſcus æquiparentur. l. ij. C. ne res do. uel tem. not. in c. j. de in inte. reſti. quia per hoc non alienatur dominium eccleſiæ ſine ſolennitate, quia, ut dicit Io. And. in d. c. potuit, per hanc donationem non alienatur directum dominium, quod erat penes eccleſiã, ſed utile, quod erat penes emphyteotam. Et quod hoc fuerit de mente Bart. probo, quia ipſe fuit motus ad tenendum cõtrarium per rationem falſam. Nã ipſe dicit aliud in fiſco, quàm in priuato, uel in eccleſia; quia res fiſci trãſit ad quẽlibet alium cum ſuo onere, ita, quod non habet neceſſe agere ꝯ nouum poſſeſſorem: ſed ſecus in priuato ſecundum eum, quia habet neceſſe agere rei uen. ſed hoc eſt falſum, licet Spe. hoc ultimum tenuerit in dicto §. nunc aliqua, uerſi. cviij. quia res tranſit cum obligatione ſua ad quemlibet alium, ut probatur in auth. de non alie. §. ſcire. & ſingulariter notauit illam text. Bald. in d. auth. ſi quas ruinas. ergo dictum Bar. corruit corruente ratione. l. cũ pater. §. dulciſſimis, ff. de le. ij. ¶ Itẽ & aliud remedium contra ſucceſſorem non ſoluentem. cadit. n. ilico à iure ſuo, quicunque ſit ille, cum ſit res ita conditionata; ad hoc ſi de feu. fue. cõtrouer. c. uaſallus; facit, quod not. idem Bart. in l. cum ratio, ff. de interdi. & re. & expreſſè tenet Bald. in d. auth. ſi quas ruinas. Sed propter diuerſitatem opinionum non eſſet malum dicere, quòd ſi conceſſio ſit alicui, & ſuis hæredibus, ſimpliciter intelligi debeat de filijs, & non extraneis; Et ſic poſſet ſaluari Speculator, qui hoc tenuit, in d. §. nunc aliqua uerſic. cviij. ſed in caſu noſtro eſt dubium, cum non appareat aliquod inſtrumentum; & putarem in hoc attendendam conſuetudinem patriæ, arg. in l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua, de ædi. edic. & in l. an in totum, C. de ædi. priua. & in l. circa locationes, C. locati. facit quod no. Bar. in l. nemo eſt qui neſciat, ff de duo. reis. unde, ſi in loco ſolet fieri conceſſio recipienti, & hæredibus ſuis, etiam extraneis ualebit diſpoſitio in alium facta: aliàs ſecus non obſtat prædictis d. l. ij. C. ne re. do. uel temp. quam alle. Bar. nam illa. l. non magis loquitur in eccleſia, quàm in principe; ſed res principis poteſt donari ſaluo iure ſuo. d. l. ergo & res emphyteoticaria eccleſiæ. ad illam l. ij. poteſt dici, quòd loquitur, quando quis alienauit illam rem ut ſuam; ita, quòd intendebat transferre utile & directum dominium, ſecus autẽ, quando emphyteota ſolùm intendit donare meliorationes ſuas. Item ſi non poteſt emphyteota indifferenter alij donare propter rationem Barto. modò non poſſet uendere domino nolẽte emere. Nam, ſi dominus non uult emere, non debet ſibi inferri præiudicium, ut per hoc poſſit alteri uenditionem facere; quod tamen eſt falſum, ut in d. l. ij. & c. potuit. uoluit ius ergo præferre dominum in alienatione eo caſu duntaxat, quo nullum ſit prẹiudicium ꝙ ex illa prælatione emphyteota conſecutus eſt. Et hæc ſufficiant. NICOLAVS ABBAS.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVIDAM *deceſſit in ætate infantili, relictis matre, & auo paterno, & patruis. Quæritur de modo ſuccedendi in bonis illius, uigente hic Senis municipali cenſura in terminis, qui ſequuntur, uidelicet rubrica Statuti, inquantum ſuccedant aſcendentes ex linea paterna. Nigrum ſic diſponit. Item ſi qua perſona deceſſerit ab inteſtato ſine filijs legitimis & aſcendentibus ex linea paterna, necnon ſuperſtite fratre, uel ſorore, ſine filio uel filia fratris uel ſororis ipſius defuncti ex eodem patre tempore ſuæ mortis, nõ admittitur mater, auus, uel alia talis perſonæ defunctæ, uel ex parte matris põt ad plus uenire, quã ad quartam partẽ legitimè ſucceſſionis ab inteſtato oĩum rerum mobilium & ſe mouentium & immobiliũ præter domos, & caſtella olim talis defunctæ perſonæ. Alia uerò bona talis defunctæ perſonæ habeant parentes maſculi ex parte patris, & aui paterni uſque ad quartum gradum proximioris ordinis, & ſi ſuperſint tali perſonæ defunctæ frater, uel ſoror ſine filijs, uel filia fratris uel ſororis, tunc mater, auus, uel auia ex parte matris in nullo ſuccedant, &c.*

## CONSILIVM LXXV.

1 *Mater tanquàm proximior excludit auum proximum.*
2 *Caſus omiſſus à ſtatuto uel ab homine, relinquitur in diſpoſitione iuris communis.*
3 *Statutum prohibens ſubauditum intellectum in ſtatutis, uidetur prohibere argumentum à contrario ſenſu.*
4 *Statutum excludens matrem à ſucceſſione filij inteſtati in fauorem agnatorum, non uendicat ſibi locum in infante, qui teſtari non potuit.*
5 *Statutum in fauorem agnatorum uſque ad quartum gradum excludit matrem à ſucceſſione totali ſibi iure communi debita.*
6 *Statutum ſi excludit à ſucceſſione filiam fœminam in fauorem maſculi, excludit etiam neptem.*
7 *Ratio & mens legis ſic ſe habent ad legem, ſicut anima ad corpus.*
8 *Argumentum à contrario ſenſu colligitur ex lege, ſeu ipſius mente.*
9 *Communis uſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi uocis.*

CHriſti, eiuſque matris pręſidio humiliter inuocato, ¶ Primò eſt uidendum de modo ſuccedendi inſpecto iure cõi, ac municipali ſecundum primum modum. Caſus uidetur clarè deciſus ꝑ tex. & glo. in auth. defuncto, C. ad tertul. & in corpore, unde ſumitur, de ſucceſ. quæ ab inteſ. defe.
1 ¶ † Nam mater tanquam proximior excludit auum proximum, ſicut pater excluderet auiam maternam, ut expreſsè no. gl. in d. auth. defuncto: ſed difficultas, & non parua uerſatur circa intellectum legis municipalis, in quo proſequar duo membra principaliter. ¶ Primò, nunquid mater ex capite ipſius ſtatuti excludatur ab auo paterno. ¶ Secundò præſuppoſito, quòd uincatur ab ipſo auo, nunquid

quid ſaltem mater debeat conſequi legitimam ſibi debi-
tam iure naturæ. ¶ Circa primum uidetur dicendum ma-
trem præferendam totaliter ipſi auo, inſpecto ſolo iure
2 communi. Et arguitur primò ſic.† Caſus omiſſus à ſtatu-
to, uel ab homine, relinquitur in diſpoſitione iuris com-
munis, ut l. ſi cum dotem, in princip. ff. ſolu. ma. & in c. ſu-
ſpectum, de reſcrip. lib. vj. ſed ſtatutum ſolum prouidet
ad excluſionem matris in totum, uel in certa parte, in
duobus caſibus duntaxat. primus caſus, cum quis deceſſe
rit ab inteſtato ſine filijs legitimis, & aſcendentibus ex li
nea paterna, & non ſuperſtite fratre, uel ſorore, ſiue filio,
& filia fratris & ſororis ipſius defuncti. quo caſu non pa-
titur patrem admitti, niſi ad quartam partem legitimæ
ſucceſſionis ab inteſtato omnium bonorum; & in hoc ſu-
mus extra terminos ſtatuti, quia dictus infans non deceſ-
ſit ſine aſcendentibus, ſed auo paterno relicto. ¶ Secun-
dus eſt caſus ſtatuti, cum quis deceſſerit ab inteſtato, ſu-
perſtite ſibi fratre, uel ſorore filio, uel filia fratris, uel ſo
roris; & in hoc caſu prouidet, & in totum mater excludi
tur, & in hoc etiam ſumus extra ſtatutum: quia ille deceſ
ſit nullo prædictorum ſuperſtite; ergo recurrendum eſt
ad ius commune, ſecundùm quod mater excludit auum.
Nec obſtat, ſi dicatur, quod à ꝯ̃rio ſenſu ꝓſumitur auus
tanquam aſcendens debere excludere matrem, cum argu
mentum à contrario ſenſu fortiſſimum ſit in iure, ut in c.
cum apoſtolica, de his quæ ſi. a præla. & xxv. di. c. qualis, &
l. cum prætor, ff. de iudi. & l. j. ff. de offi. eius, cui man. eſt
iuſ. quia hoc caſu non uidetur habere locum dictum arg.
cum in caſu contrario reperiatur deciſio iuris communis
& regula communis uidetur, quòd argumentum a con-
trario ſenſu non habeat locum, ubi ius commune eſt in ꝯ̃-
rium, ut probatur in c. a nobis, el ij. de ſen. exc. no. gloſ. in
c. ſignificaſti, de elec. uel ſi ſurgat abſurditas l. ij. C. de cō
di. inſer. no. doc. in c. publicato, de elec. in terminis noſtris
expreſsè tenet Bart. poſt Iaco. But. in l. omnes populi, ff.
de iuſti. & iur. & Bal. in l. apud antiquos, C. de furt. ubi di-
cunt non procedere argumentum a contrario ſenſu in ſta
tutis, ubi reperitur ius commune in contrarium, ſicut eſt
in caſu noſtro. ¶ Secundò ad idem facit, quod not. Bal. in
3 d. l. ij. C. de condi. inſer. ubi dicit,† quod ſi ſtatutum pro-
hibeat ſubauditum intellectum in ſtatutis, uidetur prohi
bere argumentum a contrario ſenſu, quod dicitur ſubau
ditum. Non enim uenit ex uerbis, ſed ab interpretatione
ut plenè no. Bar. in d. l. omnes populi, ad quod ego alle-
go tex. not. in d. c. cum apoſtolica, in fin. ubi indirectè da-
tur intelligi. ex quo colligitur apertè, quòd id, quod ue-
nit per contrarium ſenſum, colligitur indirectè. Sed cer-
tum eſt, quòd per ſubauditiones non debet induci legum
correctio, ut not. glo. in c. cupientes §. & ſi per uiginti, de
elect. lib. vj. in uerſ. petere. ergo per argumentum a con-
trario ſenſu non debet induci legum correctio Nec ob-
ſtat, ſi dicatur, ex identitate, uel maioritate rationis auū
debere excludere matrem, ſaltem in tribus ſucceſſioni-
bus legitimis ab inteſtato, & in domibus & caſtellis: quia
ſi remotiores excludunt matrem uſque ad quartum gra-
dum, ut ſtatuto cauetur; ergo & fortius auus, qui eſt pro-
ximior, ut probari uidetur in l. iij. C. de bo. mat. Ad hoc
enim in fauorem matris reſpondetur, quòd per idemtita
tem rationis, vel maioritatem non debet induci legis cor
rectio, ut not. Bart. in authen. quas actiones, C. de ſac. ſan.
ec. Idem firmauit ibi Bald. ſaltem eo caſu, quo ratio non
eſt in conſtitutione expreſſa; & per hoc optime facit. c. cō
ſtitutionem, iuncta glo. in uer. prorogamus, de reg. iu. lib.
vj. & qđ no. Io. And. in regula, in pœnis, de regu. iur. lib.
vj. in Mercu. ¶ Quartò pro matre optimè facit, quādo ex
alio capite ſumus extra terminos ſtatuti. Nam ſtatutum
loquitur de decedente ab inteſtato: inteſtatus autem di-
citur, qui deceſſit ſine teſtamento, habuit tamen faculta-
tem & potentiam teſtandi; unde infans nō dicitur ꝓpriè
decedere inteſtatus, ut l. j. in princ. ff. de ſuis & legi. & hoc
in terminis noſtris apertè firmat Bar. in ti. de ſucc. feu. c j.
4 ubi dicit,† quòd ſtatutum excludens matrem à ſucceſſio
ne filij inteſtati in fauorem agnatorum non uendicat ſibi
locum in infante, qui teſtari non potuit: quia ſumus in ca
ſu odioſo, & contra æquitatem naturalem, & mater ex-
cluditur à ſucceſſione filij contra. l. nam & ſi parentibus,
ff. de inof. teſt. & debent uerba intelligi propriè & ſtrictè,
nec ſ̄m eū curādū de cōmuni uſu uulgariū, ſuper quo ſe
fundat Bar. in d. l. j. quia ſecundum eum ſta tuta fiunt à pe
ritis, & ſic uidentur fuiſſe uſi uerbis propriis. Secus dicit,
ubi nō tractaretur de odio, & excluſione matris, ſed qua
liter agnati admitti debeant ad bona defuncti inteſtati.
Nam tunc bene uenirent non ualentes teſtari; & per hoc
& ſupradicta uidentur etiam patrui dicti defuncti exclu-
dendi, cum ſumus extra terminos ſtatuti per ſupradicta;
certumque eſt de iure communi excludere patruos, cum
ſolum fratres defuncti concurrant ad ſucceſſionem cum
parentibus dicta authen. defuncto. ¶ Sed quanquàm præ
dicta uideantur primo aſpectu multum urgere. Ego ta-
men contrariam ſententiam arbitror ueriorem, ſcilicet
ut auus paternus excludat matrem, & patruos. Et primo
hoc probatur per principium ſtatuti: a contrario ſenſu,
5 & tacita mente ipſius ſtatuti. Nam† ſtatutum in fauorem
agnatorum uſque ad quartum gradum excludit matrem
à ſucceſſione totali ſibi iure communi debita, & admittit
eam duntaxat in quartam; & reliquas tres partes, ac do-
mos, & caſtella defert ipſis agnatis. Nec purè admittit ma
trem ad illam quartam, & alios agnatos ad illas tres par
tes: ſed ita demum, ſi filius deceſſit ſine filijs legitimis, &
aſcendentibus ex linea paterna, & non ſuperſtite fratre,
uel ſorore, uel filio, uel filia fratris, uel ſororis ipſius de-
functi; ergo iſtis, uel aliquo eorum ſuperſtite, mater de-
bet excludi, non in totum per argu. a contrario ſenſu, &
per tacitam mentem ſtatuentium. id enim; quod ueniret
ex tacita mente, uidetur in ſtatuto, ut probatur in l. his ſo
lis, C. de reuo. dona. Bald. in l. non dubium, C. de legi. Et
quod hoc ſit de mente ſtatuti, probatur ex eo: quia uocat
agnatos ulteriores, uſque ad quartum gradum in tribus
partibus, & in domibus, & caſtellis, excluſa matre, unde
fortius uidetur uoluiſſe excludere matrem, quando ſup
ſunt aſcendentes, de quibus tacitè, & per contrarium ſen
ſum facit mentionem in principio, uocat enim agnatos
ulteriores in defectum aſcendentium, & deſcendentium,
& fratrum, & filiorum. Si enim eorum cōtemplatione ad
miſit agnatos ulteriores, & remotiores in gradu ad ex-
cluſionē matris, fortius egit tacitè excludēdo matrē in
totū, aſcēdētibus ſuperſtitibus; ad hoc tex. optimus in ſimi
li in l. iij. in uerſi. nam licet, C. de bo mat. ubi tex. etiam
in materia correctiua, facit talem argumentationem, ut
diſpoſitum in præiudicium filiorum habeat locum in ne-
potibus, ne filij deteriores nepotibus reperiantur, ad hūc
effectum adduxit notanter Bald. illum text. in l pen. alias
6 fin. C. de in ius uoc. ubi per illum tex. dicit,† quòd ſi ſtatu
tum excludit a ſucceſſione filiam fœminam in fauorem
maſculi, uidetur etiam tacitè excludere neptem, ſcilicet
filiam filiæ: quia non debet plus concedi nepti, quam fi-
liæ. nam ratio ſtatuti hoc non patitur. d. l. iij. Et idem in
ſimili uoluit Bar. in l. ij. uer. ſed ſi forte, ad Tertul. ubi di-
cit, quòd ſi in fauorem agnatorū excluditur mater a ſuc-
ceſſione filij, uidetur ſtatutum excludere auum mater-
num



num, & alios remotiores aſcendenter per lineā maternā;
ita dico in propoſito. Non eſt uerosimile, qđ ſtatutum
uoluerit facere aſcēdentes deterioris cōditionis, q̃ trāſ-
uerſales uſq; ad quartum gradum; ergo debemus dicere
ꝙ in principio uocantur tacitè aſcendentes, & deſcenden
tes ad oīmodam ſucceſsionem iuris; & ſi diceremus con-
trarium, ſequeretur abſurdum, ꝙ cum filij & parētes de-
functi non uocentur directè in aliqua parte ſtatuti ad ſuc
ceſsionem, ꝙ melioris condōnis eſſent filij fratris & ſoro
ris, quā filij & parentes ꝓprij; quod ꝓbatur ex eo. Nam
ſtatutū in præmiſſa parte expreſsè & directè uocat iſtos:
in uer. & ſi ſuperſint, expreſsè uocat fratrem & ſororem,
uel filios ex eis: ſequeretur ergo, ꝙ iſti excluderent aſcen
dentes, & deſcendentes. Præterea ſtatutum in principio
æquiparauit aſcendentes, deſcēdentes, fratrem, ſororem,
& filios eorum, ad iſtum. ſ. effectū, ut alij cognati trāſuer-
ſales admittant̄ in tribus partibus, cū poſteà ad excluſio-
nem totalem mr̄is, & aliorum agnatorū fecit mentionem
de fratre, ſorore, & filiis eorum, ur̄ fortius uocaſſe filios,
& aſcendentes ipſius defuncti; de quibus tacitè in princi-
pio fecerat mentionē. Non. n. eſt credendum ſtatutarios
ita ſupinos, ꝙ iſtos trāſuerſales uoluerint præferri aſcen
dentibus, & deſcendentibus. Quoties. n. aliqui in certa
parte diſpōnis æquiparantur, diſpoſitum in vno, uidetur
diſpoſitum in reliquo etiam in materia pœnali, & corre-
ctiua, ut eſt tex. iuncta glo. in c. quāuis, in fi. de elec. lib. 6.
no. gl. in auth. quas actiones, pręal. facit. l. fi. C. de indic. ui
du. & gl. in c. j. in fi. C. de poſtu. præla. ad idem. l. qui filia-
bus, ff. de leg. j. quare aūt ſtatutum de illis expreſſam non
fecit mentionem, ſicut de fratribus, & ſororibus, & eorū
filiis, credo, ꝙ habuit illud ꝓ indubitato. Nam, ſi iſti ex-
cludunt in totum matrem, fortius illi, q̱ ſunt ꝓximiores:
quia, ſi uinco uincētem te; ergo uinco te, ut in c. q̱a cun-
ctis, & qđ ibi no. de conceſ. p̄b. lib. 6. Et ex his coniecturis
concludit̄, ꝙ mens ſtatuti eſt euidens ad incluſionem aui,
& excluſionem matris. Nam de quo conſtat ꝑ coniectu-
ras dr̄ euidens, ut notanter probatur in l. licet, ff. de leg. j.
Et per ꝯñs concluditur, quod habet locum argumētum
à contrario ſenſu in caſu noſtro, & ꝙ caſus omiſſus ꝑ uer
ba expreſſa, non debet relinqui diſpoſitioni iuris cōis;
ſed debet dici tacitè cautus, & expreſſus. d. l. his ſolis. ubi
notabiliter probatur. Nam mens legis eſt ipſa lex; ita, ꝙ
ubi habet locum mens & rō legis, debet habere locū ipſa
lex, ſiue ſit pœnalis, ſiue correctiua. Nam is cōmittit in le
gem, qui uerba legis amplectens, contra legis uirtutē ue-
nit. l. non dubium, C. de legi. & c. fi. de reg. iu. lib. 6. & ibi ꝑ
Di. regulatur. n. ipſa lex à rōne, & mente legis, quæ idem
eſt, quod rō legis, ut no. Di. in dicta regula fi. & Bal. in d. l.
non dubium, & regulatur ſicut corpus ab ipſa aīa. Nam,
ut notanter dicit Bal. in l. ſcire, ff. de excu. tut. ſicut homo
conſiſtit ex anima & corpore, ita lex ex uerbis, & mente,
7 ſeu rōne. † Ratio. n. & mens ſic ſe habent ad legem, ſicut
anima ad corpus. dicitur. n. corpus ex diſpoſitione ani-
mæ: ita lex ex diſpoſitione rōnis. Et ſic in quacūq; mate-
ria ſumus, ubi habet locum mens legis, debet habere lo-
cum ipſa lex, ut apertè uoluit Bal. in d. auth. quas actio-
nes. & quāquam in materia correctiua requiritur, ut rō
ſit expreſſa: tñ alibi hoc notanter limitauit dicens, ꝙ li-
cet lex non exprimat rōnem, tñ ſi non poteſt niſi vnica &
naturalis ſeu indubitata ratio elici & præſumi ex ſtatuto,
debet fieri extenſio ꝓpter limites rōnis, ac ſi ipſa ratio eſ
ſet expreſſa; ſecus, ubi rō dubitabilis. quo caſu poſſet ꝓ-
cedere opin: Bar. in d. authen. quas actiones. hoc notabi-
liter uoluit Bal. in l. maximum uitium, C. de lib. præte. al
legat. l. milites agrum, in prin. ff. de re. mil. & l. noīati,
co. ti. Et hoc idē in ſimili. q. determinauit Iac. Bu. ut ipſe
refert. Nam in ſtatuto excludente filiā à ſucceſsione pr̄is
in fauorem filij, dixit in quadam diſputatione, ꝙ appel-
latione filij uenit nepos, licet materia eſſet correctiua:
q̱a dicit, ꝙ eſt eadem rō in nepote ex filio, q̄ eſt in ipſo fi-
lio. l. liberorum, in fi. ff. de uer. ſig. nam nō potuit eſſe alia
rō ſtatuti, niſi ut cōſeruet̄ dignitas agnationis, & familię.
l. j. ff. de uen. inſp. no. Cy. in l. Publia, C. de adul. Sed in ca
ſu noſtro mr̄ excludit̄ à tribus partibus, à domibus & ca-
ſtellis, fauore agnationis, ut patet ex uerbis ſtatuti, dum
uocat parētes maſculos ex linea pr̄is, & aui, uſq; ad quar
tum gradum. Item excludit̄ in totum fauore fratris, & ſo
roris, & filiorū eorūdem; qđ non pōt eſſe niſi fauore agna
tionis, & q̱a ſuccedunt in locum agnatorum, ut ſunt filij
ſororum; ergo fortius hoc debet hr̄e locum in auo pr̄no,
q̱ eſt agnatus & ꝓximior ceteris, & in cuius defectum uo
cantur alij trāſuerſales ultra fratres, & filios eorum, ut
patet ex forma ſtatuti, in quo concurrit illa & maior rō;
nec alia rō naturalis ſtatuti pōt allegari ad excluſionem
matris. Idem, qđ Bal. uoluit originaľr Cy. poſt Pet. in l.
no. dubium, C. de legi. & in l. j. C. q̄ ſit lō. conſue. facit opti
mè, qđ no. gl. in l. tale pactum, in fi. ff. de pac. ubi no. ꝙ li-
cet in l. non exprimatur rō, tñ illa eſt coniecturanda, q̄ po
tuit mouere iuſtum, & ſapientem principē. Et idē uoluit
no. Bal. in d. l. ſcire. ¶ Poſtremo in terminis noſtris nō ita
clarè uoluit, Bal. in l. cōuenticulam, C. de epiſ. & cle. ubi
dicit hanc q. fuiſſe de facto Florentiæ, ſtatuto cauebatur,
ꝙ quælibet mulier ſuccedat matri ſuæ ab inteſtato, ſi nō
exiſtunt filij maſculi: quærebatur, utrum à ꝯ̃rio ſenſu ſta-
tuti, exiſtentibus maſculis, filia excluderet̄? Et cōcludit
ipſe, ꝙ filię fœminæ debent excludi per fratres uolentes
ſucceſsionem maternā: q̱a ſtatutum hoc ur̄ uelle à ꝯ̃rio
ſenſu, ut in l. q̱ teſtō. §. mulier, ff. de teſta. & qđ ibi no. per
Ci. in regula, factum, de reg. iu. lib. 6. Item ſ̄m eum in pa
ctis ſumit̄ arg. à ꝯ̃rio ſenſu, ut no. probatur in l. inter ſoce
rum. §. cum inter, ff. de pac. dot. ergo idem in ſtatuto, qđ
eſt quedam tacita conuentio, ut no. ſuper rub. C. de decr.
decu. lib. 10. hoc inſuper ur̄ uelle ſtatutum, ponderata ra
tione cauſæ finalis, q̄ ſemper inhæret diſpōni, ut no. ff. de
cond. & demō. l. cū tale. §. falſam. Nec obſtat ſ̄m eum. l. cō
modiſsimè, præall. ubi caſus omiſſus relinquitur diſpōni
iuris cōis: quia illud ꝓcedit, cum caſus omiſſus non pōt
haberi ꝓ expreſſo ex aliqua coniectura: ſed ubi pōt habe
ri ꝓ expreſſo, ſecus eſt, ut co. ti. l. ſi ita. Nam uolūtas eui
dens expreſsè, uel ꝑ coniecturam colligit̄. d. l. licet. Sed in
caſu p̄dicto uoluntas ſtatuētium eſt hmōi, ergo &c. Et re
fert idem tenere Cy. in conſiliis ſuis adiiciens Idem Bart.
qđ no. ꝓ p̄dicta q. caſus in d. §. cum inter, q̱ melius facit
ad hoc, q̃ quælibet alia lex. Et hanc opi. Bal. ſecutus fuit
do. Pe. de Anc. in ſolē. cōmen. c. canonum ſtatuta, de cōſti.
Si ergo Bal. hoc uoluit cum legū correctione in q̄ōne p̄-
dicta, ubi non concurrebāt multæ coniecturæ, longè for-
tius hoc dicēdum eſt hic, ubi cōcurrunt tot coniecturæ,
ad excluſionem mr̄is ꝑ auum paternum. ubi aūt nō cōcur
runt coniecturæ, ceſſabit arg. à ꝯ̃rio ſenſu cū legum cor-
rectione; & hoc caſu ꝓcedit opi. Bar. & Iac. Bu. & aliorū,
& ipſius Bal. q̱ ſolet allegari in hoc arg. ꝯ̃rius ꝑ notata ꝑ
eum in d. l. apud antiquos, C. de fur. & in d. l. q̱ teſtamēto.
§. mulier, ff. de teſta. Sed in ueritate ſibi non ꝯ̄dicit, ſed
potius limitat oīa dicta ꝯ̃ria, ut patet ex rn̄ſione, quā fa-
cit ad l. cōmodiſsimè. Nec eſt uerū dicere, ꝙ hic fiat in-
terpretatio extenſiua: q̱a, ex quo conſtat de mente ꝑ tot
coniecturas, non dr̄ extenſiua, habito reſpectu ad mentē,
ſed potius intēſiua, & intrinſeca, ſeu declaratiua: q̱a pro-
prios terminos, q̱ penes mentem ſunt, non extendit; pro

hoc.l.ſi C.de indi.uid.ubi tex.opt.& in l.liberum.§.ſena-
tus,ff.de ritu nup. ubi tex tñ ex idẽtitate rõnis extẽditur
diſpoſitio legis in præiudicium liberæ facultatis ꝯhendi
mr̃imonium,& ſic cum derogatione iuris cõis,hoc uoluit
8 idem Bar.poſt Cy.in d.l.non dubium. ¶†Item argũ à cõ-
trario ſenſu colligitur ex lege,ſeu ipſius mente, ut ꝓba-
tur 15.q.3.c.ex eo, & in c.qualis 25.diſt. ergo non eſt cu-
randum de legum correctione, ſi ex mente per coniectu-
ras elicita apparet de uoluntate legis, q̃ habet eundẽ ui-
gorem,inſt.de iure nat.gen. & ciui. §.ſed quod principi.
Et ꝑ hoc patet rñſum ad omnia ꝯria ſupra formata in fa
uorem matris, præterquã ad ultimum ; ad quod rñdeo,
ꝙ licet ꝓpriè & ſtrictè loquendo non dicatur inteſtatus,
ſed inteſtabilis,qui ex defectu ſenſus non põt facere teſta
mentum.d l.j.ff.de ſuis & legit.tñ ex cõmuni uſu loquen-
di,talis dicitur inteſtatus. Et hũc ſenſum approbat iuriſ-
conſultus.d.l.j.in prin. & expreſsè tenet Bar.in d.l.in ter
minis noſtris,cum ſtatutum excludit mr̃em à ſucceſſione
9 filij inteſtati. † nam cõis uſus loquendi præfertur ꝓpriè
ſignificationi uocis. l.librorum. §.quod tñ Caſſius, ff.de
leg.iij.l.Labeo, ff.de ſupel.leg.l.cum delanionis.§.aſinã,
ff.de fun.inſtr. Nec obſtat,quod dicit Bal.ꝙ cũ fiant à pe-
ritis,præſumendum eſt,ꝙ fuerunt uſi propriis uerbis: qa
dico,qđ ſtatuta hic Senis cõiter non fiunt à peritis,ſed ab
ignorantibus iura. Ideo notãter dicit Bar.in l ſtipulatio
iſta.§.hoc quoque,ff.de uer.obl.ꝙ ſi ſtatutũ continet ali-
quod uerbum habens duas ſignificationes, vnam ꝓpriã,
aliam ſm cõmunem uſum loquendi, debemus capere il-
lam, quã habet cõmunis uſus loquendi ſm qualitatẽ ſta-
tuentium perſonarum, ex quo ipſi nõ ſunt iuriſperiti ; ad
hoc ille tex. cum gl.ſua. Item dico, quod etiam leges cõ-
ditæ à peritis,debent intelligi ſm cõmunem uſum : quia
lex debet cõuenire loco ; ita notauit glo.in c nõnulli, de
reſcriptis. Etiam dicit Inn.in c olim, de uer.ſig. ꝙ in in-
terpretatione diſpoſitionis, ſiue ſit lex,ſiue priuilegium,
ſiue aliquid aliud, recurrendum eſt ad cõmunem uſum
loquendi.l.ſi de interpretatione,ff.de legi. & quo ad ſta-
tuta expreſsè uoluit Bar in l.oẽs populi,præa l. ¶Ex his
omnibus concludo ad primum, ꝙ auus maternus exclu-
dit matrem,& patruos ipſius defuncti. ¶Nunc cõdeſcen-
do ad ſecundum, nũquid mater debeat excludi etiã à le-
gitima debita iure naturæ;& uidetur quod nõ:quia quẽ-
admodum filius non põt priuari in totum:quia hæc por-
tio eſt ſibi debita iure naturali,ut l.cum ratio naturalis,
ff.de bonis dam. Ita uidetur, quod nec parentes poſſint
priuari,cũ pari modo eis ſit debita filiorum hereditas, ut
in l.nam & ſi parẽtibus,ff.de inoffi.teſt. Ideo onus alimẽ
torum pariter incũbit parẽtibus,& filiis,ut ff.de lib.agn.
l.j. & l.ſi quis à liberis. ¶Sed his nõ obſtantibus dico, qđ
licet opiniones ſint,nunquid filij poſſint per ſtatutũ pri-
uari legitima: tñ cõmunior opinio eſt,ꝙ ſic, exiſtẽte ſal-
tem cauſa legitima ; & cauſa legitima eſt fauor maſcu-
lorum,& agnationis : vnde cõmuniter in Tuſcia filiæ fœ-
minæ, & mater excluduntur fauore agnatorum. hoc ex-
preſsè tenet Bal.in l.cum.l.Leoniana,C.de epiſc.& cle.&
Bar.in l.Titio §.Titio genero,ff.de cond.& demonſtr. &
Cy.in l.ſancimus.C.de nup. & Dyn.in regula, indultum,
de reg.iu.lib.6. ſm Io.And.in c.Raynutius,de teſta. nam
non eſt uerum, ꝙ hæc portio ſit de iure naturali, cũ illo
iure omnino eſſet cõmunis 8.diſtin.in prin. & 12.q.1.c.di
lectiſſimi. ſed alimentorum præſtatio,eſt bene de iure na
turali. 1.diſtin.c.ius naturale : ſed hæc portio quarta, ter
tia cũ dimidia, de qua in auth.nouiſſima,C.de inoffi.te-
ſta.& in corpore,unde ſumitur, de triẽ.& ſemiſ.§.j.eſt de
iure poſitiuo;ideo põt per ius poſitiuum diminui,& mu-
tari & in totum tolli:quia nihil tam naturale,&c.l.nihil,
ff.de reg.iu.& in c.1.eo.ti.& inſti.de legi.agn.tu.in fi. ſed
ipſum ius alimentandi data neceſſitate tolli non põt, cũ
ſit de iure naturali ; & hoc caſu intelligatur opinio ꝯria:
& ſic ſaluari põt dictum do.de Ro.deciſ.18. & eorum, q
tenuerũt,ꝙ in totum diminui non põt: ſed in caſu noſtro
nõ cadit talis neceſſitas in matre. quare cõcludo ualere
ſtatutum matris in totum excluſiuum in fauorem agna-
torum; qđ etiam uĩ uelle Bar.in l.j.ff.de ſuis & leg.hoc
ſuppoſito, dico,ꝙ in caſu noſtro mr̃ excluditur in totum:
qa hoc uoluit ſtatutum,ſi bene ponderet̃. Nã ſi filius de-
ceſſerit ſine aſcendentibus,& deſcendẽtibus,&c. admittit
ſolum mr̃em in quartam partẽ,& ſic diminuit ſibi legiti-
mam,cũ illa de iure cõmuni eſt tertia non extãtibus aliis
proximioribus,ſicut hic non extabãt, ut no.gl.in auth.de
triẽ.& ſemiſ.§.j & Bar.in d.auth.nouiſſima. Extãtibus ue
rò aſcendentibus & deſcendentibus ꝑ lineam maſcul.ſeu
fratre,& ſorore,dicit ſtatutum, ut mater in nullo ſucce-
dat; & ſic uoluit priuare legitima in totũ:aliàs nihil ad-
deret ad caſum præced. & q totum dicit, nihil excludit,
de maio.& obe.c.ſolitæ,arg.19.diſt.c.ſi Romanorũ,cũ ſi.
¶Cõcludo ergo ex oĩbus prædictis, ꝙ dictus auus pater-
nus,attenta mente dicti ſtatuti,excludit mr̃em in totum.
Et ad ꝓdicta facit theorica Bar.ĩ l.ij.§.ſed fortè,ff.ad Ter
tul.ubi dicit,ꝙ ubi mater, uel filia excludit̃ fauore alio-
rum,uidentur illi tacitè uocati:quia eis illud lucrũ uenit
applicandum;facit etiam ad prædictam conclõnem nota-
bile dictum Bart.in auth.itaque,C.cõia, de ſucceſſ. ubi ꝑ
illum tex. & in l.ij. C.de bo.quæ lib.dicit, ꝙ ubi parẽtes
uocantur ad ſucceſſionẽ,parentes ex parte patris præfe-
runtur in bonis quæſitis ex latere patris: parẽtes uerò ex
parte matris præferũtur in bonis quæſitis ex linea mr̃na ;
quod eſt notabile,& ſingulare dictum. & quãquam poſſet
dici illud dictum Bar.reſtringendum fore, qñ concurrũt
parentes in pari gradu, ut uidentur uelle iura præall. qđ
hic non contingit, cum mater ſit proximior ; dico tñ, at-
tenta rõne,& æquitate illius dicti, ꝙ uidetur idem dicen
dum in caſu noſtro,attenta mente ſtatuti. nam bona, de
quibus quæritur, fuerunt quæſita ex latere patris. Et
hæc ſufficiunt. NIC. ABB.

## CONSILIVM LXXVI.

1 *Qualitas contractus præſumitur ex qualitate pretij.*
2 *Pactum de retrouendendo non liberum quando ſit, eſt præſum-
ptio, quòd fiat cauſa lucrandi fructus illius medij temporis.*
3 *Statutum loquens in materia iuris, debet intelligi ſecundũ ius cõe.*
4 *Malæfidei dicitur eſſe, qui habet conſcientiam rei alienæ.*
5 *Hæres tenetur ſatisfacere animæ defuncti.*

IN præſenti conſultatione,Chriſti,eiuſque
matris præſidio humiliter in-
uocato, Tria ſuccinctè uidenda ſunt. Primò, an
uenditio,quæ primo apparet facta de tota domo, ſit ꝓſu
menda ſimulata & in fraudem uſurarum confecta . Quo
ꝓſuppoſito erit conſequenter uidendum,quæ debent eſſe
in hoc facto partes iudicis in ſentẽtiando. ¶Secundò præ
ſuppoſito,ꝙ prima uenditio non poſſit probari ſimulata
loco pignoris,utrum teneãtur hæredes emptoris ſoluere
penſionem de medietate domus,quã poſtea retrouẽdidit
ipſi uenditori, receptis ab eo nomine pretij florenis 50,
pacto inter eos appoſito non obſtante. ¶Tertiò,an here-
des creditorum,ſeu uenditorũ poſsint ſe aduerſus agen-
tem præſcriptione tueri uigore ſtatuti Senenſis dictan-
tis, quòd quicũque aliquam rem immobilem poſſederit
ſpatio



ſpatio decem annorum cum titulo,illam præſcribat.Re-
deo ad primum , in quo non inſiſtam argumentando ad
partes more ſolito,ne uidear hac rẽ dubiam præter pro-
poſitum æſtimaſſe. nam & iudicio meo,& ut uerius dicã,
in omni iure noſtro ſcribendo caſus de hac qõne rotun-
dus,qui nullo modo cauillari poteſt,uidetur in c.ad no-
ſtram , de emp.& uen. ubi.n.contractus initur ſub forma
emptionis,& uẽditionis,iudicatur pignoraticius ex dua-
bus cõiecturis dũtaxat. primò quia fuit uenditori factum
pactum de retrouendendo, non tñ quãdocũque,ſed à ſe-
ptẽnio uſq; ad nouẽnium,i.intra ſeptẽnium,& nouẽniũ ,
ita , ꝙ uolebat libere lucrari fructus ſeptem annorum.
¶Secũdò,quia interuenerat modicitas pretij, habito re-
ſpectu ad uerũ ualorem rei. Nã ex qualitate pretij præſu
1 mitur qualitas cõtractus.l.per diuerſas,†C.man.in c.& ſi
qõnes,de ſimo.no.gl in l.j.ff.de ſuperficie, & Bar.in l.co-
tem ferro.§.qui maximos,ff.de pu. ¶Item qui ſit pactum
de retrouendẽdo non liberũ, ut quia non vult recipiẽs
2 teneri uſq; ad certum tempus,eſt præſumptio,† ꝙ hoc fa
ciat cauſa lucrãdi fructus illius medij tẽporis loco uſu-
ræ;& fortificatur hæc præſumptio ex modicitate pretij.
Nam ſæpe præſumptio,nec mens, quæ nõ ſufficit ex ſe ad
ſententiam,tranſit in uiolentiã ex alia præſumptione in-
teruenienté; ita, quod ſufficit ad ſñiam, ut eſt gl.no.in c.
inſinuatum,de ſimo.& uidetur tex.in c.cum contumacia ,
iuncta gl.de hære.lib.vj. ſed in quæſtione noſtra non ſo-
lum interuenerunt prædicta duo; ſed ẽt multa alia admi
nicula ſunt ; itaq; longè fortius debet in caſu noſtro ꝯ-
ctus iudicari uſurarius.hic.n.ut incipiam ab illis duobus,
primò fuit habitum pactum de retrouẽdendo non pu-
rè , ſed poſt feſtum S.Angeli tum proximè futurũ ab uno
anno futuro ad tres annos tunc futuros ; ita , ꝙ uolebat
poſſe liberè lucrari uſumfructum illius domus per annũ
& ſeptem menſes occaſione illorum centum Florenorũ.
¶Secundò interuenit modicitas pretij , ꝙ apparet ex eo
euidenter: quia ipſemet Antonius ante dictũ ꝯctum ſol-
uebat noĩe penſionis pro dicta domo qñq; decem , qñq;
octo flore.unde nõ eſt uerosimile, ꝙ domus ſit in ciuita-
te Senarũ reditus 10.uel 8.flore.uel non ualeat ultra cẽ
tum florenos,cum cõiter in ciuitate res reditus quatuor
uel quinq; florenorũ ſoleat uendi pro cẽtum; facit quod
no.per Bar.in l.pretia rerum,ff.ad leg.Fal.& in l.ij. .de
reſcind.uen.¶Preterea colligitur modicitas pretij ex ſcri
ptura illius creditoris. Nã promiſit, ꝙ in caſu, quo uen-
ditor, ſeu debitor , nõ redimeret domum intra trienniũ,
ꝙ daret ſibi 25.florenos ultra prætiũ centũ florenorũ pri
mo taxatũ. Et ſic nõ eſt uerosĩle , ꝙ a principio interue-
nerit uerũ pretiũ rei. ¶ Itẽ & tertio ex hac promiſſione.
25.flo.euidẽter præſumit̃ hic contractus a principio non
fuiſſe ueræ emptionis & uẽditionis, ſed potius pignora-
titius:quia vr̃ ꝯ naturã contractus uenditionis, ut poſt fa
ctũ illo uolẽte retroemere debeat dari maius pretiũ; un
de non vr̃ a principio quod fuerit ꝑfecta uẽditio,in l.ne-
ceſſario,ff.de peri.& cõmo.rei uen. & ex talibus pactis ꝯ
naturã contractus interuenientibus magis præſumit̃ ꝯ-
ctus pignoratitius,ut in c.illo uos, & quod ibi no de pig.
facit, qđ no.Bar.in d.§.qui maximos. ¶Quarta cõiectura
ex eo, quia uoluit in pactis, ꝙ ſibi fieret retrouẽditio,&
ꝙ deberet debitor ſoluere omnem gabellam,& reliquos
ſumptus fiendos circa notarios pro parte contingente
utrũq; ꝯhentem; ita,ꝙ ille fictus uẽditor nolebat ſentire
aliquẽ ſumptũ , ſed ſimpl'r & abſolute lucrari uſumfru-
ctũ dictæ domus,ſaltẽ pro tpe illorum menſiũ. ¶Quinta
coniectura colligit̃ de ſequẽti contractu in eo, ꝙ uoluit,
ꝙ facta uenditione medietatis illius domus pro indiuiſo,
nõ teneretur ad pẽſionẽ aliquã ultra duos annos ꝓꝑ di-
lationem in retro emendo aliã medietatẽ domus. Et ſic
apertè facit ꝯctum uſurarium. Vnde ex hoc põt facilius
ꝓſumi de qualitate ꝓtij , ut in l.q ſemiſſem,ff.de uſur.& ĩ
c.illo uos,in fi.de pigno. & in c.ex ſtudiis, & in c.manda-
ta, de præſump.¶Quòd aũt ſecundus contractus cõtine-
bat in ſe uſurariam prauitatem , patebit ex infra dicẽdis
in ſecundo dubio principali.Et ex prædictis oĩbus cõclu-
ditur ad primũ dubiũ,ut clarè dicamus illũ contractũ fa-
ctũ ſub forma emptionis & venditionis fore ſimulatũ , &
cõfectũ in fraudẽ uſurarũ, & eſſe ĩ ueritate pignoratitiũ,
cũ cõcurrunt adminicula ultra neceſſario reqſita in d.c.
ad noſtrã. Et nimirũ,quod ẽt ĩ caſu magis dubitabili cõi-
ter concluditur ꝯctum fore præſumendũ uſurariũ,ſ. cum
ſimpl'r ſit pactum de retrouendendo, & interuenerit exi
guũ pretium; hoc clarè uoluit gl.ord.in c.conqueſtus,de
uſu.& Arch.in c.plerique.14.q.4.& do.Ant.ĩ c.illo uos ,
de pig.& ita per plurimas rõnes alias conſului, & legẽdo
tenui. Nec prædictis obſtant no.per Iac.de Are.ut refert
Cy.in l iij.C.plus ualere , quod agi.ubi dixit , quod tria
ſimul iuncta non probant contractum uſurarium, ſ.pa-
ctum de retrouendendo,modicitatẽ pretij , & ꝙ emptor
conſueuit uſuras exercere.Nam dictum ſuum eſt falſum,
& iure non probatur,& nititur reſpondere ad c.ad nr̃am,
præall.& minimè rñdet:imo errauit in intellectu illius,&
rñſione ſua, ut expreſsè atteſtatur Io.An.in d.c.illo uos.
Ex his concluditur,quales debeant eſſe partes iudicis in
ſententiando. Nã dico, ꝙ debet pronuntiare,ꝙ pẽſiones
domus,quas ille creditor percepit, uel percipere potuit,
computentur in ſortem debitam , & reſiduum debeatur
una cum domo tradi , & aſſignari debitori , ut probatur
in c.j.& ij.de uſur.& in l.cum contra,C.de pign.act. Non
obſtant conuentiones ſecundo loco factæ : quia oĩa fue-
runt in fraudem uſurarum, & acceſſorium ſequitur prin-
cipale,regula,acceſſorium,lib.vj.¶Venio ad ſecundũ,ui-
delicet præſuppoſito ſine ueritatis præiudicio , ꝙ per ꝓ-
dicta non probetur dictus contractus uſurarius,nunquid
ſaltem uigore ſecundæ conuentionis teneatur ſoluere pẽ
ſiones pro dimidia parte domus à tpe,quo fuerunt ſolu
ti dicti quinquaginta floren:?Et quãquam non ſit neceſſa
riũ hunc articulũ examinare,cũ ex ſupius dictis appareat
dictũ contractũ fuiſſe fœneratitiũ ; attñ, ut mos geratur
cõſulenti , breuiſſimè dico hæredem teneri ad ſolutionẽ
illarũ penſionũ. Certum eſt.n.ꝙ ex ſecunda cõuentione
fuit facta uẽditio medietatis domus pro indiuiſo,& trãſ-
latum dñium , & poſſeſſio in illum primũ uenditorem ꝑ
ſcđm emptorẽ ; quod apertè colligitur ex eo, qa ſoluta
medietate totius pretij,ille ꝓmiſit ſibi ſoluere tres flo-
renos noĩe pẽſionis pro dicta medietate uſq; ad certũ tp̃s
tunc proximè futurũ, & promiſit eidẽ facere inſtrm̃ uen
ditionis;per quod ſatis fuit in illũ trãſlatum dñiũ,& poſ-
ſeſſio medietatis pro indiuiſo , ut probatur in l.quædam
mulier,ff.de rei uen.facit.l.quod meo,ff de acquir.poſſ.
Nec obſtat, ſi dicat̃, quod licet promiſerit facere inſtrm̃
uẽditionis, non tñ apparet factum:quia dico, ꝙ nõ pro-
miſit uendere,ſed facere inſtrm̃ uẽditionis ad probatio-
nẽ fiendam; unde dico, quod non uendidit de præſenti;
quod patet ex eo,quia tunc promiſit ſoluere penſionẽ;fa
cit in ſimili.l.ſicut datã, C.de li.cau.& c.eccleſia S.Ma-
riæ , ut lit.pen.inſtrumentum enim non eſt de ſubſtantia
contractus : ſed ſit ad probationem contractus.l.conſen-
ſu,ff.de act.& obli.& l.pactũ C.de pa. ¶His ꝓmiſſis clarè
patet illum obligatũ ad ſolutionem penſionis conſtitutæ
pro medietate domus. Nec obſtat,ſi dicatur cõuentionẽ
inter eos fuiſſe habitã poſt duos annos tunc ꝓximè futu-

ros, intra quos non obligaretur ad ſolutionē alicuius pē
ſionis, ſi non reſtitueretur ſibi reſiduū pecuniarū debita-
rū; quia dico tale pactū, ut puta cōtinēs uſurariā prauita-
tē, non ualere, ut in c. debitores, de iureiu. nam uoluit il-
las penſiones retinere: quia differebatur ſolutio debiti
ꝯ. c. cōſuluit, de uſur. & no. in c. dilecti, de arbi. ¶Et aduer
tendū ſubtiliter: quia ex his uerbis habitis in hac ſecūda
conuentione clare liquet primum & ſecundum ꝯtū fuiſ-
ſe uſurarios. Nā dicit ſe uendidiſſe ſibi medietatē domus
pro indiuiſo; & poſtea dicit, ꝙ niſi reſtituat ſibi reſiduum
pecuniæ, quā debet habere, ꝙ nō teneatur ſoluere. ¶Vn-
de non dicit, ꝙ uolebat ſibi retrouēdere aliā medietatē:
ſed quod debebat habere pecuniā; & ſic in ueritate nulla
interuenit uera uenditio, ſed totus ꝯtus fuit pignorati-
tius, & cōfectus in forma uenditionis in fraudē uſurarū.
¶Poſtremò condeſcendo ad tertiū & ultimum, in quo di
3 co, ꝙ nulla poteſt hic allegari præſcriptio: †quia ſtatutū
loquens in materia iuris debet intelligi ſm̃ ius cōe, ſ. ubi
interuenit bona fides, ut in c. cum dilectus, de cle. nō reſi.
facit. l. ij. C. de noxa. & in c. cum dilectus, de conſue. & ſi
aliter intelligeretur, non ualeret ſtatutum: quia induce-
ret peccatum, ut in c. fi. de reſcrip. no. Bar. in l. oēs popu-
li, ff. de iuſt. & iu. in l. fi. C. ſi contra ius. uel utili. public. ut
in caſu noſtro creditor fuit ī mala fide, ex quo ī fraudem
uſurarum contraxit. 34. q. 2. c. ſi uirgo. Is enim dicitur in
4 mala fide, qui habet conſcientiam rei alienæ, ut ibi, † &
ſic ex parte creditoris fictè ementis, uel illicitè paciſcen
tis non poteſt allegari aliqua præſcriptio. Idem dico in
perſonam ſui hæredis duplici cōſideratione. primò quia
mala fides defuncti nocet hæredi uniuerſali, ut l. cū hæ-
res, ff. de diuer. & tempo. præſcrip. ¶Secundò & melius, ꝙ
hæres tenetur ſatisfacere animæ defuncti, ut in c. à nobis
ii ſi. de ſen. excom. & in c. literis, de rapto. & c. fi. de ſepul.
& ex his patet præſcriptionem non prodeſſe hæredi. Et
hæc ſufficiant. NIC. ABB.

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*Quidam Franciſcus dicitur conſignaſſe quibuſdam lanificibus florenos auri centum, pacto & conuentione firmatis inter dictas partes, uidelicet quòd deberent dicti lanifices habere, tenere, & traficare dictos centum florenos in eorum trafico, & arte lanæ; & ita, quòd ſtarent dicti floreni in dicto trafico ad damnum & ad lucrum, hoc expreſſo, quòd dictus Franciſcus non teneatur ſubire damnum in dicto capitali ultra decem florenos in anno; nec etiam admitteretur ad lucrum ultra decem florenos; ita, quod uoluit dictus Franciſcus non ſentire damnum, nec lucrum ultra decem in anno. Quæritur nunquid pactum ſit licitum, &c.*

### CONSILIVM LXXVII.

1 *Socij poſſunt inter ſeipſos conuenire, ut alter habeat duas partes lucri.*

2 *Societas ad hec, ut ſit licita, oportet, quòd damna & lucra ſint communia.*

CHriſti, eiuſque matris preſidio humiliter in-
uocato, Videtur primò ꝙ ſic. licet. n.
uno ponente pecuniam, & altero operam, alio,
non expreſſo, damna & lucra debeant eſſe communia iux
ta no. gl. quam ſequitur Bar. & communiter doc. in l. j. C.
pro ſocio, & uidetur probari in l. ſi non fuerint, ff. eo. poſ-
ſunt ex conuentione hanc legis diſpoſitionem tollere, &
conuenire, ut maiorem partem lucri ſentiat unus ſocius,
quam alter, ut d. l. ſi non fuerint. §. j. cum l. ſequenti, & eſt
1 bonus tex. in §. de illa inſtitutione, eod. ti. †ubi dicitur ſo
cios poſſe inter eos conuenire, ut alter habeat duas par-
tes lucri. Et nimirum, nam contractus ex conuentione le
gem capiunt, ut in regula, contractus, de reg. iu. lib. vj.
Et pactum contra accidentalia, ſeu naturalia contractus
bene ualet, ut, ff. de poſtula. l. j. §. ſi conuenerit, & in l. pa-
cta conuenta, C. de cōtrahen. emp. & l. paciſci, & l. iuriſgē.
§. ſi paciſcar, de pac. & c. uno, de cōmo. cum multis ſimi.
Ita debuit teneri conuentio inter dictos, habita maximè
ratione, cum uideatur ſatis honeſta, cum quilibet poſ-
ſet habere pariter ad lucrum, & ad damnum. Nam ſicut
lanifices poſſent perdere nonaginta pro dicto capitali,
ita potuiſſent lucrari nonaginta, ſi fuiſſent lucrati centū
in anno; unde ſaltem in ratione dubij contractus, debet
ſubſtineri, arg. in c. in ciuitate, & c. nauiganti, de uſu. ¶Se-
cundo principaliter de hoc ur̃ quaſi caſus inſti. pro ſocio
§. & adeò. ubi dicitur poſſe conueniri, ut alter ſentiat lu-
crū, ſed non dānū, & ſic ur̃, ꝙ periculū capitalis poteſt ex
pacto ad alterum dūtaxat pertinere; quod uidetur uelle
Hoſtien. in ſum. de uſu. §. an aliquod, uerſic. quid ſi peri-
culum, & Ioann. Andr. in cap. per tuas, de don. poſt di-
uor. reſti. ubi dicit, ꝙ dos exacta à marito uergente ad
inopiam deponitur apud mercatorē, qui cauebit, ut capi-
tali ſaluo, rn̄deat mulieri de parte honeſti lucri. ¶Si er-
go paciſci poteſt, ut periculū totius capitalis ſpectet ad
recipientē, fortius ualet pactū in caſu nr̃o, in quo iſte Frā
ciſcus uolebat uſq; ad decē quolibet anno ſentire de dā-
no, & pari mō ſe parabat in lucro. ¶Tertiò ad idem facit:
certū eſt, ꝙ inter prædictos fuit ꝯcta ſocietas, & non mu-
tuum, cū dictus Franciſcus uellet ſtare & ad lucrū, & ad
dānum, ſaltem uſq; ad decem; ergo ceſſat uſura, cum illa
non uerſetur niſi in contractu mutui, ut in c. cōſuluit, de
uſu. & c. eiiciens. 87. diſt. Et plenè per Io. An. in reg. pec-
catū de reg. iu. lib. vj. in Mercu. Sed prædictis nō obſtan-
tibus, arbitror dictum ꝯctum nullo modo fuiſſe licitum.
Primò probabo ꝑ authoritates, ut facilius adhibeatur
fides. Secundò per iura & rōnes. hoc. n. uidetur primò te-
nere gl. ord. in decretis. 14. q. 3. c. plerique, ubi quærit.
Nūquid licitè poſſit quis dare pecuniā ſuam mercatori,
ut inde emat merces, & det ſibi partem lucri? Et dicit ꝙ
non, ſi periculū ſpectet ad recipientē: quia uidetur quidā
contractus mutui. Sed ſi ſocietatē contrahunt, ꝙ pericu-
lū ſpectet ad utrūque, dicit licitū eſſe, quod unus ſocius
det pecuniam, & alter ſuppleat cum labore, quod deeſt ī
pecunia. d. l. ſi nō fuerint, cū. ſ̃. alle. Idem uoluit Goff. in
ſumma de uſu. & in c. nauigāti, e. ti. dicēs, †ꝙ ad hoc, ut ſit
licita ſocietas, & ceſſet oē peccatū, oportet, ꝙ dāna & lu-
cra ſint cōia hanc eandē opi. tandē uoluit Hoſt. in d. §. an
aliquod, uer. eſt tn̄ ueritas. in hac opi. concurrunt Azo,
& gl. or. Accur. in d. l. ſi nō fuerint. ubi dicūt, ꝙ ſi unus ſo-
cius non cōfert magis in ſocietate, quā alter, nō ualet pa-
ctū inducens inter eos diſparitatē; quod eſt ualde notan
dū. Itē ur̃ uelle Io. Cal. in d. c. nauiganti. Sed in caſu nr̃o
erat diſparitas inter iſtos ſine aliqua iuſta rōne; ergo nō
fuit inter illos ꝯcta ſocietas; quod ultra prædictas copio
ſas, & ſolenes authoritates probatur hoc mō. Societas ius
quoddam fraternitatis in ſe habet, ut notāter dicit tex. ī
l. uerū, in prin. ff. pro ſocio. ergo pactū inducens iſtam di-
ſparitatē inter iſtos ſine cauſa rōnabili eſt contra ſubſtan
tiā contractus, cū rumpat ipſum ius fraternitatis: quia de
natura fraternitatis eſt, ut oīa ſint cōia: hanc rōnē allega
uit Hoſt. ut. ſ̃. & per eā receſſit à priori opinione, dicens
inter ſocios non ualere, ut alter ſuſtineat periculū ſortis
tm̄. Nec obſtat, ꝙ in aliis ꝯctibus ualeat pactū, ut quis ſu
ſtineat periculū, ubi alias nō obligať a iure, ut ī depoſito
commo-



commodato, & ſimilibus; quia ſecundum eum in alijs pa-
ctum eſt contra accidentalia contractus. Sed in caſu no-
ſtro eſt cōtra ſubſtantialia ꝑꝑ ius fraternitatis, quod eſt
inter ſocios. d. l. uerum. ¶Secundò hoc probo per d. l. ſi nō
fuerint, & d. §. de illo, cum ſequenti. ubi expreſsè dicitur
quòd inter ſocios dāna & lucra eſſe debent æqualia, & po
teſt ex pacto induci inæqualitas, quando alter poſuit plus
induſtriæ, uel pecuniæ, & ſic ex cauſa, aliter autem uideť
pactū infringi tanquam ꝯ ſubſtantiā ſocietatis. at in caſu
noſtro nulla ſubeſt legitima cā, quare dictus Franciſcus
nō deberet ſuſtinere æqualiter periculū in ſorte, ſicut di
cti lanifices: ſed uolebat ſtare ſecurus, ut non perderet ul
tra decem; qđ repugnat iuri ſocietatis & fraternitatis.
Nec obſtat, ſi dicatur, quòd quædā de lucro nolebat parti
cipare ultra decem: quia per hoc nō ceſſat diſparitas: imò
magis creſcit. Item & melius nō eſt ueroſimile, ꝙ in anno
potuiſſent iſti lanifices lucrari ultra uiginti, uel parum
plus; & ſic habuiſſet dictus Franciſcus ueroſimiliter partē
ſuam integram, & lucrum. ſed bene eſt facilius contingēs
ut totum capitale, uel alio modo perdatur, & dicti lanifi-
ces habuiſſent duplicatum dānum, nam perdidiſſent ope-
ras ſuas, & ſuſtinuiſſent totum periculum ſatis ultra de-
cem: dictus aūt Franciſcus ſolus pati poterat unicum &
modicum damnum. Et ſic nemo inficiari rationabiliter
poteſt, quin magna inter eos ſine cauſa rationabili foret
diſparitas. Nam de iure dictus Franc deberet ſolus ſen-
tire damnum in capitali, etiam in toto; lanifices uerò ſo-
lum in operibus, ut eſt gloſſ. ſingularis, qua ſequuntur Pe
tr. & Cyn. in dicta. l. j. C. pro ſocio. quæ dicit, quòd perdi-
ta pecunia, quam alter contulit, ſoluitur ſocietas; nec te
netur is, qui præſtabat operam; & per hanc notabilem cō
ſiderationem clarè patet turpitudo & diſparitas prædi-
cti contractus. nam lanifices poterant perdere operas, &
ſuſtinere periculum capitalis, decem florenis exceptis. Itē
& tertio iura nullibi admittunt diſparitatem ſine cauſa
rationabili concurrente in toto damno capitali, ut in d.
§. ſi non fuerint, in d. §. de illo. Nec ob. §. adeo, inſtituta ꝓ
ſocio: quia multipliciter ad illum reſpondetur per Hoſt.
Io. Cal. in locis præalleg. ¶Sed ego ſolitus ſum reſponde
re clarius, & ut credo, ueracius. dico enim, ꝙ ille tex. de
bet intelligi in pacto iuri communi conformi, ſcilicet qn̄
fuit conuentum, ut is, qui operas ponit, non ſentiat dam-
num capitalis, ſed lucrum ſic. Et hoc ideo; quia ſatis ipſe
ſentit damnum in operibus. Nam opera ſua ualet tantum,
quātū alterius pecunia, ut ibi; merito ſatis eſt, ut ipſe per
dat operas, & alter ſolus ſentiat damnum in capitali; & ita
ur̃ uelle tex. ſi finis illius. §. referatur ad precedētia, quod
fiendum eſt, argumentum in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſo-
gonus, ff. de uerb. oblig. Non autem admitterem, ut uale
ret pactum, ut dans pecuniam non ſentiret damnum, ſed
lucrum. Nam hæc ſocietas eſſet quaſi Leonina, & quaſi ꝯ
ius fraternitatis ꝯ d. l. ſi non fuerint, & d. l. uerum, quia
iſte haberet damnum operarum pecuniæ, & alter nullum
damnum ſentiret. Item eſſet in effectu ꝯctus mutui; quia
ſentiret lucra, & non damnum, dicit gloſſ. in d. c. plerun-
que. Et per hoc poteſt reſponderi ad tertium contrarium
ſupra formatum. Nā licet uideať ꝯcta ſocietas. tn̄, ex quo
pericula non erant communia, imò tanta diſparitas, uide
tur potius quidā præſumptus & fictus ſeu ſimulatus ꝯctus
mutui; & ſic contineret uſurariam prauitatem, arg. in d. c.
in ciuitate, & c. naugianti. Item præſuppoſito, quòd non eſ
ſet uſurarius ꝯctus, ſaltem non licita ſocietas per prædi-
cta; ergo nō pōt peti rō ſocietatis, nec lucrū, cum de fa-
cto petitur, quia ex pecunia non prouenit lucrum, ceſſan-
te ſocietate, dicto c. eijciens. ¶Ad authoritatem Io. And.
in c. per tuas, dico, quòd de iure non probatur, ut etiam
dicit Io. Cald. in d. c. nauiganti ¶Quidam tamen uolētes
illud dictum ſaluare dixerunt, quòd procedit fauore do
tis: quod tamen mihi non placet, quia fauore do-
tis non debet committi pactum, ut in c. ſuper eo, de uſu-
ris. Ex his remanent ſoluta omnia contraria ſuperius for-
mata. Et poteſt inferri ad ſolutionem alterius dubij, de
quo quæritur, an præſcriptio ſtatutaria habeat locum in
caſu. ur̃. n. ꝙ ſic: qa illa pecunia remanſit purè indebito, &
non in ſocietate, ergo idē dicēdū de eo, ꝙ in alio debito
ex identitate rationis, de confirmatio. utili. c. cum dilecta
& c. translato, de conſti. & l. illud, ff. ad legem Aquil. Et
hæc ſufficiant. NIC. ABB.

### CONSILIVM LXXVIII.

1 *Accuſatio uel inquiſitio ſi facta fuerit de inſultu facto cum armis, uel de percuſſione cum ſanguinis effuſione, & poſtea probatur ſimplex inſultus ſine armis, uel percuſſio ſine ſanguinis effuſione; debet fieri abſolutio.*

2 *Temeritas ſola ſufficit, ad hoc, ut quis condemnetur in expenſis*

VIſo toto proceſſu habito in accuſatione con
tra Venturellū Manuelis Sabbatini
Hebræū habitatorē terræ Mōtis Spoletani inſti
tuta ꝑ quēdā Nicolaū olim Bartholomæi de Cortona,
habitatorē dictæ terræ, tria breuiſsimè examināda incū-
bunt ad luculētā facti deciſionē. Primò, an dictus uēturel
lus, ſeu ipſius pr̃ eius noīe cōparēs, ſit abſoluēdus, uel cō-
dēnādus. Sc̄dò preſuppoſito, ꝙ ſit abſoluendus, an dictus
Nicolaus ſit de calūnia ad pœnā talionis cōdēnādus. Ter
tio p̄ſuppoſito, ꝙ debeat calūniæ penam euitare, an ſaltē
debeat cōdemnari in expēſis factis in dicta accuſatione.
¶Quo ad primū omiſſa ad utrāque partē argumentatio-
ne breuitatis cā, cū ſit iſtud conſiliū deciſiuū, dico dictum
Venturellū, ſeu Manuelē eius genitorē noīe dicti Ventu-
relli filij ſui cōparētē debere a dicta accuſatione abſolui,
moueor, qm̄ ſi ſupraſcriptæ reformationis, cuius diſpōnē
dictus uenturellus impetiť, uerba pōderenť, duas partes
principales cōtinēt. Prima eſt, quòd omnes & ſinguli reta
glatores pāni lanæ, lini, &c. omnino teneantur & debeant
uenire ſtare, & exercere eorum artes in loco mercantie
dictæ &c. Sc̄a pars eſt, ꝙ alibi apothecaliter nō poſſunt
retaglari, lini &c. ad pœnā, & ſub pœna floren. 100. cuili-
bet contrafacienti &c. ¶Si autē diligenter ponderentur
dicta teſtium inductorum contra dictum Venturellum,
in nullam partem dictæ reformationis probať incidiſſe,
in primam luce clarius conſtat non incidiſſe; quia ꝑ ne-
minem teſtium probať dictum Venturel. eſſe retaglatorē,
& artem retaglariæ exercuiſſe extra locum mercātiæ, ſi-
cut reformatio exigit: quinimo potius teſtes ſc̄o loco
inducti ꝓbant oppoſitum in eo, ꝙ vnanimiter dicunt di-
ctum Vētur. retaglatorem fuiſſe ſeu apothecā retaglariæ
habuiſſe, donec fuit facta dicta reformatio ꝓhibens mo-
do p̄dicto; & ſic limitando ſe ad tēpus ur̃ tacitè inſinuare
& atteſtari, ꝙ poſt dictam reformationē non exercuit di
ctam artē, arg. in l. cum p̄tor, ff. de iud. & in l. ex eo, ff. de
teſti. & in c. nōne, de p̄ſumī & 25. diſt. c. qualis. Et ſatis eſt
ad pœnam euitādā, ꝙ non ꝓbetur ꝯriū: qa facta maximè
delicta nō p̄ſumunt. l. vna, C. de mād. prin. & c. cū in iure,
de offic. deleg. cū quilibet præſumatur bonus, niſi probe-
tur oppoſitum, in c. fin. de p̄ſumpt. & in c. vno, de reſcrip.
¶Retaglaria enim poteſt dici, quam vulgus ſic appel-
lat, cum non habeamus hoc iure diffinitum, ad hoc bo-
nus text. in l. ſciendum. §. illud ſciendum, ff. de edilitio
edic. & quòd notat Bart. in prooemio. ff. minime autem

probatum fuit, ꝙ iſte poſt legem fuerit retaglarius, uel
ꝙ artem retaglariæ extra locum mercantiæ exercuerit,
cum non probetur ſic habitus in dicta terra: uel ꝙ dictā
artē exerceret ſaltē admittendo omnes ſine delicto uolē
tes ab eo pānum emere per uiam retaglariæ; quod vr̃ ne-
ceſſarium ad hoc, ut quis dicat̃ aliquā artē exercere, ad
hoc quod legitur & notatur in l. palā, ff. de rip. nup. & qđ
no. Cy. in l. j. C. de epiſ audi. facit ēt, quod no. Bar. in l. ſp,
ff. de iure immu. & in dicto. proœ. ff. ubi dicit illum pro-
priè appellari mercatorem, qui maiorem partem fortu-
narum ſuarum habet in mercimoniis, cui eſt in hoc ſtan-
dū ſicut cōi appellationi uulgariū, arg. in d. §. itē ſciendū,
& in l. cū delanionis. §. aſinam, ff. de fun. inſtru. & inſtru.
leg. l. Labeo, de ſupel. leg. ¶ Contra uero dictum Ventu-
rellum nihil ex prædictis eſt probatum. Ex quo clarè cō-
cluditur, ꝙ ex capite primæ partis dictæ reformationis
uenit abſoluendus. ¶ Idem vr̃ mihi dicendū reſpectu ſe-
cundæ partis. illa. n. ſi bene pōderetur, requirit unū cum
certa qualitate, ſ. quod extra locū mercantiæ non poſſint
appothecaliter panni retaglari, &c. Vnde cōſiderandū eſt
illud aduerbiū appothecaliter, quod determinat, & qua-
lificat uerbum, retaglari, iuxta no. per Bar. in l. ex facto,
ff. de uul. & pup. quare non ſufficit probare, ꝙ ad incurrē
dā pœnam, ꝙ quis retaglauerit pannos, niſi probetur, ꝙ
hoc fecerit appothecaliter: quia cum aliquid eſt proban-
dum cum certa limitatione, ſeu qualitate, nō ſufficit il-
lud probare ſine qualitate, ſeu determinatione requiſi-
ta, ut in l. Fulcinius, & ibi per Bar. ff. ex qui. cau. in poſ. ea.
& per eundē in l. diuus, ff. de re iudi. & hic non probatur,
ꝙ appothecaliter pannum uendiderit. Nā nullus teſtium
deponit ſe uidiſſe dictum Venturellū, illū pannū retaglaſ
ſe, ſaltē appothecaliter, prout requirit ſtatutū: imò po-
tius probant oppoſitum, cum unus dicat ſe audiſſe à di-
cto Venturello, quòd pannum illum retaglauerit in mer
cantia. Itē alij teſtes ſimpliciter dicunt, ſe uidiſſe dictum
Venturellum tradidiſſe dicto Nicolao tria brachia pāni
lanæ. ex hoc nō poteſt concludi, ēt ſi uerum ſit, ꝙ dictum
pannum tradiderit dictus Venturellus appothecaliter,
& retaglauerit pānū; importet idē, quod ut retaglarius,
ut clare innuūt uerba ſtatuti præcedētia, quæ ſunt aīad-
uertenda ad declarationē ſequentiū, ut in lege ſi ſeruus
plurium, in fi. de leg. j. & in l. nūmis, de leg. iij. minimè aūt
probatur quod ut retaglarius uēdidit dictū pannum. Et
ideò non ſufficit ad condēnationē Vēturelli, maximè ha
bito reſpectu ad qualitatē ſuæ perſonæ, cū ex pactis ini-
tis cū excelſa cōitate Florētiæ ſibi liceat uēdere pignora
tranſcurſa. Et habet ēt in pactis, ꝙ nullū ſtatutū poſſit fie
ri in prçiudiciū pactorū ſuorū; unde potuit eſſe, ꝙ dictum
pannū uendiderit non apothecaliter ut retaglarius: ſed
ut fœnerator, habēs pro pignora tranſcurſa accuſatio. n.
debet ex toto probari, ita ut probatio ipſam acceſſoriè
concludat, ut in c. in præſentia, de proba. facit quod no.
Bar. in l. nō ſolū. §. ſed & reprobari, ff. de no. ope. nū. hinc
1 no. dixit in l. ij. C. de proba. ꝙ ſi fuit facta accuſatio, † uel
inquiſitio de inſultu facto cū armis, uel percuſſione cum
ſanguinis effuſione, & poſtea probatur ſimplex inſultus
ſine armis uel percuſſio ſine ſanguinis effuſione; debet fie
ri abſolutio: quia no probat̃ qualitas actus deducti in ac-
cuſatione, ad hoc. l. denūtiaſſe. §. quid tñ, ff. de adul. & l. ij.
ff. ui. bo. rap. cū ſi. Ita dico in propoſito. ¶ Ex his conclu-
do, ꝙ dictus venturellus nō probatur incidiſſe, nec in pri
mā, nec in ſecundā partē dicti ſtatuti; & ſic uenit abſoluē
dus: quia accuſatore non probāte, reus abſoluēdus eſt, vt
in iuribus uulgaribus. ¶ Venio nūc ad ſcđm an dictus Ni
colaus accuſator ueniat de calūnia puniēdus; & [illegible] hoc poſ
ſet examinari longa qō, quæ in iure fit, nunquid accuſa-
tor dicatur calūniari eoipſo, ꝙ non probat de qōne ple-
nè no. in l. j. ff. ad turp & ibi per Bar. i l. athletas, de his q
no. infa. & in c. ij. de calum. & ij. q. iiij. c. qui non probat, &
§. notandū cū multis ſimi. ¶ Sed nō inſtādo in uerbis, cōis
concluſio eſt, ꝙ accuſator deficiens in probatione, excu-
ſatur a pœna calumniæ, ſi habeat pro ſe aliqua euiden-
tia indicia, ut puta famā, uel auditū a fide dignis, uel quid
ſimile ut notatur in iuribus præall. maximè in d. §. calū-
niator, & optimè facit c. j. in fi. de elec. Sed ex dictis teſtiū
in hac cā productorū ſatis poteſt euidenter coniecturari,
dictum Nicolaum non fuiſſe in calūnia, ut uerosimiliter
potuerit credere dictum Vēturellū ex illo facto ueniſſe
ꝯ reformationem prædictam. Calumnia autem conſiſtit
in animo, & requirit dolum, qui nō eſt ſine calliditate, &
fraude. l. j. ff. de dolo, & l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudan-
di, ff. de pac. in qua dictus Nicolaus non uidetur fuiſſe. Ex
quibus breuiter concludo ad ſecundum, uidelicet ꝙ di-
ctus Venturellus non ſit de calumnia ad pœnam talionis
condēnandus. ¶ Ad tertium, ſ. quid de expenſis, arbitror
dictum Nicolaum in illis condemnandum: quia licet non
fuerit in calumnia; tamen temere perſeuerauerit in ac-
cuſatione, cum debuerit prius diſcurrere, & peritiores cō
ſulere, an per illud factum probaretur accuſatio inſtituē
da contra dictum Venturellum; quod cū non fecerit, de-
prehenditur in temeritate, † quæ ſola ſufficit, ut quis con
demnetur in expenſis, ut in c. calumniam, de pœni. & ibi
per doctores, & plenius notatur in c. finē, de dolo & cōtu
macia, & in l. eum, quē temere, & ibi per Bar. ff. de iudi. &
in l. j. ff. ad turpil. per eundem. unde iuris ignorantia non
excuſat à cōdēnatione expēſarum; tenet gl. & doc. in d. c.
finem, & Bar. in d. l. j. ad turpil. & Spec. in tit. de expē. §. fi.
uer. ex præmiſſis. Partes ergo iudicis poterunt in hac ac-
cuſatione abſoluere dictum Venturellum, ſeu Manuelē
nomine filij ſui comparentem a dicta accuſatione, & cō-
demnare dictum Nicolaum in expenſis, quas probabili-
ter dictus Venturellus, ſeu pater pro eo fecit, ut in hac
cauſa. de expēſis uero præſentis cōſilij, cū poteſtas ex ſuo
officio ipſum petierit, cui incumbit, dico ſtandū conſuetu
dini iuxta notata per Spe. in tit. de ſala. §. j. uerſ. cōſuetu-
do, & per gl. in clemen. ſtatutum, de elect. qua ceſſante or
dinarius pro ſalario nihil petere poteſt; unde, ſi egit, ſuis
ſumptibus illud obtinere poteſt, cum propter hæc onera
incumbentia inſtituatur ſibi ſalarium iuxta no. per Ioā.
An. in c. cū ab omni, de uita & honeſt. cle. ſportulas tñ de
iure ciuili, & aliqua munera petere poteſt; quæ tamen nō
ſunt de iure determinatæ: ſed ſtandū eſt iuris conſuetudi
ni, ut in authentica, offeratur; de hoc per gl. & Bar. in di-
cta auth. offeratur. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

### CONSILIVM LXXIX.

1 *Obligatus ad reſtitutionem fideicommiſſi uniuerſalis, uel particu*
*laris, tenetur regulariter cauere cum fideiuſſoribus.*
2 *Filius fratris, impropriè dicitur nepos.*
3 *Pater rogatus reſtituere filio, tenetur regulariter reſtituere.*

ILlud de iure quæritur, an filius cogatur reſti
tuere hrditatem patruo, ſ. germano te-
ſtatoris, ſi decederet ſine liberis, & teneatur ca-
uere cum fideiuſſoribus de reſtitutitione fienda in euen-
tum conditionis, ſeu reſtitutionis. Et breuiter dico hoc
dubium pendere ex intellectu. l. iubemus, C. ad Trebel.
1 Illud enim indubitati iuris eſt, † quod obligatus ad re-
ſtitutionem fideicommiſſi uniuerſalis uel particularis.
tenetur regulariter cauere cum fideiuſſoribus, ut eſt tex.
iūcta glo. in l. ſemper, ff. ut lega. no. caue. probatur ex-
preſsius in l. ſi quando, eod. tit. ¶ Item per locum à ſpe-
ciali in l. filius, eod. tit. Nam, ſi ibi eſt ſpeciale in filio no-
uiter emancipato, uel ſeruo manumiſſo, ut releuetur pa-
ter, uel dñs, præſtando cautionem ſub hypotheca bono-
rum ſuorum; in aliis ergo fortius non ſufficit cautio, etiā
ſub hypotheca bonorum: quinimo etiam ſi eſſet impo-
tens ad idonee cauendum; nō ſufficeret nuda promiſsio,
etiam cum hypotheca bonorum; ſed procedendum eſt
iuxta ea, q̄ notabil̃r habentur in l. poſtq̄. §. imperator, eo.
ti. difficultas ergo, ut ꝑdixi, oritur, qñ filius rogatus eſt
reſtituere. Nam ipſe ur̃ priuilegiatus, ut non teneatur ad
hanc ſatiſdationem, ut d. l. iubemus. & quāquam ille tex.
loquatur, qñ quis eſt rogatus reſtituere hæreditatem fi-
lio ſuo, nepoti teſtatoris, uel pronepoti, & deinceps: tamē
quidam, q reputabantur moderni tempore Cy. dixerunt
idem, qñ filius rogatus eſt reſtituere extraneo, ex idēti-
tate, ſeu maioritate rationis, ne extraneus ſit magis in-
gratus, quā filius, ſeu nepos, uel coniunctus. Nam, ſi uinco
proximiorem in gradu, fortius uinco remotiorē, ut l. iij.
uerſi. ſed licet, C. de bo. mat. Et hoc argumentū fecit Cy.
uacillare in l. iubemus, in fi. tñ ur̃ reſidere ipſe tandem in
ꝯria ſnīa, ut ille tex. non extēdatur ultra perſonas ibi ex-
preſſas: quia hoc uetuit expreſsè tex. in d. l. iubemus, in fi.
ubi apertiſsimè probat̃ hæc ꝯria conclo; & ibi apertè te-
nuit Odof. dicens illud ſpeciale inductum fuiſſe inter de-
ſcendētes, ne diſcordia oriretur inter eos. Nam ur̃ oriri
quædam diffidentia ex petitione, & præſtatione huius ſa
tiſdationis. ſimile adduco in præſtatione fideiuſſoris de
dote reſtituenda, prohibita inter maritum & uxorem ra
tione prædicta: ſecus in extraneo recipiēte dotem ꝓ alio,
ut legitur, & notatur ī rubro, & nigro. C. ne fide. do. den.
& maximè in l. & in dotibus. C. de dona. cau. non nu. ¶ Itē
tex. in d. l. iubemus, loquitur in nepote, & ꝓnepote: pro-
priè autem ſm̃ canones & leges talis dicit̃ filius filij, uel
filiæ, & filius nepotis. ff. de gradibus. l. iuriſconſultus. §. ſe-
2 cundo gradu, in fi. & 35. q. 6. c. j. & ij. & iij. † filius aūt fra-
tris impropriè dr̃ nepos ex cōmuni uſu loquendi, ut not.
Io. And. in c. fundamenta, de elec. lib. 6. plenius Fed. de Se
nis conſi. 28. Iura autem, maximè antiqua debent intel-
ligi ꝓpriè, & non ſm̃ improprium uſum loquendi, præ-
ſertim hodiernum: quia legiſlatores peritiſsimi non utū-
tur uerbis vulgarium, ut notabil̃r dixit Bal. in c. j. de ſuc
ceſ. ſeu facit, qđ no. Bar. ī l. ſtipl̃o iſta. §. hi q, ff. de uer. obl.
¶ Quid plura? ad hunc noſtrum intellectum adduco ul-
tra alias, duas gloſſas notabiles iuris ciuilis, vna eſt in l. j.
ff. ut lega. no. caue. in uerſi. ſemper. ubi primo dixit, ꝙ li-
beri teſtatoris non ſatiſdant per d. l. iubemus; & imme-
diatè poſt ſubdit, ꝙ illud eſt ſpeciale, qñ rogatur filius re
ſtituere ſuo filio. Secundo gl. magis notabilis eſt in l. fi-
lio, eo. tit. quæ adhuc magis reſtringit. d. l. iubemus, dicēs
eam procedere, ſi rogatus erat filius, & fideicōmiſſarius
erat in poteſtate rogati; quod nō cōtingit in caſu noſtro,
3 & idem uoluit ibi Bar. ¶ † Præterea pater rogatus reſti-
tuere filio tenetur regulariter ſatiſdare, ut probatur ꝑ
locum à ſpeciali in d. l. filio. fortius ergo quis tenetur re-
ſtituere patruo. Et ſic concludo in caſu noſtro, ꝙ patruo
ſit danda fideiuſsio. Nec eſt correcta. d. l. filio, per d. l. iu-
bemus, ut no. gl. in d. l. filio, &c. NIC. ABB.

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

INTER *magnificum commune Senarum ex vna parte, &*
*Raynerium Toſcanum Mediolanenſem ex alia interceſſit certa ſo*
*lennitas conuentionis occaſione uſurarum reſtituendarum, quas*
*Zeno in ultimo ſuæ uitæ reſtitui mandauit, & ad eas reſtituēdū*
*dictus Raynerius per infraſcriptum modum ſe obligauit, uerba*
*autem conuentionis ſunt hæc.* Che le vſure ſe debbiano inte-
gramente reſtituire per tempo de ſei anni, ogn'anno, vn
tanto: laquale reſtitutione cominciata & fare ſe debbia
con effetto per lo primo anno in calende de Zenaro, &
coſi dipoi ſi ſegua de Zenaro in Zenaro, maſsime de detti
ſei anni, rendendo primo a Citadini, poi a Contadini &
ſottopoſti, ſecondo che per ordine furono ſcritti; & poi
a quelli che ſi trouaſſero o foſſero foreſtieri, ſimilmente
ſi facia la reſtitutione de tutti li denari in queſto modo,
che de' preſenti ſi elegga vn depoſitario a tenere & ren-
dere li detti denari de le vſure, cioè a quelli, che ſe tro-
ueranno le proprie perſone, a loro heredi per li altri,
che uigorie a diſmettere a la caſa de la ſapientia. *quæri-*
*tur, ſi &c. Modo præſupponitur, quòd quidam in primo termi-*
*no tam ciues, quàm forenſes non petierunt eorum ſextam par-*
*tem: adminiſtratores domus ſapientiæ illam petunt tanquam in-*
*certum. Quæritur, nunquid poſſunt, &c.*

### CONSILIVM LXXX.

1 *Vſuræ ſi debentur abſentibus, debet ad illos mitti.*
2 *Reſtitutio quādiu poteſt fieri illi, qui ſoluit, nunquā illa pecunia*
*debet dari pauperibus, uel in aliam piam cauſam conuerti.*

CHriſti, eiuſque matris preſidio humiliter in-
uocato, Breuiter concludo, ꝙ ſi appa
rere pōt, quibus dictæ pecuniæ debentur, nō poſ-
ſunt adminiſtratores domorū ſapientiæ petere nec de iu
re cōi, nec uigore dictæ conuentionis. De iure enim cōi
clarum eſt, ꝙ quādiu ſuperſunt illi, à quibus fuerunt ex-
tortæ, uel eorū hæredes, non debent diſtribui in piā cau-
ſam, tanquā incertæ, ut eſt tex. apertus cum gl. in c. cū tu,
de uſu. & in c. ſicut dignum. §. res, de homi. quinimo vnū
1 dicit gl. in c. cum tu, † ꝙ ſi hi, q bus debentur, ſunt abſen-
tes, debent ad illos mitti. Nulla ergo actio ad illas pecu
nias petendas cōpetit domui ſapientiæ, ꝑſuppoſito, ꝙ de
iure ſibi debeatur incerta; quia, ut dixi, non pōt dici in-
certa per hoc, quod no. gl. in c. ij. de uſu. lib. 6. in uerbo,
ſatisfactione, & per Feder. de Senis conſi. 150. ¶ Nam di-
ctus Raynerius tenetur reſtituere illis, quibus clarum eſt
deberi; à quorum obligatione non releuaretur, etiam ſi
pauperibus reſtitueret, uel aliis quibuſcūque, in d. c. eos.
quia debitum nō remittitur, ſed augetur cum cuiquā im
prouidè ſoluitur, qñ alij ex debito eſt præſtandum, ut di-
cit tex. ī c. ea te, de iureiu. ff. de ſol. l. uero ꝓcuratori. nec
tenetur ſoluere, etiā ſi domus ſapientiæ uellet ſibi ꝑſtare
cautionē de conſeruando eum indēnem. illa. n. ſola non
facit, ut qs teneatur ſoluere ei, cui nō debet, an ſit cōſan-
guineus debentis recipere, ut no. gl. & Bar. in l. uero ꝓcu
ratori, præal. & l. q hoīem, eo. ti. Nec etiam uigore ſupra
dictæ conuentionis tenet̃ dictus Rayn. ſoluere: qa ad ſol-
uēdum domui ſapīæ obligatus eſt ſub condōne, ſ. in caſu,
in quo pecuniæ eſſent inuētæ, & qa neſcirent̃, uel nō poſ-
ſunt illi, qbus debent̃, uel eorū hęredes inueniri. Nā, ut di
2 cit gl. in d. c. cū tu, † quādiu pōt fieri reſtō illi, q ſoluit,
nunquā illa pecunia debet dari pauperibus, ſeu in aliam
piam cām conuerti; & ſi improuidè ſoluerent̃ ad piū uſum,
teneret̃ nihilominus dictus Rayn. iterum ſoluere debēti-
bus recipere ꝑ iura ſuperius all. & no. Fed. ubi ſ. & Ant. de
Bu. in d. c cū tu. Antequā ergo exiſtat condō incertitudi
nis, non pōt peti. quia non dr̃ ceſsiſſe dies ſol̃onis fiendæ,
ut l. cedere diē, ff. de uer. ſig. & in c. prudentiā, & ꝑ Inn. de
offi. del. pendēte. n. condōne ſola ſpes in obligatione eſt

inſt.de uer.obl.§.ex condõnali,& qđ in diem debet, licet
ante ſolui poſſit;peti tñ non põt, in l.ꝯtinuus.§.eo quidẽ
tꝑe,ff.de uer.obl. & in c.vnico, de plus peti. ¶Concludo
ergo,ꝙ, extãtibus illis, uel eorum hæredibus, quibus pe-
cunia debetur, nõ poteſt per adminiſtratores domus ſa-
pientiæ tanquam incerta peti, &c. NIC. ABB.

## CONSILIVM LXXXI.

1 *Dos dicitur proprium fœminæ patrimonium.*
2 *Coniecturæ ꝓbabiles ſufficiunt ad ꝓbandũ ſciam alicuius facti.*
3 *Pater poteſt inſtituere filiam in dote.*

OMnipotentis Dei poſtulato ſuffragio, Vr̃ primo dictã Catherinam nul
lo mõ impediri,quominus dictam dotem 800.flo
renorum ab hærede mariti ſui petere poſſit. nam ſiue di-
camus illam dotem fuiſſe patris & filiæ cõmunem,ſiue ſo-
lius filiæ,non liberatur ſoli patri ſoluens,ut in l.ij.ff.ſo-
lu.ma. & l.qui hoĩem.§.ſi gener,ff.de ſol. ¶Et in caſu no-
ſtro dico fortius ſoluentem patri non liberari : quia illa
dos erat ſolius filiæ, cum tẽpore, quo pater filiam mari-
tauit,eſſet emancipata. ¶Nam ſi dos cõſolidatur in perſo
nam ſolius filię, ſi ex poſtfacto emancipetur, ut in l.vni-
ca.§.uideamus,C.de rei uxo.act. Fortius hoc contingit,ſi
1 ab initio erat emãcipata, ut no.Bar.ĩ d.l ij.†Eſt.n.dos ꝓ-
prium fœminæ patrimoniũ,ut in l.iij.§.ſi igitur,ff.de mi-
no.habet ergo filia fundatam intẽtionem ꝯ hæredem ma
riti;nec alia, quæ poſtmodum interceſſerunt, habent ipſi
filiæ præiudicare. Non.n.obſtat, ſecunda conſtitutio ma
ioris dotis,cum ſcđò nuptui traderetur : qm̃ non habuit
pecuniam primæ dotis à patre exactã, ſed dotem mater-
nam;quod colligitur ex quãtitate utriuſq; dotis, mater-
næ.ſ.& ipſius filiæ ; & clarius hoc elicitur ex fine, & libe-
ratione, quã ut heres matris fecit dicta Cathe.patri ſuo,
ibi dũ dicit; & hoc iõ fecit,qa fuit confeſſa habuiſſe à di-
cto Bern.dictam dotem dñæ meæ,&c. licet.n.à principio
dos 1400.florenorum fuiſſet ſimpľr à patre conſtituta:
tñ ex ſequentibus patet,ꝙ intendebat dare,& illam reci-
pere dotem maternã. Nam ex ſequentibus declarantur
præcedentia,ut l.ſi ſeruus plurium, in fi.& l.qui filiabus,
de leg.j. & l.nũmis,de leg.iij. Non habet præterea obſta-
re dictæ Cather.finis & liberatio generalis, quã fecit pa-
tri ſuo: quia illa non refertur ad ignorata per dictã Ca-
ther.ut in l.tres fratres,C.de pac.& l.ſi ſoror,C.de coll.
& l.nec ignorans,C.de don. facit quod legitur. & no.in l.
qui Romæ.§.duo fratres, ff.de uer.obl. ¶Item quia libe-
ratio fuit facta reſpectu eorũ, q̃ à patre petere poterat:
ſed dictæ Cath. nihil tñ à patre exigit,nec ab eius hr̃de,
ſeu à ſuo creditore,ergo &c. & eadem cõſideratione tol-
litur aliud motiuũ, qđ formari põt ex teſtamentaria di-
ſpõne paterna, & liberatione hr̃dis poſtmodũ ſubſecuta.
¶Sed his nõ obſt.ꝯriam arbitror ſn̄iam ueriorem,& dico
hæredem mariti oĩno liberatum ab obligatione, qua te-
nebatur dictę Cath. Moueor primò, quia ex ſoľone facta
patri cõtingit liberatio,ſiue ab initio petierit pr̃,filia ſciẽ
te & non ꝯdicente,ut l.ij.§.uoluntatem,ff.ſol.ma. ſiue ex
poſtfacto ſciuerit, & non ꝯdixerit, ſaltem aliquo actu po
ſitiuo interueniẽte,ut in l.Paulus,ff.rem ra.ha.& cle.j.de
ꝓcu. & bonus tex.in l.filiusfa.abſente pr̃e,ff.ad Mace. fa-
cit,qđ no.Bar.in l.cum tabernã.§.idẽ quæſiit,ff.de pig. &
in l.quo enim,ff.rem ra.ha. & maximè hoc ꝯtingit in l.ſi
ſeruus cõis,ff.de do.inter ui.& ux. ubi rõne coniũctionis,
q̃ eſt inter fratres,tacens habetur ꝓ conſentiente, etiam
ubi agitur de iactura rei familiaris ; ꝓ hoc,quod no.Cy.
in l.inuitus,C.de proc. & Bar.in l.quæ dotis,ff.ſol.ma. ꝑ
Cano.in c.nõne de præſumpt. ¶Quod aũt filia ſciuerit,
uel aliquem actum poſitiuum approbatorium ſoľonis fa
ctæ patri ex poſtfacto fecerit, ſatis ur̃ elici, & probari ex
ſcripturis mercatorum,in quibus fecit dictam Cathe.di-
ctæ quantitatis creditricem ; & aſſerit ſe pro ea ſoluiſſe
uariis uicibus uarias quãtitates diuerſis perſonis. quam-
quam enim de iure libri mercatorum non faciãt plenam
fidem in eorum fauorem, ut l.exẽplo,& l.rõnes,C.de ꝓ-
ba. & in c.ij. & quod ibi plenè no.de fi.inſtr. Tamen in ꝑ-
iudicium tertij, & fauorem alterius ab ipſo mercatore,
ſaltem ubi agitur de præſumẽda ſcientia tertij, faciũt ple
nam fidem iuxta no.in l.quędam.§.nũmularios,ff.de edẽ.
& l.optimam,C.de contrah.& cõmit.ſtip.& in c.illud, de
præſump. facit quod no.gl. & Inn.in c.cum olim, de cẽſi.
¶Ad idem quod no.Bar.in l.Celſus,ff.de uſucap. ubi di-
cit malam fidem, & ſic conſciẽtiam rei alienæ probari ꝑ
2 famam loci, & alias coniecturas. † Vnde ad probandam
ſcientiam alicuius facti ſufficiũt probabiles coniecturę,
cum alias de facili probari nõ poſſit. Præterea actus no-
minatus hic interuenit faciẽdo ex dicta pecunia aliis ſol
ui, ut ſatis colligitur ex libro mercatorum, cui ꝓſertim
ex cenſura ciuitatis datur plena fides. ¶Scđò hoc idẽ ꝓ-
batur ex generali liberatione,quã dicta Cather. fecit pa
tri. cum.n.ſciret, ut patet ex prædictis, dotem ſuã perue-
niſſe ad patrem, & eum ex certa ſcia ur̃ liberauit, ergo
ratione dictæ dotis nihil amplius petere põt iuxta plenè
no.per Bar.in d.§.duo fratres ; & facit.d.l.tres fratres,in
fi.à ꝯrio ſenſu,de pac. Nec obſtat, ſi dicatur dictam Ca-
the.finem & liberationẽ feciſſe dũtaxat de pecuniis, quas
dicta Cather.à ſuo patre petere potuiſſet:ſed cum nõ ha-
buiſſet in petendo mandatum ab eo, neq; etiã nunc ab eo
petit,ſed ab herede mariti : qa dico,ꝙ ex quo petiit do-
tem filiæ,& ſic ipſo geſto,& facto geſſit negotiũ filiæ,po-
terit dicta filia etiã à principio ignoraſſe habendo ratũ
factum patris,& petendo dotẽ ab ipſo patre,ut legitur &
nõ.in l.ſi abſentis, C.ſi cer.pet. & in l.ſi mr̃, C.de rei uen.
& l.ij.C.pro ſoc. ur̃ ergo cum liberaſſe ab illa quãtitate
primæ dotis,ex quo eam ab eo petere poterat. Illa enim
uerba liberationis, petere poterat,&c. ſunt multum ge-
neralia, & ſolum denotãt potentiam petẽdi ; ad hoc qđ
no.in c.ſi.de reſti.ſpol. unde ita liberãdo patrem ab eo,
ur̃ ipſa habere ratam ſoľonem factam patri, & ipſum pa-
trem liberare,arg.opt.in l.iij.ff.rem ra.hab. ubi dñs ap-
pellando à ſn̄ia procuratoris approbat. Ad idem,quod in
ſimili no.Bar.in l.j.C.de arb. ¶Tertiò & ult.principaľr,
& fortius pro iſta parte facit, qđ no.gl.in d.l.ij.ff.ſol.ma.
in uerſi.adempta, & tex.in l.ſi cũ dotem.§.ſi pater, eo.ti.
ubi dicitur,ꝙ licet ſolus pater exegerit dotẽ ſine uolun-
tate filiæ : ex quo tñ pater tm̃ ſibi in teſtamento reliquit,
quanta erat dos, & filia acceptauerit relictũ, immediate
præcludit ſibi uiam petẽdi dotẽ ab hærede patris, uel ab
extraneo creditore. Et aduertẽdum,qđ tex.& gl.præall.
in nullo põderant ſciẽtiam filiæ, ſed ſolum coniecturatã
intentionem patris; ꝙ ex quo ſolus recepit dotem, uide-
tur relictum feciſſe filiæ animo cõpenſandi cũ dote per
eum recepta. Nec ꝑfectò refert,an ab eo petat,an ab ex-
traneo: qa ſatis à patre petit,ſeu ab ipſius hærede,cum ſi
effectualr̃ competeret actio ꝯ hæredem mariti, in effe-
ctu peteret ab ipſo patre, ſeu eius hærede ꝓpter regreſ-
ſum,quẽ habent ꝯ hæredem patris ; ad hoc optimus tex.
in ſi ſi in l.ſi.C.de uſu.rei iu. Quinimo tex.in d.§.ſi pr̃ ex-
preſſe,ſi bene ponderetur,denegat filiæ actionẽ ꝯ extra-
neum,& apertius uoluit gl.ꝑal.in d.l.ij.in uerbo,adẽptæ.
Et maximè hoc dicendum in caſu noſtro, ubi habemus
quaſi



quaſi expreſſam in hoc uoluntatẽ teſtatoris. Reliquit.n.
dictæ Catherinæ iure inſtitutionis octingentos Flore-
nos,& ſic quantitatem primæ dotis per eũ receptam pro
oĩ legitima, quã dicta Catherina petere poſſet in hære-
ditate dicti teſtatoris, & pro oĩ, & toto eo, quod ex alio
capite dicta Catherina petere poſſit quacũq; alia de cau
ſa &c. Et mãdauit,ut finẽ faceret hr̃di ſuo, ut.s̃.latius &c.
Ex quibus uerbis ſatis clare colligitur patrem, qui ſcie-
3 bat ſe dotem recepiſſe, habuiſſe animũ cõpenſandi. † Nã
& in dote põt pater inſtituere filiã,ut no.gl.& Bar.ĩ l.iij.
ff.de mino.facit.c.Raynutius, de teſta.& quod ibi no. Ex
iſto capite non eſt curandũ de ſcientia,uel ignorantia di-
ctæ Catherinæ.Sed ſatis eſt hunc effectum cõcipiendũ,ꝙ
tantum receperit ex teſtamento patris,quantũ fuit, quod
pater occaſione dotis receperit ex perſona filiæ. Ex qui-
bus omnibus concludo dictæ Catherinæ denegandam
actionem ſuper octingẽtis florenis tàm ꝯ hæredẽ patris,
uel hr̃dem mariti,uel alterius cuiuſcũq; occaſione præ-
dicta ; & patet reſponſio ad omnia ſuperius allegata in
contrarium. Et hæc ſufficiant, &c. NIC. ABB.

## CONSILIVM LXXXII.

1 *Præſcribi põt contra imperatorẽ, ut nõ cognoſcatur in principẽ.*
2 *Argumentum ab etymologia uocabuli negatiue ſumptum ualet.*
3 *Imperium hodie dependet ab eccleſia.*
4 *Imperator non recognoſcit imperium a populo Romano, ſed ab eccleſia.*
5 *Titulus præſumitur ex coniectura.*
6 *Vaſalli proprie appellantur fideles.*
7 *Diœceſis tota eſt territorium epiſcopi.*
8 *Aſcendentes non ſuccedunt in feudo.*
9 *Frater ſuccedit fratri in feudo antiquo.*
10 *Vaſallus poteſt meliorem conditionem feudi facere: deteriorem uerò ſine domini uoluntate non.*
11 *Fideiuſſor non habet actionem contra principalem, ſi ſoluit non oppoſitis exceptionibus competentibus principali.*

COnditoris oĩum poſtulato ſuffragio, Quã-quam in his dubiis copioſè,& di
ſertè ſit allegatũ & cõſultũ:attñ,ut iudiciũ meũ
ꝑ uerba ſpãlia petẽti morẽ geram,attingã ſpãľr qđ libet
ꝓfatorũ dubiorũ aliqua in mediũ deducẽdo ꝑ alios mini
me tacta;& qñ ex unius deciſione ad aliorũ ſoľonem põt
perueniri, ab illo tanq̃ a principaliori inchoãdũ eſt iuxta
ea, quæ habẽtur, & notãtur in c.paſtoralis.§.j. de reſcri-
ptis.& c.prudẽtiã,de offi.del.cũ ſi.Iõ incipiã prius exami
nare,an ciuitates,& caſtra,de quibus eſt cõtentio, ſint bo
na feudalia:an uero propria, & pr̃imonialia ipſorũ conce
dẽtiũ.¶Et ur̃ primò,ꝙ ſint propria,& à nemine recogno-
ſcente debet,ſaltẽ reſpectu utilis, & directi dñij poſſeſſio
tꝑis, de cuius initio nõ eſt memoria, habet.n.uim tituli,
ẽt in præſcribendo ꝯ ius cõe,ut eſt caſus ĩ c.j.de preſcrip.
lib.vj.& l.hoc iure,§.ductus aquæ, de aqua.quoti.& æſti.
Sed iſti nobiles progenitores iſtorũ contẽdẽtiũ ſiue Titi
& Anſelini poſſederunt ciuitatẽ iſtam, & caſtra tanquam
dñi per tantum tẽpus; ergo præſcripſerunt in illis liberũ
& inſolidũ dñium & iuriſdictionem. ſiue.n.dicamus hæc
bona pertinuiſſe ad eccleſiam Romanã, ſiue ad imperiũ,
ſemper põt allegari præſcriptio: quia licet contra eccle-
ſiã Romanam non currat præſcriptio reſpectu ſupremæ
ptãtis,nec ꝯ Deum,cuius uices gerit:tamen in ſpiritualí-
bus iuribus,ut in poſſeſſione alicuius ciuitatis caſtri, uel
uillæ bene currit præſcriptio,ut ĩ c.ad audiẽtiã,& qđ ibi
not.de præſcri. ita eleganter dixit Inno.in c.bonæ, el.ij.
de poſtu.præla.in ij.col.ita & fortius dicendũ eſt in cõpe
tentibus imperatori.Nã ꝯ imperatori competentia cõpe
tit præſcriptio,ẽt ſi ſint talia,quæ in ſignũ ſpecialis priui
legij forent reſeruata, ut eſt tex.no.in c.ſuper quibuſdã,
de uer.ſign.& in l.ſi publicanus.§.in uectigalibus,& ibi ꝑ
2 Bar.ff.de publi.†Quinimò multi uoluerunt,ꝙ etiam con
tra imperatorem poſſit præſcribi, ut non cognoſcatur in
principem;de quo plenè no.in c.per uenerabilẽ, qui fili j
ſint legi.ubi hoc uoluit Inn.& per alios in cle.Romani,
de iureiu.in prin.per Io.de Lig.& per Bar.ĩ l.j.ff.de aqua
plu.arcen.& in l.hoſtes,de cap.& poſtli.re.& in l.infamẽ,
in fi.ff.de pub.& uidetur ueriſſimum,ſaltem quando prę-
ſcribitur paſſiue, ut ſubſit Papæ, ut uoluit Hoſt.in d.c.ꝑ
2 uenerabilem. ¶Secundo principaliter probatur ſic. † ar-
gumentum ab etymologia uocabuli negatiue ſumptum,
eſt ualidum in iure, ut probatur in l.ij.§.appellata,ff.ſi
cer.pet. Item ualet affirmatiue ſumptum, ſi non con-
tradicat diffinitioni, ut no.Bar.in l.j.de teſt. Sed reſiduũ
dicitur a fide & fidelitate, quam debet uaſallus præſtare
domino per iuramẽtum,ut dicit tex in c.ij.per quos fiat
inue.ſed iſti Titus & Anſelinus,aut progenitores eorum
nunquam præſtiterunt, aut promiſerunt tanquã uaſalli;
ergo non poteſt dici, ꝙ habuerunt in feudum : quinimò
ſi à principio fuiſſet feudum, ex curſu tanti tẽporis fuiſ-
ſet præſcriptum iuxta not.per Ioan.Andr. in tit.de præ-
ſcript.in addi. Specul. in penult.& ult.col. per glo. in c.j.
de capi.qui cu.uendi. & ibi per Bald. & uidetur probari
in cap.ſi diligenti, & cap.ad audientiam, de præſcript.
¶Tertio ad idem oſtenditur ſic. ſi intra annum uaſallus
non petit inueſtituram ab hærede, uel ſucceſſore domi-
ni, cadit à iure feudi, ut in c.j.de cap.qui cu.uen. ut le-
gitur & notatur in c.ueritatis, de iureiu.ſed in caſu no-
ſtro nõ eſt memoria, ꝙ unq̃ fuerit petita inueſtitura nec
per hæredes.qui primò habuerunt illam ciuitatem,& ca-
ſtra,nec ab aliquo ſucceſſore in Papatu,uel imperio; er-
go non eſt ueriſimile,ꝙ ſit feudum; facit quòd legitur &
notatur in c.longinquitate.12.q.2.¶Sed his non obſtan-
tibus contrariam ſententiam arbitror præualere;ad quã
in primis adduco certo certius Romanum Põtificem ha
bere intentionem fundatam in iuriſdictionalibus ſuper
urbem Romanã, & toto ſuo territorio non ſolum ex do
natione Cõſtantini facta in perſonam beati Silueſtri, ſed
ẽt ex approbatione, & diſpoſitione Ludouici imperato-
ris,ut in c.ego Ludouicus.63.diſt.& c.Cõſtantinus.96.di
ſtin.& in cle.Romani,de iureiu.Nec parum ab errore di-
ſtat reuocate in dubium ualiditatẽ illius donationis, cũ
tex.in c.fundamenta,de elec.lib.vj.dicat eã fuiſſe ex cau-
ſis iuſtiſſimis diuinitus factam ; hæc ipſe dicit Bal.ſuper
proœ.libri feu.ultimate tenet Bal.in proœ.ff uete.plenè
per Io.de Lig.in d.cle.Romani. Et hoc ur̃ hodie probari
exq̃ſita rõne, †uidelicet imperiũ depẽdet hodie ab eccle
ſia,apud quã eſt utraq; ptãs.22.di.c.j.& ij.c.nouit,de iud.
& in c.cãm,ꝙ fil.ſint leg.& ꝑ gl.no.in cle.aduerſus,de hæ
re.uoluit Bar.ĩ l.j.de req.reis.Et ſic credere eſt de neceſ
ſitate ſalutis,ut eſt deciſum ĩ extrauagãti.Bonifacij,q̃ in-
cipit unã ſanctã,& no.gl.in d.cle.aduerſus. †unñ hodie im
pator nõ recognoſcit impiũ a populo Rom.qui illud ac-
quiſiuit ꝑ impreſſionẽ ſine aliquo colore iuſtitiæ,ſed ab
eccleſia, a qua cõfirmat, & coronat, & deponit, qñ opus
eſt,ut ĩ c.uenerabilẽ,de elec.& c.ad apoſtolicę,de re iud.
lib.vj.& eccleſiæ iurat fidelitatẽ,& obediẽtiã, ut ĩ d.cle.
Romani,& per.Papam transfertur imperiũ de gẽte in gẽ
tẽ.d.c.uenerabilem.unde Conſtantinus nil de nouo cõtu
lit eccleſiæ: ſed potius remiſit,quod ſuũ erat,ut dicit no.
Io.de Lig.in cle.Romani.Et ſic nõ ualet rõ ad impugnã-
dum

dū illā donationem, quæ habet imperatorem non poſſe
diminuere iura imperij, de qua per glo. in authen. quo-
modo opor. epiſ. §. j. ¶ Ex quibus omnibus ſatis concludi-
tur primum præſuppoſitum, quod Romanus pontifex ha
bet fundatam intentionem ſuper urbe, & toto ſuo terri-
torio, in temporalibus & ſpiritualibus, ut in d. c. funda-
menta. ergo inferre neceſſe eſt, quòd quicunque habet iu
riſdictionem in illo territorio, ius ſolum prætendere po
teſt de iure ſpeciali, cum Papa ſucceſſerit in illo loco im-
peratori, qui ſolus habebat ibidem iuriſdictionem. Nam
apud imperatorem duntaxat erat fons iuriſdictionis; &
ab eo tanquam à fonte emanarunt poteſtates in alios. ꝓ
ceſſerunt enim poteſtates inferiores ex magnificentia ip-
ſius principis, ut in authen. de exhiben. reis. §. æquiſſimū,
& c. quis dicatur dux, colla. x. & hoc not. ibi Bald. & me-
lius in c. j. de natura feu. & in c. uno, de pac. iur. fir. ubi di-
cit, quòd omnis iuriſdictio, & diſtrictus eſt imperatoris
de iure communi. unde facit. vij. q. j. c. in apibus, & quod
no. per Io. de Ligna. & per alios in cle. paſtoralis, de rē iu-
di. & in d cle. ꝙ Romani. Et cū non conſtet in caſu noſtro,
quo iure ſpeciali progenitores iſtorum habuerint dicti
loca, & titulus ex tacita diuturnitate præſumendus eſt, ut
in d. c. j. de præſcr. lib. vj. & per Bar. in l. cum de in rem uer
ſo, ff. de uſu. & per Ioan. And. in d. cap. peruenit, de cenſi.
5 † Oportet ex coniectura præſumere titulum iuxta no. in
d. l. cum de in rem uerſo, & in c. conſtitutus, de relig. do-
mi. & l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cer. peta. Et per Bar. in l. coté
fero. §. qui maximos, ff. de publi. & gloſſ. not. in l. j. ff. de ſu
perfi. quæ dicit. quòd pretium, & mercedis quantitas fa-
cit diſcerni emptorem a conductore. ¶ Ad idem bonus
text. & quod no. in l. ſi filiusfamilias, C. de peti. hære. & in
c. peruenit, de empt. & uendi. Certum eſt quòd ſi ex conie
cturis uelimus in caſu noſtro iudicare titulum, neceſſario
oportet dicere, quòd ſubeſt titulus feudalis: quia, ut pa-
tet ex ratione facti, nihil aliud legitime propter uſurpa-
tionem, quæ non eſt præſumenda, poteſt elici, & iudicari,
hic enim præſupponitur, quòd progenitores iſtorum ſe
fideles, & ſeruitores ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & Romano
rum pontificum pro tempore appellauerunt. Inſuper præ
ſupponitur, quòd quidam ex progenitoribus iſtorum ue
niens ad mortem, qui habebat tres partes in illis bonis,
mandauit in ultima uolūtate dictas terras teneri ad obe
dientiam & reuerētiam Romanæ eccleſiæ, a qua aſſeruit
ſe ac ſuos multa bona habuiſſe; quæ uerba clariſsimè in-
6 nuunt & inferunt illa bona eſſe feudalia. ¶ † Nam uaſalli
propriè appellantur fideles, ut in cap. de forma. xxij. q. v.
& in c. uno, de forma fide. coll. x Et licet quilibet ſit fide-
lis, quia fides ſeu fidelitas magis uerſatur in iſto contra-
ctu, quā in alio, ut inquit Bal. in proœ. feu. dominus quo-
dāmodo totaliter ſuam cōmittit uaſallo perſonam, ſcili
cet honorem, & bona; ideo feudum a fide, ſeu fidelitate di
ctum eſt. Et maximè hæc procedunt, cum ille in ultima
uoluntate mandauit, ut illa bona tenerentur ad obedien
tiam & reuerentiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ, a qua aſſe
ruit ſe & ſuos multa bona ſuſcepiſſe; nec apparet, quòd a-
lia bona præter iſta habuerint a Romana eccleſia, tenere
autem bona ad obedientiam alicuius magis congruit na
turæ feudi, quam alteri titulo ſpeciali. Ad hoc bonus
text. in d. cle. quòd Romani. Nec obſtat, ſi dicatur illa uer
ba, quòd eſſent fideles &c. quòd tenerentur ad obedien-
tiam Romanæ eccleſiæ &c. fuerunt dicta ex quadam de-
uotione, quam ſolent habere boni Chriſtiani ad eccleſiā,
quia dico hoc non eſſe uerisimile: quia ea, quæ non ſolent
ex deuotione & humanitate dici, & poſſunt redundare
in maius præiudicium, non præſumuntur dicta ex affe-
ctione, ſed potius ex iure alteri competenti iuxta el egan
ter not. per Inn in d. c. bonæ, de poſtu. præla. & per Bar. in
l. j. ff. de iti. actuque priua. ¶ Ad prædicta facit auth. item
ſi quis liberos, C. de natu. lib. ubi dicitur, quòd ſi habens
liberos naturales, uidetur eos legitimare. Item confeſſio
ſæpius iterata facit idem, licet non habeat omnia ſua ſub
ſtantialia iuxta tex. not. & ibi per Bar. in l. cum ſatis, C. de
agri. & cenſi. li. xj. facit tex. in l. unica, C. de plus peti. & c.
per tuas, de proba. cum ibi no. non enim debemus hic prę
ſumere præſcriptionem: quia nullum adminiculum eſt de
præſcriptione, nec de facili debet præſumi: quia præſu-
meremus negligentiam Romanæ eccleſię, ubi eſt tanta
uigilantia, in c de offi. deleg. lib. vj. Nec priuilegium me-
ram continens donationem, quia non eſt præſumendum
eccleſiam donaſſe bona ſua contra c. non liceat Papæ. xij.
q. ij. & l. cum de indebito, ff. de proba. nec etiam dicendū,
quòd ipſi ædificari fecerint ciuitatem, & illa caſtra: quia
in puncto præſupponitur contrarium. ſed etiam præſup-
poſito, quòd ſic eſſet, nihilominus, licet proprietas ædifi-
cij pertinere poſſit ad ædificantem, non tamen iuriſdi-
ctio: quia illa reſidet in territorio, ſicut ſeruitus in fundo
unde pertinet ad illum, cuius eſt territorium, ut c. j. uer.
ad hæc, & ibi per Bald. de pac. iur. fir. facit quod habetur
in l. pupillus. §. territorium, ff. de uer. ſigni. & quod ibi no
7 tatur. † Hinc dicimus quòd tota diœceſis eſt territorium
epiſcopi. xvj. q. vij. c. omnes baſilicæ. & quanquam alius e-
piſcopus ibi ædificet eccleſiam; nihilominus iuriſdictio
pertinet ad illum epiſcopum, in cuius territorio eſt. xvj.
quæſt. v. c. I. præſumamus ergo feudum; quod eſt magis
uero ſimile, & plerunque ab eccleſia Romana conſtitui-
tur, & non eſt maximi præiudicij. ualet enim argumentū
a communiter accidentibus, in c. j. & quod ibi no. Io. Cal.
de cle. non reſi. Et inſpicimus in obſcuris, quod eſt uerosi
milius, & plerunque fieri conſueuit, ut in regula, inſpici-
mus, de reg. iur. lib. vj. Et in dubijs minimum eſt ſequen-
dum, ut in regula, in dubijs. eo. lib. Et maximè hoc dicen-
dum fauore eccleſiæ, ne perdat dominium directum ſibi
de iure competens, ar. in l. ſunt perſonæ, ff. de reli. & ſum
pt. fune. ex his concludo præſumendum fore hæc bona eſ
ſe bona feudalia Romanæ eccleſiæ, uel ex conceſſione an
tiquitus facta, uel ex præſcriptione tanti temporis. Nam,
ex quo iſti tenuerunt illa bona, ut fideles eccleſiæ, uiden-
tur, ſi titulus non præceſſit, illud ius feudale ex præſcri-
ptione acquiſiuiſſe, quod fieri poteſt iuxta ea quæ legun-
tur & notantur in c. ad audientiam, de præſcrip. & per Bar
to. in l. cum de in rem uerſo, in fi. ff. de uſu. & in l. quemad
modum, C. de agric. & cenſi. lib. xj. facit l. fi. & l. emphyteo
ticum, C. de fun. patri. & in ſimili per glo. notabilem in l.
ij. C. de iure emphy. in uer. repellere, in fin. Non obſtat
huic concluſioni ſuperius alleg. in contrarium. nam pro-
cedunt, quando concurrit ſola poſſeſſio longiſſimi tempo
ris ſine alijs ꝓſequentibus denotantibus, alium contractū
ut patet ex prædictis. ¶ Ad ſm̄ reſpōdeo, ꝙ licet iuramen
tū fidelitatis ſit a uaſallo pręſtādū, hoc uerū niſi a princi-
pio fuerit remiſſū, qđ fieri pt, ut eſt tex. no. in d. c. ij. in ti.
ꝑ quos fiat inueſt. Et quanquam hoc non pręſumat, quin-
imò niſi de pactis ſpecialibus probetur, præſumendum eſt
feudū fuiſſe commiſſum, ſecundum communem conſuetu
dinem, & communes regulas feudorum, ut eſt tex. no. in c.
j. in fi. in tit. quid ſi inueſti. col. x. ubi hoc no. Bal. tamen ex
lapſu tanti tēporis præſumendum eſt iuramentū fuiſſe re
miſſum. d. l. filius, & c. peruenit, præalleg. Itē potuit tale
remanere feudū francū, & liberū, ut ſolū tenerētur iſti iu
ramēto ad ea, quæ habentur in c. de forma, de forma fide-
li. præalle. ut ſentit Ioan. And. in addi. Specu. in titul. de
præſcrip.



pręſcrip. in pe. & ulti. col. contra quæ non apparet, quod
iſti aliquando contrauenerint, & ꝑ hoc patet reſpōſio ad
tertiū. nam vr̄ pręſcriptū, ut non teneantur petere inueſti
turam: ſed ex ſola confeſsione obligentur ad fidelitatem
ſicut enim ex priuilegio poteſt hęc inueſtiturę petitio re
mitti, ut notanter probatur ex his, q̄ leguntur & notantur
in, c. ueritatis, de iureiur. ita & ex pſcriptione, maximè tā
ti tēporis, de cuius initio memoria non exiſtit, cum illa ha
berent uim conſti. d. c. j. de præſcrip. lib. vj. & l. hoc iure. §.
ductus aquę, ff. de aqua quoti. & ęſti. ¶ Item poſſet dici,
quòd pręſuppoſito, quòd iſti fuiſſent priuati: tamen pa-
pa vr̄ eis uelle indulgere, cum iſtud ſit inductum in fauoré
dominij, unde per hoc non excluditur, quī ſit feudum, &
quod ſtatutum eſt in uaſallorum odium, non debet in eo-
rum commodum, & fauorem retorqueri, ut in. c. ij. de trā-
ſla. prela. ſatis. n. eſt, ꝙ aliquando hęc bona tenuerint ut fi
deles, & ſeruitores Romanę eccleſię, & ad ipſius obedien
tiam & reuerentiam, ut. ſuprà dixi. ¶ Ad pręd cta adde
notabilem text. cū ibi notatis, maximè ꝑ Inn. in. c. j. de re-
lig. domi. ubi dicitur, ꝙ ſi non conſtet, in cuius diœceſi eſt
eccleſia, uel ſaltem dubitetur, per exercitium unius actus
à certo epo. facti pſumitur illam eccleſiā in totum ad eū
pertinere, ex quo non conſtat, ꝙ pertineat ad alium. Et ſic
per unum actum ſit extenſio ad alios, ex quo non conſtat,
quod hęc bona ſunt in territorio papę, & quod progeni-
to res iſtorum tenuerunt ut fideles eccleſię, debet dici ꝙ
ex toto iure feudi pertineat ad eccleſiam Romanā, & ſic
quod ſint obligati papæ ad ea, quæ habentur in. d. capi. de
forma, & eſt ille tex. ſatis notabilis in materia noſtra. ¶ Ex
his pōt clariſſimè inferri ad ſolutionem aliorum dubio-
rum. Et primò, nunquid ſententia lata per ſenatorem ur-
bis in fauoré matris uenientis ex perſona filiorum præ-
8 mortuorum ꝯ Anſelinum filium ſuperſtitē teneat, dico,
ꝙ ſi mater deduxerit in iudicium illam cauſam ut feuda
lem, dicens ſe debere ſuccedere ex perſona filiorum præ-
mortuorum pro partibus eam tangentibus, ſententia nō
tenet; quia cum cauſa eſt inter uaſallos de feudo, domini
feudi eſt iuriſdictio, & non loci ordinarij. dat. n. lex hanc
iuriſdictionem ordinario priuatiuè, & extinctiuè ad iu-
riſdictionem ordinarij, ut eſt bonus tex. in c. cæterum, de
iudi. & ibi apertè hoc tenet Inno. Hoſtien. & cęteri doc. ſe
quentes ſaltem qn̄ dominus feudi uocat uaſallos corā or
dinario, ad idē. l. imperialem. §. prætereà, de prohib. feu.
alie. per Feder. ubi per gl. & Bal. Quinimò non poſſunt ua
ſalli etiam per expreſſum cōſenſum ꝓrogare iuriſdictio
nem alterius, omiſſo domino feudi ſine ſuo cōſenſu. ut no.
gl. & Bal. in. d. §. p̄terà. Bar. in. l. j. §. & poſt operis, ff. de no.
9 ope. nun. & in. l. j. ff. de iudi. Et canoniſtæ in. d. c. cæterum;
& vr̄ de hoc tex. in. c. trāſmiſſa, de foro cōpe. Reperitur er
go ſententia iſta lata à non habente iuriſdictionem, & ſic
nullius debet eſſe momenti, ut in. c. at ſi clerici, de iudi. &.
c. ſi à non compe. iud. per totum. aut hanc cauſam deduxit
mater, non tanq̄ feudalem, ſed propriam & priuatam, &
dico, ꝙ tenuit ſententia in præiudicium Anſelini: quia nō
datur hoc caſu iuriſdictionis defectus. nā lex dat iuriſdi-
ctionem domino feudi, qn̄ conſtat contēdentes eſſe uaſal
los, & de feudo contendere, ut in. d. c. cæterum, & in d. §. p̄
10 tereà, præalleg. ¶ Prætereà, ſicut currit præſcriptio con-
tra uaſallum, licet non noceat domino ignoranti, ut in. c.
j. de cap. contra. ubi per gl. & Bal. & per Io. And. in tit. de p̄
ſcrip. in addi. præalleg. & per Bal. in. d. §. p̄tereà, in. d. uer.
q̄ro pono, ita dicendum, ꝙ ſententia debet nocere uaſal-
lo, qui neglexit opponere peremptoriam ex conuentione
feudi, ſed non domino ſaltem ignorāti, facit. c. ſuborta, de
re iud. & c. cum dilecta, de confir. util. & quod notatur in.
d. c. ad audientiam. ¶ Ex his patet, quid dicendum de uiri
bus primæ ſententiæ. Nunc intro ad aliud dubium, uideli
cet nunquid dictæ dominæ matri illorum præmortuorū
petenti executionem illius ſententiæ latæ contra Anſeli
num filium poſſit Titus frater dicti Anſelini, & ipſius con
uaſallus ſe opponere, & ipſam executionem impedire? &
q̃q̄ prima fronte uideatur dicendum, ꝙ non per theoricā
Inno. in. c. ueniens, el. ij. de teſti. quam refert & approbat
Bart. in. dicta. l. à diuo Pio, ff. de re iudica. in eo, ꝙ dicit, ꝙ
ſi petatur executio in bonis ab alio poſſeſſis, non poteſt
tertius pro ſuo intereſſe impedire executionem, cum poſ
ſit poſtmodum agere contra iſtum nouum poſſeſſorem, ſi
cut potuiſſet agere ꝯ tertium, ad quod facit. l. is à quo, ff.
de rei uendi. Ita in propoſito cum dictus Anſelinus poſſe
derit, contra quem mater egit, non uidetur, quod Titus
tanquā tertius ſe opponēdo poſſit impedire executionē.
¶ Ad idem aliud notabile dictum Inno. in. c. cum in iure,
de offi. deleg. ubi dicit, nulli fore tantā exceptionem nul
litatis ut impediat executionē ſententiæ, pro quo facit. c.
ſuſcitata, de in integrum reſtitutione. ¶ His tn̄ non obſtā
tibus, mihi vr̄ aliter concludendum, & primò ad intelle-
ctum dicendorum præmitto, ꝙ dicta domina nullum ius
poteſt habere, ſeu habet in dictis bonis: quoniam cum ſint
feudalia, & feudum ſit paternum, ſeu antiquum iſtorum
progenitorū Anſelini & Titi, mater nullo modo potuit
ſuccedere filijs, tum quia fœmina taliter, niſi de ſpeciali
conceſſione doceatur, non ſuccedit in feudis, ēt ſi ſit filia
uaſalli, quod plus eſt, ut probatur in. c. j. de ſucceſ. feud. &
in. c. j. de alie. feu. paterni. colla. x. ſi ergo excluditur filia,
ergo excluditur mater, ut in authen. in ſucceſſione. C. ad
Tertul. quia, ſi uinco uincentem te, &c. ut in. c. authorita-
te, de conceſſ. præbē. lib. 6. ¶ Item ex alio capite excludit
8 mater: † quia aſcendentes non ſuccedunt in feudo; ſecus
in deſcendentibus, ut probatur in. c. j. de natura. ſucceſſ.
feu. ubi tex. no. ¶ Excluditur ex tertio capite, ꝙ eſt de a-
gnatis. unde, cum feudum ſit paternum, non pōt deuenire
ad cognatos: quinimò deficientibus agnatis reuertitur ad
dominum, ut in. c. ij. de feu. mar. & in. c. j. de ſucceſ. feu. His
præmiſſis ad principale quæſitum dico, ꝙ dictus Titus
habet multa remedia cōtra petitionē dictæ domus. ¶ Pri
mò. n. pōt opponere in uim peremptoriæ, dicēdo nullum
ius ipſi domino competere per prædicta. ipſius enim inte-
reſt opponere, ne alteretur natura feudi in ipſius præiudi
cium. Nam ſi dictus Anſelinus decederet ſine liberis, ad
eum perueniret feudum, etiam contra uoluntatem ipſius
Anſelini: quia uaſallus non poteſt de feudo diſponere in
teſtamento in præiudicium liberorum agnatorum, q ha-
9 bent ſuccedere in feudo. † ¶ Nam frater ſuccedit fratri
in feudo antiquo, ut in. d. c. ij. de feud. mar. & in. c. j. de ſuc-
ceſ. feu. præalleg. & ibi per Bal. ¶ Item poteſt opponere im
pediendo executionem ſententiæ: quia, ut dixi, ſua inte-
reſt, ut executio non fiat; qm̄, cum iſta domina non ueniat,
nec uenire poſsit ut uaſalla, ſed ut extranea, & tendat al-
terare naturam feudi, intereſt cuiuſlibet agnatorum, qui
poſſet ſuccedere dicto Anſelino ab inteſtato, ne fiat execu
tio, arg. opti. in. l. j. ij. & iij. ff. de libe. cau. & melius in. l. à ſē
tentia, ff. de appel pro hoc facit text. no. in. c. j. de inueſti.
10 rei. ali. qui dicit, † ꝙ uaſallus pōt meliorem conditionē
feudi facere, deteriorem uero non ſine dn̄i uoluntate, uel
eorum agnatorum, ad quos per ſucceſſionē peruenire po
teſt, cui concordare uidetur textus in. c. j. de alie. feu. pa-
ter. & ſic dictus Titus ſatis prætendit intereſſe, ne fiat al-
teratio feudi. ¶ Ceſſat ergo theorica Inno. item cum ma-
ter poſſideat pro indiuiſo, ſi admitteretur petitio dictę
dominæ, poſſideret tantum pro parte. Nam in diuiſione
rei

UNIVERSITA

rei cõis contingit alienatio.hinc eſt,quod minor põt ꝓuo
cari,ſed non prouocare ad diuiſionem.l.pe.C. de prædijs
mino.¶ Nec obſtat alia theorica Inn.in.c. cum in iure:qa
procedit,niſi excipiens uelit probare nullitatem intra tẽ-
pus non prolixum, ut plenè notatur per Io.de lig.in cle-
men.1.de re iudic.& uidetur ibi tex.Nam, ſi eſt ibi ſpecia
lis caſus,in quo exceptio nullitatis non impedit executio
nem ſententiæ,ergo taliter habet impedire,argu.in.c.prę
ſenti,de præben.lib.6. & maximè hæc procedunt, ſi oppo
neretur nullitas ex iuriſdictionis defectu proueniens iux
ta glo.notabilem & uulgatam in cle.1.de ſeq.poſ.& fruc.
& quod no.Bar.in l.1.ff.quod ui,aut clam Inſu ꝑ dici po-
teſt, ꝙ niſi Titus opponat pro ſuo intereſſe,ſatis eſt in cõ
tinenti ſuperficialiter docere de ſuo intereſſe, ad hoc ut
admittatur,& ſuſpendatur executio.¶ Poſtea uerò poteſt
plenariè & ĩ debitis dilationibus docere,ut eſt textus ſin
gularis in.d.c.ueniens,el.2.de teſti.& ibi per Innocen.An
autem poſſit oponi exceptio declinatoria contra ſenato-
rẽ ex priuilegio contradicendo, ꝙ cauſa eſt feudalis,Bal.
in dicto.§.præter ea, tenet quod ſic:ſed tamen nõ bene fir
mat:ſed mihi placet una theorica, quæ colligi poteſt ex
dictis Inn.in.d.c.cæterum.ubi notanter dicit, ꝙ aut actor
agit generaliter, ita, ꝙ poteſt comprehendi cauſa feuda-
lis in libello,& tunc poteſt excipi, ꝙ cauſa illa ſpectat ad
dominum feudi, cum ſit feudalis:aut expreſſe apparet, ꝙ
non deducatur cauſa ut feudalis, & tunc non poteſt oppo
ni in uim declinatorię,quia;ex quo non agitur de feudo,
ut feudo,nec agens dicit ſe uaſallum, excluditur iuriſdi-
ctio domini, cum iura faciant eum iudicem duntaxat,cũ
q̄ſtio eſt inter uaſallos de feudo : ita dicunt iura prę alle-
gata.Secus,ſi inter uaſallum & tertium, ut not.gloſ.in di
cto.c.cæterum,& ibi apertè tenet Anton.de Butr.& gl. in.
d.§.prętereà. debet ergo opponi modis ꝑdictis . poteſt ẽt
contra dictum dominum opponi defectus iuris ſui in uim
declinatorię ad impediendum litis conteſtationem: quia
ubi concluditur per exceptionem, actori nullum ius com
petere,ut contingit in caſu noſtro, poteſt ſic declinare:qa
nemo ſine actione experitur.l.ſi pupilli.§.uideamus,ff. de
neg. geſt.&.c.examinata; de iudi.notanter tenuit Bart.in.
l.cum q̄rebatur,ff.iudi.ſol.Et per hoc uidetur expeditum
illud dubium, Nunquid poſſet opponi de ineptitudine li
belli.Item petitur diuiſio ciuitatis, & caſtrorum. fruſtra.
n.quęrimus de ineptitudine, cum nullum ius ſibi compe-
tat per prędicta . Si autem hęc bona non eſſent feudalia,
uel hęc domina eſſet admittenda aliquo iurę ſpeciali,tũc
non putarem ex hoc libellum ineptum.Nam, ſi ſint feuda
dalia,poſſunt diuidi,cum ius ſolum prouideat diuidi feu
dum,quod ſonat in nomine dignitatis, ut eſt ducatus,mar
chionatus,& ſimiles.Secus de alijs feudis, ut probatur in.
§.præterea ducatus,in.c. imperialem, de prohi.feu.ali.ꝑ
Fede.& ibi apertè hoc tenet Bal. & ad illam diſtinctionẽ
debet reduci dictũ Bar. in. l.ſi inter, ff.de admi.tut.&.l. ſi
uni,aliàs incipit, Pomponius,ff.de re iudi. Facit,q̄d legit
& notatur in.c.licet,de uoto. Ego tñ notanter dico unũ,
q̄d nõ reperio ꝑ alios ponderatũ, ꝙ licet in aliorũ bono-
rũ diuiſione ſufficit unũ ex ſocijs ꝓuocare . quia nemo cõ
pellit in cõmunione eſſe,ut.C.commu. diui.per totum,at
tamen in diuiſione bonorũ feudalium debent oẽs conua-
ſalli conuenire,& concordare: aliàs non põt fieri diuiſio,
hoc uoluit tex.ſingularis, ſi bñ ponderetur,in.d.§.præte-
rea ducatus,in uer.ſi conſortes uoluerunt,& capitulũ. Re
quiritur ergo cõſenſus aliquorũ, ad hoc tex.iuncta gl.in.
c.ſæpe,de uer.ſig. in fi.cum.n.ille tex. permittat diuiſionẽ
cõtra naturã feudi,debet ĩtelligi in ꝓprijs terminis,nec-
eſt à uerbis tex.recedendum,ut in.l.nõ aliter, ff.de leg.3.
&.in.c.fin.de uer.ſig. Si uerò bona non ſint feudalia, tunc
non uideo,q̄d impediat diuiſionem caſtrorum, cũ poſſint
ſeparatim uendi,ex quo nõ conſiſtant in certa dignitate,
ergo & diuidi:ſed reſpectu ciuitatis, q̄ eſt unicus locus,po
teſt magis dubitari,cum hęc diuiſio contingat in præiudi
cium reipublicę,cuius intereſt non hr̃e plures dños,& ter
ritorium non diuidi,facit.l.fin. C. ſi contra ius,uel utili.
pub. Et intereſt ciuium non mutare dñm, ut no. Inno.in.
c.auditis,de præſcrip.&.c.inter quatuor,de maio. & obe.
unde poſſet attentari, ẽt ꝙ ciuitas ueniat in iudicio cõi di
uidundo,ſicut ueniunt alia bona, q̄ cõmodè diuidi nõ poſ
ſunt,& eſt tunc procedendum, ut habetur in. l.ad officiũ,
C.cõi diui. & inſti.de offi.iudi.& Bal.in.d.§.ꝑterea duca-
tus,ſentit,q̄d poſſit diuidi, ꝙ unus habeat uſq; ad certum
locũ:alius reliquũ &c.q̄d tñ prius dixi, eſt æquius.¶ Ve-
nio ad aliud dubium,nunq̄d iſte Anſelinus ceciderit à iu-
re ſuo: q̄a fraudulenter alienauit non excipiendo contra
matrem. Et in hoc dicto aduertendum, ꝙ ſi teneamus illa
bona eſſe feudalia,diſpoſitio teſtatoris ꝓhibentis aliena-
tionem ſub pęna,nil in hoc operat̃: q̄a non poteſt uaſallus
in teſtamento diſponere circa feudum, ut in.d.c.j.de ſuc-
ceſ feu.¶ Item ſubeſt iuris prohibitio quo ad feudalia,in.
c.ij.de uaſal.q contra conſt. Lotha.& in.§. ꝑterea,cũ ſimi.
unde debemus hũc caſum decidere ſcd̃m iura feudorũ,&
q̄d iſte debeat ꝑdere feudum:uel q̄d ipſo facto ceciderit
à iure ſuo,ſaltem reſpectu partis alienatæ fraudulẽter, al
in tantam, prouidet circa duo. Primò, ut inuaſor compel
latur poſſeſsionem, quam abſtulit, reſtituere poſſeſſori;&
in hoc illa lex non eſt pœnalis. Secundò, ut dominium il-
lius rei amittat, ſi erat dominus. ſinaut ẽ, compellatur il-
larum rerum æſtimationem reddere, & in hoc illa lex
eſt pœnalis, unde, licet ſit menti illius legis ſatisfactum
per recuperationem poſſeſſionis, cum non poſsit, nec de-
beat amplius compelli ad poſſeſsionem reſtituendam, ex
quo recuperata extitit, tamen remanet diſpoſitio illius l.
quo ad ſecundam partem pęnalem, ut in pęnam uiolentię
perdat dominium illius, ſi erat dominus, alias delictum
uiolentiæ remaneret impunitum. Non enim fuit comes
in aliquo punitus ex recuperatione poſſeſsionis per mili
tem facta, cum ſolum miles rem ſuam recuperauit quam
iure recuperare potuit, ut ſupra probatum eſt,& pro hoc
alle.gloſ.mag.in d.l.ſi quis in tantam, parum ante ſui fi-
nem in uerſi.quod ſi egi.quæ concludit, quòd ſi ſpoliatus
egit primo tantum ad rem, nihilominus ſuper eſt actio
ad pęnam, cum actione.non officio iudicis debeatur pę-
5 na illius legis. Et ſic apertiſsimè uult, † quod licet ſpolia
tus ſit etiam in iudicio poſſeſsionem conſecutus, nihilo-
minus pȏt poſtea ꝑ ſe agere ad pęnã.l.ſi qs in tãtã fortius
hoc dicẽdũ in caſu nr̃o, in quo nõ egit primo ꝓ poſſeſſio
ne dũtaxat recuperãda in iudicio ex iudiciũ utẽs iuris ꝑ-
miſſione, ſuã poſſeſſionẽ recuperauit.& hoc puto ſine ali
quo ſcrupulo de iure procedere nõ.n.peccat, qui legis au
thoritate agit, ut in l.Gracchus, C.de adul.& 24.q.3.c.q
peccat. Ex ſcd̃o capite pȏt agi ꝯ dñm comitẽ rõne uiolẽ-
tiæ ſecũda uice allegata, qa, ut ſ̃ dixi cõſeruator nõritè,
nec rectè ꝓceſſit inuocãdo auxiliũ brachij ſecularis, præ
ſertim poſt appellationẽ interpoſitã ut ſ̃ probatum eſt,
& patuit ẽt ex ſẽtẽtijs poſteà latis, ergo comes incidit in
pęnã illius.l.ſi quis in tãtã, ẽt ſi fecit aĩo obediẽdi; quia
tale
præceptum nõ excuſat a delicto, ẽt ſi feciſſet ꝑ impi-
tiã; ut no.dixi Bar.in d.l.iuſtè poſſidet, ut ſ̃ tetigi,& facit
d.§.j.inſti.ui bo.rap. Nã & ipſe iudex procedendo nõ re-
ctè tũc dicit de uiolẽtia, ſi eã intulit, uel inferri mãdauit,
ut in c.conquerente, de reſti. ſpol.& in cap. cum cauſa de
offi. dele. & facit contra dictum comitem etiam, quod
ſupra tetigi. Et ita ut.ſuprà per me cõcluſum eſt arbitror
iuris ego Nicolaus de Tudeſchis abbas Monacenſis, came
ra apoſtolicæ auditor, & domini noſtri papæ referenda-
rius meliori iudicio ſemper ſaluo. Laus deo: amen.
NICO. ABB.

## CONSILIVM CI.

1 *Papa per ſuum priuilegium non intendit præiudicare inſtitutioni beneficij, niſi hoc apertè exprimat.*
2 *Priuilegium non præiudicat compoſitioni prius factæ, de illa ſpeciali mentione non facta.*
3 *Princeps ſi conceſſit alicui priuilegium cum aliquali reſeruatione iuris alterius, ualet.*
4 *Priuilegia omnia præiudicialia, ſunt ſtrictè interpretanda.*
5 *Præſcriptio quadraginta annorum ſufficit contra eccleſiam, citra Romanam, & nume.9.*
6 *Præſcriptio contra filium in rebus aduentitijs non currit, durante paterna poteſtate.*
7 *Præſcriptio eſt ſtricti iuris, & tantum præſcribitur, quantum poſſidetur, & non præſcribitur tempore guerræ, & nu.8.*
10 *Priuilegium imperatoris ualet quo ad ſuos ſubditos.*
11 *Priuilegium recipit largiſſimam interpretationem contra priuilegiantem.*

IN quæſtione, quæ uertitur ſeu uerti ſperatur inter monaſteriũ ſanctæ
Crucis montis Analenſis, Eugubinenſis diœceſis
ex una parte,& fratres ordinis Ciſtercienſis ex alia ſuper
ſubiectione, ſeu ſtatu monaſterij ſancti Bartholomæi, de
Campo regio eiuſdẽ diœceſis; tria ad claritatẽ deciſionis
arbitror examinanda. ¶ Primò, nunqd per priuilegia exẽ-
ptionis, & unionis dicto monaſterio ſancti Bartholomæi
cõceſſa, ſit ꝑiudicatum iuri monaſterij ſanctę Crucis. ¶ Se
cundò præſuppoſito, ꝙ priuilegiũ nocumentũ non attule-
rit ante tṗs quadraginta annorũ, an ꝑſcriptio habeat ex-
cludere ius,& actionẽ cõpetentem dicto monaſterio ſan-
ctæ Crucis. ¶ Tertiò, ſi talis præſcriptio ꝑiudicet, an dictũ
monaſterium ſanctæ Crucis poſſit pręſcriptione centena-
ria ſe tueri uigore priuilegij Cæſarei, quod papa poſtmo
dũ ratum manere ſanxit. Primum ex ordine aggrediens,
ur̃ primò, ꝙ per priuilegiũ Alexandri per Gregoriũ poſt
modũ corroboratum, ſit iuri dicti monaſterij ſanctæ Cru-
cis præiudicatũ. ſanxit.n.dictus Alexander, ꝙ dictum mo
naſteriũ ſancti Bartholomæi neq; eṗo, neq; abbati, neque
denique cuique clericorũ, ſeu ſecularium, ſed ſibi tantum
modò, ſucceſſoribuſq; ſuis Romanis pontificibus de ſua ſu
biectione reſpondeat. Et adiecit poſt pauca, qd̃ ſi quiſpiã
uel eṗs, uel abbas, uel q̃libet perſona ꝯ huiuſmodi noſtræ
conſtitutionis edictũ per aliquam machinationẽ, ſubtilita
tiſq; aſtutiã, præfatum ſibi arrogauerit, uel ſubdiderit mo
naſterio,& is qui dederit, & is, q malè ſuſcepit, uſq; dũ re
ſipiſcat,& qd̃ malè ꝑſumptũ eſt, reddat, per authoritatem
Dei omnipotẽtis, & beati Petri apoſtolorum principis ꝑ
petuę damnationis uinculo & anathematis innodetur,&c.
¶ Cũ ergo papa, qui plenitudinem habet poteſtatis, ut in.
c.cũcta per mũdũ,&.c.per principalẽ.9. q.3. exemerit di-
ctum monaſterium à ſubiectione eṗi, & abbatis,& cuiuſ-
cũq; alterius perſonæ, qd̃ eum potuiſſe facere, in dubium
minimè reuocandum eſt, ut in.c.ſi papa, de priui.li.6.facit.
c.dudum,&.c.q̃uis, de præben.eo. lib. ergo non pȏt mona
ſterium ſanctæ Crucis aliquã ſubiectionẽ in dicto mona-
ſterio ꝑtendere. Si.n.præiudicatur eṗo, cuius poteſtas eſt
ordinaria ſupra monaſterium. 18.q.2.c. monaſteria,&.ca.
abbates.&.cap.ſi quis abbas, de relig. domi. cap. cum di-
lectus, &.cap.uenerabilis, cum ſimili. fortius debet præ-
iudicare abbati ſanctæ Crucis ꝑtendenti aliqualẽ ſuperio
ritatem ex inſtitutione dicti monaſterij duntaxat, dictus
enim abbas ſolum ꝑtendere poterat quatuor, ſcilicet con
firmationẽ abbatis, item reuerentiam, & obedientiam, &
certũ annuum cenſum. Hæc.n.quatuor duntaxat reſerua-
uit patronus tṗe fundationis abbati monaſterij sãctę Cru
cis. facilius ergo debent tolli iſta quæ ſunt de iure ſpecia-
li,& ꝯ ius cõe, q̃ poteſtas eṗi, quę ordinaria eſt,& fauorabi
lis,& ſuꝑ plena ſubiectione fundata eſt. Sed nulli dubium.
ꝙ eṗo ꝑiudicetur.d.c.ſi papa,&.c.j.de priuile.lib.6.&.16.
q.j.c.frater. multòmagis debet pręiudicare abbati, arg.in.
c.dilectus, de offi.leg. Nec pȏt allegari ſurreptio, cum de
abbate fuerit facta in priuilegio ſpecialis mentio, q̃ nõ po
terat uerificari niſi in iure ſpeciali, cum de iure cõi unum
monaſterium non ſit ſub alio.d.c.monaſteria, & no.in.c.in
præſententia, de proba. ¶ Secũdò adiuuat unio nouiter fa
cta per dñm papam Martinum hodiernũ in eo, ꝙ illud mo
naſteriũ uniuit fratribus Ciſterciẽſibus ſubtrahẽdo digni-
tatẽ abbatialẽ, qd̃ indubitàter facere potuit, ut in. c. ſicut
unire, de exce.ꝑla.& ĩ.c.& tẽporis qualitas 16.q.j.ꝑſerti cũ
unio fuerit facta poſt dictũ priuilegiũ,& poſt iura ꝑſcripta
ꝯ monaſteriũ ſanctæ Crucis. ꝑſcriptio.n. oẽm actionẽ ꝑclu
dit, ut dicit tex.in.c.ad aures, de pręſcrip. Nõ ergo fuit o-
pus mẽtionẽ facere de monaſterio ſanctæ Crucis, cũ ipſius
ius iam ſublatũ erat per priuilegium Alexandri, & ꝑ præ
ſcriptionem quadragenariam. ¶ Sed his non obſtantibus,
contrariã ſnĩam puto pręualere, ut ſcilicet per priuilegiũ
Alexandri, uel unionis factæ per dominum Martinũ, nul-
lum pręiudiciũ fuerit irrogatũ iuri monaſterij ſanctę Cru
cis. Moueor primò: quia de intentione principis eſt nunq̃
pręiudicare iuri tertij, niſi de eo ſpecialem faciat mẽtio-
nem, ut in.c.ſuper eo, de offi.dele.&.l.2.§.ſi quis à princi-
pe, ff.ne qd in loco publi. pręſertim cũ derogatur inſtitu-
tioni beneficij,& diſpoſitioni laicali, ne laici per hoc ſub-
trahantur à fundatione eccleſiarum. Ad hoc gl.no.in.cle.
per literas, de pręben.& qd̃ not.per doc.in.c. cũ dilectus,
de iure patro. ¶ Sed in caſu noſtro non facta fuit ſpecialis
mentio de iuribus cõpetẽtibus monaſterio ſanctæ Crucis.
ergo talia priuilegia non obtinent firmitatem in pręiudi-
cium illius monaſterij. Nec obſt. ꝙ in priuilegio Alexan-
dri ſeu Gregorij fuerit dictum, ut nulli abbati ſubiaceat
&c. qa iſta nõ eſt ſufficiens mẽtio, ut pręiudicetur iuri mo
naſterij: quia mentio debet eſſe ſpecialis & non ita genera
lis, ut in.c.2.de do.& contum.& quod ibi not. per doc. in.
c.cũ dilecta, de reſcrip.& bonus tex.in c.bonæ, de cõfir.uti.
uel inuti. pręſertim in caſu noſtro erat fienda ſpecialis mẽ
tio, in quo illa iura erant debita monaſterio ſanctę Cru-
cis ex primeua inſtitutione monaſterij, & diſpoſitione lai
1 ci patroni. † Nã papa per ſuum priuilegiũ non ĩtẽdit pręi
iudicare inſtitutioni beneficij, niſi hoc apertè exprimat,
ut in.c.cum dilectus, de iure patron. facit opti.c.monaſte
ria.15.q.7.&.ca.Eleutherius. 18.q.2.potuit.n. papa in ſuo
priuilegio intelligere de abbate, qui in certis religioni-
bus uocat̃ pater abbas, cui modicum pręiudicium irroga
tur. unde non dẽmus pręſumere rationibus pręedictis pa-
pã intellexiſſe per uerba generalia de ſpeciali diſpoſitio
ne patroni. Ad idem bonus tex.in.c.ex multiplici, de deci.
2 ubi patet, † ꝙ priuilegium non præiudicat compoſitioni
potius

prius factæ, de illa ſpeciali mentione non facta, & in.c.cum
olim, de præſcri. ubi priuilegium nō ꝑiudicat laudo lato
ex compromiſſo, [fortius nō debet præiudicare inſtitutio
ni bñficij ſeu monaſterij de illa ſpeciali mentione nō habi
ta. ¶ Secundò facit.c. ueniens, de præſcrip. ubi tex.not.in-
3 nuit, † ꝙ ſi princeps conceſſit alicui priuilegium cum ali-
quali reſeruatione iuris alterius, non ualet priuilegium
poſt modū conceſſum ſuper illis iuribus ſuis aliquali reſer
uatione prius facta, de illa non habita mētione: quia ſi pa
pa ſciuiſſet illam reſeruationem, non conceſſiſſet fortè ſi-
ne illa, ut ibi notabiliter deciditur. ergo idē & fortius di-
cendum in caſu noſtro, ꝙ ſi papa ſciuiſſet, ꝙ illa quatuor
iura fuiſſent reſeruata per patronū monaſterij ſanctæ Cru
cis, nunq̄ conceſiſſet illā plenā exēptionem ſine illorum
iurium reſeruatione: quonam ſaltem de illis feciſſet men
tionem præſertim cū potuiſſet concedi exemptio cū illo-
rū iurium reſeruatione. quia illa iura nō inducūt plenā ſu
biectionē. ut clarè innuitur ex.c. his quę, de maio. & obe. &
c. cum inter, de re iudic ubi enumerātur multa iura infe-
rentia pœnā ſubiectionis, & inter illa enumerantur obe-
dientia, & reuerentia tanq̄ ſpēs. ¶ Tertiò adducitur. c.j. de
conſti. li. 6. ubi dr̄, ꝙ papa per ſuam conſtitutionē non cen
ſetur uelle tollere ſtatuta & conſuetudines, cum in facto
conſiſtunt, niſi de eis fecerit mentionem. Ergo fortius idē
dicendū in priuilegio, qđ non emanat cū tāta moderatio-
ne, ſicut ius cōe, ut ibi no. Nō ergo debet tolli ſtatutum &
ordinamentum factū in inſtitutione monaſterij ꝑ priuile
gium papæ, ex quo de illa non fuit facta ſpecialis mentio.
¶ Quartò facit, quia Gregorius ſeu Alexāder uoluit ſim
pliciter derogare iuri monaſterij ſanctæ Crucis: qa dixit,
ꝙ hoc priuilegiū exemptionis nō deberet recedere à cha
ritate ſanctæ Crucis, prout in alio priuilegio dixerat. un-
de credēdum eſt, ꝙ per illa uerba uoluit reſeruare omnia
iura competentia monaſterio ſanctæ Crucis. non ergo re
ſeruaret illi charitatem, ſi uellet ſibi ſubtahere cēſum ab
antiquo impoſitū, uel alia iura ſibi reſeruata, ut in d. cap.
Eleutherius, facit. c. quanto, de cenſi. ¶ Charitas eſt. n. re-
cta uoluntas ab omnibus terrenis prorſus auerſa, &c. ut
in c. charitas, de pæni diſt. ij. & in iſtis eſt fiēda larga inter
pretatio, ut non præiudicetur iuri alterius ſine cauſa iu-
xta not. per Bar. in l. omnes populi, ff. de iuſti. & iur. & l. nō
dubium, ff. de legi. facit c. cum dilectus, de cōſue. & l. ij. C.
de noxa. & hoc idem & clarius in propoſito noſtro uoluit
4 Inno. in. c. dudū, de priui. ubi dicit, † ꝙ omnia priuilegia ꝑ
iudicialia ſtrictæ interpretanda ſunt, & q̄tum pōt, ad iuris
conſonantiam reducenda, ff. de uul. & pupil. l. ex facto, &
de deci. c. ſuggeſtum, & idem dicit in priuilegio exemptio
nis. quare ibi poſt multa concludit, ꝙ nō ualet priuilegiū
exēptionis, non facta mentione de poſſeſſione alterius bo-
na fide habita, licet in ueritate non habeat proprietatē, &
idem firmauit gl. in. c. 2. de deci. lib. vj. ¶ Fortius ergo dicē
dū in caſu noſtro, ꝙ non ualet priuilegiū nō facta mentio
ne de poſſeſſione, ſeu ꝓprietate monaſterij sāctæ Crucis.
Et idem dicendū eſt per omnia quo ad unionem nouiter
factā per dn̄m Martinum. nā cū de ꝑdictis non fecerit ſpe
cialem mentionē, non tenuit, cū ꝑ illā prȩiudicaretur mo
naſterio ſanctæ Crucis reſpectu cōfirmationis abbatis; cū
per illam unionem ſit exempta, & ſuppreſſa dignitas ab-
batialis. Non ob. qđ. ſ̄. dictū fuit de ꝑſcriptione: qa ſtatim
reſpondebitur in ſecūdo, & tertio dubio. Hæc quo ad pri
mum dubiū, quæ puto eſſe ueriſſima, & indubitata, & ſatis
patet reſponſio ad contraria ſuperius formata. ¶ Ad ſe-
cundū dubiū, an ſaltem quadraginta annorū præſcriptio
præiudicet dicto monaſterio ſanctæ Crucis: quia, cum in-
tra illud tēpus nullam electionis de abbate factæ confir-

mationem fecerit, nec cenſuram receperit, nec reuerētiā,
5 nec obedientiā habuit. Et vr̄ primò, ꝙ ſic. † Nā regulari-
ter contra eccleſiam citra Romanam ſufficit præſcriptio
quadraginta annorum cum bona fide, ut in. c. de quarta, &
c. illud, de præſcrip. ubi ius cōmune uel præſumptio non
eſt contra præſcribentem, ut in. c. j. eo. titu. lib. vj. & ꝑſcri-
ptio quadraginta annorum omnem prorſus actionem ex-
cludit, ut dixit tex. in. d. c. ad aures de prȩſcrip̄. Sed his nō
obſtantibus puto in caſu noſtro ſic dicendum, ꝙ reſpectu
iuris confirmādi abbatem in monaſterio ſancti Bartholo
mæi currat cōtra monaſteriū ſanctæ Crucis ꝑſcriptio. rō
eſt inconiuncibilis: qa ꝑ ꝑ reſeruationē factam de eccleſijs
collegiatis, ꝑſertim de cathedralibus, & monaſterijs per
multos Romanos pontifices ſucceſſiue non potuit Abbas
ſanctæ Crucis pro tꝑe exiſtens ius ſibi in hoc competens
excercere. unde, cū fuerit impeditus impedimento iuris,
nulla currit cōtra eū prȩſcriptio, ut in. l. j. C. de anna. ex-
6 cep. & in. l. in rebus, C. de iure dotium. ubi patet, † ꝙ durā
te paterna poteſtate non currit cōtra filiū præſcriptio in
rebus aduentitijs: quia nō poterat illo tēpore agere, cum
plena illarum rerū adminiſtratio pertineat ad patrem, ut
in. d. l. j. nec conſtante matrimonio currit præſcriptio in iu
ribus dotalibus contra uxorem: quia non pōt tunc agere,
cum plena adminiſtratio pertineat ad maritum. d. l. in re-
bus, & l. doce ancillam, C. de rei uendi. ¶ Ad idem. c. i & c.
4. de prȩſcrip. & c. ex tranſmiſſa, eo. tit. & c. quia diuerſita-
tē, de conceſ. præben. in quibus iuribus patet, ꝙ eccleſiȩ ua
canti, uel habenti prȩlatū inutilem ad agendū non currit
prȩſcriptio. Sed in caſu noſtro abbas ſanctȩ Crucis pro tē
pore exiſtens fuit impeditus quò ad actum cōfirmationis,
ideò non currit contra eum præſcriptio. Remanſit ergo
hoc ius in habitu apud eū, licet interdictū ſit exercitiū ad
beneplacitū papȩ ꝑ reſeruationis actū. nec papa exercēdo
hoc ius confirmationis dr̄ prȩſcribere, etiā ſi per mille an
nos hoc faceret, cum hoc faciat ex poteſtatis plenitudine.
& hoc caſu poterit intelligi dictum Specul. in titu. de præ
ſcrip. uerſi. illud, dum dicit papam non ꝑſcribere cōtra ec
cleſias inferiores, cum ipſe iam ſine prȩſcriptione ſit uni-
uerſalis dn̄s. Prȩterea ī prȩſcriptione requiritur bona fi-
des, ut. ſ. credat illud ius ad eū pertinere, ita qđ exerceat
credēs iure ſuo uti, ut in. c. ſi uirgo. 34. q. 2. facit l. ſi. ff. quē-
admodū ſerui. amit. no. Inn. in cap. bonȩ, el. 2. de poſtu. ꝑ-
la. Sed dn̄s papa actum confirmationis exercuit, & exercet
non de poteſtate ordinaria, ſed abſoluta per reſeruatio-
nis actum, & ſcit ꝙ de iure cōī, & poteſtate ordinaria hoc
ius pertinet ad inferiorem, licet poſsit concurrere in con-
firmationis actu cū ordinario, ut in. c. ij. & c. ſi à ſede, de ꝑ
ben. lib. vj. ergo non poteſt in hoc allegari præſcriptio ex
perſona papȩ, nec contra abbatem ſanctȩ Crucis, qui non
deprehenditur in negligentia, cum habuerit manus liga-
tas per reſeruationes ſummorum pōtificum, ut iuribus ſu
perius allegatis. Prȩſcriptio. n. eſt inducta principaliter in
odium negligentium, ut in. l. 1. ff. de uſuca. & 16. q. 3. c. di-
lecto. §. pōt, & in caſu noſtro nulla negligentia reperiī ex
parte abbatis ſanctȩ Crucis. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ fuit
negligens in alijs qa per hoc prȩſcriptio non debet extē-
7 di ad iura, in quibus non fuit cōmiſſa negligentia: † quia ꝑ
ſcriptio eſt ſtricti iuris, & tn̄ prȩſcribitur, q̄tum poſſidet,
ut probatur in. c. auditis, & c. cū olim, de præſcrip. & ca. cū
contingat, de decimis no. Bar. in. l. j. §. ſi quis, ff. de itine a-
ctuq; priua. & Inno. in. c. dilectus, de capel. mona. ergo ne-
ceſſario concluditur, ꝙ unio facta per dominum noſtrum
Martinum, ſupprimendo dignitatem abbatis ſanctȩ Cru
cis fuit tāquàm ſubreptitia ipſo iure nulla: quia, ſi fuiſſet
informatus, ꝙ talis unio redundabat in prȩiudicium mo
naſterij



naſterij ſanctæ Crucis, nullo modo unionem feciſſet, uel
ſaltem non ita de facili; ergo talis ſuppreſſio, habuit in-
ducere ſubreptionem, ut in c. poſtulaſti, & quod ibi not.
Hoſt. de reſcrip. quod dico procedere, etiā ſi Papa unio-
nē motu proprio feciſſet: quia motus proprius licet ex-
cludat ſubreptionem: non tamen firmat gratiam contra
intentionem ſcribentis; qui in dubio non uidetur uelle
præiudicare tertio, ut not. Ioan. And. in c. ſi motu pro-
prio, de præben. lib vj. & Cald. in c. cum dilectus, de iure
patro. & do. de Rot. deci. 105. facit. l. ij. §. ſi quis à princi-
pe, ff. ne quid in lo. publ. & quod no. Inn. in c. dudū, de pri-
ui. & gl. in c. ij. de deci. lib. vj. Quinimò poſſit attentari, ꝙ
ēt reſpectu obedientiæ nulla cucurrerit præſcriptio: qa
licet potuerit abbas S. Crucis aliqua honeſta præcipere,
præſertim mores reformando abbatiæ S. Bartholomæi:
non tn̄ per hoc concluditur, ꝙ ſi nō præceperit, concur-
rerit præſcriptio ꝯ eū, cum iſte ſit actus merè facultatis
& nō neceſſitatis. non. n. fuit in inſtitutione dictū, ut abbas
S. Crucis exerceat ꝯ abbatē S. Bartholomæi iuriſdictio-
nem; ſed quod teneretur abbas S. Bartholomæi ad obe-
dientiam, & reuerētiam abbati S. Crucis. Si ergo iſte nō
obediuit: quia ille non præcipit, non per hoc eſt contra
eum præſcriptum: quia ex nō uſu nō inducitur conſuetu-
do, uel præſcriptio, ex quo nō habet tacitū actū contra di
ſpoſitionē iuris, ut no. per Io. And. in c. Ioannes, de cle. cō
iu. & per Cyn. in l. ij. C. quæ ſit lon. conſue. probatur in l.
hæc autem iura, ff. de ſer. urb. prædi. uelut i libertatē al-
tius tollendi in ſolo meo uſq; ad cœlum non præſcribam
ſi altius non extuli, ex quo nihil eſt factum in contrariū:
quia iſte eſt actus meræ facultatis; & in actibus facultatis
non currit præſcriptio ꝑ non uſum, ut no. in iuribus ꝑall.
& in c. ex parte Aſtenſis de conceſ. præben. & fortè nō oc
currit caſus, in quo haberet neceſſe præcipere, arg. eorū,
quæ no. Bar. in l. cum ſcimus, C. de agrico. & cenſi. lib. xj.
Reſpectu uerò reuerentiæ eſſet animaduertendum, an
ſubtraxerit abbas S. Bartholomæi reuerentiam abbatis
S. Crucis: quod difficile eſſet probare. Nā illa conſiſtit in
ſalutationis actu, uel per alium modum, per quem ſit re-
uerētia ſm̄ modū patriæ iuxta no. in c. his quæ, de maio.
& obedien. tota difficultas ſtat circa cenſum non ſolutū,
ꝙ an ſit completa præſcriptio quadraginta annorū, mul
ta debēt conſiderari, & non ſolus tranſcurſus annorum,
multa. n. impediūt prȩſcriptionis curſum, ut uacatio mo-
naſterij S. Crucis. Nā tꝑs uacationis debet ſubduci de me
dio, ut in c. j. & c. de quarta, & c. auditis, de ꝑſcrip. quæ iu-
ra habent locū ēt in eccleſiis inferioribus, ut no. Inn. in c.
olim, el j. de reſt. ſpol. ¶ Item † tꝑe guerræ non currit ꝑſcri
ptio, qn̄ tāta eſt in loco hoſtilitas, ꝙ quis nō reddiī tutus,
ut in c. ex tranſmiſſa, de præſcr. & quod ibi no. Inn. idē in
tēpore mortalitatis: qa illa eſt Dei hoſtilitas, ut no. Bar.
in l. naturaliter, ff. de uſuc. Itē tꝑe ſchiſmatis, ut no. in c.
cū nobis, de præſcrip. Intelligo ſi erāt diuerſæ obediētiæ,
& ius nō reddatur uni ꝯ alterum iuxta no. in d. c. ex trāſ-
miſſa. omnia. n. tꝑa debent de tēpore præſcriptionis ſub-
duci; & ſi non remanet illis ſubductis tꝑs quadraginta an
norum, habet monaſterium S. Crucis fundatam intētio-
nem ſuam, ut in c. auditis, de præſcrip. Si uerò præſcripto
remaneret completa, debet aduertere, an monaſterium
S. Bartholomæi fuerit in bona fide in non ſoluendo cen-
ſum. nā mala fides probatur ſi erat fama in loco, ꝙ debe-
bat dare cenſum monaſterio S. Crucis, uel apparebat ꝑ
aliquam ſcripturam exiſtentē: uel hoc audiuerunt ab ali
qua perſona, cui uerοſimiliter credere debuerunt. per
hæc enim & ſimilia probatur mala fides, ut not. Bar. in l.
Celſus, ff. de uſucap. & ſi poteſt de his cōſtare, impeditur

præſcriptio, per c. ſi. de præſcrip. & per reg. poſſeſſor ma-
læfidei, de reg. iu. lib. vj. Si aūt non poteſt probari, ita ꝙ
remanet inconcuſſa præſcriptio. xl. annorū, tunc eſt recur
rendum ad factū, quoad ultimū dubiū, Nunquid poſſit
monaſterium S. Crucis ſe tueri ꝑſcriptione centenaria ui
gore priuilegiorum Federici & Henrici imperatorum,
poſtea approbatorum per Papam Honorium. IIII. Et ui-
detur primò, ꝙ non: quoniam imperatores non potuerūt
priuilegiare monaſteria in præiudiciū fori eccleſiaſtici,
ut no. Inn. in c. imperatores, de teſti. ¶ † Cū ergo de iure
9 eccleſia utatur præſcriptione. xl. annorum ꝯ aliā eccleſiā,
ut in c. de quarta, & c. ad aures, de præſcr. ergo non de-
bet prodeſſe priuilegium imperatorū; facit c. dudum, de
deci. & c. eccleſia S. Mariæ, de cōſtit. & 96. diſt. bene qui-
dem. Nec obſt. approbatio Honorij Papæ multiplici ex
ratione. Primò quia confirmatio in forma communi fa-
cta parū prodeſt: unde non ualidat actum nullum, ut leg.
& no. in c. quia diuerſitatem, de conceſ. præben. & c. ſi. de
confir. uti. dicitur. n. facta in forma communi; & non ex
certa ſcientia, quando non inſeritur totius tenor rei con
firmatæ: uel cum non apponitur clauſula ex certa ſcien-
tia rei confirmatæ, ut not. in c. j. & c. antepen. & penul. de
confir. uti. ſed in caſu noſtro non apponitur tenor in con-
firmatione illorū priuilegiorū; nec clauſula ex certa ſciē
10 tia. ergo &c. † Prȩterea priuilegiū imperatoris ualet quò
ad ſuos ſubditos, ut l. cunctos populos, C. de ſum. tri. facit
quod leg. & no. in l. fin. ff. de iur. om. iud. & in c. à nobis, de
ſen. exc. ergo confirmatio ualet quo ad ſubditos. Sed his
non obſtantibus contrarium arbitror de iure procedere.
Moueor principaliter, quia dominus Papa in ſuo priuile
gio non fuit uſus uerbo, cōfirmamus, & ſic nō poteſt dici,
ꝙ fuerit confirmatio in forma cōi: ſed uſus fuit uerbo,
ſancimus. per quod uerbum non inducitur confirmatio,
ſed potius legis nouæ editio, arg. in c. generali, de elect.
lib. vj. hinc ſanctio eſt nomē conſtitutionis canonicæ, ut
no gl. in cle. j. de conceſ. præben. in uer. ſancimus. uñ pon-
deranda ſunt uerba imperatoris, & uerba Papæ. Impera-
tor. n. ſimpliciter decreuit, ꝙ nulla præſcriptio minor cē
tenaria curreret ꝯ monaſteriū S. Crucis. Nec reſtrinxit
ſe ad ꝑſonas ſeculares, uel eccleſiaſticas. Honorius uerò
ſuperueniens ſic inquit. Præterea oēs libertates, & immu
nitates bonæ memoriæ à Federico, & Henri. imperato-
ribus uobis, & ordini ueſtro conceſſas, ratas & gratas ha-
bentes, & eas futuri temporibus illibatas manere ſanci-
mus, &c. Quæ uerba clarius luce demōſtrant, ꝙ Hono-
rius non ſimpliciter, & in forma cōi uoluit confirmare:
imò principal'r diſpoſuit legē priuatā edendo. Nā quod
principi placuit legis habet uigorē, inſti. de iur. natu. gen.
& ciui. §. ſed quod principi; & oīa noſtra facimus, qbus au
thoritatē nr̄am impartimur, ut in l. j. C. de uete. iu. enu. &
bonus tex. in ſi'i ī c. ſi ap'lica, de ꝑben. lib. vj. Vnde potior
eſt nūc lex Papæ, q̄ imperatoris. Præterea uidemus, ꝙ ſi
lex ciuilis canonizatur ꝑ Papā, habet canonis uigorē, ut
ī c. in primis, & ibi bona gl. ij. q. j. no. doc. ī c. ij. de reſcrip.
fortius ergo debet dictū priuilegiū habere uim canonis,
cū Papa expreſsè ſanxerit, ut illa illibata permaneāt; & li
cet nō expreſſerit q̄ ſunt illæ immunitates: tn̄ ſatis habē-
tur pro expreſſis, ex quo Papa ad illa priuilegia ſe retu-
lerit, ut ī c. auditis, de ꝑſcri. ubi bonus tex. in ſi'i, & ī l. pe.
C. de ſen. q̄ ſine cer. quāti. ī c. cū Bertoldus, de re iudi. hoc
idē probatur per optimū ſi'e. Nā à principio imperator
fuit, q dedit priuilegiū eccleſiis circa materiā ꝑſcriptio-
nis, ut l. ſi. cū auth. quas actiones, C. de ſacroſ. eccl. Poſteà
ꝑuenit ius canonicū, & illas leges approbauit ī genere, ut
in c. cum nouis, cum ſimili. de præſcri. & per hāc appro-

bationem habuerunt uigorem, etiam quo ad forum eccleſiaſticum, & inter eccleſias; & per hoc tollitur unum motiuum, quod allegatur contra monaſterium S. Crucis uidelicet ꝙ approbatio Papæ non debet habere locum contra ipſum Papam præſcribentem. Nam primò poteſt de directo negari, quod hic Papa præſcripſerit. nam ſubtractus cenſus preſcribitur per monaſterium S. Bartholomæi. & non per Papam. unde præſuppoſito, ꝙ eccleſia S. Bartholomæi per Papam eſſet exempta: tamen in ſuis iuribus, maximè cum agitur de præſcriptione annua, non gaudet priuilegio Romanæ eccleſiæ, ut no. gl. in c. dilectus, de capel. monac. & in c. ad audientiam, de præſcrip. per doc. in c. cum nobis, eo. ti. & 6. q. 4. c. uolumus. ¶Item præſuppoſito, & non conceſſo, ꝙ hic Papa ſcripſiſſet priuilegium per eum conceſſum debet habere locum indiſtin-
11 ctè; ex quo generaliter conceſſit.† Nam priuilegium largiſſimam interpretationem recipit contra priuilegiantem ut no. Bar. in l. beneficiũ, ff. de conſtit. princip. & Inn. in c. cum dilecti, de dona. & in c. olim, de uerb. ſig. per Io. An. facit. c. cum dilectus, de conſue. pro hoc illud ſapientis eſt patere legem, quam tu ipſe tuleris, & quod quiſq; iuris in alterum ſtatuit, ipſe debet uti eo, ut in c. cum omnes, de conſti. hoc apertè ſenſit do. Io. An. in c. cum nobis, de præſcrip. ubi uoluit, ꝙ Papa poteſt præſcribere contra eccleſiam inferiorem, ſed ſpatio .xl. annorum: & tñ illud tempus quadraginta annorum habet eccleſia ex priuilegio & iure ſpeciali, per Papam approbato, ſeu inductio. Ergo idem dicendum in iſto priuilegio centum annorum; & hoc tenendum habito præſertim reſpectu, ꝙ præſcriptio eſt odioſa & reſtringenda, ut in c. cum cõtingat, de deci. cum ſimi. Et hæc ſufficiant. Nec oportet aliter ad contraria reſpondere: quia ſatis remanent per prædicta ſoluta, & clara; & ita, ut ſ. per me concluſum extitit, dico, & conſulo iuris eſſe ego Nicolaus de Sicilia Monacenſis abbas, & doctor; & in teſtimonium me propria mea manu ſubſcripſi, & ſigillum meum imprimi feci. NIC. ABB.

## CONSILIVM CII.

1 *Præſtatio cenſus dicitur quædam ſeruitus.*
2 *Fama ſola ſufficit pro titulo ad præſcriptionem complendam.*
3 *Confirmatio in forma communi facta, parum prodeſt.*
4 *Priuilegium imperatorum ualet quo ad ſuos ſubditos.*
5 *Sanctio eſt nomen conſtitutionis canonicæ.*
6 *Lex ciuilis ſi canonizatur per Papam, habet canonis uigorem.*

OMnipotentis Dei ſuffragio poſtulato, In cauſa, quæ uertitur inter monaſteriũ S. Crucis mõtis Sauelanæ ex parte una, & fratres Ciſtercien. ordinis ex alia ſuper ſubiectione, ſeu ualiditate unionis factæ cuidam monaſterio dictorum fratrum de mõte S. Bartholomæi de Campo regio, ac ẽt ſuper iuribus competẽtibus dicto monaſterio ſanctæ Crucis in præfato monaſterio ſancti Bartholomæi, aliqua ſigillatim pro deciſione dictæ quæſtionis ueniunt examinanda. Et primò, quæ iura poſſit prætendere monaſterium ſanctæ Crucis circa monaſterium ſancti Bartholomęi. ¶Secundo preſuppoſito, quòd aliqua iura ſibi aliquo iure ſpeciali competant, an illis ſit derogatum per priuilegium Alexandri, per Gregorium Papam poſtmodum corroboratum. ¶Tertiò, ſi dictum priuilegium non obſtat, an ſaltem habet obſtare priuilegium unionis per dominum Martinum hodiernum ſummum, & indubitatum Pontificem factæ. ¶Quartò & ultimò, an prædictis non obſtantibus, poſſit ſaltem allegari ꝙ dictũ monaſterium S. Crucis, ꝙ poſſit prætendere cenſum in aliquibus inſtris ſuis cõtẽtum ſibi debitũ a dicto monaſterio S. Bartholomæi. Fuit. n. dictus cenſus ſolutus dicto monaſterio S. Crucis per tantum tempus, de cuius initij memoria nõ exiſtit. licet. n. per aliqua inſtrumẽta producta per monaſteriũ S. Crucis probentur plurimæ præſtationes dicti cẽſus: tñ de initio præſtationis non apparet. Nam pagina illorum inſtrumentorum nullam fecit mentionẽ de initio præſtationis: ſed oĩa uidentur cõtinuata ſuper antiqua, & debita præſtatione. ¶Præſcriptio autem tanti tẽporis ſufficit ad præſcribendum cenſum, ẽt nulla cauſa apparente, qa ex præſtatione tanti tpis præſumitur cã, ut no. gl. j. q. j. c. nullus. & Hoſt. & Io. An. in c. peruenit, de cẽſi. & Bar. in l. cũ de in rem uerſo, ff. de uſu. uel ſaltẽ negari non põt, quin per monaſterium S. Crucis probetur perceptio cẽſus, ſaltem per 72. annos continuos, ut clarè colligitur ex inſtrumẽtis productis per monaſteria, ac atteſtationibus quorundam teſtium ex parte monaſterij S. Crucis productorum. ex quo. n. probatur principium & finis, ac alia tempora intermedia, reſultat iuris præſumptio, ꝙ in omnibus annis intermediis monaſteriũ S. Crucis fuerit ĩ poſſeſſione percipiendi dictum cenſum, ut no. Bar. in l. Celſus, ff. de uſuca. & glo. in c. uolumus. 17. q. 4. facit. l. quicũque, C. de apochis, lib. x. præſcriptio autẽ nedũ 72. ann. ſed xl. currit contra eccleſiam, ut in c. de quarta, & ĩ c. illud, & c. auditis, cũ ſimi. de præſcrip. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ in præſcriptione requiruntur bona fides & titulus, cũ præſcriptio iſtus cenſus ſit contra ius commune, cum de iure communi unum monaſterium non teneatur præſtare cenſum alteri monaſterio; ad hoc. c. j. de præſcr. lib. vj.
1 & quod ibi no. ¶† Item præſtatio cenſus eſt, quaſi quædã ſeruitus, ergo bona fides nõ debet præſumi, cũ quælibet res præſumatur libera; de quo per gl. & Bar. in l. j. §. ij. ff. de itinere actuq; priua. per. Cyn. & alios in l. j. C. de ſeruitu. per canoniſtas in c. ſi diligenti, de foro comp. ¶Ad hoc enim reſpondi poteſt, & primò circa articulum bonæfidei. dico. n. quòd illa eſt præſumenda ex curſu longiſſimi temporis, licet poſſeſſio ſit contra ius, ut notanter uoluit Inn. in c. ij. de ĩ integrum reſtit. facit quod no. Bar. in l. quæritur, C. unde ui. & uidetur probari in c. cum eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & proprietatis. Et in caſu noſtro non ſolum concurrit poſſeſſio longiſſimi temporis, ſed etiam adſunt multa alia argumenta, quæ per ſe ſufficerent ad præſumptionem bonæfidei iuxta notata ꝑ Bar. in d. l. j. C. de ſerui. dicunt. n. prædicti doctores, quod ſufficit probari aliquid, ut excludatur præſumptio malæfidei, utputa quia poſſeſſor audiuit dici à quibuſdã uicinis fide dignis, ꝙ ſibi competebat illud in ſeruitute: uel ſi erat fama de hoc in hoc loco, uel erant aliquæ ſeruitutes. ¶In caſu noſtro autem multa ſimilia argumenta cõcurrunt. Nam fama erat in loco, quod monaſterium ſancti Bartholomæi erat ſubiectum, & cenſuale monaſterio S. Crucis, ut patet ex atteſtationibus quorundam teſtiũ. ¶Item, quod eſt fortius, producitur modo quoddã priuilegium Innocentij II. ubi narrat, quòd dictum monaſterium S. Bartholomæi ſpectat & pertinet ad monaſterium ſanctæ Crucis. hoc enim præſtat præſumptionem bonæ fidei. ¶Item & quia ex quo ſucceſſor in beneficio reperit eccleſiam in poſſeſſione percipiendi cenſum, probabiliter debet præſumere, quod ex iuſta cauſa eccleſia poſſidet iuxta not. per gl. & doc. in c. de quarta, de præſcrip. & per Di. in regula, poſſeſſor, de re. iu. lib. vj. Multaq; alia ad pſumptionẽ bonæ fidei poſſent allegari maximè no. p doc. ĩ c. ſi diligẽti, & c. ſanctorũ, & c. ſi. de pſcri.



Sed prædicta luculenter ſufficiunt. quo ad articulum tituli dico, ꝙ ex parte monaſterij S. Crucis ſatis potuerunt abbates, pro tẽpore ibi exiſtentes, præſumere cenſum debitum uigore ſubiectionis. Solet enim cenſus pręſtari in ſignum ſubiectionis, ut in c. omnis anima, de cenſi. & in l. competit, C. de præſcript. 30. uel 40. annorum.
2 ¶† Item ſola fama tituli ſufficit ꝓ titulo ad præſcriptionem cõplendam, ut notanter uoluit Bar. in præall. l. Celſus, ff. de uſucap. Et idem ibi dicit, quando de titulo habentur aliquæ probabiles coniecturæ; ut puta, quia antiqui & fide digni aſſerebant de titulo. vnde etiam error probabilis circa titulum habetur pro titulo, ut eſt tex. not. in l. Quod vulgo, ff. pro emptore. Sed in caſu noſtro erat antiquitas, & adhuc uiget fama, quod illud monaſterium S. Bartholomęi erat immediatè ſubiectum, & cenſuale monaſterio S. Crucis. facit ad prædicta quod no. Hoſtien. Abb. & Goffr. in c. dudum, de deciſ. ubi dicunt, ꝙ priuilegium confirmationis in forma cõmuni præſtat iuſtum titulum præſcribendi; & id ſentit Bald. de uerbis narratiuis contentis in aliquo inſtrumento, in l. ſi. C. ſi à non compe. iudi. ¶Ad prædicta poteſt allegari ſingulare dictum Bald. in l. ſolent, ff. de offi. procon. ubi poſt multa concludit, ꝙ ſi longiſſimo tempore vna eccleſia ſolueret cenſum alteri, præſumitur ſubiecta ei. quod dictum ſaltem procedit, qñ cenſus præſtatur in ſignum ſubiectionis, uel apertè: quia hoc æſtimabitur: uel tacitè: quia cõcurrunt in ſolutione aliquæ coniecturæ ſubiectionis. Nã indeterminata cenſus ſolutio arguitur, & certificatur ex circumſtantiis; ad hoc glo. not. in l. cum quid, ff. ſi cer. peta. facit quod legitur & notatur in c. illud, de præſcript. & in c. fin. de deſpon. impub. in quibus not. quod in ſimili no. in c. j. de iudi. In caſu autem noſtro concurrunt coniecturæ ſubiectionis. Nam cum illo priuilegio antiquiſſimo conceſſo, eo tempore, quo monaſterium S. Crucis erat in maximo flore, diceretur ꝙ monaſterium S. Bartholomęi ſpectabat ad monaſterium S. Crucis, & exprimitur inter alias eccleſias ſubiectas eidem monaſterio; ac etiam probantur inſtrumenta confirmationis multorum abbatum monaſterij S. Bartholomęi facta per abbates, ſeu prælatos ſanctæ Crucis, non poteſt in ſolutione cenſus alia eſſe præſumptio ſubiectionis, præſertim cum fama loci haberet, quòd dictum monaſterium ſancti Bartholomęi erat ſubiectum, & cenſuale monaſterio S. Crucis. & ad prædicta uidetur tex. ẽm cõmunem lecturam doct. in c. fin. de cauſa poſſ. & proprie. ubi patet, ꝙ ꝑ probationem perceptionis cẽſus probatur poſſeſſio ſubiectionis. quod intelligo modo prædicto, quando concurrunt aliquæ coniecturæ, quod ſolutio cenſus, ſit poſſeſſio ſubiectionis, ſicut contingit in caſu noſtro, ut patet ex prædictis. Facit etiam ad hoc dictum Bar. in l. cum de in rem uerſo, in fin. ff. de uſuca. ubi dicit, ꝙ ſi contemplatione alicuius rei quis fecit aliqua, quæ ſolent fieri per uaſallum, præſumitur uaſallus. Sed in caſu noſtro monaſterium S. Bartholomęi ſoluebat cenſum monaſterio S. Crucis pro illo monaſterio S. Bartholomęi. Item petebat confirmationes abbatum ab illo monaſterio ſanctæ Crucis. ergo præſumitur ſolutio facta ratione ſubiectionis. Et per prædicta poteſt nouiter inferri, ꝙ monaſterium S. Bartholomęi ſit ſubiectum monaſterio ſanctæ Crucis. Nam preſcribẽdo cenſum ratione ſubiectionis uidetur præſcripta ipſa ſubiectio, ut legitur, & notatur in d. c. fi. de cau. poſſ. & proprie. & facit quod ſupra dixi poſt Bal. ¶Ad idem facit optimè, quod legitur & notatur in c. j. de reli. domi. ubi patet, ꝙ per exercitiũ vnius iuris epiſcopalis præſumitur debitum aliorum iuriũ, alio non exiſtente in illorum poſſeſſione. Sed in caſu noſtro non probať, ꝙ aliqs fuerit in poſſeſſione ſubiectionis dictis tpibus præter abbatem S. Crucis. Ergo ꝓ pręſtationem cenſus, & ꝓ exhibitionem confirmationis, iuncto priuilegio Inn. ſecundi præal. ſatis ꝓbatur, ꝙ monaſt. S. Bartholomei ſit ſubiectum monaſterio S. Crucis. ¶Ex his etiam infero ad ius & poteſtatem confirmandi electũ in abbatem in monaſterio S. Barth. Nã dico, ꝙ ius tale ptinet ad monaſt. S. Crucis, ſeu ad abbatem ipſius monaſterij pro tpe exiſtentem. ¶Primò probatur ex eo, ꝙ monaſterium S. Barth. eſt immediatè ſubiectum monaſt. S. Crucis, ut patet ex prædictis; ergo cõfirmatio abbatis debet ad abbatẽ S. Crucis pertinere tanꝙ ad ſuperiorem immediatum. ¶Præterea ꝓbatur ſpecificè poſſeſſio iuris confirmandi per tacita tpa, quę ſufficiunt ad pręſcriptionem cõplendam. probatur. n. poſſeſſio 67. ann. ut patet ex inſtrumentis productis ꝓ parte monaſterij S. Crucis. Et quãquam poſſet dici, ꝙ inſtrm confectũ anno Dñi 1240. non ꝓbet plenè poſſeſsionem iuris cõfirmandi: quia illud inſtrm fuit confectum dũtaxat ad petendam confirmationem ab abbate S. Crucis q illam electionem cõfirmauit, & per cõſequens ꝙ ex tunc fuerit in poſſeſſione iuris confirmandi. Ad hoc enim põt rñderi, ꝙ obiectio illa ꝓcederet, niſi concurrant aliæ pſumptiones. Sed in caſu noſtro concurrunt aliæ ꝓbões ſuper ſubiectione, de qb9 ſ. ¶Item non eſt uerisimile, ꝙ capl'm S. Barth. conſtituiſſet procuratorem ad petendum confirmationem electionis eorum ab abbate S. Crucis, niſi dictus abbas fuiſſet in poſſeſſione iuris confirmandi, cũ non præſumať quis abiicere ſuum ius, ut l. cum de indebito, ff. de ꝓba. & in c. ſup hoc, de renun. ¶Item hoc non ſolet contingere, ꝙ qs petat confirmationem ab eo, q non eſt in poſſeſſione confirmandi, & ualet argm à cõiter accidentibus, ut legitur & notatur in c. j. de cle. non reſi. Et ex pdictis concludo circa primũ, ꝙ monaſt. S. Crucis põt de iure ptendere in monaſterio S. Barth. ſibi cõpetere plenam ſubiectionem, & ſpecificè ius confirmandi electiones abbatis dicti monaſterij ex præſtatione prędicti cenſus. ¶Venio ad ſecundũ. nunc, ſ. an ꝑ priuilegium Alexandri fuerit derogatum iuribus cõpetentibus monaſterio S. Crucis, & primò uidetur ꝙ ſic. diſpoſuit. n. dictus Alexander, ꝙ monaſterium S. Bartholomei neq; abbati, nec deniq; cuiquam clericorum, ſeu ſecularium, ſed ſibi tantũmodo, ſucceſſoribusq; ſuis Romanis Pontificibus de ſua obiectione reſpondeat. Et adiecit poſt pauca; ſi quiſpiam uel eps, uel abbas, uel quælibet magna paruaq; perſona contra hmôi noſtræ cõſtitutionis ædictum ꝑ aliquam machinationem, uel ſubtilitatis aſtutiam priuatam ſibi derogauerit, uel ſuadiderit monaſterio, & is q malè ſuſceperit, uſq; dũ reſipiſcat, quod malè præſumptum eſt, reddat, ꝑ authoritatem Dei oipotentis & B. Petri apoſt. principis perpetuæ dãnationis uinculo anathematis innodetur &c. ¶Cum ergo Papa, qui plenitudinem habet poteſtatis, ut in c. ad honorẽ, de auto. & uſu pal. & c. cũcta ꝑ mundum, & c. per principalem 9. q. 3. exemerit dictum monaſterium à iuriſdictione epi, abbatis, & cuiuſcũque alterius perſonæ, quod eum potuiſſe facere in dubium minimè reuocandum eſt, ut in c. ſi Papa, de priuil. lib. 6. (Facit c. ij. & c. dubium, & c. quãuis, eod. lib.) ergo non põt monaſterium S. Crucis aliquã ſubiectionẽ in dicto monaſterio prætendere. Si. n. præiudicatur epo, cuius poteſtas eſt ordinaria, etiam ſup monaſterio 18. q. 2. c. monaſteria, & c. abbates, & c. ſi quis abbas, & c. cũ dilectus, & c. cũ venerabilis, de reli. do. fortius debet piudicare abbati S. Crucis prætendenti ſuperioritatẽ in dicto monaſterio de iure ſpãli, arg. c. dilectus de

de offi.delega. & in authen multomagis, C.de epiſ.& cle.
¶Secundò aggrediendo pariter tertium dubiũ, adiuuat
vnio nouiter facta per dominum Martinum Papam ho-
diernum, eo ꝙ illud monaſterium vniuit fratribus Ci-
ſtercien. ſubtrahendo dignitatem abbatialem, quod in-
dubitanter facere potuit, ut in c.ſicut vnire, de exceſſ.p̃-
la. & in c.& temporis qualitas 16.q.1. ¶Sed his non ob-
ſtantibus ſententiam puto præualere contrariam ꝙ ꝑ pri
uilegium Alexandri, uel vnionem factam per dominum
Martinum nullum præiudicium fuit irrogatum iuri mo-
naſterij S. Crucis. Moueor primò, q̃a de intentione prin
cipis eſt nunquã præiudicium facere iuri tertij, niſi de eo
ſpecialem mentionem faciat, ut in c.ſuper eo, de offi.de-
leg.& in l.ij.§.ſi quis à principe, ff.ne quid in loco publ.
¶Sed in caſu noſtro non fuit facta ſpecialis mentio de iu-
ribus cõpetentibus monaſterio S.Crucis; ergo talia pri
uilegia non obtinent firmitatem in præiudiciũ illius mo
naſterij. Non obſtat, ꝙ in priuilegio Alexandri, ſeu Gre
gorij fuerit dictum, ut nulli abbati ſubiaceret &c. quia
iſta non eſt ſufficiens mentio, ut præiudicet iuri monaſte
rij: quia mentio debet eẽe ſpecialis, ut in c.ij. de dolo &
contu. & quod ibi no.per doct.in c.cum dilecta, de reſcr.
& bonus tex.in c.bonæ, de confirma.uti. potuit.n.Papa in
ſuo priuilegio intelligere de abbate, qui in certis reli-
gionibus vnitis uocatur pater Abbas, cui per illam exé-
ptionem modicum præiudicium generabatur: ſecus auté
dicendum reſpectu iurium prædictorum competentium
monaſterio S.Crucis, cum ſi illa exéptio ualeret, ma-
gnum præiudicium generaretur dicto monaſterio ſan-
ctæ Crucis. ¶Secundo adducitur c.j. de conſtit.lib.6. ubi
dicitur, ꝙ Papa per ſuam conſtitutionem non cenſetur
uelle tollere ſtatuta & conſuetudines, cum in facto con-
ſiſtant, niſi de eis fecerit mẽtionem; ergo fortius idem di
cendum in priuilegio, quod minime emanat cum tanto
conſilio, ſicut ius cõmune, ut ibi no. ¶Tertio facit, quia
Alexander noluit ſimpliciter derogare iuri monaſterij
S. Crucis. Sed dixit, ꝙ per hoc priuilegium exemptionis
nõ deberet recedere à charitate S. Crucis, prout in alio
priuilegio dixerat. vnde credẽdum eſt, ꝙ ꝑ illa uerba uo
luit reſeruare oĩa iura ſpecialia competẽtia monaſterio
S. Crucis. non.n.reſeruaret illi charitatem, immo rece-
deret à charitate, ſi uellet ſibi ſubtrahere iura cõpeten-
tia. facit.c. quãto, de cenſi. & c.charitas, de pœ.diſt.2.& in
hoc eſt fienda larga interpretatio, ne præiudicetur iuri
alterius ſine cã iuxta no. per Bar.in l.omnes populi, ff.de
iuſti.& iu. l.non dubium, C.de legi. c.cum dilectus, de cõ-
ſue. & l.ij.C.de noxa. facit quod no.Inno.in c.dudum, de
priuil. ubi dicit, ꝙ omnia priuilegia præiudicialia ſtricte
ſunt interpretanda, & quãtum fieri poteſt, ad iuris con-
ſonantiam reducẽda, ff.de vul.& pup.l.ex facto, & de de-
ciſi.ſuggeſtum. Et idem ibi dicit de priuilegio exéptio-
nis. Eadẽq; concluſio fienda eſt per omnia reſpectu ter-
tij dubij, ſ quo ad vnionem nouiter factam per dominum
Martinum. Nam cum de prædictis iuribus cõpetentibus
monaſterio S. Crucis non faciat ſpecialem mentionem,
non tenuit tanquã ſurrepticia, cum ꝑ illam vnionem prę
iudicaretur monaſterio S. Crucis tã reſpectu ſubiectio-
nis, q̃ reſpectu confirmationis abbatis, cum ꝑ illam vnio-
nem ſit adempta & ſuſpenſa dignitas abbatialis, & p̃ſer-
tim ſine aliqua dubitatione corruit dicta vnio: quia ne-
gari non põt, quin monaſterium S. Crucis ſaltem habeat
poſſeſſionem iuris confirmandi abbatem, licet exercitiũ
fuerit ſibi & aliis prælatis interdictum per reſeruationes
ſummorum Pontificum. cum ergo abbas S. Crucis erat
in poſſeſſione tẽpore illarum reſeruationum; ergo & nũc
eſt in poſſeſſione, cum non defecerit pro eo, quominus
ſuam poſſeſſionem continuaret. Nam non ualenti agere
non currit præſcriptio, ut in c.quia diuerſitatem, de con-
ceſſ.præben. & in l.j.C.de anna.excep. Et per conſequẽs
clarè colligitur, ꝙ priuilegium vnionis non ualuerit: q̃a
non fecit mentionem de poſſeſſione S. Crucis bona fide
habita, ut expreſsè uoluit Innoc.in c.dudum, de priuile.
& glo.in d.c.ij.de deciſ.lib.6. ¶Circa uero ultimum du-
bium, nũquid ſaltem per præſcriptionem ſit derogatum
iuribus competentibus monaſterio S. Crucis, cum iam
ſint elapſi 40.anni & ultra, ꝙ nullũ ius ſubiectionis exer-
cuit in monaſterio S.Bartholomæi: & certe reſpectu iu-
ris confirmandi dicendum eſt, ꝙ nõ poteſt monaſterium
S. Crucis notari aliqua negligentia propter uim reſer-
uationum, ut ſupra dixi. Sed de aliis iuribus poteſt du-
bitari. Et nunquid monaſterium S. Crucis poſsit ſe tueri
præſcriptione cẽtenaria uigore priuilegiorum Feder.&
Henrici imperatorum poſtea approbatorum per Papam
Honorium IIII. & uidetur primo, ꝙ non: quia impe-
ratores non potuerunt priuilegiare monaſterium in prę
iudicium fori eccleſiaſtici, ut no.Inno.in c.nuper, de te-
ſtibus. Cum ergo iure canonico cautum ſit, ut vna eccle
ſia poſsit ſe tueri præſcriptione 40.ann.contra aliam ec-
cleſiam, ut in c.de quarta, & c.ad aures, de præſcript. er-
go non debet prodeſſe priuilegium imperatorũ; facit c.
dudum, de deciſ. & c.eccleſia S. Mariæ, de conſti.& 96.di
ſtin.bene quidem. Nec obſtat approbatio Honorij Papæ
3 multiplici ratione. ¶† Primò, quia cõfirmatio in forma
cõmuni facta parum prodeſt. vnde non ualidat actũ nul-
lum, ut leg. & no.in c.quia diuerſitatem, de conceſ.præb.
& c.fi.de confir.uti. dicitur aũt facta in forma cõmuni, &
non ex certa ſcĩa, qñ non inſeritur totus tenor rei confir-
matæ: uel cum non apponitur clauſula, ex certa ſcientia:
uel aliter non appareat de certa ſcĩa rei confirmatæ iu-
xta no.in c.j. & c.antepe.de confir.uti. Sed in caſu noſtro
non apponitur tenor in confirmatione illorum priuile-
4 giorum, nec clauſula, ex certa ſcientia, ergo &c. ¶† Præ-
terea priuilegium imperatorum ualet quo ad ſuos ſub-
ditos, ut l.cunctos populos, C.de ſum.tri. & facit qđ leg.
& no.in l.fi.de iur.om.iu. & in c.à nobis, de ſent.excom.
ergo confirmatio ualet ſolum quo ad ſubditos. ¶Sed his
non obſtantibus contrarium arbitror de iure procedere.
moueor principaliter: quia dñs Papa in ſuo priuilegio
non fuit uſus uerbo, confirmamus: & ſic non põt dici, ꝙ cõ
firmatio fuerit in forma cõmuni: ſed uſus fuit uerbo, ſan-
cimus: ꝑ quod uerbum non inducitur confirmatio; ſed po
tius legis nouæ editio, arg.in c. generali, de elect.lib.6.
5 ¶†Hinc ſanctio eſt nomen conſtõnis canonicæ, ut no.glo.
1.diſt.in ſumma. ſic dicimus in uerbo, cenſemus. qđ eſt no
ui iuris inductorium, ut no.gl.in cle.j.de conceſſ.præb.in
uerbo, cẽſemus. vnde põderanda ſunt uerba imperatorũ.
Et ipſe imperator ſimpl̃r decreuit, ut nulla præſcriptio
minor centenaria curreret contra monaſterium S. Cru-
cis, nec reſtrinxit ſe ad perſonas ſeculares, uel eccleſiaſt.
¶Honorius uerò ſuperueniens inquit, præterea omnes
libertates & immunitates à diuæ memoriæ Feder.& Hé-
rico imperatoribus uobis & ordini ueſtro conceſſas ra-
tas & gratas habemus, & eas futuris temporibus illiba-
tas manere ſanximus, &c. quæ uerba clarius luce demon
ſtrant, ꝙ Honorius non ſimpliciter & in forma cõmuni
uoluit confirmare: imo principaliter diſpoſuit legẽ pri-
uatam edendo. Nam quod principi placuit, legis habuit
uigorem, inſtitu.de iure natu.gen.& ciui. §.ſed qđ prin-
cipi; & omnia noſtra facimus, quibus autoritatem noſtrã
impartimur, ut in l.j.C.de uete.iu.enucl. & bo.tex. in ſi-
mili in c.ad apoſtolicæ, de præben.lib.vj. Vnde potior eſt
6 nunc lex Papæ, quàm imperatoris. ¶† Præterea uidemus
ꝙ ſi lex ciuilis canonizatur per papam, habet canonis ui-
gorem, ut in.c.in primis, & ibi bona gl.2. q.j.no.doc.in.ca.
2.de reſcri. fortius ergo debet dictum priuilegium im-
peratorum habere iura canonis, cum papa expreſſe ſan-
xerit, ut illa illibata permaneant. & licet non expreſ-
ſerit, quæ ſint illæ immunitates, ſatis habentur pro
expreſſis, ex quo Papa ad illa priuilegia ſe retulit, ut
in cap. auditis, de præſcript. ubi bonus text. in ſimili,
& l.pen.C.de ſenten. quæ ſine certa quanti.& in cap.cum
Bertoldus, de re iudic. hoc idem probatur per optimũ ſi-
mile Nam à principio imperator fuit, qui dedit priuile-
gium eccleſijs circa materiam præſcriptionis, ut l.fi. cum
auc.quas actiones.C.de ſacroſ. eccl. ¶Poſtea ſuperuenit
ius canonicum, & illas leges approbauit in genere; ut in c.
cum nobis, de pręſcrip.& per hanc approbationem habue
runt uigorem etiam quo ad forum eccleſiaſticum, & in-
ter eccleſias; & per hoc colligitur unum motiuum quod
allegatur contra monaſterium S. Crucis, uidelicet quòd
approbatio Papæ non deberet habere locum contra ipſũ
Papam præſcribentem. nam primo poteſt de directo ne-
gari, quòd hoc Papa præſcripſerit. Nam ſubtractio cẽſus
præſcribitur per monaſterium ſancti Bartholomæi, & nõ
per papã. unde p̃ſuppoſito, ꝙ eccleſia ſancti Bartholomęi
eſſet exempta, tamen in ſuis iuribus, maxime cum agitur
de præſcriptione annua, non gaudet priuilegio eccleſiæ
Romanæ, ut no.glo.in c.dilectus, de capel mona. & in ca.
ad audientiam, de præſcrip. doc.in c.cum nobis, eod.tit.&
xvj.q.4.uolumus. ¶Item præſuppoſito, & non conceſſo, ꝙ
hic Papa pręſcripſiſſet, attamen priuilegium per eum cõ
ceſſum debet habere locum indiſtinctæ, ex quo generali
ter conceſſit Nam priuilegium largiſſimam interpreta-
tionem recipit contra priuilegiantẽ, ut no.Bar.in l.benefi
ciũ, ff.de conſtit.princ.& Inn.in c.cũ dilecti, de don.& c.cũ
olim, de uerb.ſign. ubi per Io.An. facit c.cum dilectus, de
conſue. Per hoc, illud ſapientis eſt, Patere legem, quã tu
ipſe tuleris & quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, ipſe
debet uti eo, ut in c.cum omnes de conſti. hoc aperte ſen
tit dominus Ant.in c.cum nobis, de præſcrip. ubi uoluit,
quòd Papa poteſt præſcribere ꝯ eccleſiam inferiorem ſed
ſpatio.xl.anno.& tamen illud tempus 40.anno. habet ec-
cleſia ex priuilegio &. iure ſpeciali per Papam approba-
to, ſeu inducto. ergo idem dicendum in iſto priuilegio
centum annorum; & hoc tenendum habito præſertim
reſpectu, quòd præſcriptio eſt odioſa & reſtringenda,
ut in c. cum contingat, de deci.cum ſimi. Et hæc ſuffi-
ciant nec oportet aliter ad contraria condeſcendere,
cum ſatis remaneant per prædicta ſoluta & clara: &
ita, ut ſupra per me concluſum extitit, dico & con-
ſulo iuris eſſe. Ego Nico.de Sicilia Monacen.abbas & de-
cretorum doctor & in teſtimoniũ me propria manu ſub-
ſcripſi, & ſigillum meum apponi feci, meliori iudicio
ſemper ſaluo.

## CONSILIVM CIII.

1 *Statutum ciuitatis habentis imperium diſponens quo ad ſubditos ſuos, ut rebelles patriæ ſuæ impune poſsint offendi, an ualeat.*

2 *Delinquens in una diœceſi poteſt priuari omnibus beneficijs etiam quæ habet in alia.*

3 *Ciuitas habens iura principis poteſt ratione delicti publicare bona delinquentis ubicunque ſita:*

PLacet mihi ſecũda eximij doctoris domini Be
nedicti concluſio pro quã ultra per eum
allegata adduco autoritatem Bart.in l. infamem
in fi.de publi.iud. ubi dicit, quòd quælibet ciuitas non re
cognoſcens in ſe ſuperiorem habet liberum populum, &
merum imperium in ſeipſa, & tantam poteſtatem habet
in populo ſuo, quantam imperator in uniuerſo. ¶Ad hoc
facit, quod legitur & notatur in l.hoſtes, ff.de ca. facit qđ
no.Bal.in l.decernimus, C.de ſacroſ.eccl. Et optime facit
qđ legitur & notatur in c.per uenerabilẽ, in uer.in ſuper
qui filij ſint legi.& per Inn.in c.cum P.Tab.de fid. inſtru.
& c.cũ te, de re iud. ¶Sicut ergo rebellis imperio ꝑdit om
legem, & ſequitur Bar. in d. l. una. Et eſt ratio, nam ſpeciale priuilegium imperatoris eſt, ut poſſit rem alienam alienare, qñ habet in illa aliquã partẽ, ut in iuribus proximè allegatis, ſecus aũt, qñ nullam partẽ habet, & ſciat eã alienã. Non. n. pŏt imperator regulariter aliena largiri, ut no. in l. reſcripta, C. de p̃ci. imp. offe. per Cy. & Bart. in l. fi. C. ſi ꝗ̃ ius uel uti. publi. per Inn. in c. q in eccleſiarũ, de cõſt. ſed rex Franciæ ueroſimiliter ſciebat illũ comitatũ Bigorræ, ad illos ꝑtinere: qm̃ fuerat lõga cõtentio in curia parlamẽti ſuper eo inter regẽ Angliæ, & eccleſiam Auiciẽ. & inter dñam Cõſtãtiã, & eãdẽ eccleſiam. Itẽ ſucceſſores dñæ Cõſtãtiæ uſque in hodiernũ diẽ ſẽper inſtiterũt apud reges Frãciæ pro tpe exiſtentes pro recuperatione dicti comitatus, ut dicitur in narratione facti. Et fama debet eſſe ueroſimiliter in illis, ꝙ comitatus iſte ad illos dominos de Fuxo pertinet. Per hæc. n. & denuntiationes ſæpe factas præſumitur mala fides poſſidẽtis, ut no. dicit Bar. in l. Celſus, ff. de uſuc. maximè quia in graui & notabili facto prout erat iſtud, præſumitur memoriam extare, licet multa ſint tpa lapſa, ut in c. cũ illorum. §. circa, de ſen. excõ. & xvj. diſt. ꝙ dictis; facit qđ no. Inn. in c. ex literis de iureiur. ¶ Scđò pŏt reſponderi, ꝙ illa l. bene à zenone, ponit priuilegiũ ſpecialiſſimũ imperatoris & Auguſti, q ſuis conſilijs ſuiſque laboribus pro toto orbe terrarũ die noctuque laborant. unde non immeritò ſi habeant dignã ſua p̃rogatiua fortunã, ut dicit ibi tex. ꝑpe finẽ. Hoc aũt priuilegiũ nõ attribuit ſibi Rex Frãciæ, ergo nõ extendendũ, ut in c. ſanè, de priuileg. & 7. q. j. peritiſsimi. Et maximè quia in eo nõ eſt eadẽ rõ in hoc, quæ ĩ imperatore, cũ non laboret pro uniuerſo orbe. ¶ Tertia reſpõſio, certum eſt, ꝙ alienatio facta per eccleſiã Auiciẽ. tpe litigij nõ ualuit, ut in l. fin. C. de litig. & c. eccleſia, ut lit. pen. & ꝑ cõſequẽs remãſit de iure proprietas illius feudi apud eccleſiã illã. lex aũt bene à Zenone, nõ habet locũ in rebus eccleſiæ, quia nõ potuit imperator ſe priuilegiare in præiudiciũ bonorũ eccleſiæ, ut in c. quæ in eccleſiarum, & c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſti. & in l. fin. ff. de iuriſdi. om. iudi. & c. paſtoralis, de re iudi. ubi bonus tex. ad materiam noſtram. ¶ Quartò ſubtilius poſſet reſpõderi, ꝙ l. bene à Zenone, præalle. habet locum re alienata exiſtente penes aliũ, & hoc ne inquietetur ille, qui habuit rem ab imperatore, nec ipſe imperator inquietetur in æſtimatione, meritò fuit præfixum tempus ad agendum, ut ibi. Sed in caſu noſtro ceſſant hæ rationes, cum res reuerſa ſit ad ipſum regem. Nec liceat ipſum dñm regẽ locupletari cum iactura aliorũ, maximè ſubiectorũ, ut in c. locup. de re. iu. li. 6. & in l. nam hoc natura, ff. de condi. indebi. & cũ illa lex ſit odioſa, debet reſtringi, quantũ fieri pŏt. l. ſi præſes & l. pe. ff. de pœn. & c. odia, & c. in pœnis, li. 6. ¶ Ex quibus cõcludo, ꝙ aut dicta alienatio nullo mõ ualuit, aut ſi ualuit, redijt ad priorem ſtatum, cũ ſit reuerſus ad ſucceſſorẽ uniuerſalem illius dñæ reginæ, & ad malæfidei poſſeſſorem.

¶ Decimaoctaua quæſtio. Vtrum diligentiæ factæ per hæredes dictæ Conſtantiæ, ut ſuppoſitum eſt in narratione facti interruperint præſcriptionem dictæ reginæ, & ſuorum hæredum, ſi qua fuit. hæc quæſtio poteſt primò decidi per ea quæ ſupra dixi in 14. q. 15. q. Non. n. potuit hic habere locũ præſcriptio rationibus ibi dictis. ſed præſuppoſito, ꝙ locum habuerit, ut quæſito locũ habuerit, ut q̃ſito ſatisfiat, an per illas diligentias fuerit facta interruptio. In hoc animaduertendum, quòd domina Conſtantia fuit ſpoliata dicto comitatu Bigorræ per reginam. Vnde præſcriptio ab illo tempore & non ante debet conſiderari, quia ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit, ut in regula, ſine poſſeſſione, li. 6. Ab illo uerò tempore cũ domina regina fuerit uiolenta, non potuit indubiè inchoari præſcriptio, inſt. de uſuc. §. furtiuè, cum ſeq. Nam ſi legitimum habuiſſet titulum, non debuiſſet propria authoritate poſſeſſionẽ uiolenter inuadere, ut l. ſi. C. ſi per uim. uel

9 alio mõ, & l. ſi ex ſtipulatione, ff. de acqui. poſ. † Nam rem propriam non poteſt quis uiolenter inuadere. Quod ſi fecerit, incidit in pœnam. l. ſi quis intantam. C. unde ui, & xvj. q. vj. c. placuit, ut priuari debeat dominio illius rei, ſi erat ſua. ſin aũt, cogitur rẽ cum æſtimatione illius reſtituere, ut in dictis iuribus. Præterea cum dicta domina regina fuit placitatum in curia regis, & per litis conteſtationem uel ubi non exigitur ex priuilegio cauſæ per actũ, qui ſolet fieri poſt litem conteſtatam, inducitur interruptio p̃ſcriptionis ciuiliter, ut in §. pŏt xvj. q. iij & l. pen. C. ne de ſtatũ defun. not. gl. in c. illud, de præſcrip. & Bar. in l. naturaliter, ff. de uſuc. Denique huic Reginæ ſucceſſit dominus Ludouicus rex filius ſuus in dicto comitatu Bigorræ qui quidem dominus Ludouicus præſcribere non potuit tùm quia erat ſucceſſor uniuerſalis matris, quæ fuerat malæfidei poſſeſſor, ut in l. cum hæres, ff. de diuer. & tempo. præſcrip. tùm quia res iam fuerat in litigium deducta cũ defuncta, tùm quia ipſa poſſeſsio comitatus fuerat uitioſa, quia inuaſa uiolenter. Vnde nocuit etiã ſucceſſori, ut d. l. uitia poſſeſſionum, C. de acqui. poſ. & in d. §. furtiuæ. Tertio dicti comitatus poſſeſſionem dñs rex Ludouicus poſt coronationem ſuam tranſtulit in dominũ Karolũ comitẽ Marchiæ fratrem ſuum. Iſte ẽt licet eſſe ſingularis poſſeſſor, præſcribere non potuit tùm quia erat in mala fide, quæ præſumenda eſt ex fama loci, quæ habebat, ꝙ dictus comitatus pertineret ad dominã Cõſtãtiã, iuxta no. per Bar. in l. Celſus, ff. de uſuc. tum quia etiã de iure ciuili ſaltem intra triginta annos nõ potuit præſcribi per quemcunque, etiam ſingularẽ ſucceſſorẽ, ꝑ ꝑ uitium reale, quod comitatur quẽcunque ſucceſſorem d. l. uitia, cũ gl. in d. §. furtiuæ. cum ſeq. Item non potuit transferre in iſtum Karolũ, cum ſuper ea lis penderet iam inchoata cũ domina regina, quę etiam tranſiuit in ſucceſſorẽ. ſ. dominum Ludouicum. Nam iudicium nõ extinguitur per mortem alterius litigãtis, ut in aut. principales, C. de iura. cal. & no. gl. in c. fi. de arbi. Alij uerò poſtmodum ſuccedentes in regno Franciæ, & in dicto comitatu ſpecialiter non exprimuntur in caſus narratione. nec ſpecificè dicitur, qualem diligentiam adhibuit comes Fuxi, Phœbus uulgariter nuncupatus, ſeu alij prædeceſſores, uel ſucceſſores ſui ſed in genere dicitur, ꝙ multas diligentias adhibuerunt, unde non potui compræhendere, an eſſent ſufficientes ad interrumpendam præſcriptionem, ſi qua fuiſſet inchoata, cum non omnis diligentia ſufficiat ad interrumpendã præſcriptionem, ut patet in l. ut perfectius, C. de anna. excep. & xvj. q. iij. c. placuit. § hæc de præſcriptionibus, uer. is autem cuius. Et ideo non poſſumus in hoc dare ſpeciale reſponſum, de ſpon. c. de muliere. Sed in genere dico animaduertẽdũ, ꝙ præſcriptio quandoque interrumpit̃ naturaliter, quandoque ciuiliter, quandoque uerò dormit, ita nõ currit, nec interrũpitur, ſed illud tẽpus de medio ſubducitur; & de his plenè uideatur per gl. & doctores in c. illud, de præſcrip. & per Bar. in d. l. naturaliter qui illam legem commentauit. Et inter cætera ad propoſitum noſtrum dormit præſcriptio, quando tanta eſt hoſtilitas, ſeu guerra in loco quòd ius non redditur, ut in c. ex tranſmiſſa, de præſcri. & ibi per Inn. & Bar. ubi ſ̃. Idẽ ſđm Bar. ibi, qñ ita ſæuit mortalitas, ſeu peſtilẽtia, ꝙ ius in loco non redditur conſimili ratione, quia eſt hoſtilitas dei ita, quod tẽpora iſta debent ſubduci de præſcriptione. Et arbitror, ꝙ iſta fuerunt multa in regno Franciæ propter maxima guerrarum diſcrimina, quæ uiguerunt, & uigent

10 in illo regno. † Item interrumpitur præſcriptio per litis conteſtationem, ut ſ̃. dixi. Et dicit glo. no. in regula, ſine poſſeſsione, de reg. iur. lib. vj. ꝙ de iure canonico ſemel ſic interrupta, amplius nõ poteſt præſcribi: quia uidetur reus titubare de iure ſuo, & non habere bonam fidem. ¶ Sed de iure ciuili requiruntur de nouo quadraginta anni. Sed in hac materia peccati ſtandum eſt iuri canonico, ut no. glo. in regula, poſſeſſor, lib. vj. & idem dicit glo. no. in c. j. xvj. q. iij. C. de ſacroſan. eccle. l. priuilegia. Item tempore pupillaris ætatis non currit præſcriptio, l. ſicut, C. de præſcrip. triginta uel quadraginta annorum. facit l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. & ideo ſi quis de ſucceſſoribus dominæ Conſtantiæ primò ſpoliatus fuit pupillus, ſunt tempora illa pupillaris ætatis de medio tollenda. Præterea de iure canonico interrumpitur præſcriptio, quandocunque ſuperuenerit mala fides, i. conſcientia rei alienę, ut in c. uigilanti, & c. fi. de præſcrip. & regula, poſſeſſor malęfidei, lib. vj. no. Bar. in d. l. naturaliter, ff. de uſucap. ¶ Item aduertendum, quòd ſi quis non ualuit litem conteſtari uel propter aduerſarij abſentiam, uel furoris laborem, cum neminem tutorem habeat, uel curatorem, uel quia in magna poteſtate conſtitutus eſt. Et notandum eſt hoc ultimum in materia noſtra. nam tunc debet proteſtari apud iudicem loci, & coram eo libellum quęrimonię deducere; & ſi non poteſt habere pręſidem, hoc faciat coram epiſcopo, & ſuã manifeſtet uolũtatẽ; & ſic faciendo interrũpit præſcriptionẽ aduerſarij: & ſi non pŏt habere pręſidem, uel epiſcopũ, tunc hoc faciat corã notario, & in defectũ notarij corã tribus teſtibus. Hæc omnia habentur in l. ut perfectius, C. de anna. excep. & xvj. q. iij. c. placuit. §. hæc de præſcriptionibus. Ex his poterit procurator domini comitis de Fuxo multũ inſtrui ad eneruãdũ prorſus præſcriptionẽ alterius partis, uel ĩ totũ allegãdo malã fidẽ, ut ſuprà dixi, uel interruptionẽ, uel tollẽdo illa tẽpora de medio, in quibus prę̃ſcriptio dormiuit, ut ſuprà. Et ſufficiãt ad iſtã q̃õnẽ.

¶ Decimanona q̃õ. Vtrũ priuilegiũ per comites Arminiaci, & Perdiaci prætẽſum, præſtet aliquod impedimentũ donationi domino comiti Fuxi factæ, aut det iuſtam oppoſitionis & appellationis cauſam, quominus ſortiatur effectum? & ſi tale priuilegium, aut pactũ, inter regẽ & ſuos ſubditos habitũ, ſit de iure ualidũ, & tenendũ, attentis uel obſtantibus multis in donatione oppoſitis, quę de pactis huiuſmodi uidentur facere mentionẽ. Ad hanc q̃õnẽ breuiter reſpondeo, ꝙ tale priuilegiũ ſeu pactũ nullius momẽti eſt, niſi appareat de intereſſe aliquo dicti comitis Arminiaci. tex. eſt apertus, & ibi glo. & docto. in l. nemo paciſcendo. ff. de pactis. ubi expreſsè patet, ꝙ nedum princeps, imò nec priuatus pŏt eo pacto ligari, ut rẽ ſuã nõ alienet. idẽ not. per Bar. in l. filij. §. diuus, ff. de leg. j. & in l. ea lege, C. de condi. ob cauſam. hinc tex. no. in l. quoties, ff. de ſeruitu. dicit, quòd nõ pŏt cõſtitui ſeruitus, ſi nihil intereſt accipientis: ueluti ſi ſtipulor, ne per fundũ tuũ eas: aut ne ibi conſiſtas: & ideò ſi mihi concedas ius tibi non eſſe fundo tuo uti frui, nihil agitur, ut ibi. ſi autem poteſt dominus comes Armĩniaci aliquod intereſſe prætendere, ut dictus comitatus Bigorræ non ponatur extra manũ regiã; & tunc dico, quòd licet poſſit ualere pactum, aut priuilegiũ, ne alienet: nõ tamẽ tale pactũ pŏt impedire dominij trãſlationẽ, ſi de facto alienetur. tex. eſt & glo. & clarius ibi per Bar. in d. l. ea lege, & idẽ no. in d. §. diuus. & d. l. nemo, & in l. fi. C. de pact. conuen. inter empt. Idẽ notãter dicit Inno. in c. Raynaldus, de teſta. ubi plenè hanc materiã proſequitur. ubi in ſumma dicit, quòd pactum nõ poteſt facere, ut alienatio facta non teneat, uel quod dominiũ non trãſeat in accipiẽtẽ: ſed paciſcens agere pŏt ad intereſſe, uel ad pœnã; allegat no. in d. l. ea lege. ſi ergo pactũ etiã ueſtitũ nõ impediat dominij trãſlationẽ, fortius nec priuilegiũ alienãtis, cũ minus liget priuilegiũ, quàm pactũ; ad hoc quod not. in c. ſuggeſtũ, & c. dilecti, de deci. ualet enim priuilegiũ, ſi intereſt accipientis, ut legi. & not. in l. j. §. ſi quis hoc conceſſerit, ff. de aqua quoti. & æſti.. tamẽ nõ pŏt impedire dominij trãſlationẽ, ut no. in d. l. fi. C. de pac. inter emp. Fallit hoc ſecũdũ Bar. in dictis iuribus, quãdo is, qui pactũ appoſuit, ut non alienetur, reſeruauit ſibi ius aliquod in illa re; & ſic intelligit tex. no. in l. ſi creditor, §. fi. ff. de diſtra. pig. ubi patet, quòd ſi creditor recipiẽs hypothecã alicuius rei apponat pactũ, ne illa res alienetur, impeditur dominij trãſlatio, ut ibi eſt caſus ſingularis. Sed in caſu noſtro nullũ ius cõpetit comiti Arminiaci in illo comitatu. ideò pactũ, uel cõceſsio nõ fuit ſufficiens ad dominij trãſlationẽ in dominũ comitẽ Fuxi impediendã. Præterea dico, quòd cũ rex Frãciæ in cõceſsione domino comiti Fuxi facta reuocauerit oẽs literas, & omne priuilegiũ alteri cuicũq; conceſſum, cõtinens, ut nõ poſsit dictus comitatus alienari, ut patet in cõceſsione facta domino comiti Fuxi, non potuit, nec pŏt dictus comes Arminiaci ſuũ priuilegiũ allegare, utpote reuocatũ. quod reuocatio ualuerit, probatur ex his, quæ legũtur, & notãtur, maximè per Inno. in c. in noſtra, de iniur. ubi tex. in hoc notabilis. ex quo ex dictis ꝑ Inno. ibi colligitur, quòd ſtatutũ priuilegiatiuũ ibi collatũ in ſubditos, pŏt reuocari per ipſos ſtatuẽtes; quòd intelligo, quãdo priuilegiũ cõtinet factũ ſucceſsiuũ, ſicut in caſu noſtro, eodẽ modo intelligendo dictũ Inn. in c. nouit, de iudi. qđ ſequitur Archi. xj. q. j. c. quicunq;, & Ioã. And. in c. cõſtitutus, de relig. do. Dicunt enim iſti, quòd priuilegiũ cõceſſum nõ ſubdito, puta eccleſiæ ꝑ principẽ ſecularẽ, reuocari amplius nõ pŏt, arg. in l. perfecta donatio, C. de dona. quæ ſub modo: ſecus, ſi eſt cõceſſum ſubdito: quia illud reuocari pŏt, ut patet in d. c. ſuggeſtũ, & c. dilecti, & de cõceſ. præbẽ. deteſtãda, & c. ueniẽs, de præſcrip. cũ ſimilibus. Si autẽ priuilegiũ trãſiſſet in ꝯtractũ, uel quaſi, tunc non poſſet amplius reuocari; ut puta ſi fuiſſet dictũ. Quicunq; iuerit ad habitãdũ ad talẽ ciuitatẽ, gaudeat ĩmunitate tot annis, tale priuilegiũ ſeu ſtatutum priuilegiatũ nõ pŏt amplius reuocari reſpectu eorũ, qui iuerunt: ſed reſpectu aliorũ ſic, ut not. Bar. in l. oẽs populi, ff. de iuſti. & iur. & l. quod ſemel, de decre ab ord. faci. & l. ſemꝑ, de iure immu. Idẽ dico, quãdo priuilegiũ contineret actũ momẽtaneũ, qui trãſiuiſſet in ius gẽtiũ, ut ſi princeps aliquid mihi donaſſet, uel infeudaſſet. illud enim ſine cã amplius reuocari non pŏt, ut in c. 1. de feu. ſine cul. non amit. & c. uno, de natu. feu. & ſic intelligo qđ utrobiq; not. Bal. Et ex prædictis concludo, quòd nec priuilegiũ, nec appellatio potuit impedire dicti comitatus Bigorræ tranſlationẽ: tùm quia priuilegiũ non ualuit: tum quia p̃ſuppoſita ualiditate fuit reuocatũ; tùm quia p̃ſuppoſito quòd nõ potuiſſet reuocari, nõ potuit impedire dominus rei regis trãſlationẽ, ut patet ex p̃dictis. Et de appellatione, ꝙ non habuerit impedire patet, quia appellatio extraiudicialis nil operatur, ſi eſt iniuſta, ſicut erat in caſu noſtro, ut patet ex prædictis, ut probatur in c. cũ nobis, de ele. Itẽ quãtũcũq; ſit iuſta, non habet impedire, quominus interim poſsit uti iure ſuo, ut no. dicit Inno. in c. cũ inter canonicos, & c. quia propter, de elect. & c. interpoſita, de appel. & c. ad diſſoluendum, de deſpon. impub. Nec obſtat iuramẽtũ regis p̃deceſſoris, ſi qđ fecit: quia illud non extẽditur ad ſucceſſorẽ, in c. ueritatis, de iureiur. quinimò, etiam ſi fuiſſet prę̃ſtitus ab iſto rege donatore, nõ habuiſſet impedire dominij trãſlationẽ illius comitatus Bigorrę; quia actus

actus geſſus ꝙ iuramẽtũ tenet, licet contrauenieus ſit per-
iurus, ut in c. ſicut, de ſpon. not. Inno. in c. dilecto, de ap-
pel. tenet Ioã. Andr. in regula, quod ſemel, de reg. iur. lib.
vj. in Mercu. ſentit glo. 3. 13. q. 2. c. ultima uoluntas. nec ob
ſtat ſi opponat̃ de c. intellecto, de iureiuran. ubi patet, ꝙ
non tenet alienatio facta in ꝓiudiciũ regis, ẽt cũ iuramen
to. Ad hoc enim plenè reſpondebo infra ſuper q̃õne. 26.
ubi melius cadit. ¶Ex his infero ad ſolutionẽ uigeſimę q̃õ
nis, quæ fuit, utrũ poſt oppoſitionẽ, & appellationẽ comi-
tis Arminiaci innouata ueniãt retractanda? dico enim, ꝙ
non: quia oppoſitio, & appellatio fuerũt iniuſtę. & ꝓſuppo
ſito, ꝙ fuiſſent iuſtæ: non tñ potuerunt impedire dñij traſ
lationẽ; & ſic amplius nõ põt agi cõtra dictũ comitẽ Fu-
xi, qui legitimè obtinuit dictũ comitatũ, cũ pactũ ſeu pri-
uilegiũ de non alienãdo rẽ propriã (eſto qđ interſit paci
ſcẽtis) nõ tamẽ afficit ipſam rẽ, ut nõ poſſit alienari, ut pa
tet ex iuribus. s. in p̃cedẽti. q. allegatis. ¶Itẽ ſoluit q̃õ. 21.
Vtrũ ſcilicet dicti Fuxi poſſint ad cãm ſuarũ oppoſitionũ
& appellationũ p̃dictarum petere, ꝙ dictus comitatus Bi-
gorræ ad manũ regis ante oĩa reducatur, & poſteà cogno
ſcatur de meritis earũdẽ. Et ut patet ex p̃dictis in duabus
proximis q̃õnibus, dicẽdũ eſt ꝙ non: tùm quia notoriè cõ
ſtat de iniuſtitia appellationũ, & petẽtiũ illã reuocationẽ:
tùm quia priuilegia, quæ redarguuntur de nullitate, aut
falſitate, aut alio uitio, non debent cã pendẽte uacillare:
ſed debẽt obſeruari, donec contrariũ probetur, ut in c. ac
cepimus, de fide inſtru. & in c. cũ perſonæ, de priuil. lib. vj.
& l. cum in p̃cibus, C. de proba. quinimò lite pendẽte non
debet quis poſſeſſione ſua pretextu priuilegij habiti priua
ri, ẽt ſi priuilegiũ ſit contrariũ iuri, ut in c. 1. ut lite pend.
¶Vigeſimaſecunda q̃õ eſt. Vtrum oppoſitio, & appellatio
comitis Perdiaci, quas facit pro baronia ſua de Angulis,
quia de maiori tranſlata eſt in minorẽ, ſit efficax, attento
ꝙ reges Frãcię omni die cõſueuerint uaſallos ſuos, quã-
uis inuitos trãsferre in pares, aut minores, & ita ſeruatur
in Frãcia, ut p̃ſupponitur? Pro ſolutione huius q̃õnis indu
co tex. apertũ in c. uno. §. ex eadem, de lege Corra. coll. x.
ubi expreſsè patet, ꝙ in requirendo conſenſu uaſallorũ
non ſtatur loci conſuetu. ¶Ad idẽ qđ no. Bal. in c. imperia
lẽ. §. præterea ducatus, de prohi. ali. feu. ꝑ Fede. ubi dicit,
11 †ꝙ licet rex prohibeat diuiſionẽ ducatus, uel dignitatis
inter plures hæredes; tamẽ ualet conſuetudo in oppoſitũ,
adijciens, ꝙ nulla lex poſitiua eſt, quæ non poſſit tolli cõ-
ſuetudine cõtraria per l. de quibus, ff. de legi. Ego tamen
hoc dictũ limitarẽ ꝑ c. fi. de conſuetudi. Adduco p̃tereà
bonũ tex. in l. uenditor fundi. §. 1. ff. cõia p̃di. ubi patet, ꝙ
conſuetudo põt p̃iudicare iuri proprio ſingulari. ¶Secun
dò principaliter põt dici, ꝙ licet feudũ non poſſit alienari
inuito uaſallo, ſaltẽ in minorẽ, ut vr̃ innuere tex. in c. 1. §.
ex eadẽ, de le. Corra. & in d. c. imperialẽ. §. præterea duca
tus: hoc tamen uerũ, niſi alienetur cum uniuerſitate, puta
cum ciuitate, aut comitatu, ut in caſu noſtro contingit.
Nã tunc etiã ruſtico põt alienari, ut notanter dicit Bald.
12 poſt gl. in d. §. ex eadẽ. ¶†Et eſt notãdũ ſm̃ eum, ꝙ ruſti-
cus põt emere dignitates, & iuriſdictiones, quæ ſunt pro-
priũ patrimonium uenditoris; qđ dicit menti tenendum.
quinimò plus dicit ibi Bal. ꝙ licet de iure cõi iuriſdictio
nes non poſſint uendi: quia publici iuris ſunt, & æſtima-
tionẽ non capiunt, & maximè merũ imperium, qđ exercẽt
in perſona, quarũ nulla eſt ęſtimatio, ut. ff. ad l. Aquil. l. li-
ber homo: dicit tamen, ꝙ per conſuetudinẽ uſurpatũ eſt;
& ita quotidie uidentur caſtra, & uillę uendi, & emi cum
mero & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione: quæ
conſuetudo uincit legem ſm̃ eũ; ad hoc bonus tex. in c. 1.
de feud. cog. col. x. ubi generaliter diſponitur, ꝙ cauſę feu
dales regulantur ſecũdùm locorũ conſuetudinẽ. Idẽ quo
ad primũ, ꝙ feudũ poſſit cum uniuerſitate alienari, inuito
uaſallo, etiã ceſſante conſuetudine, tenẽt gl. & Bal. in d. §.
p̃tereà ducatus. Concludo ego, quòd duplici ex capite op
poſitio & appellatio comitis Perdiaci pro baronia ſua de
Angulis ſita in comitatu Bigorræ, non eſt iuſta nec admit
tenda. Primò quia conſuetudo eſt in contrariũ. Secundò
quia alienatio fuit facta cũ uniuerſitate comitatus; facit
pro hoc ultimò, qđ legi. & nota. in. c. 1. de capitaneo, q cu.
uendi. ¶Ad uigeſimãtertiã q̃õnem. Vtrũ dicta donatio ex
ſui forma ſapiat naturam donationis, aut reſtitutionis, ad
quã faciendã dicto comiti Fuxi rex de iuſtitia tenebatur?
dico, quòd nullo modo ſapit naturã reſtitutionis, ſed po-
tius donationis, ſeu conceſſionis in feudũ. Hoc primò col
ligitur in uerſi. nos primò attendẽtes, poſt princi. ubi tex.
dicit, quòd cõuenienter non poterat ꝑ formã iuſtitiæ ſine
uocatione partis reddere, & deliberare ſuo conſangui-
neo, ſcilicet dicto comiti Fuxi terras ſupradictas &c. &
ĩmediatè tranſiuit ad formã gratiæ, ibi, conſiderantes ma
gnã legalitatẽ &c. ubi incipit narrare cauſas illius conceſ-
ſionis inductiuas, quæ oẽs ſapiunt gratiã ſpecialẽ: ex cau-
ſis colligitur diſpoſitionis qualitas, & diſponentis mens,
ut in c. intelligentia, de uerb. ſig. quinimò dictum reſtrin-
gitur ex cauſis, ut in l. cũ pater. §. dulciſſimis, ff. de leg. 2.
& in l. ita autẽ, ff. de admini. tuto. & utrobiq; ꝑ Bart. Item
patet ex uerbis diſpoſitiuis ipſius regis in eo, quòd in uer
ſicu. ex iſtis cauſis &c. dicit. ¶Ex iſtis cauſis & alijs, quæ ad
hoc nos mouerunt & mouent, dedimus, tradimus, cedi-
mus, derelinquimus, & tranſportamus, ex gratia ſpeciali
&c. ex quibus uerbis ſatis luculenter colligitur, quòd do-
minus rex non proceſſit reſtituendo ꝑ uiam iuſtitiæ, ſed
transferendo per uiam gratię. pręterea, ſi reſtituiſſet per
uiam iuſtitiæ, non conceſſiſſet in feudum, ſicut conceſſit.
Itẽ procedere non poterat ꝑ uiam iuſtitię, nõ uocata par
te, ſcilicet eccleſia Auicieñ. ut in c. 1. de cã poſ. & propri.
& in c. inter quatuor, de maio & obe. & c. eccleſia ſanctę
Mariæ, de conſtitu. & 3. q. 9. c. caueant, & c. omnis. Quini-
mò ſententia eſt nulla, nõ ſolũ cum fertur contra abſen-
tẽ, ſed ẽt pro abſente, ex quo non interuenit citatio, ut eſt
glo. notabi. quã ſequitur ibi Bart. in l. ea quæ, C. q̃uo & q̃ñ
iudex. facit l. furioſo, ff. de re iudi. Et eſt rõ, quia de iure
nõ põt alteri abſenti ꝑ alterũ acquiri. l. abſenti, ff. de do-
na. & plenius ꝑ Bart. in d. l. ea quæ. facit l. quęcunq; geri-
mus, ff. de actio. & obliga. ¶Vigeſimaquarta q̃õ dependet
ex p̃cedenti, pręſuppoſito, quòd ſapiat naturã donationis,
an dñs comes Fuxi eã recipiẽdo cum adiectis ꝑ regẽ cõdi
tionibus p̃iudicauit iuri matris ſuæ uiuentis ſuper ꝓprie
tate dicti comitatus Bigorræ. Ad hanc q̃õnem dicendũ ar
bitror, quòd in nullo p̃iudicauit iuri matris, tunc uiuen-
tis, licet conceſſio facta domino comiti Fuxi, ſapiat gra-
tiam quia certi & indubitati iuris eſt, ex alterius contra-
ctu neminẽ obligari, nec iuri alterius p̃iudicari, etiã ſi ſit
mater, cui ex facto filij minime p̃iudicatur, ut probatur in
l. penul. & ulti. C. ne uxor pro marito. ¶Plus etiã dico, ꝙ
nec iuri matris, nec ipſius domini comitis, aut eius pote-
ſtatis, ſeu habentium uel habiturorum ab eo cauſam per
hanc conceſſionem regiam p̃iudicatur, duplici ratione.
Prima, quia ſi uerus dominus conducit, uel emit, uel alio
titulo capit rem ſuam ab alio ut aliena, non per hoc per-
dit dominium illius rei, qđ prius habebat; tex. vr̃ apertus
in l. ei à quo, ff. de uſuca. & in l. ſi rem aliquam, ff. de acq r.
poſ. & utrobiq; Bar. & maximè ꝑ eum in d. l. ſi rẽ aliquã.
ubi inter cętera dicit ſe conſuluiſſe in quadã cã in his ter
minis. Quidã nobilis habens quendã fundum proprium,
accepit illum à quodã monaſterio in emphyteoſim: & di-
cebatur



cebatur in inſtrumento, ꝙ monaſteriũ concedebat tali no
bili talem fundum in emphytheoſim. demum nobilis ille
fundum illum, monaſterio non requiſito, alteri uendidit.
monaſterium illũ fundũ tanq̃ ad monaſteriũ deuolutũ oc
caſione alienationis uolebat uendicare. conſuluit Bart. &
alij doctores ſecuti ſunt, ut ipſe refert, ꝙ non poterat: qa
recipiendo rem ſuam in emphytheoſim à monaſterio, nõ
perdidit dominiũ, ex quo recepit illũ tanq̃ proprium mo
naſterij. nã dominiũ ſolo animo non perdit, ſicut poſſeſſio,
ut in l. ſi quis ui. §. differentia, ff. de acqui. poſ. & l. qui pro-
priam, C. locati. ſecus autem ſi quis rem ſuã donaret alte
ri: & poſtmodũ ſeu ilicò illam rem ab eo conduceret, uel
donaret, & retineret ſibi uſumfructum. nam tunc transfer
ret dominium, & poſſeſſionem in alterũ, ut probatur in l.
quędã mulier, ff. de rei uen. & in l. quiſquis, C. de dona. tũc
enim interuenit ficta traditio, per quam transfertur do-
minium. l. qđ mea, ff. de acqui. poſ. & l. certe, de precario.
ſed quando capit rem propriam ab alio, ut alienã, ſecus
eſt: quia iſte non agit alteri tradere, ſed potius acquirere.
Ad propoſitũ ergo cũ dominus comes Fuxi comitatum
Bigorræ recepit à rege in feudum, ut alienum, & propriũ
ipſius regis, ut clarè patet ex uerbis conceſſionis, nullum
pręiudicium fuit ſibi, aut ſuis in dominio, & iuribus illius
comitatus generatum. Secunda ratio, quare domino co-
miti Fuxi, aut ſuis præiudicium nullum ex conceſſione re
gia ſit illatum, colligitur ex tenore dictæ conceſſionis,
ubi ipſemet dominus rex reſeruauit omne ius prius com-
petens domino comiti, & ſuę poſteritati, ut patet in uerſi.
ſaluo & reſeruato &c. ubi dicitur, ſaluo & reſeruato po-
ſteritati, & habentibus cauſam à dicto noſtro conſangui-
neo, & prædeceſſoribus ſuis, de requirendo & proſequen-
do per uiam actionis, & addendo iura, quæ dicto noſtro
conſanguineo poterant pertinere, iuribus ſupradictis per
modum, quem potuiſſet, uel potuit facere à die datæ prę
ſentium literarum &c. Proteſtatio enim maximè principa
lis, præſeruat ius proteſtatum. vj. q. j. c. pontifices, de præ-
ſcrip. c. nihil cum ſcandalo, de elec. c. Cumana, & c. eccle-
ſia. facit textus cum glo. notabi. in l. ſi fideiuſſor, ff. qui ſa-
tiſda. cog. plenè per Bar. de materia proteſtationis in l. nõ
ſolum. §. morte, ff. de noui oper. nun. & per Ioã. And. poſt
Io. mona. in regula, in generali, lib. vj. in Mercu. & per In-
no. & alios in c. cum M. de conſti. Et hæc ſufficiant de hac
quæſtione. ¶Per proximè dicta ſatis arbitror deciſam re-
linqui q̃õnem. 25. qua quęritur, ꝙ dato quòd non pręiudi
cauerit domino comiti, matre uiuente, nec ea defuncta,
qualiter ſibi dominus comes & eius hæredes pręcauere
debeat, ne ipſam donationem, & eius conditiones uidea-
tur modò aliquo approbare? nam, ut prædixi, nullum præ
iudicium ſibi ſit ex tali conceſſione, & ea non obſtante,
poteſt ius ſuum conſequenter proſequi rationibus prædi
ctis, ſicut potuiſſet tempore datę illius conceſſionis, ſeu
donationis; quinimò prodeſt ſibi plurimum in alio dicta
conceſſio: quia ſi uerum eſt ipſum dictum comitem habe
re ius ex ſuis prædeceſſoribus in dicto comitatu, impedi-
tur interim præſcriptio, ſi qua incœpiſſet currere ex per
ſona domini regis: quia transferendo comitatum in ue-
rum dominum, perdidit poſſeſſionem, quam prius habe-
bat, ſine qua non procedit præſcriptio, ut no. probatur in
l. ſi is, à quo fundum, ff. de uſuca. ſecundum lecturam, quã
ibi ſequitur Bart. ¶Vigeſima ſexta quæſtio. Vtrum dicta
donatio, quæ ob cauſas rationabiles facta eſt, & pro qua
idem dominus Fuxi ad homagium & fidelitatem ſe aſtrin
xit, ſit de ſui natura reuocabilis? Et primò uidetur, quòd
nedum ſit reuocabilis de facto, imò de iure nullius uide-
tur eſſe momenti: quia rex non poteſt in præiudicium re-
gni ſui donationes facere etiam cum iuramento de non
reuocando, ut c. intellecto, de iureiuran. Nam & quando
coronatur, iurat nihil diminuere de bonis imperij. d. c. in
tellecto. Prætereà tales gratiæ in præiudicium uniuerſi-
tatis, uel regni præſumuntur ſubreptitiæ: quia non eſt ue-
roſimile, quòd ex certa ſcientia fuiſſent conceſſæ, cũ ſint
contra ius, & utilitatem publicam, arg. in c. penul. & ulti.
de capel. mo. & l. reſcripta contra ius elicita, C. de preci.
impe. offer. nec debent ualere. l. fi. C. ſi contra ius uel utili.
public. & l. iubemus, C. de ſacroſan. eccle. Et ſi diceretur
oppoſitum, ſequeretur, quòd regnum poſſet ad nihilum
deuenire; quod non eſt dicendum; maximè cum non
poſſit quis merum imperium à ſe abdicare, niſi in ma-
nibus ſui ſuperioris, ut in l. legatus, ff. de offi. præſi. mul-
ta alia argumenta fieri poſſent, quæ colligere poſſet ſtu-
dioſus ex nota. per glo. in aut. quomodo oporteat epi-
ſco. in princ. collatio. j. & per Bart. in proœmio digeſto-
rum, & per Bal. in proœmio ſuper libro feudorum, in il-
la quæſtione, An donatio facta eccleſię per Conſtanti-
num Imperatorem ualuerit, & per Ioan. de Ligna. in cle-
men. Romani, de iureiurando. ¶Secundò principaliter
contra illam conceſſionem facit: quia rex non fecit men
tionem de iuramento in contrarium præſtito, de quo ui-
detur, quòd neceſſariò fienda erat, ut in c. conſtitutus, de
reſcrip. per glo. in l. cum non deceat, de elec. lib. vj. Prę
tereà, & tertiò de literis & priuilegijs præcedentibus de
buit fieri mentio ſpecialis, non autem generalis, ut in c.
2. de dolo & contumacia, & quod ibi not. adeò, quòd
de qualibet notabili clauſula poſita in prioribus literis,
debet fieri mentio in literis reuocatorijs, ut in c. cum di-
lecta, & quod ibi no. de reſcri. His argumentis præmiſ-
ſis, pro ſolutione quæſtionis ſciendum, quod Bart. in l.
prohibere. §. planè, ff. quod ui aut clam, format quæſtio-
nem, nunquid rex ualeat in regni præiudicium aliqua a-
lienare? Et finaliter concludit, quòd ſi tendat alienatio
in graue detrimentum iuriſdictionis regalis, non ualet,
etiam ſi iuramento firmetur, ut in præallega. c. intelle-
cto. ſed ſi non tendat in tam graue pręiudicium, ualet &
tenet; de quo dicit eſſe caſum in c. abbate ſanè, de re iu-
di. lib. vj. Idem in effectu uoluit Inno. in d. c. intellecto;
& Ioan. And. in c. grande, de ſupplen. negli. pręla. lib.
vj. non enim ſecundum eum debet fieri ita amara inter-
pretatio, ut nihil poſſit de iuribus regni donare, argum.
c. 2. & 3. & cap. ad apoſtolicæ, de dona. & c. cęterum,
cod. titu. Bald. in loco præallegato formauit quęſtio-
nem. Si imperator donauit, uel aliter conceſſit ex cau-
ſa donationis, uel alio titulo caſtrum imperij, nunquid
ualebit donatio uel alienatio, & multis allegatis pro &
contra, tandem concludendo & ſoluendo dicit poſt an-
tiquos, quòd aut uult donare cum proprietate territo-
rij, ſeu dignitatis, ut ſic recognoſcat donatarius impe-
ratorem, ut ſuperiorem; & non eſt poſſibile ſecundum
eum, quia non poteſt facere etiam ſibi parem, aut ſu-
periorem, uel aliquem, qui impunè poſſet ſe rebellare
contra imperium; quia lex regni contradicit. Et quia nul
lum inferius ſecundùm Ariſto. inſtantibus terminis di-
ſcretiuis, participat id, quod ſuperius eſt; commoda ta-
men, & dominium concedere poteſt: ſalua tamen ſemper
imperij recognitione, & fide. quòd imperator ſeipſum mu
tilet. i. membra imperij à ſe amputet, dicere eſt ſpecies fur
ti ſecundum eum. In feudatico uerò non poteſt minuere
honorem regni ſecundum And. de Iſer. quod ſequitur
ibi Bald. & eſt ſatis notandum. In propoſito noſtro fa-
cit, quod legi. & no. in c. 2. de feu. Ad propoſitum ergo ue
niendo, dico, quòd donatio, ſeu conceſſio facta domi-
no

no comiti Fuxi,argumentis.ſ.in contrarium factis non obſtantibus,multiplici ex capite ſuſtineri poteſt; & per conſequens ſecundo loco probabo, quòd eſt irreuocabilis. Primò enim dicta conceſſio iuribus conſiſtit: quia comitatus Bigorræ non eſt de regno Franciæ, ſeu membrum proprium ipſius regni: ſed erat aut domini comitis Fuxi, aut eccleſiæ Auicieñ. aut ex conceſſione ipſius eccleſiæ pertinebat ad regem Franciæ, non ut ad regem,ſed ratione ſui patrimonij, & ſucceſſionis ſpecialis. nam, ut patet ex narratione facti, iſte comitatus habuit originem in perſona dominæ Ioannę reginæ Franciæ, & Nauarræ ex donatione ſeu permutatione facta cum eccleſia ſeu per eccleſiam Auicien. quæ prætendebat tunc habere proprietatem dicti comitatus, & ex perſona ipſius peruenit ad regem præſentem,ut hæredem hæredis dictæ dominæ Ioannæ. de patrimonio uerò ſuo poteſt rex diſponere ad libitum,cum non contingat alienatio regni, ut d.l.bene à Zenone,C.de quadrien.præſcriptio. & in re ſua quilibet, nedum princeps,eſt legitimus moderator, & arbiter.l.in re mandata, C. man. & ca.de his,de ſepul.facit quod dixi ſuprà 22.q ¶Præterea & ſecundo præſuppoſito,quòd pertinuiſſet ad regnum ſuum, nihilominus poteſt dicta alienatio ſuſtentari,ex eo,quia dictus rex purè non donauit, ſeu alienauit dictum comitatum,ſed conceſſit in feudum, retinendo ſibi proprietatem, & honorem, & præeminentiam,& deuolutionem certis caſibus ad eum, uel ſucceſſores, ut patet in conceſſione; & eſt hoc de natura feudi.22.q.5. c.de forma,& in c.in qui.ca.feu.ami.col. x. talis uerò conceſſio non diminuit honorem regni, ut ſuprà dixi, & ſic ceſſat.c.intellecto,de iureiurando. Præterea & tertiò habito reſpectu ad ampliſſimum regnum Franciæ, & munificentiam ſolitam illius regni regum, & ad pręclara ſeruitia regibus Franciæ impenſa per comites Fuxi, præſertim hodiernos, ut ipſemet dominus rex in ſuis literis atteſtatur,non debet dici,quòd dicta conceſſio cedat in graue præiudicium regni, cum donatio remuneratiua non ſit propriè donatio, ſed potius meritorum remuneratio, ut no. dicit tex. in l.Aquilius Regulus, ff. de dona. not. Bart. in proœmio.ff. ueteris.hinc tex.ſingularis in l.ſi pater.§.j.ff.de dona.dicit, quòd donatio facta propter eximia, & magna merita præcedentia, eſt irreuocabilis, etiam propter ingratitudinem: quia potius eſt merces laboris eximij quàm mera donatio. & pręſertim hoc procedit in caſu noſtro, in quo ipſemet dominus rex atteſtatur, quòd dictus comitatus ex iuribus productis per dominum comitem, uidebatur ad eum pertinere;& ſic quodammodo reſtituit,quod ſuum erat,quod eſt neceſſitatis, & non meræ liberalitatis: ſed uoluit rex procedere per manus iuſtitię propter partis abſentiam, & ut uideretur exercere maiorem magnificentiam, ut ipſemet in ſuis literis atteſtari uidetur. Ex his remanent ſoluta contraria, quæ inferebant nullitatem ex defectu poteſtatis. Ad alia contraria,quę uidentur urgere ex cauſa ſubiectionis, dico,ꝙ iuramentum præſtitum per prædeceſſores iſtius regis de comitatu non alienando,fuit perſonale. unde per mortem fuit ſublatum: quia iuramentum non tranſit in ſucceſſorē,ut leg.& no.in c. ueritatis, de iureiu. ſatisfecit enim ipſe iurās, ex quo nō alienauit. unde ſucceſſor ex tali iuramento non ligat̄,ut no.Io.An.in c.fi.de ſepul.& in c. cū.C.laicus.de foro cōpe.lib.vj.& ſic non erat opus mētionem facere de eo,qđ non erat.Itē præſuppoſito, ꝙ iſte dominus rex iuraſſet, nec mētionem de tali iuramento,aut priuilegio prius facto de non alienādo feciſſet,tunc dico, ꝙ nihilominus conceſſio in feudū, quā poſteà fecit, debet ualere:quia hāc cōceſſionē facit iure proprio, & de patrimonio ſuo,ut ſ.dixi.vnde non potuit ſe ita ligare,ꝙ haberet impedire dictā trāſlationē, ſicut dicimus in priuato, qui alligauit ſe ad nō alienandū; & tamē tenet alienatio, licet nullā in alienatione mētionē de priori obligatione feciſſet,ut l.nemo pōt, ff.de le.j. & legi.& no.in l.ea lege. C.de condi.ob cau.& dixi plenè.ſ.in ꝓxi.qō. In his enim, q̄ infert publica perſona ut priuatus,cēſet̄ iure priuati,ut legit̄ & no.in c.fi.de ꝓcu.Præterea cōcedēdo comitatū,ꝯ-xit cū domino comite, cū ultro citroq; oriat̄ obligatio.d. c.de forma.ſi enim ex cōtractu obligatur ēt princeps,ut c. j.de proba.& ſtatim latius dicā;ergo nō pōt contractus infringi, eo quia nō fecit mentionē ſpecialē de priori iuramento,aut conceſſione antecedenti.ſuperuenit enim uinculum fortius. nam, ut ſuprà dixi, tenet contractus etiam contra propriū iuramentum, licet contrahens ſit periurus,ut in c.ſicut,de ſpō.no.Inn.in c.dilecto,de ꝓbē. & Ioā. An.in regula,ſemel,lib.vj.in Mercu. ¶Ex his infero ad ſecūdū,an talis cōceſſio facta domino comiti Fuxi ꝑ dominū regē ſit reuocabilis. Et dico,ꝙ non, tex.eſt no.in c.uno de natu.feu.col.x.ubi dicitur,ꝙ ſi princeps inueſtiuit aliquem de aliquo feudo, non poteſt eum diſueſtire ſine culpa; ad idem conſimilis tex.in c.uno,de feu. ſine culpa non amit. eadem col. & utrobiq; hoc no.Bal. & probatur hoc duplici ratione. Prima,quia princeps obligatur ex contractu,ſicut quilibet priuatus,ut in c.j.& quod ibi no.de proba.& in conceſſione feudi utrinq; naſcitur obligatio. Secunda ratio, quia non poteſt princeps reuocare priuilegium, quod prius conceſſit, ex quo tranſiuit in contractum,uel quaſi, ſeu in ius gentium,ut no.in l.quod ſemel, ff. de decre. ab ord.fac. & dixi ſuprà plenè.19.q. & generaliter non poteſt princeps, cauſa non exiſtente, priuare aliquem dominio ſuo, ut plenè no. per Cy. in l. reſcripta, C. de preci. impe. offe. & Bar. in l.fi. C.ſi contra ius uel uti. pub. & Inno. in c. quę in eccleſiarum, de conſtitu. ¶Condeſcendo igitur ad.27.q.qua quæritur,præſuppoſito ꝙ propter importunitatem,uel aliàs dominus rex dictam conceſſionem uelit reuocare de facto, quod remedium habet dictus dominus comes Fuxi ad retinendum poſſeſſionem ipſius comitatus Bigorræ, ad minus donec fuerit de iure ipſius, quod ante donationem habebat in eo,per ſententiam declaratum. Et in hac quæſtione.dico certum eſſe, quòd ſine culpa dicti domini comitis illam conceſſionem reuocare non poteſt, ut clarè patuit ex deductis in ſuprà ꝓxi.quæſtione.ſi autem de facto uellet reuocare, uidetur dicere Cy.in d.l.reſcripta,C.de preci.impe.offe.& Bar.in l.fi.C.ſi contra ius,uel uti.pub.ꝙ quo ad obſeruantiam ſtandum eſt diſpoſitioni principis: quia præſumenda eſt pro principe cauſa; nec admittitur in contrarium probatio: ſed ſi ſine iuſta cauſa facit, peccat ſecundùm eos. iſti tamen doctores non loquuntur in caſu noſtro, ſcilicet cum princeps vult alicui rem ſuam auferre. Sed in caſu noſtro dico,quòd cum princeps obligetur ex contractu ſuo, non poteſt contrauenire, niſi appareat, & conſtet de cā:quia aliàs de facili princeps poſſet tollere, & infringere omnē contractum ꝑ eū geſtū; qđ non eſt dicēdum.hoc ego probo ꝑ tex.apertum.in c.1.de feu.ſine cul.non amit.& c.uno,de natu.feu.ubi dr̄, quòd niſi conuictus fuerit de culpa, non debet uaſallus priuari feudo, ēt per principem. Adduco inſuper hanc rationem:cum princeps non ſit ſupra contractus, cum ſit de iure gentium,ut no.Bal.in c.proxi.alleg.& Inn.in d.c.2.de confir.uti. ideo debet in eo pręſumi cauſa,cum materia non ſit ſibi ſubiecta.facit quod in ſimili no.Ioā.And.in c.1. de offi. deleg. lib.vj.ad idem tex.apertus in c.1. de proba. ubi princeps compellitur obſeruare ſuum contractum, niſi iuſtam cauſam oſtendat in contrarium:& optimè facit.c.nouit,de iudi.Si ergo ſine cauſa apparente legitima & rationabili dominus rex uellet contrauenire,remedium honeſtum & indubitabile eſſet,ut dominus comes recurreret ad denuntiationem euangelicam, ſeu iudicialem ratione peccati iuxta ea,quæ habentur,& no.in c.nouit,de iudi. Secundū remedium,ut appellet ad Papam per notabile dictum Inno.in c.licet ex ſuſcepto,de fo.comp.ubi dicit ad Papam recurrendū eſſe,ſiue immineat neceſſitas iuris,quia alius non eſt iudex ſuperior,ſiue facti,quia de facto minores iudices ſubuenire non poſſunt,ad quod no.Hoſt.in c.nouit, de iudi.& in rege Franciæ optime adduci poteſt,quod nota.Inn.in c.ꝑ uenerabilē,qui fi.ſint legi.ubi dicit eum de iure ſubeſſe Papæ.Tertium remedium,ut arbitror, ut de facto reſiſtat;quia ubi ſuperior de facto & iniuſtè procedit, poteſt ſibi de facto reſiſti, ut no.glo. in c. ex literis, de offi.deleg.& Inn.in c.ſi quando,co.ti.& c.dilecto,de exceſ.præla.ſaltem in caſu noſtro,in quo grauamen reparari per iudicem appellationis non poteſt, ut uoluit Cy. in l.ab executore,C.quorum ap.non reci.& in l. j. C. unde ui.Nam defenſio eſt de iure naturali,quæ cuicunque etiā contra principem conceditur,ut in c.paſtoralis, de re iudi.in cle.hinc dixit gl.no.in j.diſt.c.ius gentium,quòd poteſt quis in defectum ſuperioris,dicere ſibi ius propria authoritate,& idem uoluit Inn.in c.olim,el.j.de reſtit.ſpo. ¶Nunc poſtremo,altiſſimo gratias immenſas agendo,reſtat ultimam quæſtionem in ordine.xxviij.expedire,quæ eſt,Vtrum procurator regius generalis, attentis mandatis,& non obſtantibus in literis conceſſionis appoſitis,nec non expeditione cameræ computorum,ac lectione & publicatione in curia regia parlamenti, iuſtam nunc poſſit cauſam habere,ut dictis fratribus Arminiaci,& Perdiaci comitibus,præſenti cauſa ſe adiungat. In qua profectò conſideratione triplici dicendum cenſeo,ꝙ non. Et primo adduco tex. in l. bene à Zenone, C. de quadr. præſc. ubi dicit tex.Nemo audeat eos,qui res accipiunt à principe,per quencunque titulum alienationis,ſiue mobiles, ſiue immobiles,ſeu ſe mouentes, uel iura incorporalia,pęnas ciuiles iudiciis afficere, uel ſperare, aliquam contra eos ſibi uiā eſſe apertam,ſed omnis aditus præcludatur, omnis motus,& ſpes eius petulantiæ,&c. & pōdero illud uerbum uniuerſale negatiuum.nemo audeat,& c.excludit enim quemlibet conuenire uolentem.xix.di.c.ſi Romanorum,& c.ſolitæ,de maio.& obe.& l.de pretio, ff. de pub.¶Secundo principaliter adduco theoricam Barto.in l.cum quærebatur,ff.de iud.ubi dicit,ꝙ omnis exceptio, per quam concluditur actori,nullum ius ſibi competere, poteſt opponi à principio ante lit.conteſt. quia cum certum ſit neminem ſine actione poſſe experiri.l.ſi pupilli.§. uideamus, ff. de neg. geſt. poteſt quis ab agendo repelli, ubi excipitur,quòd ſibi nulla actio cōpetit, ſed ita eſt in caſu noſtro,ꝙ nulla actio ad reuocandum poteſt competere procuratori regio,nec etiam dictis comitibus Arminiaci,& Perdiaci,ut clarè patet ex præcedentibus. ergo a principio omnes, nedum regius procurator, poſſunt ab agendo repelli;nec tenetur dominus comes Fuxi,cum illis,uel eorum aliquo iudicium ſuſcipere.¶Tertio & ultimo contra regium procuratorem generalem allego tex. nota in l.honori,ff.man.ubi probatur,ꝙ ꝯ ſpāliter ꝑ dn̄m prouiſa nō admittitur procurator gn̄alis, niſi oriatur cā de nouo iuſta, & ueroſimiliter per dominum tunc nō agitata, quod non eſt in caſu noſtro. NIC. ABB.



## CONSILIVM IIII.

1 *Legatum factum hoc modo,per quem ſcripſero,hæres ſibi dato,id quod reperitur ſcriptum in epiſtola,perinde ualet: ac ſi fuiſſet expreſſum in teſtamento.*

2 *Legatum quantitatis non tollitur per legatum ſpeciei.*

3 *Relicta in codicillis petuntur actione nata ex teſtamento.*

4 *Recipiens feudum pro ſe,& ſucceſſoribus ſuis quibuſcunque, appellatione filiorum ueniunt etiam legatarij.*

5 *Plura quando ſunt in obligatione alternatiua,altero ſublato,remanet reliquum.*

6 *Vſufructuarius omnium bonorum non tenetur ſatisfacere legatarijs:ſed cum eis concurrit.*

7 *Teſtamentum recipit uires,& conſummationem per mortem teſtatoris,& non ante.*

8 *Legauit aliquis in teſtamento alicui quinquaginta, in codicillo poſtea ſcripto,idem legatum eſt,utrumq; legatum debetur,niſi hæres probet contrarium.*

9 *Legata poſſunt conferri in arbitrium tertij, non autem in meram uoluntatem.*

OMnipotentis dei poſtulato ſuffragio, in quæſtione,quæ uertit̄, ſuper interpretatione uoluntatis Angeli Franciſci de Eugubio reſpectu teſtamenti, codicillorum, & memorialis dicti Angeli,prout in caſus narratione ſerioſius continetur,Attingam ſingulariter principaliora dubia, quam breuiſſimè potero.Et primò contingit dubitari un de memoriale dicti Angeli faciat fidem, cum non fuerit bene recitatum in teſtium præſentia, ſed ſolummodò dixit Angelus in teſtamento,quòd uolebat, quòd crederet̄ lib.ſeu memoriali ipſius manu cōſcripto quò ad legata relicta,q̄ in ipſo reperirēt̄ fore alicui ꝑ ipſū teſtatorē facta, ꝓut crederet̄ publicæ ſcripturæ,ſeu teſtō ualido publico manu publici notarij.Et circa hoc dubiū uidetur iudicio meo caſus in l.ſi ita ſcripſero,ff.de condi.& demon.ubi di
1 citur ualere † legatum,ſi dixero,per quem epiſtolas ſcripſero,hæres ſibi dato id,quod reperitur ſcriptum in epiſtola,perinde ualet,ac ſi fuiſſet expreſſum in teſtamento; & apertius hoc ſentit Bar.dicens per illum textum, ualere ſi teſtator dixit.Volo quòd hæres meus det tale, quod ſcriptum eſt in ſchedula, quam relinqui apud guardianū ſancti Franciſci,quia per relationem ad aliam ſcripturā uidetur ibi ſcriptum expreſſum in teſtamento,facit optimè quod legitur & no.in l.Theopompus,ff.de dote. præleg.& l.penul.C.de ſenten.quæ ſine cer.quanti.c.cum uenerabilis,in fin.de relig.do.& hoc dummodo conſtet per comparationem literarum,uel alijs manifeſtis coniecturis,quod memoriale ſit ſcriptum manu ipſius teſtatoris. Et hoc breuiſſimè de primo dubio.¶Secundum principale eſt,An legatum centum quinquaginta florenorum:factum Vciæ ſorori teſtatoris.ſit ualidum, non obſtantibus legatis poſteà eidem Vciæ factis in codicillo & memoria
2 li.Et primò uidetur, † ꝙ legatum quantitatis non tollit̄ per legatum ſpeciei,etiam in eodem teſtamento factum, ut in l planè,ff.de leg. j. ſed in memoriali reliquit hanc ſororem ſuam dominam,& dominatricem in uita ſua bonorum dicti teſtatoris,in codicillis uerò reliquit ſibi bona mobilibia ipſius teſtatoris,quibuſdam exceptis,de q-bus infra in quarto dubio.cum ergo hæc legata ſint diuerſa,non prohibetur illorum concurſus,maximè cum in diuerſis ſcripturis ſint facta,ut in l.quinquaginta,ff. de proba.Nec obſtat ſi dicatur teſtatorem prohibuiſſe tacitè cōcurſum per determinationem,quam fecit in dicto legato cētum quinquaginta florenorum in eo,quòd dixit,quod relinquebat Vciæ ſorori ſuæ centum quinquaginta,dummodò promittat aliquid aliud non petere in bonis dictæ hæreditatis &c.quia dico, quòd non ſimpliciter prohibuit

buit ipſam aliud petere, ſed fecit exceptionem dicens, ꝙ
non poſſet aliquid aliud petere, niſi tantùm & dunta-
xat quod petere poſſet uigore præſentis teſtamenti, unde
ponderanda eſt exceptio, quæ includit, ut poſt illud lega
tum poſſit petere, quod ſibi debetur uigore ipſius teſta-
menti. Sed certum eſt, quòd deſcriptum in codicillis, &
memoriali, uidetur ſcriptũ in teſtõ, a quo aſſumit uigo-
rem & confirmationẽ, ut eſt tex. in l. ij. & iij. ff. de iure co-
3 dicil. adeò, ꝙ dixit gl. in d. l. 3. ꝙ relicta in codicillis petũ
tur actione nata ex teſtamento, & hæc uidentur multum
ſtringere ad conſeruationem huius legati. Sed contrariũ
dico, iudicio meo poſſe ſubtiliter attentari, uidelicet ꝙ
primum legatum ſit ademptum per relictum factum in
memoriali, in quo inter cætera uoluit, ꝙ dicta ſua ſoror
deberet eſſe in uita domina & dominatrix bonorum dicti
teſtatoris, quæ reperiri contingeret, ita tamen, quòd ipſa
deberet renuntiare omni ſucceſſioni, quæ ſibi contingere
poſſet quocunque modo ex perſona communi parentum
uel ipſius teſtatoris &c. Vnde pondero, ꝙ per hoc relictũ
uoluit eam excludere ab omni alio, quod potuiſſet con-
ſequi de bonis teſtatoris, etiam ex perſona ipſius teſtato
ris, & ſic uĩ tacitè ademiſſe primum legatum. Nam lega-
tarius poteſt appellari ſucceſſor teſtatoris, ut in l. in
conuentionibus, ff. de uerbor. ſignific. nota. Bald. in cap.
imperialem, primo reſponſo, de prohi. feu. ali. per Fede.
4 uerſi. ſed quid ſi conceſſum, ubi dicit† ꝙ ſi quis recepit feu
dum pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis quibuſcunque appellatio
ne ſucceſſorum ueniunt etiam legatarij. ita in propoſito
cum teſtator in memoriali uoluerit, ut dicta ſua ſoror
deberet renuntiare omni ſucceſſioni, quæ etiam ex perſo
na teſtatoris poſſet ſibi contingere, Et ex perſona ſua non
poſſet ſucceſſionem ſperare, niſi uigore teſtamenti ſeu al-
terius ultimæ uoluntatis, quia frater non tenetur aliquid
relinquere ſorori, nec poteſt ſoror aliquid petere in bo-
nis fratris teſtati, niſi cum perſonam turpem inſtituiſſet,
ut in l. fratres & ſorores, C. de inof. teſt. Præterea teſtator
dixit, ut renuntiaret omni ſucceſſioni, unde pondero uer
bum, omni, quod eſt uniuerſale affirmatiuum, nihil. n. ex-
cluſit, qui omnia dixit, ut in c. ſolitæ, de maio. & obe. &
xix. diſt. c. ſi Romanorum. Nec prædicta interpretatio cui
quàm uideatur extranea. nam ademptio legatorum po-
teſt fieri tacitè ex præſumpta, & coniecturata mente teſta
toris, ut in l. iij. & iiij. ff. de adi. leg. no. gl. inſt. eo. ti. in fine.
¶Ex prædictis infero ad tertium dubium, Quid ſcilicet
debeat conſequi dicta Vcia ſoror teſtatoris ex bonis de-
functi. Et incidenter diſcutietur quartum dubium, quali-
ter, & quando ſit legatis ſatisfaciendum, & ex quibus bo-
nis, & hæc ſunt, quæ difficultatem ingerunt magnã in hac
materia, cum ex uerbis teſtatoris uarijs prolatis tempori
bus uideatur oriri contrarietas, & repugnãtia quædã nã
in teſtamento uoluit, iuſſit, & mandauit, ut hæredes ſui
non poſſint uendere, nec alienare aliquid de bonis immo
bilibus dicti teſtatoris, niſi pro ſatisfactione legatorum,
inquantum non haberent aliunde, unde poſſent ſatisface
re legatarijs, & ſi ſecus faceret, uoluit eos cadere ab hæ-
reditate. Secundo loco fecit memoriale manu propria, in
quo ſimiliter & abſolute mandauit, quòd non audeãt ſui
hæredes uendere, ſeu alienare aliquid de bonis immobi
libus. Et ſi neceſſitas urgeret pro debitis, aut legatis ſol-
uendis, uoluit quòd extenderentur primo manus ad di-
ſtractionem rerum mobilium, & eis deficientibus, habere
tur recurſus ad fructus bonorum, ex quibus tractu tem-
poris, prout perciperentur, uoluit pro rata legatarijs ſa-
tisfieri. Nec poſſent aliter hæredes urgeri ad ſolutionem
legatorum. Et per omnem modum uoluit, quòd dicta V-
cia ſoror ſua haberet de patrimonio, & hæreditate ſua
Florenos trecentos, quos poſſet diſtribuere per omnem
modum, qui ſibi placebit. Item ſubiunxit immediatè, ꝙ
uolebat dictam Vciam ſororem ſuam eſſe donnam & ma
donnam, ut uerbis teſtatoris utar, eorum bonorum, quæ
reperiri contigerit eſſe dicti teſtatoris, in uita ſua dunta
xat, hoc addito, quòd ipſa debeat renuntiare omni ſucceſ
ſioni, quæ poſſet ſibi contingere ex perſona communi pa
rentum, uel ex perſona dicti defuncti, uel alterius cuiuſcũ
que de domo eorum. Tertiò fecit codicillum, in quo in-
ter alia reliquit dominæ Vciæ ſorori prædictæ omnia &
ſingula bona mobilia dicti teſtatoris, & nomina debitorũ
exceptis duntaxat illis bonis, & rebus mobilibus, quas &
quæ reperirentur dominum Angelum alteri reliquiſſe
in dicto ſuo teſtamento, ſeu in præſentibus codicillis, aut
in memoriali ipſius teſtatoris &c. ¶Oritur ex his quædã
repugnantia, quia in memoriali noluit bona immobilia
alienari aliquatenus, ſed mandauit, ut de bonis mobili-
bus non ſufficientibus, & tamen immediatè in eodem me-
moriali uidetur reliquiſſe uſumfructum bonorum dictæ
Vcię in eo, ꝙ uoluit eſſe in uita ſua donnam, & dominam
bonorum ſuorum, & ſic uidetur ademiſſe fructus à ſatisfa
ctione legatorum. In codicillis ademiſſe uidetur bona mo
bilia, nomina debitorum, cum ea legauerit ſupradictę V-
ciæ; immobilia uerò non poſſunt uendi ex ultima & po-
ſtrema ipſius uoluntate; & ſic remanere uidentur legata
inutilia, ſaltem tempore uitæ ipſius Vciæ, cuius contrariũ
ponas, ut in §.cum in ſuo ſolo, inſti.de rerũ diui.maximè in fi.§.ad idẽ qđ legit̃ & no.in c.apoſtolicos.12.q.2. Nec obſtat cõpoſitio, quã pro ſe allegat cõitas: quia ibi non dicitur, ꝙ territoriũ caſtri debeat pertinere ad cõitatem: ſed cõpoſitio interuenit ſolũ ſuper quibuſdam reditibus, & bonis, ut de illis monaſterium haberet tertiã partẽ: in aliis ergo ibi non expreſſis plenũ ius remãſit monaſterio tãquã dño & proprietario caſtri cũ ſua curte & diſtrictu, ut patet in priuilegiis, ut in d.l.age, & l.ſi de certa, C.de tranſac.& in d.c.cũ uenerabilis, & in c.cũ dilectus, de relig.do. Concludo ergo, ꝙ penſio cauponarũ debet integrè cedere monaſterio, niſi alio iure ſpeciali cõitas iuuetur: ſed ſi fecit expenſas in cauponis bona fide, poteſt illas recuparè à monaſterio ꝑ exceptionẽ doli mali, ut dicit tex.in d.§.cùm in ſuo. ¶Venio ad quintũ & ultimũ dubiũ. Cõe dicti caſtri, iam ſunt plures anni, pro tolerãdis expenſis cõis ſtatuit, & ordinauit, ꝙ quicũq; laboret de terris cõis, daret pro terratico cõi certas mẽſuras frumẽti: de quibus terris ante dictũ ſtatutũ nihil ſoluebatur monaſterio uel cõi; ſed libere dabatur facultas hominibus dicti loci laborandi in illis terris ad eorũ utilitatem, ne propter paupertatem homines caperent alium incolatũ. monaſteriũ petit nunc tale terraticũ hactenus receptum ſibi reſtitui tanqua dño & proprietario illius territorij. cõitas uerò dicit, ꝙ imò pertinet illud terrenũ ad cõitatẽ, & hoc utit̃ uigore cuiuſdã ſtatuti ipſius cõitatis; quo cauebatur, ꝙ quicũq; uellet laborare de terris cõis, deberet certũ modũ tenere, ita ꝙ diſponebat tanquã de re ꝓpria, & monaſteriũ habebat uolumẽ illorũ ſtatutorum, & nunquã contradixit. ¶Ego in hoc dubio ſic puto dicendũ, ꝙ cũ monaſteriũ habeat intẽtionẽ fundatã uigore priuilegiorum: quia totũ territoriũ dicti caſtri iure proprietatis & dñij fuit prorſus collatũ monaſterio, debet de iure habere terraticũ dictarũ terrarũ, cũ peruenerit ex re ſua; unde poteſt repetere à cõitate, arg.in l.mater, & quod ibi no.C.de rei uẽ.& ĩ l.ſi me & Titiũ, ff.ſi cer.pe.& qđ ibi not. Sed uidendum eſt nunc, nunquid cõitas iuuetur aliquo iure ſpãli. Et profectò uigore cõpoſitionis nõ iuuat̃: quia de hoc nulla fit ibi mẽtio; ergo remãſit ĩ plena proprietate monaſterij. ut ſ.in aliis dubiis clarè patuit. Sed dubiũ eſt, nunquid iuuetur uigore ſtatuti præall. Et certè ex ſolo tenore ſtatuti non iuuatur: quia in ſtatuto non exprimunt̃ terræ: ſed generaliter dicitur. Quicũq; uoluerit laborare de terris cõis. Vnde hæc incertitudo nõ conſtituit cõe in aliqua poſſeſſione alicuius terræ, ut l.iij.§.incertã, ff.de acqui.poſſ. facit tex.in l.ſi ſic, ff.de leg.j.ij.rñſo.& per illum tex.dicit ibi Bar.poſt Di.ꝙ ſi qs dixit: quicquid habeo in tali loco de monaſterio, per hoc monaſterium nihil acquirit, niſi appareat, & probetur quid ſpectabat ibi ad donatorem; ad idẽ.l.legaui, ff.de lib.le. Idem dico, ſi in ſtatuto eſſent certæ terræ expreſſę, & aſſeratur in eo, ꝙ ſint cões. nã ex hac ſola denominatione & aſſeueratione non acquiritur aliqua poſſeſſio cõitati: qa ad acquirendam poſſeſſionem non ſufficit animus, ſed requiritur etiam corpus, ut ſic corporaliter intret poſſeſſionem, ut l.licet, C.de acqui.poſſ.& l.iij.in prin.ff.eo.hinc dicitur, ꝙ poſſeſſio habet plurimum facti, ut c.cum nr̃is, de conceſ.præben. Præterea alio exiſtẽte in generali poſſeſſione totius diſtrictus illius caſtri, nuda aſſeueratio facta in ſtatuto cõis nõ habet præiudicare uero dño & poſſeſſori, ut in l.non nudis aſſeuerationibus, & l.non epiſtolis, C.de proba. Hinc in ſimili dixit notabiliter Inn.in c.dilectis, de capel.mo.ꝙ per generale bannum, factum ab aliquo, tanquam à dño prohibens delicta ſub certa pœna, non acquiritur poſſeſſio iuriſdictionis, alio generaliter poſſidente. ¶Sed ſi homines prætextu illius ſtatuti laborauerunt illas terras tanquam pertinentes ad cõe, & cõi reſpondebant, an tunc cõitas fuit in poſſeſſione percipiendi penſionẽ monaſterio ſciente, & non contradicente iuxta ea, quæ leguntur & no.in c.cũ ueniſſent, de reſtit.ſpo.& l.ꝗuis, & l.qui uniuerſalis, ff.de acq.poſſ.& dico, ꝙ acquiſiuit poſſeſſionẽ illarũ dũtaxat terrarum, reſpectu quarũ ꝑcepit terraticũ, uel aliũ actũ exercuit, ꝑ quẽ ꝗrit̃ poſſeſſio. ad alias.n.terras nõ extẽditur poſſeſſio, ex quo monaſteriũ poſſidebat generaliter, ut in c.cũ cõtingat, de deci.& ꝑ Inn.in d.c.dilectus, & ꝑ Bar.ĩ l.j.§.ſi qd, ff.de iti.actuq; priua. Sed uidendũ eſt, quid operetur talis poſſeſſio. Dico.n.ꝙ ſi non poſſederunt per quadraginta annos, certũ eſt, ꝙ nõ currit ꝓſcriptio ꝯ monaſterium, ut in c.de quarta, & c.illud, de præſcrip.& ſi fuerit in mala fide, tenet̃ reſtituere ꝗcquid inde percepit, ut ĩ c.grauis, de reſt.ſpol.& l.domũ, C.de rei uend. Mala fides autem præſumitur, ſi fama erat ĩ loco, quod illæ terræ erant monaſterij, ut no.Bar.in l.Celſus, ff.de uſucap. Si autem erat bonæ fidei: & tunc ſi terraticũ extet, tenet̃ illud reſtituere monaſterio, ut l.certum, C.de rei uen. Si uerò eſt cõſumptũ, nec communitas eſt facta ex hoc locupletior; non tenet̃ ſcḋm oẽs, ut no.in l.ex diuerſo, ff.de rei uen.& inſti.de offi.iud.§.j.& d.c.grauis. ſed ſi cõmunitas eſt effecta ex hoc locupletior, ſunt opi.gl.communiter tenent, ꝙ non tenet̃, ut no.in iuribus proxi.alleg. ſed Bar.in d.l.ex diuerſo, & Moder.in d.c.grauis, tenent contrarium; & hoc puto uerius, & hoc ex æquitate. l.ſi me & Titium, ff.ſi cer.pet. debes.n.teneri, ſi ex re mea uel mihi debita effectus es locupletior. ut ibi. Si autem communitas poſſidet per 40.ann. bona fide illas terras præſcripſit. Sed uidendum, utrum ſit præſumptio malæ fidei propter famam præmiſſam. nã hoc caſu non præſcriberet, ut in d.c.fi.de præſcrip.& not. Bar.in d.l.Celſus. ¶Concludo ergo tàm in prædictis, quã in omnibus aliis, ꝙ omnia regalia, ſeu quæ ſunt meri uel mixti imperij, pertinent ad monaſterium, niſi uigore compoſitionis, uel alio iure ſpeciali pertineant ad communitatem. Ex prædictis facile patet reſponſio ad contraria ſuperius formata, & ſimilia, quæ formari poſſent; & reuidendo ſpecifice dico non obſtare primum contrarium, quia monaſterium non petit prædicta uigore compoſitionis, quæ fuit ſpecialis, & reſtricta ad certa iura & bona, ſed uirtute generalis dominij, & proprietatis, quæ habet uigore priuilegiorum in dicto caſtro, & tota ſua curte, & diſtrictu. Simili modo tollitur ſecundum contrarium. oritur enim abbati ius agendi ad prædicta & ſimilia, non ex obligatione quæſita facto hominum dicti caſtri, ſed largitione principum Romanorum, quorum fuit dare abbati dicti monaſterij regalia, & merum, & mixtum imperium in dicto caſtro. Ad tertium reſpondeo multipliciter. Et primò, ꝙ monaſterium fundat ſe, ut ſæpe dictum eſt, ex priuilegio & donatione Romanorum principum, ſeu imperatorum uetuſtiſſima conſuetudine confirmata. Et hoc reſpectu totius: reſpectu uerõ partis fundare ſe poteſt ſuper præſcriptione, uel conſuetudine fauore eccleſiæ, ut ſ.pleniſſimè dixi. Et hæc in Dei nomine ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM VII.

1 *Eccleſia non obligatur ex mutuo facto etiam prælato, niſi debitor probet pecuniam in utilitatem eccleſiæ conuerſam, nec etiam ciuitas, nu.2.*
3 *Onus probandi incumbit mandatum aſſerenti.*
4 *Tacendo & permittendo ſe gerere pro procuratore, uidetur quis mandato conſentire.*

IEſu Chriſti Saluatoris præſidio ex corde
poſtulato, tria circa primũ du
bium formatum ſunt examinanda. ¶Primũ, nun
quid dñs archieṗs Florentinus ſit, ſiue fuerit debitor in
quantitate pecuniæ per clerum Florentinum ſibi pro ſor
te ſeu capitali poſtulata? Scd̃m præſuppoſito, quod fue-
rit, an ſit hodie liberatus uigore cõpoſitionis factæ inter
eũ & ſyndicos, ſeu gerẽtes tunc ſe pro ſyndicis dicti cleri?
Tertium, præſuppoſito ꝙ liberatio, ſeu compoſitio non
ualuerit, an dictus archieṗs teneatur ad intereſſe, ſeu uſu
ras, quas Clerus creditoribus mutuãtibus aſſerit ſe ſoluiſ
ſe pro ſatisfactione totius cleri Florẽtini. ¶Venio ad pri
mum: uidetur.n.dñm archieṗm teneri & obligatũ fuiſſe
ac eſſe dicto clero in ſorte petita. nã & ſi nullũ præceſſit
mãdatum ex parte dñi archieṗi: attamẽ ex quo cauſa in-
cumbente archieṗatui clerus ſoluit, põt de iure repetere
ab eccleſia ſeu prelato, qd̃ impẽdit; ad hoc bonus tex. in c.
quicũque. 12. q. 4. ubi dicitur, ꝙ ſi clerus, et rector eccle-
ſiæ aliquid de ſua ſubſtantia impendit in utilitatibus ec-
cleſiæ, põt totum illud ab eccleſia repetere; & hoc eſt cla
riſſimum ẽt de iure ciuili, ꝑ totum tit. de neg. geſt. maxi-
mè in l. ſi quis negotia aliena, la. j. & ij. ff. de neg. geſt. &
qd̃ leg. & no. in l. ſoluendo, eo. tit. Scd̃o ad idem facit. c. j.
depo. ubi probatur ꝙ ſi pecunia recepta per ſingularẽ de
eccleſia ſit cõuerſa in utilitatẽ eccleſiæ, põt agi ↄ eccleſiã
ad reſtitutionẽ, ad idẽ. c. ꝙ quibuſdã, de fideiuſ. ubi dici-
tur, ꝙ ſi citra mandatũ accepit clericus, ẽt religioſus, pro
eccleſia pecuniã mutuã, & eam in utilitatem eccleſiæ cõ-
uertit, tenetur eccleſia. Sed in caſu noſtro negari non po-
teſt, quin pecunia illa fuerit in utilitatem archieṗatus cõ
uerſa: quia ſi clerus pro portione dñm archieṗm tangen-
te nõ ſoluiſſet, de ſuo dñs archieṗs fuiſſet ſoluturus, ut in
l. in pupillo, ff. de ſo. ergo archieṗatus tenetur clero de
ſorte petita ſatisfacere; & ꝙ dñm archieṗm oportuiſſet
de ſuo ſoluere, probatur. nã archieṗs eſt de clero, & ca-
put cleri, ut in c. ſi ſententia, de ſen. excõ. lib. vj. Et clarius
probaẽ ꝑ locũ à ſpeciali in c. quia periculoſum, e. ti. & lib.
facit. 12. q. 1. c. ſunt duo genera. ideò onera clero incum-
bentia tenetur archieṗs pro rata cũ contingente ſubire:
quia quod oẽs tangit, ab hoĩbus debet comprobari, in c.
ad hæc, de offi. arch. & naturæ cõſonũ eſt illos nõ recuſare
onera, qui rerũ cõmoda amplectuntur, ut d. tex. in cle. j. ĩ
prin. de cẽſi. Et quod ṗlati eccleſiarũ teneãtur una cũ aliis
clericis ad procurationes legatorũ, & nũtiorũ apoſtolicæ
ſedis, & alia extraordinaria onera, eſt tex. aꝑtus ĩ cle. ij. §.
ſunt & nõnulli, de cenſi. & c. cum inſtantia, eo. tit. iũcto. c.
ego. N. de iureiu. Sed his nõ obſtantibus, ↄriam ſñiam in
caſu nr̃o cẽſeo ꝑſtantiorẽ, uidelicet ꝙ dñs archieṗs mini
mè teneatur ad ſortẽ petitã. Moueor principaliter, †quia
eccleſia nõ obligatur ex mutuo facto, ẽt prælato, niſi de-
bitor probet pecuniam fuiſſe in utilitatẽ eccleſiæ conuer
ſam, ut in authẽ. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. eccl. ca-
nonicata. 10. q. 2. c. hoc ius; facit quod leg. & no. maximè
2 ꝑ Inn. in c. j. de poſſ. Nã & ciuitas† nõ obligatur mutui da
tione, niſi probetur pecuniã uerſam in eius utilitatẽ: ille
q ↄxit, dũtaxat obligaẽ, ut in l. ciuitas, & ibi plenè ꝑ Bar.
ff. ſi cer. pe. ubi ſimpl̃r concludit idem fortius in eccleſia:
ſed in caſu nr̃o non probatur illã pecuniã in utilitatẽ ar-
chieṗatus uerſam directè uel ĩdirectè. ergo dñs archieṗs
ad illã reſtituendã conueniri non põt. Si. n. de facto cle-
rus fuit ſoluere coactus, ſibi ĩputet, maximè cũ à dño ar-
chieṗo pro illa pecunia ſoluẽda nullũ acceperit mãdatũ
pro hoc not. gl. quã Bar. multum notauit in l. nam & Ser-
uius, ff. de neg. geſt ubi cõcludit, ꝙ ſi quis de facto fuit cõ
pulſus pro alio ſoluere, non propterea habet regreſſum
ↄ illum, pro quo indebitè ſoluit. Nõ. n. habet quis actio-
nẽ neg. geſt. pro eo, quod indebitè eſt ſolutũ, ut in d. l. ſi
quis negotia, & iniuria uni facta, alteri facta ẽt in re illa
authori obeſſe nõ debet, ut in c. ſi. de emp. & uen. & l. ſi ꝑ
imprudentiã, in prin. ff. de euict. Quinimò & ſi extraordi
naria onera incũbebãt, non debuit clerus illa ꝑ ſe abſq;
dño archieṗo approbare, uel ſingulis de clero diſtribue-
re: qm̃ ipſe dñs archieṗs debuit eſſe principalis in appro-
batione, & rogatione, ut eſt tex. apertus in c. nõ minus, de
immu. eccle. & in d. cle. ij. de cenſi. quinimò ſuper ſtatu ec
cleſiarum ſuarũ non licet inferioribus clericis facere ſta
tuta ſine eṗi conſenſu, ut no. Inn. in c. cum acceſſiſſent, de
conſti. & c. requiſiſti, de teſta. ubi dicit, ꝙ nullum ſtatutũ
poteſt facere eccleſia cathedralis, uel alia ſine conſenſu
eṗi, niſi fortè eſſent aliqua minima; facit gl. ĩ c. ij. de uer.
ſig. lib. vj. non ergo poteſt dici hoc negotium utiliter cę-
ptũ; cum fortè ſi dñs archiepiſcopus fuiſſet tũc requiſitus
ut portionem ſuam ſolueret, illa onera non approbaſſet,
ſaltẽ in totũ, uel aliter limitaſſet, erogaſſet & diſtribuiſ-
ſet; uel pecuniã aliũde cõquiſiuiſſet. ad hoc l. ſed an ul-
tro, maximè in ſi. ff. de neg. ge. præterea ſicut uniuerſitas
ciuitatis non liberè ardua explicat ſine ſuo rectore, ut l.
obſeruare, C. de decu. lib. x. & l. penul. & ult. de leg. eo. lib.
ita & fortius clerus non debuit hæc ſatis ardua attenta-
re ſine approbatione dñi archieṗi. d. c. non minus; & ipſe
debet eſſe ordinatus in cunctis, ut in c. plectis. §. ad eṗm.
25. diſt. Et hoc quo ad primum. ¶Concludo ergo do. ar-
chieṗm minime fuiſſe obligatum in quantitate ſortis pe
titæ ꝑ clerũ, niſi clerus probet, ꝙ pecunia ſit uerſa in uti-
litatẽ eccl̃ię directè uel indirectè modo ṗdicto. Ad ſcd̃m
dubiũ, primo dubio præſuppoſito, ſ. ſine ueritatis ṗiudi-
cio, quod dñs archieṗs fuerit ab initio obligatus ad ſol-
uendũ ſortẽ pro rata eũ cõtingẽte, an ſit hodie liberatus
uigoræ cõpoſitionis factæ cũ dictis ſyndicis cleri, cũ ne-
getur à clero illos ad hoc fuiſſe mãdatos? Et uidetur pri
3 mo ꝙ non: quia †aſſerenti mandatum incumbit onus pro-
bandi, ut in c. j. de procur. & l. j. C. eo. ti. adeò, ꝙ ſi in ſñia
dicitur eã fuiſſe latã ↄ procuratorem certæ perſonæ, nõ
per hoc ꝓbatur mandatũ, nec prodeſt ſñiam eã habenti,
niſi probet mandatũ, ut dicit gl. no. in c. cũ in iure, de offi.
dele. facit auc. ſi qs in aliquo documento, & quod ibi no.
Bar. C. de eden. & gl. in c. abbate, de uer. ſig. Nec cãcella-
tura debiti facta in lib. cleri. habet ꝓdeſſe domino archi-
eṗo: qa potuit ꝑ debitorẽ uel amicũ ſuũ cãcellari, ut no.
Bar. poſt doc. in l. ij. ff. de pac. reprobando gl. q̃ uoluit ſim
pliciter, ꝙ ſi inſtr̃m debiti reperiẽ cãcellatũ penes credito
rẽ, ꝓſumiẽ debito, ſatisfactũ, arg. in l. ſi chirographũ, ff. de
proba. non. n. hoc indiſtinctè eſt uerũ: quia ſicut nõ probaẽ
debito ſatisfactũ ex eo: quia inſtr̃m reperitur penes debi
torẽ: quia potuit illud ſubripere, ut legi. & no. ĩ l. j. §. ille
aũt, C. de Lati. li. tol. ita neceſſariò nõ probat ſatisfactio-
nẽ cancellatio: quia ſicut poteſt ſurripi & tradi creditori;
ita põt clandeſtinè per nõ habẽtẽ ptãtem cãcellari. ¶Sed
ego ↄriam ſñiam arbitror in materia nr̃a præualere. Mo
ueor principaliter duplici capite. Primò, quia, ut narraẽ
in poſitione caſus, illi, qui cõpoſitionẽ fecerũt, gerebant,
ſe publicè & palã pro ſyndicis cleri, & ita cõiter teneban
tur & reputabantur, & exercebãt officiũ pleniſſimũ ſyndi-
catus recipiẽdo credita & ſoluendo & compenſando, ſeu
componendo & finiendo. unde clerus hoc uidens & non
ↄdicens, ẽt ſi nõ habuiſſent mandatũ, uĩ tunc mandatum
dediſſe, ut no. dicit Inn. ĩ c. ex parte decani, de reſcrip. &
ſequnẽ dñi de rota deci. 406; & ſequẽti, licet Bar. aliud
ſenſerit ĩ l. ſæpe, ff. de re iud. & Cy. in l. ſi pecuniam, C. de
neg. geſt. Sed profectò non mouentur bonis rõnibus. nã
Bar.



Bar. mouetur ex eo, quia cum utiliter ageret gerens ſe ꝓ
procuratore, ut exitus declarat, non uĩ dñs tacens dare
mandatum, arg. in l. filiusfam. §. inter, ff. de ꝓcu. per illam
l. mouetur Cy. in hac ſñia: ſed certè hæc ratio non eſt bo
na: quia initium in his ſpectandum eſt, ut in l. ſed an ul-
tro, ff. de neg. geſt. Si. n. quiſque agens in iudicio ꝓ alio
præſumeretur inutiliter agere, iura nõ admitterent con
iunctam perſonam ſine mandato: quia coniuncta perſona
non debet admitti contra præſumptam uoluntatem dñi,
ut l. Pomponius, in ſi. de procu. Et pro dicto Inn. ego alle
go tex. apertum, inſt. ꝑ quas perſonas agere poſ. ubi dr̃, ꝙ
procurator neq; certis uerbis, neq; præſente aduerſario,
imo plerũque eo ignorante conſtituitur. Cuicũque. n. ꝑ-
miſeris rem tuam agere, aut defendere, is ꝓcurator tuus
eſſe intelligitur. notanda. n. & ponderãda ſunt hæc uer-
ba ultima, ṗterea utile eſt habere procuratorem, ut in l.
4 ff. de procur. † Tertio tacendo & ꝑmittendo ſe gerere ꝓ
procuratore uidetur quis cõſentire, & dare mãdatum, ut
in l. quæ patitur, ff. mandati, & quod no. Inn. in c. in geneſi
de elec. Item ex quo clerus poterat impedire illorũ offi-
cium, & non fecit, uidetur conſenſiſſe, ut legi. & no. in l.
Caius, ff. de pig. act. & l. fideiuſſor. §. pr̃, ff. de pigno. & c. nõ
ne, de præſump. facit dictum Cy. in l. inuitus, C. de procu.
& l. exigendo, eod. tit. ubi dicit, ꝙ ſi amicus uel coniuncta
perſona gerat ſe pro ꝓcuratore, uidetur dominus tacens
conſentre, arg. in l. ſi ſeruus cõis, ff. de dona. inter ui. & ux.
refert Bar. & ſequitur in l. non ſolum. §. q alieno, ff. eod.
ſed clerici eiuſdem vniuerſitatis uidentur inter ſe con-
iuncti & amici, arg. in c. cum R. de offi. deleg. no. glo. ſi. in
fine, in c. ult. de procur. & c. ij. de poſtul. uel ſaltem debe-
mus tenere, ꝙ ſi gratis ſe ꝓ procuratore geſſit domino
ſciente & non ↄdicente, præſumatur habuiſſe mandatũ:
& tamen ut onus probãdi ↄrium incũbat domino rogãti,
ut tenet Ant. de But. in d. c. ex parte decani, & bene facit
tex. ṗall. inſt. de his, ꝑ quos agere poſ. in ſi. & ꝙ notanter
ponit Inn. in c. ueniens, de uer. ſig. lib. 6. ubi dicit inter cę-
tera, ꝙ ſi aliqs petat aliquid ex ↄctu prælati mortui, uel
uiuentis, ut per inſtr̃a tabellionis, ſufficit agenti probare
cõmunem opin. ꝙ habebatur pro prælato, uel notario,
quouſq; probabitur ↄrium, arg. C. de teſti. l. j. & C. de ſen.
& interlo. om. iud. l. ij. item ex quo libri cleri erãt penes
illos, præſumuntur habuiſſe mãdatum; ad quod facit qd̃
legitur & no. in c. coram, de offi. dele. & no. gl. in l. ſi. C. de
pac. dota. ꝑ Bal. in l. ſi qua per calũniam, C. de epiſ. & cle.
ex ſecundo capite principaliter moueor: quia ex quo li-
ber cleri reperitur cãcellatus, & allegatur ibidem cãcel-
lationis cã, ſ. propter compõnem factam cum dño archi-
eṗo, præſumendum eſt, qd̃ legitimè illa cõpoſitio inter-
ceſſerit, & ꝙ fuerit facta per habẽtem poteſtatẽ, & de cõ-
ſenſu cleri ꝑ id, quod legitur & no. in l. j. ff. de his, quæ in
teſta. delen. & quia dominus archieṗs non eſt talis ꝑſona,
q̃ ſubtraxiſſe uel cãcellaſſe ꝓſumaẽ dictum librum, ut no.
in d. l. j. C. de Lati. lib. tol. & per Bart. poſt Iac. de Aret. in
d. l. ij. ff. de pac. ṗterea cum iãdudum fuerit facta cancel-
latio debiti, allegata cã compõnis, & nunquã per clerum
aut officiales cleri fuit aliquando ↄdictum, ſeu proteſta-
tum in contrarium, ſatis ꝓſumendum eſt, ꝙ de uoluntate
cleri proceſſit, arg. optimum in c. j. de frigi. & ma. & l. ſin.
C. de his, q à non domino ma. Imputandum eſt enim illi
qui in perniciem ſuã geſta taciturnitate firmauit; & mul-
tum bene facit tex. iuncta gl. Inn. in c. olim, de offi. deleg.
arguendo de eo, q exceſſit fines mãdati domino ſciente
& non ↄdicente ad eum, q nullum habebat mandatũ. prę-
tereà ſicut clerus adducit librum ꝓ ſe, cui non eſt ſtandũ
in ṗiudicium domini archieṗi, ut l. rõnes, & l. exẽplo, C.
de ꝓb. ita debet recipere, q̃ ſunt ↄ ſe, quatenus ibi narraẽ
cõpoſitio facta cum dicto archieṗo, ut eſt tex. ĩ l. Publia.
§. ſi. ff. depoſiti, maxime quia liber facit fidem ↄ dominũ,
ſed non ꝓ eo iuxta no. ꝑ Bart. in l. nuda, ff. de dona. & l.
admonendi, ff. de iureiu. & in auc. & ſi contractus, C. de fi-
de inſtr. & hæc de ſecundo dubio. ¶Venio ad tertium pri
mi dubij, quod fuit, an præſuppoſita obligatione reſpe-
ctu ſortis teneatur dominus archiepiſcopus ad uſuras ſo
lutas per clerum ꝓ illa portione contingente dominum
archieṗm. Et uĩ primo ꝙ ſic: qa clerus non petiit uſuras,
ſed intereſſe; ergo poteſt etiam illas petere de iure cano.
ut ꝓbatur in c. conſtitutis, & c. ꝑuenit, de fideiu. & c. dile-
cti, de ſo. cõpe. no. gl. in c. conqueſtus, de uſu. & in l. cura-
bit, C. de act. emp. ꝑ Inn. in c. ſacro, de ſentẽ. excom. ¶Cõ-
trariam partem in terminis noſtris puto ueriorem, ut. ſ.
dominus archieṗs nullo mõ teneatur ad uſuras, quas cle
rus ſoluit per ea, q̃ pleniſsimè ponit Io. An. ſuper regula,
damnum, de reg. iu. lib. 6. in Merc. aut. n. clerus ſoluit il-
las uſuras ignorante domino archieṗo; & nõ repetit. d. l.
ſi qs negotia, ff. de neg. geſt. non. n. utiliter geſſit; & ideo
non repetit. l. ſed an ultro, ff. eo. aut ſoluit domino archi-
eṗo ſciente & patiẽte; & idem, quia imputandũ eſt clero,
q ſe ſponte in hoc obtulit, arg. in l. j. & ſi bona fides, ff. de-
po. & c. bona fides, eo. ti. ſicut. n. grauatur illius condõ, q
ſe depoſito obtulit, ut ibi, ita & cleri condõ, q ſponte ſine
domini archiepiſcopi mandato uſuras ſoluit: aut ſoluit
dño archieṗo ſciente & mandante, ut ſe obligaret etiam
ad uſuras; & etiã non repetit, cum non interuenit iur̃m:
debuit. n. excipere, ꝙ uſuræ erant indebitę: tñ cum omiſe
rit ſponte exceptionem cõpetentem dño archieṗo, qui
quantũcũq; ꝓmiſiſſet ſoluere, potuiſſet nihilominus exci
pere, ut c. debitores, de iureiu. ergo ſibi imputandũ eſt, ut
l. fideiuſſor, ff. mãd. & qd̃ legiẽ & no. in l exceptiones, quæ
ꝑſonę, ff. de exce. & l. exceptione, ff. de fideiuſ. Quinimo, ſi
clerus fuiſſet coactus ſoluere uſuras, adhuc non repetit,
ex quo non obligauit ſe archiepiſcopo mãdãte, arg. d. l.
exceptione, & qd̃ no. Io. An. in d. regula, dãnũ. nec obſtat,
ſi dicaẽ dictũ archiepiſc. fuiſſe interpellatũ, ut ſolueret, &
vnica interpellatio ſufficit ad cõſtituẽdũ quẽ in mora, ut
legiẽ. & no. ĩ l. Titia Seia. §. uſuras, ff. de leg. ij. & l. ſi ex le-
gati cá, ff. de uer. ob. & l. mora, & l. ſciẽdũ, ff. de uſur. & ſuf
ficit interpellatio extraiudicialis, ut no. Bar. ĩ d. l. ſi ex legati,
& ꝓbaẽ in d. l. mora: qa clerus nõ potuit cõſtituere ĩ mo-
ra dñm archiepiſc. cũ non eſſet debitor cleri. Item nõ de-
buit clerus à principio capere pecuniã ſub uſuris domino
archiepiſc. non mãdante, ut ſ. dictum eſt. Quid plura? de
iure canonico, cui hodie ſtandũ in hac materia iuxta no.
per gl. in regula, ſine poſſeſsione, lib. 6. & per Bar. in l. pri-
uilegia, C. de ſacroſ. eccl. uſuræ ex mora non ueniunt, li-
cet ueniat intereſſe iuxta not. in d. c. conqueſtus, & l. cu-
rabit, prælleg. & per Inno. in c. ſacro, de ſenten. excom.
Sed in caſu noſtro nullum intereſſe ꝓbatum fuit ex par-
te creditorum, & cum hoc intereſſe ueniat ex contractu,
debuit ꝓbari ꝑ teſtes uocato domino archiepiſcopo, de
cuius intereſſe agebatur, ut eſt tex. iuncta gl. in §. non ſo-
lum, inſti. de uer. obl. no. gl. in c. dilecti, de ſo. compe. præ-
terea poſito & nõ cõceſſo, ꝙ uſuræ uenirent: tamen ꝓ ea
quãtitate, qua clerus reperiẽ obligatus, domino archiepi
ſcopo non currũt uſuræ: ſed fit compenſatio debiti hinc
inde uſque ad cõcurrentem quãtitatem; tex. eſt no. in l. ij.
C. de cõpen. & ſic debet compenſari debitum charitatiui
ſubſidij. Item debitum annuum, quod ſoluiẽ ſub nomine
procurationis, ſi conſuetudo eſt, ut ipſe clerus collegiali-
ter ſoluat, & hæc de tertio dubio. ¶Expedito primo du-
bio principali uenio ad ſcd̃m, ĩ quo ĩ effectu q̃riẽ, An cle-
rus

rus poſſit repetere à domino archiepõ, qđ ſoluit in pecunia nomine procurationis, maximè ꝓ eo tẽpore, quo dñs archieps̃ non per ſe, ſed ꝑ aliũ uiſitauit, eo p̃ſertim attento, ꝙ ſiue ꝑ ſe ſiue ꝑ aliũ uiſitauerit, clerici ultra pecuniã impẽderũt procurationem in uictualibus. pro parte uero archiepi̇ reſpondeť, ꝙ in ciuitate & diœceſi Florentina inualuit hęc cõſuetudo ꝑ tãtũ tẽpus, de cuius initio memoria non exiſtit. Et primò uř, ꝙ dñs archieps̃ teneať ad reſtitutionẽ nedũ eius, qđ recipit, ſed ad duplum, ut ꝓbať in c. exigit, de cẽſi. lib. vj. & ſi infra mẽſem non reſtituit, fuit ſibi eccleſiæ ingreſſus ipſo iure interdictus, ut ibi. & ꝑ cõſequẽs ſi poſt mẽſem celebrauit, reſtitutione non facta incidit in irregularitatẽ, ut in c. is cui, de ſen. excõ. lib. vj. no. gl. in d. c. exigit. nec excuſať. c. felicis, eo. ti. & li. ubi dř, ꝙ à uolente põt p̃latus recipere ꝓcurationẽ in pecunia: quia ꝑ illud c. moderať c. p̃cedẽs ſolũ eo caſu, quo recipit pecuniã à uolente pro ſumptibus moderatè faciendis; ita, ꝙ pecunia ſuccedat loco uictualiũ; ſimile in c. relatũ. x. q. j. In alijs uero nihil mutať de illo c. exigit. Sed cum in caſu noſtro dictus archieps̃ receperit pecuniam ultra uictualia; ergo incidit in pœnã illius c. & tenetur reſtituere duplũ eius, qđ recepit, ut ibi; & facit c. procurationes, in fi. de cẽſi. & maxime hic procedit habito reſpectu, ꝙ dictus archieps̃ perſonaliter non uiſitauit; quo caſu prohibetur aliquid petere à uiſitatis, ut in c. ſi eps̃, de offi. or. li. vj. nec uř ualere conſuetudo in cõtrariũ, cũ ſit irrationabilis & inimica canonibus, ut in c. fi. de conſuetudi. ꝙ ſit irrationabilis, ſatis colligitur ex his, q̃ habẽtur in d. c. exigit, & c. procurrationes, præalleg. ¶Sed quàmquàm hic urgere uideãtur: tamẽ ɔ̃ria ſñia plus placet; & arbitror dictũ archiep̃m ex duplici capite poſſe defendi, & in ſua cõſuetudine conſeruari. Pro intellectu primi præmitto, ꝙ eps̃ diſcurrẽs ꝑ ſuã diœceſim põt exigere cathedraticũ, qđ datur in honorẽ cathedrę, ut dicit tex. in c. j. x. q. iij. & in c. cõquerẽte, de offi. ord. videlicet duos ſolidos a qualibet eccl̃ia, ſcilicet aureos, ut in d. c. j. iuncta glo. adeò, ꝙ ſ̃m cõem opinionẽ, licet in quãtitate currat præſcriptio; non tamẽ in totũ, ut no glo. in c. quicunq;. 16. q. 7. & plenè per Io. An. in c. cum uenerabilis, de cenſi. & hoc cathedraticũ appellatur quandoq; ſynodaticũ, ut in c. olim, de cenſi. & hoc, quia frequenter datur in ſynodo, ut no. glo. x. q. j. in ſumma. Itẽ p̃mitto, ꝙ quãdo aliquid fuit annuatim ꝑ tempus tãtũ p̃ſtitũ, de cuius initio memoria hominũ non exiſtit, põt illud in futurũ peti ẽt nulla cauſa expreſſa: ſed ſufficit dicere: peto cenſum, ſeu annuã pręſtationem ex iuſta cã ab initio impoſitã ꝑ tãtum tẽpus, de cuius ɔ̃rio non eſt memoria: hoc no. tenet Io. An. c. peruenit, de cenſi. & Bar. in l. cũ de in rẽ uerſo, ff. de uſur. ſentit glo. 18. q. 2. ſeruitiũ, & eſt glo. no. q̃ expreſſè hoc tenet etiã reſpectu epi̇ & clericorũ relata ad tex. 1. q. 1. nullus eps̃ grauamẽ. ¶His præmiſſis dico, ꝙ cũ omni anno tẽpore uiſitationis fuerit certa quantitas pecuniæ ꝑ quẽlibet rectorẽ eccleſię tradita archiepõ ꝑ tantũ tẽpus, de cuius initio non eſt memoria, debemus pręſumere, ꝙ ex iuſta cã hoc fuit ab initio impoſitum, & forte loco cathedratici; qđ p̃ſumere eſt iuſtiſſimũ per ea, quæ ſupra dixi: ſed dicitur ꝓcuratio: quia datur tẽpore uiſitationis & procurationis, ſicut contingit, ꝙ appellatur ſynodaticũ: quia datur in ſynodo, ut ſ̃. dixi. nõ enim põt dici ꝓpriè procuratio, cũ dominus archieps̃ uel alius pro eo uiſitans recipiat procurationem in uictualibus. procuratio .n. nõ põt geminari; facit in ſimili, qđ legitur & no. in l. libertis, ff. de ali. & ciba. lega. & qđ not. glo. in l. quinquaginta, ff. de proba. Pręſumenda eſt ergo alia cã legitima ex curſu tanti temporis, ut no. in iuribus pręallega. nã curſus tãti temporis habet uim cõſtitutionis & priuilegij, ut in c. j. de p̃ſcri. lib. vj. & l. hoc iure. §. ductus aquæ, ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. & 2. ff. de aqua plu. arcẽ. hoc p̃ſumẽdũ eſt maximè in caſu noſtro, ut euitetur delictũ, & multa inconuenientia, quæ ex ɔ̃rio ſequerentur, de quibus ſuprà facit qđ in ſimili legitur & no. in l. ſi defunctus, ff. arb. tu. Poteſt ex ſecundo capite dominus archieps̃ iuuari & in ſua conſuetudine defendi tenendo, ꝙ directè ſoluta ſit pecunia pro expenſis alijs, quas facit in uiſitãdo totã diœceſim ultra uictualia tẽpore uiſitationis. nã nullũ ius expreſſè dãnat hanc conſuetudinem, ſaltem quando eſt tãti tẽporis, de cuius initio non eſt memoria, ut in caſu noſtro. nã & olim ipſe habebat quãdoq; medietatẽ, quãdoq; tertiã partẽ omniũ redituũ eccleſiarũ inferiorũ, ut legitur & no. x. q. j. antiquos, & c. de his. facit quod no. Io. An. in c. requiſiſti, de teſta. & ratione conſuetudinis antiquæ põt recipere ſeruitia, & alia extraordinaria ab eccleſijs ſibi ſubiectis, ut d. c. ſeruitium. 18. q. 2. & d. c. nullus eps̃ grauamẽ. j. q. j. Non mirum ergo, ſi ualeat conſuetudo, maximè antiquiſſima, ut aliquid detur ipſo tempore uiſitationis ultra uictualia; ad hoc facit c. ſi eps̃, de offi. ordi. lib. vj. ubi dicitur, ꝙ quãdo ꝑ ſe non uiſitat, nihil debet petere à uiſitatis ultra uictualia, quę exhibentur uiſitãti pro eo. quando ergo uiſitat per ſe, uidetur ſecus. Item ſecus, quando eſt conſuetudo ita antiquiſſima. nam & ius publicũ & auctoritate & utilitate tollitur ex conſuetudine, ſaltem quando interuenit tacitus conſenſus papæ, ut no. in quadam extrauaganti, & refert Ioã. And. in c. fin. de cenſi. lib. vj. alleg. 12. di. nos conſuetudinẽ. Et ego puto, ꝙ etiam papa ignorante poteſt per conſuetudinem tale ius tolli: quia ſatis habetur papæ conſenſus per id, qđ habetur in c. fi. de conſue. & hoc notanter tenuit gl. 4. di. §. leges, & 8. d. c. fruſtra. nam debemus p̃ſumere ex curſu tanti temporis iuſtiſſimam cãm, ut ſuprà dixi. Et notanter dixit Bal. in c. imperialẽ. §. p̃tereà ducatus, de prohi. feu. ali. per Fed. coll. x. ꝙ nullum eſt ius poſitiuũ, quòd per conſuetudinẽ nõ poſſit tolli, arg. in l. de quibus, ff. de legi. Quod tamẽ ego limito, niſi ſit irrationabile. c. fi. de conſuetu. ſed ex curſu tãti tẽporis ſemꝑ p̃ſumitur rationabile, ut in iuribus ſuperius allegatis. Quinĩmò ſi ius reprobet conſuetudinẽ: nihilominus poteſt de nouo induci; ad hoc allego tex. iũcta glo. ſing. in uerbo, conſuetudinẽ, in clemẽ. ſtatutũ, de elec. & in hoc poſſent multa dici, quę pleniſſimè examinaui in c. 2. de prob. in lec. mea. ſed hic non proſequor: quia non uenit neceſſariò examinandum. potuit enim eſſe, quòd ab initio propter paupertatem archiep̃atus hoc fuit inductũ, uel aliã iuſtã cãm. nec debet nũc poſt curſum tãti tẽporis refricari in dubiũ, cũ agatur de cõmodo pecuniario, & non animarũ periculo. nec debet reprehenſibile reputari, ſi ſ̃m uarietatẽ tẽporũ ſtatuta mutẽtur humana, ut in c. non debet, in princ. de conſang. & affini. & hæc ſufficiãt ꝓ ſecũdo principali dubio. ¶Nũc deſcẽdo ad tertium principale, in quo quęritur, An clerus poſſit repetere ab archiepõ illã quantitatẽ pecuniæ, quã ſibi dedit, quando iuit ad conciliũ Senẽſe. ad qđ breuiſſimè dico quòd nõ. ad qđ allego expreſſè gl. no. in c. j. de ſta. reli. ubi dicit, quòd ſingulę eccleſiæ debẽt cõferre cũ epõ, quãdo uadit ad papã, uel ad regẽ, uel ad ſynodũ: uel quãdo facit expẽſas ꝓ aliquibus negotijs cõibus totius diœceſis, pro hoc 12. q. 2. c. uobis. facit qđ no. glo. in c. quidã monachi. 16. q. 1. & qđ legi. & no. in c. cum apoſtolus, de cenſibus. Archieps̃ enim uadit ad ſynodum ſeu concilium ꝓ cõi omnium utilitate, cum fiat ꝓ reformatione eccleſiæ uniuerſalis, & mẽbrorum ſuorum. ideo ab omnibus debet comportari. facit qđ legitur & notatur in cle. 2. eo. ti. prætereà clerici ſponte ſoluẽdo, etiam ſi fuiſſet indebitũ, uidentur illud donaſſe, nec poſſunt amplius repetere, ut l. Campanus, ff. de ope. lib. & l. cuius per errorem, ff. de reg. iu. item poteſt epiſcopus inſtante neceſſitate petere charitatiuum ſubſidium, ut d. c. cum apoſtolus, quod cum tunc epiſcopus petierit, nec fuit ſibi denegatum, non poteſt clerus amplius repetere, quia ex ſola pœnitentia non poteſt donatio reuocari. l. iij. C. de reuo. do. c. fi. de dona. nec ob. ſi dicatur, ꝙ ſyndici cleri, qui donauerunt domino archiepiſcopo illam pecuniæ quantitatem, non habebant ad hoc poteſtatẽ, quia ſatis eſt, ꝙ clerici ſponte ſoluendo hoc approbarunt; ad hoc l. ſi filius, ff. ad Macedo. & quod no. Bar. in l. quo enim ff. rem ra. ha. ubi dicit, ꝙ ſi aliquid factum fuit nomine meo, quod tendit ſeu tendere poteſt in mei præiudicium & ego ſciens facio aliquem actum poſitiuum, qui tendit ad approbationem actus, uideor per hoc geſtum nomine meo approbare, ad quod optime facit cle. j. de procur. & quod no. idẽ Bar. in l. cũ tabernã. §. idẽ quæſijt, ff. de pign. itẽ ſyndici ſoliti erant palam & publicè conſimiles donationes facere ex commiſſione officij, & ſic uř clerus dediſſe hanc poteſtatem, ad hoc quod legitur & no. in l. quàm tuberonis, ff. de peculio, & in l. ſi filiusfamil. ff. de dona. & quod no. Inn. in dicto c. ueniens, de uer. ſign. lib. vj. & quod habetur in l. non tantum, alias incipit Paulus, ff. rẽ ra. habe. & quod ibi not. Bar. Ex multiplici ergo uia dico dictam pecuniam minimè repeti poſſe. ¶Poſtremò ad ultimum dubium condeſcendens, quod eſt, an clerus a præfato archiepiſcopo poſſit petere, ut contribuat & ſoluat partem ſuam de donationibus, quas fecit clerus ſummo pontifici, & ſoluat certa datia indicta per clerum. Concluſiuè breuitatis cauſa dico, quod non, quia clerus non potuit donando etiam ſummo pontifici obligare archiepiſcopum ad contribuendum, nec aliter imponere iſta datia pro utilitate publica ſine licentia & conſenſu domini archiepiſcopi, cum ipſe ſit caput totius cleri & penes eum ſit iuriſdictio & non penes clerum xij. quæſt. iij. ſine exceptione, & c. placuit, & c. abbatibus. x. q. j. nouerint, & in ca. regenda, q. 16. & 8. oẽs baſilicæ facit clemen. ij. de cenſi. & c. dilecta, de exceſ. præla. ſicut in ſimili dř in uniuerſitate ciuitatis, ut pro utilitate publica non poſſit ſine principe imponere hęc onera extraordinaria, immo omnia ſunt interdicta, ut in l. j. C. de ſuperindic. li. x. maxime reſpectu eccleſiarum, ut in c. j. §. illicitas. de pa. iur. fir. col. x. & c. ad decus. §. item illa communitas, de ſta. contra li. ec. ea. col. plene Io. An. in c. peruenit, de imu. ecc. unde miror, quòd dominus archiepiſcopus patiatur, quòd etiam in inferioribus eccleſijs abſque ſuo cõſenſu hic onera imponant, cũ poſſunt multum damnificare eccleſias & earum reditus, & diminuere diuinum cultum, & ſubtrahere neceſſaria pauperibus unde epiſcopus poteſt exigere rationem a cũctis clericis de reditibus eccleſiarum, & uidere, an bene expendant Chriſti ſubſtãtiã. x. q. j. ep̃m, & c. cum & plantare, de priuil. & ibi per Inn. hic tex. in c. non minus, de immu. eccle. dicit, ꝙ eps̃ & clerus debent conſiderare hic onera imponenda. & mirum uideretur, ſi clerus poſſet compellere archiep̃m ſuum ad donandum, uel ad ſoluendum onera ordinaria uel extraordinaria, ut ſic archiepiſcopus ſubijciatur poteſtati cleri, cum clerus nullam habeat iuriſdictionem, licet pro ſuis neceſſitatibus poſſit facere uniuerſitatem, quæ tamen erit ſub epiſcopo, iuxta no. per Inn. in c. dilecta, de exceſ. præla. facit xj. q. j. de perſona, & xvij. q. iiij. in uenditionibus, & c. j. & ij. de his quæ fi. a prælа. cum ſi. & facit quod ipſe Inn. no. in c. cum acceſſiſſent, de conſti. & c. requiſiſti. de teſt. ubi dicit, quòd etiam ſtatuta ſimplicia non poſſunt facere clerici ſine conſenſu epiſcopi niſi circa leuiſſima. Et hæc ſufficiant, & ꝑ prædicta patet reſponſio ad omnia contraria ſuperius formata. NIC. ABBAS.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*LAVRENTIA mulier dedit & uendidit ſimul cum Ioanne marito ſuo ſibi conſentiente & non remanente ſoluendo unam domum ipſius Ioannis pro dotibus dictæ Laurentie hypothecatã pro precio centum Florenorum conuertendorum in reſtitutionem dotium Catherinæ uxoris præmortuæ dicti Ioannis, quas ſupradictus Ioannes reſtituere tenebatur, & iurauit non uenire contra contractum uenditionis prædictæ. Quæritur nunc mortuo dicto Ioanne, utrum dicta Laurentia poſſit conſequi iura hypothecarũ in dicta domo, ſtante lege municipali, quæ in his terminis ſtat. ¶Conſtante uero matrimonio ſi qua mulier de ciuitate uel comitatu Senarum refutationem, uel donationem, uel remiſſionem ſuorum iurium dotalium fecerit, uel ſolutionem aliquam receperit à uiro ſuo, uel alio pro eo de dotibus ſuis abſque conſenſu quattuor propinquorũ ſibi proximorum bonæ famæ quorum duo ſint ex latere patris & alij ex latere matris ipſius mulieris, ipſo iure non teneat.*

## CONSILIVM VIII.

1 *Mulier poteſt renunciare iuri hypothecarum ſuarum.*
2 *Maritus quando remanet ſoluendo, renunciatio hypothecæ, non continet donationem.*
3 *Mulier pro uiro, nullo modo obligatur.*
4 *Iuramentum præſtitum contra legem editam in fauorem principaliter priuatum eſt inuiolabliter obſeruandum.*
5 *Iuramentum ubicunque eſt illicitum, & iniuſtum ex parte recipientis, licet ex parte præſtantis poſſit ſine animæ diſpendio ſeruari; poteſt nihilominus peti abſolutio ab epiſcopo.*
6 *Iuramentum ut ſit undiq; licitum, debet habere tres comites, ueritatem, iudicium, & iuſtitiam.*
7 *Iurans petens abſolutionem à iuramento, non uenit contra iuramentum.*

OMnipotentis Dei poſtulato ſuffragio. Tria ad deciſionẽ huius dubij uidenda ſunt. ¶Primò, nunquid ceſſante iuramento, præiudicauerit ſibi mulier prædicta in iuribus hypothecarũ ſuarũ ex prædicta uenditione. ſeu conſenſu illi præſtito? ¶Secundò præſuppoſito, ꝙ non, An ſaltem præiudicauerit ſibi ex iuramẽti interpoſitione? ¶Tertiò admiſſo, ꝙ ſibi ex iuramento præiudicauerit, An ſuperſit eidem mulieri, aduerſus tale iuramentum, aliquod remedium legitimum? ¶Venio ad primum, in quo primò
1 uř, quòd ſibi præiudicauit, † quia mulier poteſt renuntiare iuri hypothecarum ſuarum, in l. iubemus, & l. ẽt, C. ad uelle. ſed uendendo, uel conſentiendo uenditioni rei ſibi obligatæ uř remittere illam obligationem, ut l. ſicut. §. ſi uoluntate, cum ſeq. ff. qui. mo. pig. uel hypo. ſol. ergo hæc mulier fecit ſibi præiudicium, etiam ſine iuramenti interpoſitione. ¶Sed hoc non obſtante cõtrarium in dubio dico uerius, ſ. ꝙ ex tali uenditione, circũſcripto iuramento nullum præiudicium fuit mulieri irrogatum. Primò hoc clariſſimè patet ex forma ſupraſcripti ſtatuti, ꝙ annullat ipſo facto omnem contractum initum per mulierem in p̃iudicium iurium dotalium, forma ibidem contenta non ſeruata, quæ in caſu noſtro minimè interuenit: ergo illa uenditio fuit nulla in pręiudicium mulieris, cum uir non eſſet tempore illius cõtractus aliter ſoluendo in dotibus reſtituendis. mulier enim uendendo & conſentiendo uenditioni rei ſibi hypothecatæ pro dote, uidetur remiſſionem

nem iurium dotalium feciſſe, ut d. §. ſi uoluntate, quod fa
cere non poterat obſtante ſtatuto. Præterea dico, q etiã
ceſſante ſtatuto non præiudicauit mulieri dicta uenditio
mero iure communi inſpecto, nam communis eſt legiſta-
rum opi. & Bar. & aliorum in d. l. iubemus, q tunc proce-
dit illa lex, ut ualeat remiſſio iurium hypothecarum per
mulierem facta, quando maritus in alijs rebus remanet
ſoluendo, Si autem non remaneret ſoluendo, talis reuun
2 tiatio mulieri non præiudicaret. Ratio, quia † qñ mari-
tus remanet ſoluẽdo, renũtiatio hypothecæ non continet
donationẽ, ut in d. l. ẽt, & l. ſi pignus, ff. de his quæ in fra.
cre. ¶ Sed quando maritus non eſſet aliàs ſoluendo, dona
tionẽ contineret, quæ non ualet inter maritum & uxorẽ,
ut ff. de do. inter ui. & uxo. quaſi per totum. Præterea, quã
do maritus non eſſet aliàs ſoluendo, mulier per hanc re-
nuntiationem eſſet obligata non agere. nam ex pacto libe
ratorio quis obligatur ad non agendum, ut l. ubi pactum
3 C. de tranſac. l. ſi unus. §. pactus ne peteret, ff. de pac. † Sed
mulier pro uiro nullo modo obligatur, ut in aut. ſi qua
mulier, C. ad uelle. ergo talis renuntiatio non ualuit &
hoc tenuit Iac. de Are. in l. Mæuia. §. fi. ff. ſol. ma. & Dy. in
l. pignus, ff. de his, quæ in frau. cre. & Ia. de Bel. in aut. ut
immobilia ante nu. do. col. vj. & Bar. in d. l. iubemus; quod
dixit perpetuò menti tenendum, ſed cum maritus nõ re-
manebat hic ſoluendo, pdicta renunciatio hypothecæ,
quæ tacitè reſultabat ex dicta uenditione, ſeu conſenſu il
li præſtito, nõ habuit in aliquo præiudicare mulieri. Nec
ob. ſi dicatur, q ipſa mulier fuit illa, quę uendidit, nõ au-
tem purè renuntiauit, quia dico, q pretium non fuit per
ipſã receptum, & ſic ceſſat quod leg. & no. in l. ſi uir uxori
ff. ad uelle. & quod no. Bar. in d. l. iubemus, in fi. ſed pretiũ
debebat conuerti ad utilitatem mariti, ut liberaretur à
reſtitutione dotium uxoris prædefunctæ, & ſic in effectu
obligabatur mulier ad non petendum ad utilitatem ma-
riti, contra aut. ſi qua mulier, C. ad uelle. Ex quibus omni
bus clarè patet concluſio præmiſſa, & hæc de primò. ¶ Ve
nio ad ſecundum dubium, An mulier ſibi præiudicauerit
ſaltem ex iuramenti interpoſitione. Et breuiter puto, q
ſic per c. cum contingat, de iureiu. & c. quãuis, de pac. lib.
6. & auth. ſacramenta puberum, C. ſi ad uer. uen. Statutũ
enim, & ius commune annullant hoc caſu talem remiſſio
nem & contractum principaliter in fauorem mulieris, li-
cet ſecundariò in fauorem publicum, ut l. j. ff. ſol. ma. quo
caſu ualet iuramentum per illum, de cuius utilitate prin
cipaliter tractatur, præſtitum, ut in dictis iuribus, no. Bar
to. plenè in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſ. & canoniſtæ in d.
c. cum contingat, & multi legiſtæ in d. aut. ſacramenta. nõ
enim uenit hoc iuramentum in præiudicium aut diſpen-
dium ſalutis æternæ; ergo ſeruandum d. c. cum contingat
& c. ſi uerò, eo. ti. ¶ Reſtat ergo examinare tertium, an cir
ca tale iuramentum competat aliquod remediũ? & uide-
tur primo quòd non per tex. in aut. ſacramẽta puberum,
4 præalleg. qui dicit, † q iuramentum præſtitum contra le-
gem editam in fauorem principaliter priuatum eſt inuio
labiliter obſeruandum; & no. uerbum, inuiolabiliter, ſi
enim poſſet peti indifferenter abſolutio, quaſi de uento il
la aut. ſeruiret, nec inuiolabiliter obſeruaretur, ad idem
dictum c. cum contingat, quod mandat ſimpliciter tale
iuramentum obſeruari, damno rerum temporalium non
obſtante, cum anima ſit cunctis rebus tanquàm prætio-
ſior præferenda. xij. q. j. c. præcipimus, & c. Mattheus, de ſi
mo. ¶ Sed in caſu noſtro prædicta minimè militare credo
unde dico, quòd a tali iuramento poteſt peti abſolutio
ab epiſcopo, ſeu petere, q dictus emptor compellatur re
5 laxare illud iuramentum. Moueor principaliter, † quia
ubicunque iuramentum eſt illicitum, & iniuſtum ex parte
recipientis, licet ex parte præſtantis poſſit ſine animæ di
ſpendio ſeruari, poteſt nihilominus peti abſolutio ab epi
ſcopo, uel ut recipiens iniuſtè compellatur illud iuramẽ
tum relaxare, hoc probatur in c. ſi uerò, & c. uerum, de iu
reiur. in quibus iuribus relaxatur iuramentum pro uſuris
ſoluendis, uel per metum præſtitum propter turpitudi-
nem recipientis; & idem eſt ex identitate rationis, ubicũ-
que aliqua alia turpitudo uerſatur ex parte recipientis,
ut ſentit Inn. in c. debitores, de iureiur. & do. maximè Mo
de. in d. c. cũ contingat expreſsè tenet Fed. conſ. cclxiiij. ne
iſte turpiter & contra legem recipiens conſequatur com
modum ex ſua improbitate contra l. itaque fullo, ff. de
fur. cum potius deberet inde puniri, ut in c. & ſi neceſſe, de
6 dona. inter uirum & uxo. & ff. de neg. geſt. l. ſiue. † Item &
ſecundò iuramentum ut ſit undique licitum, debet habe-
re tres comites, ueritatem, iudicium, & iuſtitiam. Si autẽ
iſta defuerint, nequaquam iuramentum eſt, ſed periuriũ,
id eſt illicitum iuramentum; ita dicit tex. in c. animaduer
tendum. xxij. q. ij. & c. & ſi Chriſtus, de iureiu. ſed iuramẽ
tum præſtitum per iſtam Laurentiam non habuit comi-
tem iudicium, quia non fuit diſcretum, ſeu non habuit in
ſe diſcretionem nec ex parte iurantis, nec ex parte recipi
entis, cum ex illius obſeruantia muler ſine iuſta cauſa cõ-
pellatur eẽ indotata, cum nõ poſſit habere regreſſum cõ
tra bona mariti, cum non ſuperſint, contra l. j. ff. ſol. ma.
reipublicæ enim intereſt mulieribus dotes conſeruare, ut
dicit ibi tex. item dictus emptor hic contraxit cum mu-
liere, quæ ilicò erat in malum uſum, & a iure damnatum
ſicut pretium cum uſura, contra l. ſi quis cum ſciret, ff. p
emp. & quod ibi no. Bar. & in l. ſi uerò non remunerandi.
§. ſi adoleſcens luxurioſus, ff. mand. & in l. & mulieri, ff. de
cu. fu. & alijs iuribus hæc enim mulier uendebat, ut pre-
tium conuerteret in reſtitutionem dotium illius uxoris
prædefunctæ, & ſic ad utilitatem ſolius mariti contra iura
ſuperius alle. & ſic iuramentum illud non habuit diſcre-
tionem, nec ex parte recipientis, nec iurantis, maximè cũ
dictus emptor contraxerat cum illa muliere contra le-
gem communem, & municipalem, quæ uetant remiſsio-
nem iurium hypothecarum ipſius mulieris, maximè ma-
rito aliter non exiſtente ſoluendo, ut ſupra patuit. Præte
reà præfatum iuramentum non habuit comitem iuſtitiã,
quia non fuit iuſtum cõtrahere, cum muliere, quæ ex fra
gilitate ſexus & reuerentia, quam habet ad maritum, de
facili omnia promitteret, ar. eorum, quæ no. gl. in l. j. §. q
onerandæ, ff. quarum rerum act. non datur. & l. ſi pater, in
fi. C. de ſponſa. & ſæpe multæ amoroſæ coniuges ſe ſpolia
rent, niſi lex interdiceret, ff. de dona. inter uirum & uxo.
l. j. & ij. & iij. Item fuit iniuſtum dictum iuramentum ra-
tione doli. qui interuenit re ipſa, & ſic non ex propoſito,
quia mulier, ut dixi, remanet ſine iuſta cauſa indotata pa-
ria enim ſunt, quòd dolus interueniat ex propoſito uel re
ipſa, ut dicit tex. in l. ſi quis cum aliter, ff. de uer. ob. ratio
ne uerò doli & enormis læſionis faciliter remittitur iura
mentum, ut in c. cum contingat, & c. Quintauallis, de iu-
reiu. Et ſi diceremus contrarium, ſequeretur, quòd iura-
mentum eſſet uinculum iniuſtitiæ & iniquitatis. contra c.
quanto, de iureiu. & xxij. q. iij. per totum. Hanc opi. quod
iuramentum debeat remitti, tenet etiam in facilioribus
terminis Fede. conſi. præallega. ubi formans quęſtionem.
Quando ſtatuto cauebatur, quod certa conceſſio, ſiue p
miſſio facta a filiofa. ſine cõſen. patris non ualeat ipſo iu-
re, etiam ſi iuratum fuerit: & quidam filiusfa. hoc non ob
ſtante pmiſit & iurauit: concludit dictus Fed. q iuramen
tum recipiens, fecit contra prohibitionem ſtatuti ciuita-
tis ex cauſa facti, cui obtẽperare debuerat, & non contra
uenire. 8. diſt. c. quæ contra, & xj. q. 3. c. qui reſiſtit, nec ex
tranſgreſſione debet reportare cõmodum, ſed potius pu-
niri, põt cõpelli ipſe recipiẽs ad relaxationem iuramenti
7 † Nec in hoc uenit ipſe iurans contra iuramẽtum, imò pe
tendo relaxationẽ, ſeu abſolutionẽ iuramenti fatetur ſe
ligatum iuramento, ſic uoluit Fed. quod ex ſola contrauẽ
tione ſtatuti qs teneatur relaxare iuramẽtum, nulla alia
allegata deceptione, fortius ergo in caſu noſtro debet re
laxari dictũ iuramentum, quod fuit præſtitũ obſtante le-
ge communi & municipali, & cũ grauiſſimo damno ipſius
mulieris, quæ ex hoc remanet decepta. Item apertiſſimè
uoluit Vinc. & Io. An. eum recitando in d. c. cum contin-
gat. ubi dicit, q mulier iurans in terminis illius. c. cum cõ
tingat, poteſt inſtare, ut abſoluatur à tali iuramento: qa
contra prohibitionem legis conſentit; fortius in caſu no-
ſtro concurrentibus alijs, de quibus ſupra. Idem cõſuluit
Pe. de Anc. in muliere, quæ re ipſa fuit iuramento dece-
pta, & latè ponit in repetitione. c. canonum., de conſti. &
do. Ant. de Bu. in d. c. cùm contingat ubi dicit, q ſiue iu-
rans fuerit enormiter læſus in contractu, ſiue recipiens iu
ramentum contraxerit cùm ueriſimiliter conſumpturo,
& hoc conſtaret per euidentiam facti, quia hic aliqualis
eſt turpitudo ex parte contrahentis, qui materiam dat cõ
ſumptioni ad proprium conſumendum, & lex fraudem
præſumit contra talem, ut d. l. ſi quis cum ſciret, & l. ij ff.
quarum re. act. non da. talia iuramenta debent remitti p
iura ſuperius alleg. ¶ Concludo ergo, quòd ſupraſcriptũ
iuramentum dominæ Laurentiæ eſt remittendum altero
præmiſſorum modorum, uel compellendo recipientem,
ad relaxationem, uel obtinendo abſolutionem ab epiſco
po utrunque. n. iuris remedium eſt æquè principale, ut fi-
naliter tenet Io. An. in add. Spe. in ti. de iureiu. ſuper rub.
& Ant. in c. j. & c. debitores. e. tit. licet aliud uideatur ibi
ſentire Inn. Et pleniſſimè hanc materiam examino inqua
dam mea diſputatione, quæ incipit, Stante ſtatuto, & uř p
bari in c. ſi uerò, §. uerum, de iureiu. Iuramento uerò ſub
lato poterit dicta mulier uti iure hypothecarum ſuarum
d. c. ſi uerò, in fi. & per doc. in d. c. cum contingat. Ad ꝯria
ſuperius formata facilè, patet rñſio. Primò. n. põt dici, q
ille qui petit abſolutionem, non uenit ꝯ iuramentũ, imò
illud obſeruat, ut in c. j. & c. ſi uerò. Item ſecundò proce-
dunt illa iura, quando ultra legis prohibitionem non in
teruenit alia deceptio. & enormis læſio, ſicut in caſu nro
contingit. Et hæc ſolutio plus placet, & ſaluatur omniũ
opinio. Et hæc ſufficiant. NIC. ABBAS.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

STATVTO *edito per epiſco. Lucanum in ſynodo epiſcopali ita cauetur, Primò in rub. ſic. de abſentatione presbyterorum ab eccleſiis, deinde in nigro ita ſubijcitur. Item ſtatuimus, & ordinamus, ac præſentis authoritate conſtitutionis monemus, quòd ex nunc, prout ex tunc pro monitis, requiſitis & citatis habeãtur omnes, & ſinguli, abbates, præpoſiti, archidiaconi, priores, plebani, archipresbyteri, & eccleſiarum parochialium rectores, ne quis ipſorum poſſit ab eccleſia ſua ſe abſentare ultra duos menſes. Habẽs uerò beneficium ſimplex, cui cura non imminet animarum ultra quatuor ſine noſtra, ſeu noſtri uicarij licentia ſpeciali; aliàs autẽ contrafaciens ſit ipſo iure beneficio priuatus. ¶ Alia uerò conſtitutione capitulari eiuſdem epiſcopi authoritate edita ita cauetur. Itẽ ſtatuerunt, & ordinauerunt, quòd reditus, & prouentus, qui pro tempore fuerint in Lucano capitulo, non niſi inter reſidentes per totum annum continuum ſtatuto tempore diuidantur, ſi uerò taliter reſidentes per tres tantum menſes contingat abſentari propter hoc de præbenda annua nihil penitus minuatur, ſed pro reſidentibus computentur. Qui ſi ultra permanſerint: ſola ſibi pro tanta tẽporis portio aſſignetur, dũmodò quolibet anno ad minus iam ſeruierint per ſex menſes continuos, uel interpellatos, aliàs nil percipiant de præbenda, & c. ¶ Contingit nunc, quod epiſcopus Lucanus uigore præcedentis ſtatuti priuauit, ſeu priuatos declarauit duos ex ſuis canonicis, qui ſe abſentauerunt ultra quatuor menſes, de licentia ab epiſcopo, uel uicario minimè obtenta: ¶ Quæritur, nunquid potuerit hoc facere attentis uerbis utriuſque conſtitutionis. Item attento, quod de conſuetudine longiſſimi temporis canonici Lucani non aſtringuntur ad reſidentiam, niſi ſecundum quod diſponitur in præcedenti ſtatuto, nec ſtatutum primò poſitum fuerit aliquando in perſonis canonicorum obſeruatum, licet iandudum fuerit editum.*

CONSILIVM IX.

1 *Epiſcopus non debet ſine capitulo mutare antiquas conſuetudines eccleſiæ.*
2 *Clericorum appellatione, in materia reſtringibili, non ueniunt canonici.*
3 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*

IEſu Chriſti, eiuſque matris pręſidio humiliter
inuocato, ¶ Omiſſa omni argumentatione
quia caſus non uř mihi multum dubitabilis, Bre
uiter præmiſſis conſideratis omnibus, arbitror primũ ſta
tutũ ad canonicos minimè extendendum. Moueor primò
quia illud ſtatutũ loquitur de habentibus dignitates, ſiue
perſonatus, uel eccleſias duplices, ſeu ſimplices, ut patet
ex tenore ipſius ſtatuti, iuncta rubrica, ubi dř de abſenta
tione presbyterorũ ab eccleſijs; ergo nõ dẽt extẽdi ad ca
nonicos, q nõ habẽt eccleſiã, ſed bñficiũ in ecclia, aliud eſt
enim habere eccliam, aliud beneficiũ in eccleſia ut le. &
no. in c. fi. de præb. & in cle. j. de conceſ. præb. Secundò mo
ueor & fortius, cũ canonici habeãt de cõſuetudine ut non
teneanť ad reſidẽtiã, q qdẽ ꝯſuetudo à iure approbať, iux
ta no. in c. cũ oẽs, de cõſt. & in c. dudũ, el 2. de ele. nõ dẽt di
ctũ ſtatutũ ad canonicos extẽdi, tũ ne uioleť antiqua con
1 ſuetudo a iure ap pbata, tũ † quia eps nõ dẽt ſine capitulo
mutare antiqtas cõſuetudines ecclæ, ut no. in c. cũ cõſue-
tudinis, de cõſue. & in dubio nõ dẽt ſtatutũ referri ad ca-
ſũ, in quo uiolaretur antiqua cõſuetudo, ar. c. j. de cõſti. li.
6. maximè attẽto, quod illud ſtatutũ eſt pęnale, ideò re-
ſtringẽdũ, adhoc, qđ no. Inn. in c. ſedes, de reſcri. ubi dicit
2 † q in materia reſtringibili, apploне clericorũ non ue-
niũt canonici. Præterea & tertiò cũ de canonicis ſpeciali
ter prouiſũ ſit, ut hř in ſcđo ſtatuto, nõ debet primũ ſtatu
tũ gñaliter loquẽs extẽdi ad ſpeciẽ ſpecialiter puiſã, ut
in l. ſancimus, ff. de pœ. Vnde cõſidero, qđ aut ſecundũ ſta
tutũ pceſſit primũ, ſeu primo eſt deſcriptũ & tũc haqet lo
cũ præcedẽs argumẽtatio. Aut primũ primò fuit editum,
& tũc per ſm, quia ſpecialiter loquitur de canonicis, limi
tatur & reſtringitur primũ, qa ſpẽs derogat gñri, pſertim
cũ ſequitur genus, ut in regula, gñri, de re. iu. li. 6. & in c. j.
de reſcr. & in l. qſitũ, in fi. ff. de fi. inſtr. & ĩ dubio debemus
ita interptari dicta ſtatuta, ut reducãtur ad cõcordiã, ne
unũ p aliud corrigať, ut in c. cũ expediat, de elec. li. 6. per
Bar. in extrauag. ad reprimendum, ſuper uerbo, nõ obſtan
tibus priuilegijs, & per Io. An. in cap. j. de conſtitu. lib. vj.
præal. Item & quartò in primo ſtatuto non interuenit cõ
ſenſus capituli, uel cõſilium ex quo poteſt argui nullitas
3 ſtatuti, iuxta no. per Io. An. & Arc. in c. j. præalle. † ¶ Quin
tò & ultimò facit conſuetudo optima legum interpres.
nam, ut præmittitur primum ſtatutum fuit receptum in
canonicis, & ſic ſaltem ex eo capite, quia moribus illud
ſtatutum non fuit receptum in canonicis, nõ debet ad eos

vj.per Bartol.in extrauag.ad reprimédũ,ſup uerbo,non
obſtantibus priuilegijs,& per Io.An.in c.j.de ſti.li.vj.non
extendi,iuxta id,quod legi.& quod no.in c.in iſti §.leges
iiij.diſtin. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

FACTVM *ita proponitur. Quidam clericus de quodã ple banatu,nouiter inueſtitus reperit in dicta eccleſia aliqua bona mobilia modici ualoris eccleſiæ per plebanum proximè defunctũ dimiſſa,ac multa debita per eundem defunctum nomine eccleſiæ contracta,qui plebanus ſucceſſor creditoribus urgentibus cùm eccleſia pecuniam non haberet,de dictis bonis mobilibus aliquibus ex creditoribus ſatisfecit,reliquis uerò de ſua propria pecunia ſoluit demum tractu temporis,eo plebanatum dimittente,ſucceſſor in dicta eccleſia eum urgens,repetit ab eo illa bona mobilia per dictum defunctum eccleſiæ dimiſſa,nunc quæritur de duobus. Primò,nũquid iſte quõdã plebanus poſsit legitime urgeri ad reſtitutionem dictorũ bonorũ.¶Secundò præſuppoſito,quòd poſsit, nunquid poſsit repetere pecuniam, quam de proprio ſoluit pro ſatisfactione debitorum nomine eccleſiæ per illum defunctum contractorum.*

## CONSILIVM X.

1 *Succeſſor tenetur ad debita contracta per defunctum.*
2 *Tutor ſine iudicis authoritate poteſt ueſtes antiquas,& ſimilia quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, diſtrahere pro ſuo arbitrio*
3 *Prælatus ſeu rector eccleſiæ poteſt nedum in ſanitate, ſed etiam in ægritudine de aliquibus mobilibus per eccleſiam acquiſitis pro ſuo arbitrio diſponere, etiam inter eos,qui ſibi ſeruierunt.*
4 *Rector eccleſiæ ſi aliquid de ſuo impendit ad utilitatem ipſius eccleſiæ,eſt ſibi ab eccleſia id totum reſtituendum.*

DEi omipotentis inuocato ſuffragio, Breuiter quò ad primum dico, dictum quondam plebanum ad dictorum bo
1 norum reſtitutionem minimè conſtringi poſſe. Moueor,
quia ad debita cõtrata per defunctum tenetur ſucceſſor,
maximè cum ſucceſſerit in bonis illius,ut c.j.& quod ibi
no.de ſol.& in c.j.de teſ.ergo illa bona mobilia potuerũt
dari inſolutum,uel aliter diſtrahi,pro ſatisfactione creditorum,cum eccleſia tunc non haberet pecuniam,uel alium faciliorem modum ſatisfaciendi creditoribus,ut in
auth.hoc ius porrectum,x.q.ij.nec fuit opus in diſtractione illorum bonorum,cum eſſent mobilia & modici ualoris,interuenire epiſcopi authoritatem,ar.xij.q.ij. in c.ter
rulas,& melius in l.lex quæ tutores,C.de admi.tu.ubi pa
2 tet,quòd † tutor ſine iudicis authoritate poteſt ueſtes an
tiquas & ſimilia,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt pro
ſuo arbitrio diſtrahere;rector autem eccleſiæ maiorem
poteſtatem habet,quàm tutor,ut no.glo.v.q.iij.in c. fi. &
Inn.in c.pe.de iur.cal.ad idem c.cæterum,& c.adhæc,& c.
3 relatum,el.ij.de teſta.ubi dicitur,† quòd prælatus ſeu re
ctor eccleſiæ poteſt nedum in ſanitate,ſed etiam in ægritudine de aliquibus mobilibus per eccleſiam acquiſitis pro ſuo arbitrio diſponere,etiam inter eos, qui ſibi ſeruierint.fortius ergo hoc facere poteſt pro ſatisfactione debitorum nomine eccleſiæ contractorum, præſertim p illum,qui dicta bona eccleſiæ dimiſit.¶Et hoc quo ad primum,per cuius deciſionem remanet ſatis clarum ſecundum dubium alia examinatione non dignum.Sed præſuppoſito ſine ueritatis,præiudicio,quòd dictus quõdam plebanus poſſit conſtringi ad dictorum bonorum reſtitutionem,nunquid poſſit repetere pecuniam à plebano præſenti,quam de proprio ſuo ſoluit creditoribus eccleſiæ?&
concluſiuè,dico quòd ſic tex. enim eſt de hoc apertus in
4 c.quicunque xij.q.iiij.ubi dicitur,† ꝙ ſi rector eccleſiæ
aliquid de ſuo impendat ad utilitatem ipſius eccleſiæ,eſt ſibi ab eccleſia in totum reſtituendum, cum nemo cõpellatur de ſuo facere beneficium.x.q.ij. c. præcariæ, facit xij.q.j.c. manifeſtè, & c.ſicut manifeſte. Et hæc ſufficiant.
NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

FACTVM *ſic proponitur. Quidam magiſter Armagnus, ciuis & habitator Funden.ciuitatis, dum eſſet in ultimis conſtitutus,ſuum ultimum condidit teſtamentum,in quo inter cætera legata ſic diſpoſuit. Volo & mãdo,quòd uxor mea,dum uixerit,habitet domum meam,quæ eſt in parochia &c. poſt eius mortem uolo,quòd prædicta domus uendatur,& pecunia ipſius domus detur pro anima mea ad prouiſionem meorum executorum. uxor prædicta poſt mortem teſtatoris ſtetit in domo prædicta demum dicti executores uenerunt ad concordiam, cum præfata muliere, & ipſi mulieri uendiderunt domum ſic legatam pro certo pretio, executores prædicti recepto pretio incœperunt exequi uoluntatem defuncti,uidelicet emendo unam domum paruam,& eam aſſignauerunt pro anima ipſius teſtatoris cã puellæ maritandæ, quo facto ipſi executores ſteterunt ultra annum,& nihil de reſiduo pecuniæ præfatæ domus uenditæ diſponebant,denique epiſcopus nouiter in ciuitate creatus,inquirens de executione piarum uoluntatum,reperit quod dicti executores non fuerant prorſus defuncti uoluntatem executi,& eo admonente,ut perficerẽt teſtatoris uoluntatem,de ipſorum & epiſcopi conſenſu proceſſit,ut ex reſiduo pecuniæ duo candelabra argentea pro eccleſia cathedrali emerentur,& ob hanc cauſam exequendam tradiderũt dicti executores dictam pecuniam ipſi domino epiſcopo, qui dominus epiſcopus operam dedit,ut dicta candelabra haberentur:ſed non potuit illa habere:ita quod dictus dominus epiſcopus dictam pecuniam apud ſe per annum,& amplius retinuit,demum deceſſit dicta mulier emptrix epiſcopo retinente pecuniam, etiam poſt mortem ipſius per annum,& amplius animo emendi candelabra ſupraſcripta. Nunc uerò executores præfati repetunt a domino epiſcopo pecuniam prædictam,dicentes quòd uolunt illam expendere ad eorum uoluntatem. Quæritur,nunquid poſſint.*

## CONSILIVM XI.

1 *Diſpoſitio teſtatoris ſeruanda eſt, tanquàm lex.*
2 *Statuto epiſcopi ſi caueatur,quòd nullus clericus poſſit rem eccleſiæ locare ſine ſuo conſenſu,quòd ſi ipſe epiſcopus conducit,uidetur conducendo conſentire.*
3 *Annus non currit executori, niſi à die monitionis fiendæ per epiſcopum.*
4 *Executor eſt,qui habet nudum miniſterium facti in exequendo diſpoſitum per alium.*
5 *Stipulatus ſi aliquis fuerit Stichum,aut Pamphilum: quem ipſe uelit.ſi ſemel alterum eligit,poteſt mutare uoluntatem ſuam, donec in iudicio alium petierit.*
6 *Electionem habens ex officio ſibi commiſſo:ſi ſemel eligat, etiam abſentem,non poteſt amplius uariare.*

CHriſti ſaluatoris,eiuſque pijſſimæ matris nominibus inuocatis,¶Tria ſunt ad clarã deciſionem prædictorũ examinanda.¶Primò, nũquid dicta domus potuerit uẽdi ante mortẽ dictæ mulieris legatariæ.¶Scdõ,ſi cũ annus eſſet elapſus a tpe habitæ pecuniæ diſtribuẽdæ ex diſpõne teſtõris,nunqd potuerint dicti executores illã pecuniã diſponere,maxĩe p cãdelabrorum emptiõe.¶Tertio pſuppoſito ꝙ potuerit,nũqd ualeãt mutare uoluntatẽ, & illã conuertere ad aliũ pium uſum. ¶Venio ad primũ in quo uidetur primò dicendum, ꝙ nõ: qa ex quo teſtator diſpoſuit, ut poſt mortẽ uxoris legatariæ uenderetur, non potuit uendi p prius,arg.in l. ſi ita relictum.§.Pegaſus,ff.de leg.2. & l.in fideicõmiſſa.§. cum Pollidius,ff. de uſur.& l. qui Romæ.j.reſponſo.ff.de
1 uerb.obli.† ſeruãda eſt.n.diſpoſitio teſtatoris,tãq lex.13.
q.2.c.ultima uoluntas, & in aut. de nup.§.diſponat. ¶Sed hoc nõ obſtãte,cõtraria opinio pſtãtior eſt. fuit.n. hoc tẽpus appoſitũ non fauore defuncti, ſed ipſius legatariæ, q potuit in hoc ſuo iuri renuntiare,nõ ſolũ ipſa emẽte: ſed ẽt potuiſſet conſentire,ut alteri in uita ſua uenderet,ut l. quoties,C.de fideic.& l.j. Et optimè ad caſum noſtrum facit tex.in l.j.& l.cũ proponas,C.de pact.ubi pbatur, ꝙ teſtator mandauit hæredi, ut ſi ſine liberis decederet,reſtitueret hæreditatem Sempronio: & potuit hoc non obſtãte hæres conuenire cũ Sempronio de danda ſibi certa parte hæreditatis in uita,ut remitteretur fideicõmiſſum uniuerſale. Itẽ poteſt purè fideicõmiſſarius renuntiare huic fideicõmiſſo, & remittere hæredi, ut d.l. cùm proponas. poteſt.n. quis renuntiare beneficio temporis appoſiti in ſuũ fauorem,ut l.cũ qui,ff.de uerb.obl. & l.ſtipulatio iſta. §.inter incertã,ff.eo.& c.ad apoſtolicã,de regula.accedãt iura generalia, quæ dicũt quẽ poſſe ſuo fauori renuntiare.d.c.ad apoſtolicã,& l.ſi quis in conſcribendo, C.de pac. & hoc clariſſimũ.¶Ex quo concludo,ꝙ ualuit uenditio dictæ domus conſentiente dicta legataria, quæ conſenſit eo ipſo, qđ emit, ad hoc l. cũ pater.§. libertis, & qđ ibi not. Bar. ff. de leg.2. & p Bal.in l.ſi.C.ad Macedo.& melius in l.ſi filius, C.de pe.hære.& Ioã.An. in regula, qui tacet,de
2 reg.iur.lib.vj,in Mercu. ubi dicit, quòd ſi† ſtatuto epi ca-
ueatur, quòd nullus clericus poſſit rem eccleſiæ locare ſine ſuo conſenſu,quòd ſi eps conducit, uidetur conducẽdo conſentire; ita dicẽdũ in propoſito. ¶Ad ſcm dubium breuiter dico,quòd lapſu anni non obſtante potuerunt deputare pecuniã dicti executores pro anima teſtatoris de iu-
3 re cõi.hoc uidetur clariſſimũ:quia†annus non currit exe-
cutori, niſi à die monitionis fiendæ per epiſcopũ, ut exequãtur ſeu impleãt defuncti uoluntatem,& non prius, ut clarè probatur in c. nos quidem, de teſt. & ibi cõiter per doc. & per Fed. conſi.124. At in caſu noſtro anni lapſum non præceſſit epiſcopi monitio. Idẽ dico,ſi in epiſcopatu Fundẽſi eſt conſuetudo, ut cõiter uiget in alijs epiſcopatibus, monẽs ipſo facto, & arctans executores piarũ uolũtatũ ad exequendũ intra annũ:aliàs poteſtas deuoluatur eo ipſo ad epiſcopũ. hac.n.conſtitutione non obſtante, dico quòd dicti executores potuerũt poſt annũ eligere cauſam, in quã illa pecunia expẽderetur,per ea,quæ eleganter notauit Bar.in l.cũ quidã, ff.de leg.ij.ubi dicit,ſe conſuluiſſe pro iſta parte: quia de iure cõi ille,qui habet ius eligẽdi pauperes, uel aliã cãm,ſi fuit in mora eligendi,& declarãdi uoluntatẽ ſuã,põt morã illã purgare,quoad uſq; legatum petatur,ut probatur in d.l.cũ quidã; & dicitur peti per litis conteſtationẽ, & non ante, ut l.amplius, ff.rẽ ra. habe. Et de iure ergo cõi iſti non excluduntur poſt annũ, tum quia,ut dixi,non præceſſit monitio:tũ quia iſti habebant eligere perſonas,uel piam cauſam: non autem erant ſimplices executores. item nec uigore talis conſtitutionis excluderẽtur:quia conſtitutio arctat executores: ſed iſti non ſunt propriè executores,cùm habeant declarare,
4 in quã cauſam deberet pecunia conuerti.† Executor enim
eſt ille, qui habet nudum miniſterium facti in exequendo diſpoſitum per alium,ut in l. executorem, C.de exec. rei iud. hinc eſt, quòd ille, qui declarat,& ſententiat,dicitur iudex: executor uerò,qui exequitur declaratum per iudicem.d.l.executorem. iſti autem,de quibus quæritur,nõ ſolùm habent ſoluere, ſed etiam declarare,& eligere,unde uirtute talis conſtitutionis,non electio,ſed mera executio deuoluitur ad ipſum;quod eſt bene notandum: quia multi in hoc errãt, credentes,quòd indifferenter poteſtas talis deferatur ad epiſcopum poſt annum: & ideò epiſcopus debet eſſe cautus in ſtatuendo, ut comprehendat etiã iſtos,qui habent eligere,& declarare,& exequi. Concludo ergo, quòd lapſu anni non obſtante potuerunt illi executores nuncupati ſuam uoluntatẽ declarare,& deputare illam pecuniam in emptionem candelabrorum pro eccleſia cathedrali. eſt.n.cauſa pia relinquere pro ornamentis eccleſiæ: quinimò tale relictum priuilegiatum eſt à iure, ut ex eo non ſoluatur quarta, ut in c. fi. de teſta. ¶Venio ad tertium dubium & ultimum,nunquid poſſint dicti executores re exiſtente integra, mutare uoluntatem ſuam, & conuertere illam pecuniam in aliam cauſam. ¶Et primò uidetur quòd ſic per l.ſi quis ſtipulatus,ff.de uerb.obl.ubi
5 dicitur,† quòd ſi quis fuit ſtipulatus Stichum aut Pamphi
lum,quem ipſe uellet,ſi ſemel alterum elegit,poteſt mutare uoluntatem ſuam, donec in iudicio alium petierit; ergo idem dicendum in propoſito. Sed hoc non obſtante contrarium in caſu noſtro eſt tenendum per l.huiuſmodi.§.Stichum,ff. de le.j. & l.ſtatuliberum.§.j.de leg.ij.& l. apud Aufidium,ff.de oper.lib.in quibus iuribus clarè probatur,quòd habens electionem ex ultima uoluntate,ſi ſemel eligat,ſeu declarauerit uolũtatem ſuam,amplius uariare non poteſt;& hoc tenent ibi cõiter glo.& doc.præſertim Bart.non ob. contrarium, quia loquitur in electione data per ſtipulationem,& non ex ultima uolũtate. Diuerſitatis ratio redditur duplex. Prima cõiter per glo. quia in ultima uoluntate,eoipſo quòd quis elegit,uel uolũtatẽ ſuam declarauit, ſtatim acquiritur dominiũ electo, perinde ac ſi teſtator elegiſſet,ut d.l.cũ apud,& ſic non põt amplius eſſe locus pœnitentiæ. Nam electio,quã facit ipſe cõmiſſarius, attribuitur ipſi teſtatori,ita,quòd actio cõpetit electo ad ius illud conſequendũ, non ex electione cõmiſſarij, ſed ex præfato teſtamento, ut eſt tex.no.in l. unum ex familia,in prin.& ibi per Bar.ff.de leg.ij.quæ ratio ceſſat in ſtipulatione: ſed quia hæc ratio non uidetur uniuerſalis, quia non procedit eo caſu,quo legatur res aliena, cum tunc ex electione non tranſeat dominium, ideò Bar. & alij aſſignant in dictis iuribus aliã rationem, hãc ſcilicet,quia ultimæ uoluntates nõ poſſunt,ſicut cõtus ſtare in ſuſpenſo,ut notanter dicit tex. in l.fi. ff. cõia prædio. ideò ſtatim facta electione actus eſt cõſumptus, & non eſt amplius uariationi locus. Ex quo ergo dicti executores, ſeu cõmiſſarij declarauerunt uoluntatem ſuam, & uoluerũt, ut ex illa pecunia emerentur candelabra pro eccleſia cathedrali,& maximè cum ob hanc cauſam tradiderunt pecuniam dño epiſcopo,non poſſunt amplius mutare uoluntatem, cũ functi ſunt officio ſuo; ad hoc facit c.publicato, c.cum inter,de elec.& c.ſi compromiſſarius,eo.ti.lib.vj.& in c.in literis,de offi.dele.& l.iudex,ff.de re iud.& regula, mutare,de reg.iur.lib.vj. & cle.cum illuſio,de renun.c. ſi tibi abſenti,de præb.lib.vj. & quod eleganter notauit in ſi
6 mili Bart.in l.abſenti,ff.de don. ubi dicit, † quòd habens
electionem ex officio ſibi cõmiſſo,ſi ſemel eligat, ẽt abſentẽ,nõ põt amplius uariare;quod ſatis pbant iura canonicas.ſ. pximè alleg.petẽdo ut dicta cãdelabra emãtur, cũ annus ſit elapſus à tẽpore, quo epiſcopus eos monuit, ut exequerentur.d.c.nos qdẽ; & ſic plena poteſtas exequẽdi reſidet penès dñm epm.d.c.nos,in auth.de eccle. ti.§. ſi qs ædificationem. Et hæc ſufficiant. NIC. ABBAS.

CON-

## CONSILIVM XII.

1 *Abſolutio non debet fieri inuito iuramento recipienti.*
2 *Contractus ab uſurario initus uidetur factus in fraudẽ uſurarũ.*
3 *Notorium dicitur omne probatum in iudicio.*
4 *Sententia ſine certa quantitate lata, dicitur certa, ſi poteſt ex actis certificari.*
5 *Tranſigens non dicitur ſponte donare: ſed timor litis, & uexationis ipſum ſubeſſe compellit.*
6 *Obligatio ex iuramento acquiritur principaliter deo, non parti turpiter recipienti.*

IN indiuiduæ Trinitatis nomine amen.
Et ſi copioſior elegantiſſi-
mè in facto propoſito per inſignes, & famoſos ſu
praſcriptos doctores cõſultum ſit, adeò, ut eorum autho
ritate ductus, ſola ſubſcriptione contentus eſſe deberẽ: at
tamen ad maiorem claritatem, & ut facilius conſulenti ꝓ
uideatur, duo ſuccinctè attingam, ꝑ doctores conſcriptos
apertè non tacta. ¶ Primum nãq; uidetur ſupraſcriptam
tranſactionem teneri, pœnãq; ex conuentione cõmitti, ab
ſolutionẽq; à iuramento denegandam fore: quoniam & ſi
in ueritate ꝯtus fuerit pignoratitius, & fœneratitius in
forma uenditionis, & emptionis conceptus: attamen cum
lis fuerit mota non aduerſus fictè contrahentem, ſed ad-
uerſus eius hæredem, qui probabiliter potuit ignorare
factum defuncti, & præſumitur ignorare, ut in regula, cũ
quis in ius, de reg. iur. lib. vj. & no. in c. cura. de iure pa. &
in c. de quarta, de præſcrip. in l. 1. & 2. ff. depo. maximè cũ
inſtrumentum appareat conceptum ſub forma emptio-
nis & uenditionis, cui ſtandum eſt, donec apertè probe-
tur contrarium. in cap. cum Ioannes, de fid. inſtrum. & l.
precibus, C. de proba. licitè iſte hæres tranſactionẽ egit,
& laudandus vr̄ feciſſe cauſa redimendi uexationem ſuã,
ar. c. dilectus, de ſimo. & l. 2. C. de tranſac. facit c. 2. & c. di-
lecti, de arb. & c. cũ contingat, de iureiur. & c. licet, eo. tit.
lib. vj. & c. fi. de fo. compe. eo. lib. ubi patet, ꝙ etiam ex alia
cauſa licitè recipitur iuramentum, ut per illud forum fo
ro accumuletur. Et per hæc patet, ꝙ cũ nulla reperiat̃ ini
quitas ex parte hæredis iuramentum recipientis, nec pec-
1 catum continet ex parte iurantis, † ꝙ inuito iuramentum
recipienti non debet fieri abſolutio, ut in C. de tranſac. l.
ſi quis maior, & in c. 2. de ſpon. imò debet compelli ad ob
ſeruantiam, ut in c. cum contingat, & c. licet, de iureiur. q-
nimò ex contrauentione efficitur infamis, ex quo tranſa-
ctio erat iurata, & perdit omne emolumentum, qđ conſe-
cutus eſt ex illa tranſactione, ut in præalle. l. ſi quis ma-
ior nec prætextu deceptionis ultra dimidiam iuſti pretij
rei petitę debet tranſactio irritari. nam & ſi poſt tranſa-
ctionem inueniuntur publica inſtrumenta, per quæ appa-
reat, ꝙ deceptus ſit tranſigens in quadruplum non tamen
reſcinditur tranſactio, ff. ad Treb. l. Lucius. §. ulti. Et eſt ra
tio in tranſactione: quia hoc ipſo, ꝙ à lite receditur, ma-
gnum cõmodum eſt; unde indebitum ſolutum ob tranſa-
ctionem non repetit̃. C. de tranſac. l. 2. & ff. de condi. inde.
in ſumma: & hoc tenet etiam glo. in c. pe. de emp. & uend.
in præalle. l. Lucius. §. ult. ad Treb. facit qđ no. Bar. in l. 2.
C. de reſcin. uen. Nec obſtant ſuperius plenè inducta per
conſulentes; qm̃ fundamentum eorum vr̄ falſum. fundãt
enim ſe ſuper remiſſione uſurarum non liberè facta; ſed
per prędicta patet, ꝙ in caſu prædicto non fuit facta aper
ta remiſſio uſurarum: imò per trãſactionem fuit à lite re-
ceſſum: in qua, etiã ſalua conſcientia, poterãt obtinere ꝯ-
hentes, cũ dubius ſit euentus litis, ut c. fraternitatis, de fri
gi. & male. & c. fi. 11. q. j. ¶ Sed his non obſtantibus oppoſi-
tum arbitror de iure uerum: qm̃ hìc hæres ſciebat, uel ſci
re debebat contractum eſſe fœneratitium. Primò, quia de
functus tempore contractus erat fœnerator: unde ex eo
qđ rem emptã locat uenditori, & diu patitur uenditorẽ
poſſidere, uenditio vr̄ ſimulata, ut l. ſicut. §. ſuperuacuum,
ff. quib. mo. pig. uel hypo. ſol. & per Bar. in l. poſt contra-
2 ctum, ff. de dona. † vnde talis cõtractus ab uſurario initus,
videtur factus in fraudem uſurarum, maximè quia con-
tra uſurarios eſt de facili præſumendum in fauorem, &
ſalutem animarũ ipſorũ, in c. iuuenis, de ſponſa. & in cle.
exiui, de uerb. ſig. facit qđ no. glo. in c. j. de ſcruti. & hanc
opi. tenet recolendæ memorię do. Pet. de Ancha. in c. illo
uos, de pig. ubi refert, hanc qõnẽ uidiſſe de facto hìc Se-
nis; & hoc intelligo, ut ſ. dixi, qñ talis ꝯtus eſt initus ab
uſurario. ſi aũt eſt initus ab alio, ex eo ſolo, qđ remanſit
in poſſeſſione rei uenditæ, benè præſumitur ꝯtus ſimula
tus, ut in pręalle. l. ſicut, §. ſuperuacuũ. no. glo. C. de remiſ.
pig l. fi. ſed hæc coniectura ſufficit quo ad aliũ creditorẽ,
ut ſibi iſte contractus non præiudicet: ſed uenditor, uel ha
bentes ab eo cauſam, poſteà non poſſunt dicere contractũ
ſimulatũ ex eo ſolo: quia non licet uenire contra factum
ſuũ, niſi ſint aliæ coniecturæ; qđ no. Bart. in d. §. ſuperua-
cuum. Et qđ ſupradictum eſt, qđ quo ad alium creditorẽ
contractus præſumatur ſimulatus, procedit, niſi ille, qui
reconduxit, ſoluiſſet penſionẽ; & tunc non pręſumitur cõ-
tractus ſimulatus, ut no. Bar. in loco præalleg. unde cum
in themate præſupponitur iſtũ defunctũ tempore contra
ctus fuiſſe uſurarium, debet præſumi contractum fuiſſe
fœneratitium, ex quo uenditorẽ diu paſſus eſt poſſidere,
ut ſ. dixi. Itẽ ex alio iſte hæres ſciebat, uel ſcire debebat,
iſtum contractum fuiſſe fœneratitium: quia ut in themate
dicitur, probatum erat in iudicio contractũ eſſe ſimulatũ.
3 † omne enim in iudicio probatum dicitur notorium, ut in
c. cum olim, de uerb. ſig. quod dicunt uerum dñi de Rota
deci. 403. qñ probatio eſt perfecta, & in cauſa concluſum,
ita, qđ non reſtat niſi ferre ſñiam, ut hic erat. ad ꝓdicta fa
ciunt, qđ no. gl. & Inn. in c. ſignificauerunt, de teſt. & facit
c. ſuper quibuſdam, de uerb. ſig. & qđ no. Inn. in c. conſtitu
tus, de fil. presby. & in c. ſignificaſti, de diuor. Imò plus di-
xit Inn. de ap. c. ex inſinuatione, & de conſue. c. cũ dilectus,
& de teſti. c. per tuas, & gl. in c. euidentia, de accu. ꝙ quic-
4 quid in iudicio agitur, dicitur notorium. † Item ſententia
ſine certa quantitate lata dicitur certa, ſi poteſt ex actis
certificari, ut no. Inn. in c. 2. de libel. ob. & gl. in c. illa ꝓpoſi
torum, de accu. & Ioã. And. in addi. Spec. in ti. de ſen. ꝓla.
§. qualiter, ver. ꝙ ſi iudex, & uidetur probari in l. 3. C. de
ſen. quæ ſine cer. quanti. unde non poterat iſte hæres igno
rare ſimulationem contractus, cum probationes fuerint
perfectæ, & ſibi notę: quapropter tenetur ſatisfacere ani-
mæ defuncti, ut in c. fi. de ſepul. & in c. in literis, de rap. &
in c. à nobis. ij. de ſent. excõ. & in c. tua, de uſur. cuius ani-
mæ non ſatisfit, niſi plenè reſtituatur ablatũ, de uſu. c. cum
tu, & regula, peccatum, de reg. iur. lib. vj. & xiij. q. vj. c. ſi
res. non debuit iſtũ actorẽ quodãmodo inuitũ trahere per
ſubterfugia, & cauillationes, & per ſuã potentiã ad tranſa
5 ctionis actum. † ille. n. q tranſigit, ſpontè non donat: ſed ti-
mor litis, & uexationis ipſum ſubeſſe compellit, ut in l. ij.
C. de trãſac. ubi bonus tex. iũcta gl. facit c. ſuper. eo, & ma-
ximè in caſu noſtro remiſſio & liberatio fuit non libera;
qa nõ ualebat actor propter rei potẽtiã obtinere ſñiam,
& ſua laborabat inopia; ad hoc bonus text. in c. ij. de arb.
Et remiſſio uſurarũ, nõ ſpõte facta, nõ ualet, ut ſ. plenè in
alijs ꝯſilijs dictũ extitit; & ſic patet, ꝙ nõ tenuit trãſactio:
qa plenaria ſatisfactione debebat cõſulere aĩæ defuncti,
ut in iuribus ſuperius alleg. Item tranſactio debet fieri in
re dubia,



re dubia, & lite incerta. l. j. ff. de tranſac. ut quia tranſigẽs
credebat habere bonam cauſam: alioquin ſi euidẽs eſſet
calũnia, non ualet tranſactio, ff. de cond. ind. in ſumma. j.
rñſo. facit. c. expoſita, de arbi. no. gl. in c. ſuper eo, de trã-
ſa. uñ cũ hic certus erat hæres contractũ eſſe fœnerati-
tiũ per ſuperius inducta, deprehendit̃ in euidenti calũnia
trãſigendo, & nõ ſatisfaciẽdo plenarie aĩæ defuncti; & ſic
non ualuit tranſactio, & per cõſequens nec pœnæ appoſi-
tio, ut in ſimili no. gl. in c. ſignificantibus, de offi. dele. & ĩ
c. ij. de præca. & in regula, acceſſorium, de reg. iu. lib. vj.
& l. pacta quæ ꝯ, iuncta gl. de pac. Et iur̃m debet relaxa-
ri, cũ turpiter fuerit receptũ ab hęrede, ut plenè ſuperius
elicit̃, ad hoc. c. j. & qđ ibi no. de iureiu. & ꝑ doc. in c. debi
tores, eo. Imò plus uidet̃, ꝙ etiam ſi iſte hæres probabi-
liter ignorauit ſimulationem ꝯtus: ex quo tñ iſte actor
nõ habuit animũ liberè donandi, & remittendi, quod ſu-
pererat reſtituendum, ut patet ex ꝓdictis, debet hæres of
ficio compelli ad ſatisfaciendum aĩæ defuncti, ut in ꝓall.
c. fi. de ſepul. in c. in literis, de rap. c. à nobis. 2. de ſen. exc.
& c. tua, de uſur. Sed circa abſolutionem à iuramẽto, ad-
uertendũ, ꝙ ẽt ultra practicas per dictos doc. conſulen-
tes traditas, uidetur alia practica magis facilis, & per q̃
uitatur circuitus, ut à iudice petatur relaxatio iuramen-
ti, ut illicite exacti, ut nõ obſtãte iur̃o poſſit uſuras, quas
ſoluit & iurauit nõ repetere, poſtulare, ut abſoluatur ab
illo iuramento; & hæc practica fundatur ſuper c. ſi uerò,
de iureiu. & licet illud. c. loquatur de petitione abſoło-
nis à Papa: tñ & inferior abſoluere põt. ubi aliqua turpi-
tudo ex parte iurantis eſt, ut no. Inn. in c. debitores, eo. ti.
facit quod no. 15. q. 6. c. nos ſanctorum, & c. iuratos; & hãc
practicam tandem tenet Io. An. in addi Spe. ſuper rub. de
iureiu. Et expreſſius recolendæ memoriæ do. An. de But.
in c. j. eo. ti. ubi refert ſe uidiſſe conſultum, quod ad hanc
abſołonem iuramenti non uenitur, niſi in ſubſidiũ: quia
ante oĩa debet peti relaxatio à parte per præall. c. j. ubi
ſi pars abſoluere non uult, abſoluat eꝑs: & ſi aliter abſol
ueret, non rite abſolueret. Sed do. Ant. non putabat hoc
neceſſarium: quia nulli ibi datur hic ordo: quia in c. ſupe-
rius allegato abſoluitur hic iurans principaliter ſine a-
lio circuitu, & ſic etiam auditur principaliter in c. ad au
res, & c. abbas, quod me. cau. Et hoc arbitror uerius eſſe:
6 † quia ex iuramẽto principalis obligatio acquiritur Deo
non parti turpiter recipienti; unde ſufficit petere relaxa
tionem à iudice, qui in hoc tenet locum Dei, ut præall. c.
ſi uerò, de iureiu. An autem in hac abſolutione fienda ſit
pars, quæ iuramentum recipit, uocanda, breuiter inquã,
ut prolixitatem euitem, duas opiniones quantum ad
propoſitum reperio. Nam Pau. & Io. Cald. conſuluerũt,
ꝙ uel petitur abſolutio à iuramento firmante cõtractũ,
& ſic contingit ex hoc reſciſſio contractus, ut firmati iu-
ramento: uel ſimul petitur, abſolutio à iur̃o, & ꝯtractu, &
tũc pars eſt uocãda: ſecus, ſi iur̃m non firmat ꝯtum, & pe-
titur ſola abſolutio iuramenti, in quantum non firmat
contractum: ſed ſeparata eſt à contractu, ut aperiatur uia
ad reſcindendum contractum: quia tunc dicunt partem
nõ uocandã: quia per hoc non præiudicatur parti. eſt. n.
hic actus quaſi pœnitentialis, & extraiudicialis, qui põt
exerceri parte non uocata, ex quo ſibi nõ infertur præiu-
dicium. Et ſic ad propoſitum uidetur, ꝙ pars non ſit citã
da, cum hoc iur̃m non firmet contractum, nec eo ſublato
reſcindit̃ contractus, ſed datur uia ad reſcindendũ. Hanc
partẽ, ꝙ pars non ſit uocanda, quantũ ad caſum noſtrum,
cum iuramentum præſtetur ſuper uſuris repetendis, te-
net do. An. in d. c. debitores. Mouet̃ principaliter, quia tã
ta turpitudo uerſatur ex parte recipientis, ut nulla ſibi
obligatio acquiratur, nec ut poſſit agere, nec excipere
cũ ex iniquitate ſua non debeat cõſequi actionẽ, nec ex-
ceptionem. l. itaq; fullo, ff. de fur. & quod no. in c in lite-
ris, de reſt. ſpol. ſed obligatio tantum acquiritur Deo: uñ
ſufficit, quod ſit pñs Deus, & ſic iudex, qui in loco tenet
locũ Dei. Fatet̃ tñ tutius eſſe qđ uocet̃ pars & ubi etiam
debet uocari ſi nõ uocetur tenet ꝙ ualet abſolutio, ſicut
abſolutio ab excõicatione nõ debet fieri parte nõ uoca-
ta, & tñ ſi fit, tenet ut no. ĩ c. qua frõte, de app. ¶ Aliã opi.
ꝯriam, ſ. ꝙ pars ſit uocãda, tenet Io. An. in addi. Spe. in tit.
de iureiu. ſuꝑ ru. ĩ ul. addi. & tenet Fed. de Se. cõſ. 290. ubi
cõcludit uocandũ creditorẽ, & priuſquam abſoluatur, di
ſcutiendũ eſt, an inſtr̃m ſit uſurarium, uel nõ ſaltẽ ſemi-
plenè & ſummariè. nam abſoluere nõ debet, niſi conſtet
inſtr̃m uſurariũ eſſe: hoc aũt cõſtare nõ põt, niſi pñtibus
partibus & citatis. l. ĩ cãæ. §. cã cognita, ff. de mino. & c. cũ
ex literis, de ĩ integ. reſt. & poſtea ĩ diſcuſſione iudicij or-
dinarij, illud idẽ probari debet plenè, ſcdm ꝙ cã requirit:
quia probationes ſuꝑ illo præambulo nõ facerẽt fidẽ, cũ
agitur principal̃r. c. ueniens, de teſt. ij. & idẽ quod ſupra,
ſequit̃ fœlicis memoriæ dñs Card. Flor. in ꝓall. c. debito-
res, & hãc opi. puto ueriorẽ: qa nõ põt negari, qđ interſit
creditoris & aduerſarij iur̃m nõ remitti, maximè in caſu
noſtro, arg. in l. ſi qs maior, C. de tranſa. & c. fi. de fo. cõp.
lib. vj. Itẽ nõ intereſſet, quare ad relaxationẽ in c. j. de iu-
reiu. ex quo ergo eius intereſt, uocari debet ut c. inter
quatuor, de maio. & obed. & c. omnia, & c. caueant. 3. q. 8.
Et ſic dico & conſulo. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*Vniuerſitas ciuitatis Fundorum dum anno quolibet teneretur ſoluere certas collectas dominæ reginæ de ipſorum hominum poſſeſſionibus, & aliis bonis, nolens ſoluere amplius dictas collectas tali modo, in recompenſationem ipſarum collectarum fecit & ordinauit quædam ſtatuta, ut quilibet uendens uinum, granum, & alia bona, necnon & emens carnes, teneatur & debeat ſoluere certum quid, prout in ipſorum ſtatutis continetur. Ciues uerò & officiales ipſius ciuitatis ſuper hoc conſtituti uolunt compellere clericos ad ſoluendum gabellam prædictam de bonis eccleſiæ, & de patrimonialibus ipſorum clericorum. Clerici ex aduerſo recuſant dicentes ſe non teneri ad prædicta onera ſeu gabellas, quæritur quid iuris?*

## CONSILIVM XIII.

1 *Eccleſiæ, & eccleſiaſticæ perſonæ, & earum bona ab exactionibus ſunt immunes.*
2 *Clerici ſunt exempti ab omnibus oneribus urbium & caſtrorũ Nec tenentur ad onera impoſita per Laicos. 4. Tenentur tamen quando ad eorum uſum conuerti debent. 3.*
5 *Ciuitas non poteſt imponere collectas pro republica ſine principis authoritate.*
6 *Fraudans gabellam iniuſtam non peccat.*

CHriſti, eiuſq; matris præſidio humiliter in-
uocato, ne hunc caſum uidear dubi-
tabilem æſtimaſſe, omiſſa omni pro cõtraria par
te argumentatione, ipſam deciſionẽ attingã. firmiter nãq;
teneo clericos ad huiuſmodi gabellas non teneri. hanc
concluſionem probabo iure diuino, canonico & ciuili: po
ſtremò cã doctorum authoritatibus roborabo. Iure ue-
rò diuino probatur per id quod legi. & no. in c. quãquam,
de cenſi. lib. vj. iuncta gl. in uerbo, diuino tex. n. ibi dicit,
1 † ꝙ iure diuino & humano eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſo-
næ ac res ipſarum ſingularium perſonarum ab exactio-
nibus ſunt immunes; gl. ibi ĩ uerbo, diuino, adducit id, qđ
habet̃ Gen. 47. & Exod. 7. ultra medium ubi uidet̃ proba-

ri clericos ab hmõi collectis gabellis,ſeu exactionibus eſ
ſe immunes. Iure canonico probaẽ apertè in c.ſi.de ui.&
ho cle.ubi expreſsè probatur,ꝙ clerici non ſubiiciuntur
ẽt in bonis propriis,ſtatutis & cõſuetudinibus patriȩ cir-
ca ſolutionem gabellarũ,ſeu collectarũ editis,ẽt ſi exer-
ceant negotiationes, & mercimonia ut laici, niſi tertiò ꝑ
eṗm moniti ab hmõi negotiationibus ſecularibus deſiſte-
re nolint. Scđò probatur in c.non minus,& c.aduerſus,de
2 immu.eccle.ubi dr̃, † ꝙ ab oĩbus oneribus urbium & ca-
ſtrorum clerici ſunt exempti; ita, ꝙ non tenẽtur pro cõi
utilitate aliquid ſoluere,niſi eṗs & clerus tantam neceſ-
ſitatem inſpexerit, ut abſq; ulla coactione uelint in ali-
quo ipſorũ laicorum neceſſitatibus ſubuenire, Romano
tñ Pontifice prius conſulto,ut d.c.aduerſus;ad idẽ prædi
ctũ.c.quãquã,de cẽſi.lib.vj.cle.pñti,e.ti.c.j.de immu.ec-
cle.lib.vj.& 16.q.1.c.gñaliter.Nec debet cuiquã hoc ab-
ſurdũ uideri.nã bona eccleſiarum ſunt publico uſui ſpãli
deputata.12.q.1.c.uidẽtes.16.q.1.c.ſi.de præben. Ratio.
hinc dicit canon in c.nulli liceat.1.q.2.quod id,quod ec-
cleſiȩ cõſecraẽ,ſiue fuerit anima',ſiue ager,ſanctũ ſancto-
rũ dño efficiẽ, & ad ius ꝑtinet ſacerdotũ. nõ debuit ergo
uſui publico mundano deſeruire: qa ſemel Deo dedicatũ
ad humanos uſus amplius trãsferri nõ debet, regula, ſe-
mel Deo dedicatũ, de reg.iu.lib.vj.& ius publicũ cõſiſtit
in ſacris, ſacerdotibus,& magiſtratibus.1.di.c.ius publi-
cũ. Laici aũt cũ ſint mũdani,& principaľr hñt utilitatẽ ex
republica mundana,debẽt hæc onera ſubire, ut ſic tꝑalia
tꝑalibus & ſpũalia ſpũalibus uſibus deputenẽ; facit.c.ec-
cleſia S.Mariæ,de cõſti.& c.q̃ ĩ eccleſiarũ,e.ti.c.ſi.de reb.
eccl.nõ alie.96.di.c.bñ quidẽ.Hinc dicit tex.in c.reprehẽ
ſibile.24.q.8.quod milites ſeculares militãt mũdo; mili-
tes uerò cœleſtes militãt Deo. Iure aũt ciuili clarius ad-
huc ꝓbaẽ.nã cũ negari nõ poſſit,qđ hæc onera ſint extra-
ordinaria,cũ nõ ſint certa,& à principe ab antiq̊uo poſita
iuxta ea,quæ legunẽ & no. ĩ l.una,C.de ſuperindi.lib.x.&
l.oĩs,C.de ann.& trib.c.li.ergo clerici ab his ſunt exẽpti,
ut ꝓbaẽ in l.placet, C.de ſacroſ.eccl.& l.ij.C.de epiſc.&
cle.Et de iure nouiſſimo hoc eſt clariſſimũ,ut in auẽ.item
nulla cõitas,C.e.ti.& ĩ corpore, uñ ſumiẽ de ſta.& cõſue.
ꝯ lib.eccl.§.itẽ nulla,col.x.ubi gñaľr fuit diſpoſitũ,ꝙ nul
la cõitas,uel pſona publica,uel priuata,collectas ſeu exa
ctiones, angarias, uel perangarias eccleſiis, uel aliis piis
locis,aut eccleſiaſticis perſonis imponãt,aut inuadere ec
cľiaſtica bona pſumãt:qđ ſi fecerint,& req̃ſiti nõ emẽda-
uerint, grauiſſimis pœnis (de quibus ibi) ſubiiciunẽ.Et ꝑ
illũ tex.uoluit gl.in l.de his, C.de epiſc.& cle.ꝙ ẽt à mũ-
neribus ſeu tributis ordinariis, quæ olim ſoluebanẽ Im-
peratori clerici, ſint immunes,licet Bar.in d.l.de his, ꝯ-
riũ teneat,& intelligat.d.auẽ.itẽ nulla,ĩ oneribus extra-
ordinariis.Bal.tñ in d.l.placet,C.de ſacroſ.eccl.ſoluit il
lã gl.qñ onera ẽt ordinaria imponerenẽ ab aliquo prin-
cipe, quàm imperatore: quia nullus hoc facere põt,quã-
quã cõſtituat quid ordinariè ſoluendũ per illum tex.q
omnibus hoc inhibet; & optimè loquitur. Præterea hæc
onera imponũtur principaľr perſonis pro rebus;ergo cle
ricis nõ poſſunt imponi, qui nõ ſubiiciuntur ſtatuẽtibus,
ut l.reſcripto.§.ſciendum,ff.de munc.& hon.& ibi uoluit
Bal. Quinimò ſi res eſſet allibrata in libro æſtimi,& per-
uenit ſine fraude ad eccleſiam,uel clericum, nõ teneatur
eccleſia,uel clericus,pro illa re ſoluere,ut no.Bal.in d.l.
placet. ſentit Bar.in l.incola,ff.ad muni.Spe.in ti.de cle.
coniu.in ij.col. Io.de Lig.in cle.præſenti, de cenſi.& Ar-
chi.in c.j.de immu.eccl.lib.vj. Prȩtereà hæc onera in Fun
denſi ciuitate impoſita,ſuccedunt loco illarũ collectarũ,
quas ſoluebant ſoli laici dñȩ reginæ;ergo eodẽ iure de-
bent cũ illis collectis cẽſeri: quia ſubrogatũ debet cẽſeri
iure illius,in cuius locũ eſt ſubrogatũ,ut in c.eccleſia, ut
lit.pen.& l.ſi cum.§.qui iniuriarum,ff.ſi quis cau.ſicut er-
go ſoli laici illa ſoluebãnt, eodem modo ſoli laici debẽt
has gabellas ſoluere. hoc apertiſſimè uoluit Ia.But.in l.
3 ad inſtructiones,C.de ſacroſ.eccl.ubi dicit,†ꝙ tunc tenẽ
tur ſoluere gabellas impoſitas ꝑ laicos,qñ ad eũ uſum cõ
uerti debent, ad quem clerici contribuere tenebantur,
ut ad refectionem uiarum reſpectu poſſeſſionum.l j.ff.de
uia pub.& iti.reſi. † Quid plura:hoc aptiſſimè tenet Bal.
4 in d.l.placet; dicens clericos non teneri ad gabellas im-
poſitas per laicos:quia hæc ſunt munera extraordinaria,
ad quæ clerici non tenentur,ut in iuribus prȩall.& refert
idem conſuluiſſe Bar.& ſic fuiſſe in quæſtione facti deter
minatum. Et hãc ſñiam maximè teneo, quia hæc onera,
uectigalia,gabellæ ſeu ſimiles exactiones,ſunt à iure ge-
neraliter prohibita, nec imponi poſſunt, niſi per haben-
tem regalia in loco,non autem ex ſtatuto ciuitatis,ut ꝓ-
batur in l.ij.C.de uecti.& cõmiſ.& l.uectigalia,ff.de pub.
& l.una,C.de ſuperindi.lib.x.& ibi expreſsè ꝑ Bar.q di-
5 cit,†ꝙ ciuitas non põt imponere collectas pro republica
ſine principis authoritate ꝑ tex.illius.l.unicæ, licet pro
neceſſitate propria ciuitatis, ut cũ debitũ uel neceſſitas
urget, poſſit collectas ſuis uicibus imponere: imò cogiẽ
hoc facere, ut no.gl.in l.j.ff.quod cuiuſq; uni.& ꝑ Bar.in
l.iiij.§.accuſatori,ff.de re iud.& l.ij.ff.de iure fiſ.Clericis
aũt nullo mõ ĩponere pñt,cũ nõ ſint de eius iuriſdõne, &
gñaľr ſunt à iure exempti,ut ĩ iuribus pall.hĩc notãter di
6 xit Bar.in d.l.uectigalia, †ꝙ fraudans hodie gabellã, non
peccat cũ nõ ſit iuſtè impoſita: qa.ſ.nõ ab eo,q habet re-
galia in loco,de q̃bus in c.uno,quæ ſint reg.col.x.niſi ſint
de illis pſonis.quȩ gabellas cõi ſenſu impoſuerũt,ut ipſi-
met ciues pro neceſſitate cõi. ¶ Concludo ergo ex oĩbus
prȩdictis clericos Fundẽſis ciuitatis,uel alterius nõ tene
ri ad ſoluendum dictas gabellas uel ſiľes ſtatutis laico-
rum indictas:& hæc concluſio ſatis vr̃ de me Inn.in c.non
minus, pall.& optimè facit.l.ſancimus.la ij.C.de ſacroſ.
eccl.ubi patet, ꝙ bona quæ deferuntur eccleſiis, ſiue ex
teſtõ, uel inter uiuos ſunt exempta à lucratiuorum inſcri
ptionibus,ut ſi ſtatuto loci caueatur, ꝙ de re donata,uel
locata ſoluatur certum qd cõi,ſeu dño loci, tale ſtatutũ
gñale nõ extenditur ad eccleſias,ut ibi & 23.q.8.c.ſanci-
mus.no.An.de Bu.ĩ c.j.de cẽſibus.fortius clerici debẽt eſ
ſe exẽpti ĩ cã nõ lucratiua,ut in caſu nr̃o, cũ longa ſit dr̃ia
inter lucra nõ capere, & acq̃ſita ꝑdere.l.ſi ſponſus, ff. de
do.inter uir.& uxo. Et hæc ſufficiant .NIC. ABB.

## CONSILIVM XIIII.

1 *Præſcriptio currit contra mulierem in rebus, ſeu iuribus dotalibus ab eo tempore,quo poteſt actionem mouere.*
2 *Eccleſia ſi ſuccedit priuato, contra quem fuerat inchoata præſcriptio, utitur iure priuati pro tempore præterito: pro futuro, iure & priuilegio eccleſiæ.*
3 *Lex, uel ſtatutum ubicunq; tollit præſcriptionem in genere, & uerificari non poteſt, niſi in præſcriptione longiſſimi temporis tunc ut uerba aliquid operentur, excludunt præſcriptionem., 30.uel 40.ann.*
4 *Præſcriptio cum mala fide regulariter contra neminem currit.*

OMnipotentis Dei poſtulato ſuffragio, ui-
detur primò, quòd hoſpita-
li ſanctæ Mariæ nullum ius de pñti competat, &
qđ competierit,legitimè ſit præſcriptũ,ꝙ aũt nullũ com-
pe tat,probatur cenſura municipali Senẽſi ſub tit.de præ-
ſcrip.



ſcript.20.uel 30.an. in uer.ſi quis aũt, ubi ſic diſponitur.
Si quis aũt rem aliquã pro ſua poſſederit ſpatio 30.ann.
illam dicto tꝑe præſcribat, & nemini conquerenti de ea
ius fiat. Et poſt quȩdã excipit ab illa pſcriptione pupillos
dũtaxat de mulieribus, & ſuarum dotium nulla in d.c.fit
mentio.nõ obſtat, ꝙ in fine totius ſtatuti fiat exceptio re
ſpectu mulierũ in dotibus ſuis:qa priuilegianẽ ibi mulie-
res quo ad pſcriptionem 10.ann.de qua fit mentio in ſub-
ſequenti uer. Cum n.dicto ſtatuto quo ad ꝓpoſitum po-
nantur duæ oroẽs habentes materiam diuerſam & ſepa-
ratam, qa in prima diſponitur ſuꝑ præſcriptione 20.an.
nullo requiſito titulo,& ab ea excipiunẽ pupilli dũtaxat.
In ſecunda uerò fit mentio de pſcriptione 10.ann.cũ titu
lo, & ab ea excipianẽ plures perſonæ, inter quas reputaẽ
mulier reſpectu ſuarum dotium;clarè patet,ꝙ illa exce-
ptio debeat referri ſolum ad pſcriptionem 10.an.de qua
ꝓximè pmiſerat:qa determinationes,exceptiones,clau-
ſulæ,& hmõi qualitates debent referri ad ꝓxima, & non
ad oĩa pcedentia,qñ præmittuntur plura capľa ſeparata,
& maximè qñ præcedentia capľa habent ſuas determina
tiones,ut in caſu noſtro; ad hoc.c.cũ dilectus,de do.legiẽ
& no.in c.inquiſitioni, & c.ſecundo requiris,de app.& in
Spe.in tit.de inſt.edi.§.nũc aũt uidendum,uer.itẽ excipe.
ꝑ Bar.in l.prȩtor.ij.ff.ui bo.rap.& l.talis ſcriptura, ff.de
leg.ij.cum aũt cõmune & hoĩes caſtri Rochæ Albinæ co-
mitatus Senarum poſſederint titulo ꝓ donato dictum ca
ſtrum Caligrani, circa qđ hoſpitale ex teſtõ do.Antoniȩ
prætendit ius habere reſpectu dotiũ ſuarũ,ut in themate
dicitur,nedum ꝑ 30.ann.q ſufficere debent ex forma ſta-
tuti,ſed etiã ꝑ 50.ann.& ultra, cũ illud caſtrum fuerit eis
liberè donatum per magnificum cõmune Senarum anno
Dñi 1375.& illud liberè,& quietè poſſederint hoĩes,ſeu
eorum cõmune iugiter & continue à tꝑe donationis uſq;
ad hodiernum diem, ur̃ dictum cõmune præſcripſiſſe oẽ
ius illi mulieri cõpetens in dicto caſtro. quod aũt à tem-
pore illius donationis debeat cõputari præſcriptio ꝯ di
ctam do.Antoniam, etiam in dotibus ſuis, licet tunc ſu-
peruiueret maritus, ꝓbatur in l.in rebus,C.de iure dot.
1 ubi † dr̃, ꝙ præſcriptio currit conta mulierem in rebus,
ſeu iuribus dotalibus ab eo tẽpore,quo põt actionem mo
uere, ut poſt diſſolutum mr̃imonium, uel poſtq̃ maritus
uergere incȩpit ad inopiã,etiam ex infortunio.Sed à tem
pore dictæ donationis maritus dictȩ do.Antoniȩ incȩpit
eſſe minus idoneus, & uergere ad inopiam: quia cõmune
Senarum priuauit eũ dicto caſtro,quo ſuſtentabaẽ,& ob-
noxius erat ꝓ dotibus dictȩ do.Antoniæ.ergo dicto tem-
pore incȩpit currere pſcriptio. & quãquã in uita ſua non
fuerit cõpleta pſcriptio,cũ ipſa deceſſerit ĩ an.Dñi 1400.
& ſic cõmune poſſederit per 30.ann.dũtaxat:tñ pſcriptio
fuit finita ꝯ hoſpitale,quod ſucceſſit dictæ do.Antoniæ ĩ
dotibus ſuis. tẽpora.n.præcedentia cõputantur cum ſe-
quentibus,licet eccľia ſucceſſerit, priuato, ut plenè leg.
& no.per Cy.Bar.& Bal.poſt gl.in authen.quas actiones,
C.de ſacroſ.eccl.per Io.And.in c.vnico, de iure pa.lib.6.
2 Quinimo ẜm cõem opin.in locis præall. ſi † eccleſia ſuc-
cedat priuato,contra quem fuerat inchoata præſcriptio,
utitur iure priuati ꝓ tẽpore præterito: pro futuro uerò
utitur iure & priuilegio eccle.ar.l.fiſcus,ff.de iu.fiſ. ideò
dixit Bal.in d.auth.& fuit etiam de mente aliorum,ꝙ ſi ꝯ
priuatum erat elapſum tẽpus quinque annorum eo caſu,
quo ſufficit præſcriptio 10.ann. cum titulo, & poſteà ſuc
cedit eccľia,completa eſt medietas præſcriptionis. vnde
ſufficit contra eccľiam cõplere aliam medietatem, & ſic
requiruntur uiginti anni: quia quadragenaria ſola currit
contra eccleſiam. Ad propoſitum ergo, ſiue inſpiciamus
formam ſtatuti,quod tm̃ requirit 30.ann. ſiue formam iu
ris cõmunis,quod contra eccľiam uel hoſpitale requirit
tempus 40.ann.ut in authen.quas actiones,præal.& l.oĩa
priuilegia,C.co.ubi patet, ꝙ bona hoſpitalium gaudent
eodem priuilegio cum bonis eccľiæ,quod egregiè nota-
uit ibi Bar.facit quod no. Io.And.in c.ij.de in integ.reſti.
li.6. cõpleta eſt præſcriptio ex parte cõmunis Rochæ Al
binæ. Præterea probaẽ,ꝙ nullũ ius vnquã cõpetierit ho-
ſpitali:ſed oĩno fuit hypothecaria dictȩ do.Antoniæ com
petens in uita ſua pſcripta,ĩ l.j.& ij.C.ſi aduer.cre.ubi pa
tet,ſi q̃s ſpatio 10.ann. inter pñtes,uel 20. inter abſentes
poſſedit rẽ titulo donationis, uel alio legitimo, pſcribit
ꝯ hypothecariã creditori cõpetẽtem.Hinc dixit no.gl.ij.
in l.cum notiſsimi,C.de præſcr.30.uel 40 an.ꝙ hypothe
caria habet quatuor tẽpora. Decem an.uel 20.qñ extra-
neus poſsidet cum titulo & bona fide, uel inter prȩſentes
uel abſentes, ut in d.ll.j.& ij. Triginta, qñ mala fide, uel
ſine titulo,ut d.l cum notiſsimi. Si aũt poſſedit debitor,
uel hȩres eius, uel alter creditor 40.annis præſcribiẽ, ut
d.l.cum notiſsimi. ubi plenius de hoc. Sed dictum com-
mune Rochæ Albinæ poſſedit dictum caſtrum Caligrani
uiuente dicta do.Antonia creditrice,& habente hypothe
cariam in dicto caſtro ſpatio 25.ann.iuſto titulo, & bona
fide:ergo fuit contra eam pſcriptum; & ſic inutile fuit re
lictum hoſpitali factum. Siue ergo conſideremus ius cõ-
mune,ſiue formam ſtatuti,ſiue ius cõpetẽs dictæ do. An-
toniæ,ſiue id,quod hoſpitali competere potuerit,in oẽm
caſum ur̃ præſcriptio completa,ſiue dictum caſtrum fue-
rit cõmunis Senarum,ſiue non. nam ſi non fuerit cõmu-
nis Senarum,potuit cõmune Rochæ Albinæ bona fide &
titulo donationis præſcribere dominium, & hypotheca-
riam aduerſus creditores.ff.pro donato.l.j.& d.ll.j & ij.
ſi aduer.cre.Si uerò fuit ꝑ legitimum bellum dictũ caſtrũ
occupatum,& fuit cõmunis Senarum effectũ,nunc per do
nationem, & traditionem ilicò fuit dñium q̃ſitum dicto
cõmuni Rochæ Albinȩ.l.tradõnibus, C.de pac.& inſt.de
re.diui.§.per tradõnem,& ſic non fuit locus prȩſcriptioni
dñij:ſed dũtaxat aduerſus hypothecariã dictȩ d.Antoniȩ
cõpetentem,cum res tranſeat etiã in fiſcum cũ ſuo onere,
ut ĩ l.iij.C.ad le.Iul.de ui pu.facit.l.ſi maritus, ff.ſol.ma.
Nec obſt.additio facta ad dictum ſtatutum,ubi diſponiẽ,
ut nulla prȩſcriptio currat,uel poſsit opponi,uel noceat
contra inſtr̃a dotalia, uel inſtrumentis dotalibus ꝯ mulie
res vnam,uel plures,uel cõtra hæredes mulieris,ſiue ſte-
terint cum filiis, ſiue non; quia dico, ꝙ cum illa additio
tollat ſimpľr præſcriptionem,debet intelligi de præſcri
ptione longi temporis,quæ.ſ.currit ſpatio 10.uel 20.ann.
non aũt de pſcriptione longiſsimi tꝑis, ut 30.uel 40 ann.
arg.l.omnes,& l.ſicut,C.de præſcr.30.uel 40.ann. Quia
non eſt uerõſimile, ꝙ ſtatuentes vnico uerbo & generali
uoluerint tollere oẽm præſcriptionis ſpẽm, ut ſingulr̃
probatur in c.j.de cap.Conra. iuncta gl.x.col. tex.n.ibi ĩ
uer.præterea, dicit, ut liceat dominis alienationes feudi
factas,nulla obſtante præſcriptione,reuocare.& gl.ibi re
uocat in dubium, de qua præſcriptione debeat intelligi.
& tandem concludit,ꝙ de prȩſcriptione longi temporis,
non aũt de longiſsima, per illam tollatur omnis actio.
d.l.ſicut, & leg.omnes. Iſte.n præſcriptiones longiſsimæ
introductæ ſunt contra deſides & ſui iuris contẽptores,&
differentia debet eſſe inter deſides, & uigilãtes,C.de an-
na excep.l.ut perfectius,& l.ult.& uigilantibus, non autẽ
negligentibus iura ſubueniunt.l.non enim,ff.ex qui.cau.
ma. Nec ẜm illam gl.credendum eſt, principem qui iura
tuetur,huiuſmodi uerbo generali totam obſeruationem
de præſcriptione longiſsimi tꝑis multis uigiliis excogi-

tatam,& inuentam,uoluiſſe euertere,arg.in l.ſi qñ,C.de
inof.teſt.& in c.eccľia,de elec. & illã gl.ſequitur ibi Bal.
& Io.An.in addi.Spe.in ti.de feu.in ij.col. & refert ſe ita
conſuluiſſe. ¶Sed quãquam hæc urgere uideantur, con-
trariam tñ ſententiam in caſu noſtro arbitror ueriorẽ.
Moueor principaliter per illam additionem ad dictũ ſta
tutum factam,ubi diſponit, ut nulla præſcriptio currat ꝯ
inſtrumenta dotalia nec ipſis mulieribus,nec eorum hæ-
redibus. quæ quidem uerba non poſſunt uerificari rectè
intelligentibus, niſi in præſcriptione longa & lõgiſsima:
qm̃ cum in ipſo ſtatuto fuiſſet facta mentio de præſcri-
ptione longi temporis & longiſsimi, & in additione in fi.
poſita, uľr dicatur, ut nulla præſcriptio currat ꝯ inſtru-
menta dotalia; ergo oportet neceſſariò intelligere tã in
prẹſcriptione longi temporis, q̃ longiſsimi. Verba.n.ſe-
quentia intelliguntur ſm præcedentia,& ab eis determi
nationem recipiunt.l.ſi ſeruus plurium, & l.qui filiabus,
ff.de leg.j. & leg.nũmis,de leg.iij. & no.in c.ex literis, de
ſpon. Præterea cũ illa uerba poſita in additione,ueniant
exceptiuè ad præcedentia,oportet neceſſariò,ut intelli-
gantur in caſibus p̃ced.& deſcriptis in toto ſtatuto; quia
exceptio debet eſſe de regula,ſeu de contẽtis ſub regula,
3 ut no.ſu.p rub.de reg.iu.lib.6.& gl.in l.j.ff.eo.† Præterea
& ſecundò, ubicũq; lex ſeu ſtatutum tollit p̃ſcriptionem
in genere,& uerificari non põt,niſi in p̃ſcriptione longiſ-
ſimi tp̄is,tunc ut uerba aliquid operent̃, excludunt p̃ſcri
ptionem 30.uel 40.ann.hoc notanter uoluit Bal.in d.c.j.
de cap.Cõra.col.x.ubi dicit, ꝙ ſi ſtatutum diſponit, ut ꝯ
inſtr̃a publica,nulla currat prẹſcriptio,debet intelligi de
præſcriptione longiſsimi tp̄is: quia reguľr ꝯ inſtr̃a publi
ca non habet locum præſcriptio longi tp̄is; & iõ,ut uer-
ba aliquid operentur,debet ſtatutũ intelligi modo prẹ-
dicto. Sed ĩ caſu noſtro uerba illius additionis nihil ope-
rarentur, niſi intelligerentur in præſcriptione lõgiſsimi
tp̄is:quia in ſtatuto, cui facta extitit additio, iam mulier
erat ſpecificè priuilegiata reſpectu præſcriptionis longi
tp̄is; ergo additio debet intelligi de præſcriptione lon-
giſsimi tp̄is,maximè cum uerba ſint gñalia ſeu uľia,quẹ
ex ꝓprio ſignificatu uerificant̃ in qualibet ſpecie ſub ge-
nere contenta,ut in c.ſolitæ,de maio.& obed.19.diſt.c.ſi
Romanorum,& l.de pretio,ff.de pub. Et cũ ſimus in ma-
teria fauorabili,ſ.in cã dotis & hoſpitalis, nõ debet fieri
ſtricta interpretatio, ar.in c.fi.de re iud.& in l.ſunt per-
ſonæ,ff.de reli.& ſump.fu. Et per hoc eſt rñſum ad ult.ap
poſitionem ſupra formatam. ¶Tertiò principaľr facit,
qa ſine bona fide non currit præſcriptio,maximè in rea-
libus, ut in caſu noſtro, ut plenè legitur & no.in c.fin.de
præſcr. & per Ang.de Peru. in l.ſequitur.§.ſi uiam, ff.de
uſucap.& probatur in authẽ.ut eccleſia Romana centum
ann.gau.pri. Sed cõmune Rochæ Albinẹ fuit in mala fi-
de;ergo non põt allegare præſcriptionem: fides aũt mala
ꝓbatur ex coniecturis; utputa,ſi cõis fama eſt in loco, ꝙ
illa res ꝑtineat ad aliũ,ut no.Bar.in l.Celſus,ff.de uſuca.
facit.c.quoſdã,& c.quãto,de præſump.& l.ij.C.ſi ſeruus,
uel lib.ad decu.aſpi.lib.10.Sed cõis fama eſt in vniuerſo:
quinimo ius hoc ſpecificè diſponit,ut bona mariti ſint ta
citè hypothecata pro dote uxoris, & cõmuniter ſolet ma
ritus etiã ꝑ expreſſum bona ſua obligare uxori, & ex eis
facere donationem ꝓpter nuptias, ut in l.aſsiduis,C.qui
po.in pig.hab. & c.ex literis,de pig.& in authẽ.de æqua-
litate dotis,col.vij. Notoriumq; erat dictum caſtrũ per-
tinere ad maritum dictæ do.Antoniæ; ergo nõ potuit cũ
bona fide dictum cõmune contra actionem de dote præ-
ſcribere, præſertim cũ maritus non haberet præter dictũ
caſtrum,vnde dictæ do.Antoniæ de ſuis dotibus ſatisfa-
ceret. Ad prædicta eleganter facit tex.in c.j.de præſcr.
lib.6. ubi dicitur, ꝙ ſi iuris diſpoſitione præſumptio ſit
contra præſcribentem, non prẹſcribitur, niſi per tantum
tempus,de cuius initio non ſit memoria, niſi interuene-
rit titulus illius præſcriptionis præſumptiuè. in caſu ue-
rò noſtro licet interuenerit donatio per cõmunitatem Se
nen.quæ habuit purgare malam fidem reſpectu dominij;
non tamen prodeſſe habuit regula hypothecariæ compe
tentis mulieri pro ſuis dotibus:quia certi iuris eſt,ꝙ bo-
na etiam legitimo modo tranſeuntia in fiſcum tranſeunt
cum ſuis oneribus, maximè dotalibus, ut c.ex literis, &
non ſit dictum, cognoſcere de cohærentibus, & connexis,
eſt glo. quæ ad hoc collegat iura, in c.cum dilectus, de ar-
ibi.& ubi duo ſunt connexa, qui recedit ab uno, ur̃ etiã re
cedere ab alio, & petendo reſtitutionem de uno, oportet
iudicare etiam de alio. Ad hæc quod legitur & no.in l.ẽt
ff.de mino.& optimè facit ad caſum noſtrum, quod legi.
& not.in l.cum actum §.j.ff.de neg.geſt. Secundò dixi, ꝙ
præſuppoſito, quòd a principio laudum ultra articulum ſi
nium non ualuiſſet, quia latum à non habente poteſtatẽ,
tamen, ex quo ſyndici ſcienter illud laudum approbaue-
runt, & emologauerunt, habet ſaltem uim pacti & noui
contractus, ut l.ij.C.cõia utriuſque iud.& per Cy. & Bar.
in l.una, C.qui pro ſua iuriſd. facit quod no.gl.in c.ſignifi
caſti, de fo.compe. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ ſyndici non ha
buerunt poteſtatem ad contrahendum, uel paciſcendum
de nouo, quia dico, quòd habuerunt poteſtatem ad reci-
piendum, & approbandum quodcunque laudum feren-
dum per dom. Nic.& expreſsè ſenſerunt, quod poſſunt ẽt
ſu ꝑ alijs diſcordijs, q̃ ſuper finibus iudicare, ut ſ̃ dixi. Itẽ
reſpectu confirmandi & reuocandi ſententias, & lauda a-
lias data, ut dicit̃ in ſyndicatu. ergo mandatum de dire-
cto extenditur, & extendi poteſt ad omnia contenta in ſẽ
tentia dñi Cardi. Nam quod generaliter dicitur, genera
liter eſt intelligendum.l.de pretio, ff.de pub. & c.ſi Rom.
xix.diſt.& c.ſolitę, de maio.& obe. maximè quia data fuit
eis poteſtas circa omnia prædicta ad faciẽdum, quicquid
ipſa communitas, & homines ipſius perſonaliter facere
potuiſſent. per quæ uerba datur poteſtas etiam in his, quę
requirunt ſpeciale mandatum, ut no.Bar.in l. ꝓcurator
cui libera, ff.de procu. & l.creditor.§.Lucius, ff. manda.
¶Tertiò dixi, ꝙ ex ratihabitione ipſius communitatis Ra
chanati poteſt ipſa communitas Auximi ſe fundare. nã,
ut prædixi, præſumendum eſt ex communiter accidenti-
bus, quòd illi ſyndici portauerunt communitati copiam,
& inſtrumentum illius laudi promulgati per do. Nic. in
quo etiam continebatur, qualiter ipſi ſyndici nomine cõ
munitatis illud approbauerunt. unde præſuppoſito, quòd
ſyndici non habuiſſent ad hoc mandatum, tamen, ex quo
communitas ſciuit approbationem factam nomine ſuo, &
ſuper hoc recepit inſtrumentum, & non contradixit, uide
tur ratificaſſe d.l.filius, ff.fa.erci.& d.l.cum tabernam. §.
idem quæſijt, ff.de pig.& d.c.j. de procu. & quod no. Bar.
in d.l.quo enim, ff.rem ra.ha. Et hæc eſt optima conſide-
ratio. Et per hoc patet, ꝙ ex multiplici capite põt cõitas
Auximi ſe iuuare contra communitatem Rachanati ſu-
per huiuſmodi uectigalibus non ſoluendis. ¶ Non obſt.
quod de præſcriptione dr̃. nam hoc conſiderato, ꝙ con-
ſuetudo non habet propriè locum in caſu noſtro, quia cõ
ſuetudo eſt quoddam ius commune, nõ autem appropria
bile j.diſt.c.conſuetudo. Præſcriptio uerò uni aufert, &
alteri tribuit. Et hæc eſt una de ſubſtantialibus differen-
tijs inter conſuetudinem, & præſcriptionem, ut no. ꝑ Io.
in c.ſi.de conſue. facit quod ipſe not.in c.iij.de conſue. li.
vj.& per Cy.in l.i.& ii.C.quæ ſit lon.conſue. cum ergo hic
agatur de tollendo iure conſiſtente uigore laudorum, &
conceſſionis ſyndicorum penes communitatem Auximi,
non habet locum propriè conſuetudo, & ſic ceſſat curſus
x.annorum, per quem regulariter conſuetudo introduci
tur, ut legi.& not.in l.de quibus, ff.de legi. oportet ergo,
ut interueniat præſcriptio, quæ cauſata eſt in odium ne-
gligentis ius ſuum, & in conſequentiam in fauorem præ-
ſcribentis iuxta ea, quæ habentur.xvj.q.iij. c. dilectio. §.
poteſt, per Dy.in regula, poſſeſſor, li.6.& Bar. in l.j. ff. de
uſucap. in caſu uerò noſtro non datur negligentia ex non
uſu ſententiæ. cum ergo laudum, ſeu ſententia concedit
in actu meræ facultatis immunitatem non ſoluendi uecti
galia, in tãtum, quòd ſi homines Auximi per mille annos
non detuliſſent aliqua per territorium Rachanati, non
fuiſſet inducta aliqua præſcriptio, quia per non uſum nõ
inducitur præſcriptio ſeu conſuetudo, ex quo non habet
actum incluſum contrarium diſpoſitioni iuris competẽ
tis, ut no.Cy.in l.ij.C.quæ ſit lon.conſue.& Io.An.in c.Io
annes, de cle.coniu. Probatur ad ſenſum, qđ non poſſũt
iſti dici in hoc negligentes, cum illi ſint actus merè facul
tatis. Et facit, quod in ſeruitute urbana amittenda habe-
tur in l hæc autem iura, ff.de ſerui. urb.prædi. nec poteſt
iſta dici ſeruitus ruſtica, quæ præſcribitur ſolo curſu tẽ
poris

poris ex nō uſu,ut d.l.hæc autē iura,& l.ſequitur.§.ſi uiā & quod ibi no.ff.de uſuc.quia non cōpetebat in caſu nřo ius eundi per territorium:quia illud ius eſt liberum cuique,nec datur facultas eundi uel uehendi, ſed competebat ius non ſoluendi,quando homines uellent aliquid adducere per territorum Rachanati,nō ergo perditur iſtud ius,niſi per actum contrarium,ſcilicet per ſolutiones factas de rebus per territoriū delatis nec iudicio meo ſufficit probare,ꝙ aliqui homines Auximi ſoluerint,qa hoc ius competebat communitati,& eſt ius incorporale.unde non præſcribitur,niſi detur ſcientia communitatis,cōtra quam præſcribitur,quia ſola patientia dñi eſt poſſeſſio in iſtis incorporalibus,& aliter poſſeſſio haberi non poteſt,ut probatur in l.ij.C.de ſerui.& aqua. plenè per Inn. in c.bonæ.ij.de poſtula.præla.& in c.conquerente, de offi.archi.& c.ij.de in integ.reſti.& in multis alijs locis per Bar.in d.l.j.ff.de itine.actuque priua.& Cy. in d.l.ij. ſeu prima,C.de ſer.& aqua,niſi ergo maior pars populi Auximi probetur ſoluiſſe,non poteſt dici,quòd fuerit inchoata præſcriptio contra communitatem , uel niſi toties , & ita palā fuiſſet per maiorem partem facta ſolutio , quòd ſcientia ueriſimiliter perueniſſet ad ipſam communitatem,apud quam conſiſtebat illud ius,ut no. in iuribus p̄al.alias autem non datur negligentia communitatis , nec poſſeſſio poteſt quæri ex parte alterius ut no.maximè per Inn.in d.c.bonæ.Quantum autem temporis in altero prędictorum caſuum requiratur, credo ꝙ tempus 30. anno. quia tanto tempore regulariter præſcribitur actio perſonalis,quæ in hoc caſu competebat Auximis, ut l. ſicut, C.de præſcri.xxx.an.Debet tamen ab hoc tempore ſubduci tempus hoſtilitatis,quando erat tanta , quòd ius nō reddebatur in loco,ut in c.ex tranſmiſſa, & ibi per Inno. de præſcrip.Item tempus mortalitatis , quia illa eſt dei hoſtilitas,de quo per Bar.in l.naturaliter,ff.de uſuc. Itē tempus ueriſimilis ſcientiæ illorum laudorum,quia cum malafide non currat præſcriptio,debet etiam conſiderari,an ex coniecturis poſſit probari mala fides iuxta not.ꝑ Bar.in l.Celſus,ff.de uſuc. Item in facto noſtro cum agatur de uectigalibus imponendis,etiā eſt conſiderandum , an communitas Rachanati habeat hoc ius imponendi , & exigendi uectigalia per tantum temporis,de cuius initio memoria non exiſtit,aliàs autem ceſſante priuilegio principis non poteſt hoc ius competere ciuitati,uel alteri citra principem,ut probatur in l.uectigalia,ff.de pub.& l.ſi publicanus.§.in omnibus,eo. ti. & utrobique per Bal. & in l.ij.C.de noua.uect.facit tex.optimus in c. ſuper quibuſdam,de uerb.ſign.hoc enim caſu propriè præſcribitur contra iura principi reſeruata in ſignum ſpecialis priuilegij,ideo requiritur tantum tempus,ut in d.c. ſuꝑ quibuſdam.Sed ubi iſtud ius competeret ciuitati Rachanati,& ageretur de præſcribendo iure competenti Auximis ex illis laudis,dico quod non requiritur tempus requiſitum ad præſcribendū contra eccleſiam Romanam , quia illud priuilegium centum annorum competit in iuribus immediatè pertinentibus ad eccleſiam Romanam, ita,ꝙ per præſcriptionem præiudicatur ipſi eccleſiæ Romanæ. Secus autem,cum præſcribuntur iura ſpectantia ad ſubditos eccleſiæ Romanæ,ut in caſu noſtro:quia tunc ſufficit tempus commune,ut apertè uoluit gl.& doc.poſt illā in c.ad audientiam,de præſcrip.& c.dilectus,de capel.mo & in c.uolumus.xvj.q.iiij.& ibi per archi.Et hoc ideò,qa non agitur nunc de præiudicio eccleſiæ Romanæ, ſed ſubiectorum,cum præſcribantur iura,quæ non erant apud eccleſiam Romanam,facit ad hoc optimè,quod no.Inno. in c.conquerente,de offi.ordina. ¶Concludo ergo,quòd ad hoc,ut pręſcriptum ſit contra communitatem Auximi,oportet,quòd probetur per communitatem Rachanati,quòd ſciente,uel ſoluēte maiori parte populi ciuitatis Auximi,fuerit in quieta poſſeſſione,uel quaſi percipiēdi uectigalia ab hominibus Auximi per xxx.an.ita quod de iſtis xxx.annis deducatur tempus guerrarum,& mortalitatis modo prædicto,& tempus ſcientiæ , quam ueroſimiliter potuerunt habere de dictis laudis , & iure competenti Auximis.nam regulariter per decēnium inducitur obligatio,ut no.in l.ſi de eo,ff.de acquir.poſ.& in l.j . C. de ſer fugi. Item quòd iſtud ius inducēdi uectigalia in eorum territorium habuerit ex priuilegio principis , uel ꝑ tantum tempus,de cuius initio non eſt memoria. Et hæc dicta poſui ita generaliter,quia caſus præſcriptionis generaliter fuit mihi propoſitus,& ſic non potui dare certum reſponſum, ut in c.de muliere,de ſpō.cum ſi.Et hæc ſufficiant.NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

FACTI *contingentia ſic proponitur.Quidam habens duos filios naturales ex concubina,maſculum ſcilicet & fœminam, uolens illos legitimare,concubinam in uxorem duxit,& tandem ultimum condidit teſtamentum,in quo filium ſuum maſculum heredem uniuerſalem inſtituit filiæ uerò ſuæ iam maritatæ reliquit iure inſtitutionis Florenos quadringentos:& hoc ſuum teſtamentum fecit in domo propria iacens in lecto ægrotus,præſentibus rogatis ultra notarium,qui teſtamentum ſcripſit. Teſtatore deniq; defuncto,filius maſculus totam hæreditatem tenuit,ſicut in teſtamento continebatur,uixitq; per uiginti annos poſt patris mortē, & tandem pluribus relictis filijs deceſſit . elapſis nouem annis a morte patris filij coram poteſtate Senenſi fuerunt conuenti ſuper dicto legato quadringentorum florenorum iure inſtitutionis relictorum dictæ filiæ primi teſtatoris,& ipſorum,ut hæredum comparuit procurator, & coram poteſtate litem conteſtatus eſt: demum periit inſtantia,elapſoq; multo alio tempore,& interim iā ſunt anni xiij.fuit conuentus unus ex dictis filis nepotibus primi teſtatoris ſuper dicto legato,quatenus eum pro ſua rata contingebat, ſuper quo factum fuit inter partes compromiſſum,& coram arbitris fuit lis conteſtata nunc nouiſſimè orta eſt quidā conuentio inter eoſdē,& coram arbitris nouiſſimè electis, excipitur de præſcriptione legati,cum a tempore dicti legati ſint elapſi quinquaginta anni & ultra.nec habet obſtare litis conteſtatio facta coram poteſtatc,quia iſte,qui nunc conuenitur,erat tunc pupillus, ætatis ſcilicet nouem annorum,& ſecundum ſtatuta Senenſia pupillus non poteſt conueniri , niſi coram iudice pupillorum & a lite iudicium non ualet , & ſic illa litis conteſtatio haberi debet pro non facta . Nec obſtat conteſtatio litis facta coram arbitris iam ſunt anni.xiij,quia tunc erat deditum præſcriptum Queritur quid iuris.*

## CONSILIVM XIX.

1 *Hæredes de iure canonico poſſunt a ſe incipere præſcriptionem,ſi habeant bonam fidem.*

2 *Præſcriptio ſemel interrupta , etiam ciuiliter , per litis conteſtationem non poteſt amplius inchoari propter malam fidem præſumptam .*

IEſu Saluatoris eiuſque pijſſimæ matris præſidio humiliter inuocato, Ad huius caſus claram deciſionem tria breuiter ſunt examinanda. ¶Primum , nunquid filius primi teſtatoris potuerit ex perſona ſua pręſcribere,¶ Secūdū quid de filijs ipſius hæredis , nepotibus ipſius teſtatoris. ¶Tertium



¶Tertiū,pręſuppoſito quòd fuerit inchoata præſcriptio, nunquid fuerit interrupta per litē cōteſtatā habitā corā iudice non ſuo,& q̄d de cōteſtatiōe litis poſteà habita coram arbitris.¶Quo ad primū uř,ꝙ filius præſcribere potuerit, quia ignorare præſumitur teſtm̄ paternum , cum conſiſtat in facto iuxta plenè no.per Bar.in l. qui Romæ. §.duo fratres,ff.de uer.ob.& bonæfidei poſſeſſor pręſcribit contra legata,& hæreditatē,etiam ad pias cās diſpoſitas,ut l.fi.C.de ſac.ſan.eccl.& xvj.q.iiij.c.fi.facit quod no. gl.in l.licet,C.de iure deli.Et idē uř dicendum quo ad filios nepotes primi teſtōris,cū ipſi pariter & fortius præſumantur ignorare teſtamētum aui,cum ſuccedunt ex ꝑſona eorum patris. nec habet obſtare nouiter conuēto litis cōteſtatio habita coram iudice incompetenti, quia talis conteſtatio non interrūpit præſcriptionem,ut eſt tex. iunctus cum gl.in l.pe.C.ne de ſta.defun.no.gl.in c.ut debitus,de ap.& c.ex tuarū,de pur. can.& xvj.q.iij.dilectio. §.pōt.Nec ob.cōteſtatio ultimò facta corā arbitris , quia tunc erat cōpleta præſcriptio computādo tempus filij & nepotum.& ideò non hēt locū interruptio,ad hoc no. gl. c.uigilanti,de præſcri.& Io.An.in regula,poſſeſſor, de re gu.iu.li.vj.in Mercu. & ex his patet reſponſio ad ſm̄ & tertium dubium.¶Sed his non obſtantibus ꝯriā ſniām in caſu noſtro arbitror ueriorem ex triplici capite . Primo, quia filius teſtatoris præſumitur habuiſſe notitiā teſtamēti,cum in facto mihi præſupponatur,ꝙ teſtamentum fuit inuentum in domo ipſius filij,& ſic erat in hæreditate iacente.l.ſi quæ cautiones,ff.fa.erciſ.& quis præſumitur habere notitiam eorum,quæ ſua ſint.l.quiſquis,C.de reſcinuen.facit.c.ab excommunicato,de reſcr.& c.cum illorum de ſen.excom.Præterea teſtamentum fuit conditum publicè in domo ipſius teſtatoris in præſentia ſeptē teſtium & notarij,filio exiſtente in loco teſtatoris. ergo præſumitur illius habuiſſe notitiam,argu.optimum in c. quoſdā , & c quanto,de præſum.& l.conſenſu,C. de repu. & quod no.Bar.in l.j.ff.ſi cer.pet.& xvj.diſt. c.quod dicitis,& c. 1. de transla.præl.Nec ab his diſcrepat Barth.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres,nam ibi expreſsè uult, quod ex coniecturis præſumi debet ſcientia etiam in filio.Eſt & alia ſcientiæ coniectura,quia cum teſtator haberet duos filios maſculum.ſ.& fœminam,& de iure ciuili equaliter ab inteſtato ſuccedere deberēt,ut in auth.defuncto,C. ad Tertu.& filius totam hæreditatem poſſedit iuxta diſpoſitionem teſtamenti,ergo præſumitur illius habuiſſe notitiam quia aliàs præſumeremus in eo delictum,& uſurpationē, quod in dubio non eſt præſupponendum, ſicut dicimus in extraneo poſſidente totam hæreditatem,ut in dubio præſumamus habuiſſe notitiam teſtamenti , ne præſumatur animus uſurpandi,ut no.Bar.in d.§.duo fratres . Et eadē ratio eſt de parte quo ad partem,ſicut de toto quo ad totum,ut in l.an pars,ff.pro derelic.facit c. paſtoralis , uer. item cum totum,de offi.dele.& hoc profectò ultimum ſufficeret ad ſcientiam præſumendam. Si ergo filius habuit ſcientiam huius legati,non ualuit pręſcribere,ut in c.fi.de præſcri.& quod no.Bar.in l.priuilegia,C.de ſac.ſan. eccl. Et per conſequens nec filij iſtius hęredis, qui ſucceſſerūt in hæreditate,præſcribere potuerunt,quia mala fides defuncti nocet hæredibus in præſcriptione ita quòd nec per ſe poſſunt præſcriptionem inchoare,ut eſt text.no.in l.cū hęres,ff.de diuer.& temp.præ.Et hoc indubitatum de iure ciuili,quo iure decidenda eſt præſens quæſtio, cum ſit inter laicos iuxta not.in c.2.de arbi.li.6.& regula,poſſeſſor,de re.iu.l.6.& per Bar.in d.l.priuilegia,C.de ſac.ſan. ecc.De iure uerò canonico nūq̄d hæredes poſſint a ſe incipere pręſcriptionē,ſi habeāt bonā fidē no.Dy.in d. regula poſſeſſor.poſſet dici ꝙ ſic ex quadam benignitate canonica.arg.eorum quæ no.in c.de quarta,de præſcr. & c. cura,de iure pa.Sed ego ſēper tenui contrarium . ut in hoc non differat ius canonicū a ciuili,quia non reperitur iure cautum,ut in.c.j.de ope.no.nun.Nec obſt.no.in iuribus allegatis per Din.quia illa non loquūtur in hærede qui cauſat ius ſuum à defuncto,& cenſet eadē ꝑſona cū defuncto ut in auth.de iure iu.a mor.præ.ſed in ſucceſſore in dignitate,qui non cauſat ius ſuū a defuncto,ſed a ſuperiore , a quo inſtitutionē habuit,nec cēſetur eadem perſona cum defuncto,merito p̄ſcribit,ſi habeat bonam fidem,licet p̄deceſſor habuerit malam fidem,& ex hoc capite indubiè iudicandum eſt pro legataria,uel eius hærede.¶Secundū caput fauorabile legatariæ eſt,quia præſuppoſito,ꝙ filius teſtatoris ignoraſſet teſtamētum paternum, tñ ex alio capite non poterat præſcribere,quia aut erat malefidei poſſeſſor,quoniam credebat hr̄ditatē pro dimidia pertinere ad ſororē,prout iure diſponitur,& nihilominus poſſidebat totā inſolidū & nō potuit pręſcribere , & idē in filijs hæredibus rōne prædicta. Aut errabat in iure,credēs hæreditatē totā ad ſe,ut ad maſculū ꝑtinere, & ēt præſcribere nō potuit,quia error iuris impedit præſcriptionē , ut in l.nunquam,ff.de uſu.nec error iuris eſt præſumēdus,ut no.in l.ſine culpa,ff.de re.iu.Et ꝑ Bar.in l.ſed & ſi.§.ſcire ff.de peti.hære.& l.q̄d Nerua,ff.depo.facit.l. quēadmodū ff.de agri.& cenſi.li.xj.& regula, qui ꝯ iura mercatur , de re.iud.lib.vj.¶Vertat ergo ſe ueritas,quo uelit,nō poteſt in caſu nřo locū habere præſcriptio.¶Ex tertio capite obtinere debet legataria,uel ipſius hæres , qa præſuppoſito ꝙ dictus filius legitimè inchoaſſet p̄ſcriptionē,tñ qa poſt mortē ſuā ꝑ nouē annos,& ſic antequā cōpleret p̄ſcriptio 30.ann.fuerunt oēs filij nepotes teſtatoris ad iudicium euocati,& per legatariā ſeu eius hærcdē fuerunt certificati de teſtō aui,& petitum fuit ab eis dictū legatū extitit dicta præſcriptio interrupta,ita,ꝙ amplius non potuerūt præſcribere ꝑꝑ ſuperueniētiā malæfidei,ut in c.fi.de præſcr.& in regula,poſſeſſor malæfidei,de re.iu.li.6. facit q̄d no.gl.in regula ſine poſſeſſiōe e.ti.& li.& in c.j.16.q.4.ubi no.ꝙ p̄ſcribiť ſemel interrupta,ēt ciuiliter ꝑ litis conteſtationē,nec poteſt amplius inchoari ꝑꝑ malā fidē præſūptā.Nec ob.ſi dicať,ꝙ illa litis cōteſtatio fuit habita corā iudice incōpetēti,qa dico,ꝙ hic fuit interrupta nō ꝑꝑ actū ciuilē litis conteſtationis ſed ꝑꝑ ſuperueniētiā malefidei,quæ cū cōſiſtat in facto non requirit iudicis cōpetētiā,ſeu actum iudicialē hoc notanter uoluit Anton. de Bu.in c.vt debitus,de ap.ſuper gl.j.ubi dixit, ꝙ ſi ex geſtis corā incōpetenti iudice reus fuit effectus malęfidei poſſeſſor interrupta eſt pręſcriptio ut in ſimili no. in exceptiōe,qñ ꝑ illā quis cōſtituiť in mala fide,ut in c.cū dilectus,de or.cog.facit quod no.in.c.at ſi cleri. de iud. ſed in caſu noſtro talia interuenerunt coram iudice incompetenti,per quæ is,contra quem nunc agitur,præſumitur incidiſſe in malam fidem,cum fuerit allegatum teſtamentū aui,& legatum in eo factum,& oblata particula teſtamenti,quatenus faciebat ad cauſam;quod plus eſt,teſtamentū ſemper fuit in domo iſtius rei,& fratrum,ita, quod poterant eū ſtatim uidere,& ueroſimile eſt,ꝙ uiderūt,uel eſt eis īputādū, ſi uoluerint informari,ar.in l.q̄d te,ff ſi cer. pe.& eleganter per Bar.in ex̄ua.ad reprimendū, in uerbo denūtiationē,ad fi.ubi uult,ꝙ etiā extra iudiciū pōt hæres ꝑ informationē ueroſimilē cōſtitui in mala fide.Quin imò plus dico,ꝙ ſine illa informatōe nō ualuerūt iſti nepotes teſtōris p̄ſcribere,cū ex eo ꝙ ſemꝑ habuerūt teſtm̄ in domo,p̄ſumuntur ſciuiſſe legatū,arg.in d.l.q̄ſquis , C. de re.uen. Et q̄d not.Barto.in d.§.duo fratres,& per ꝯñs non

nõ potuerunt præſcribere,& hoc ſolum ſufficeret contra
eos. Nam malafides probatur ex coniecturis , cum conſi-
ſtat in animo,ut no.Bar.in l.Celſus,ff.de uſuc.& l.j.§.j. ff.
de iti.actuque pri.& hoc ſolum ſufficeret ad impediẽdam
præſcriptionem compleri;& hoc eſt quartum caput uicto
riæ reportandæ.nec habet opitulari,quòd iſte conuentus
erat tunc nouem annorum,quia ſatis eſt doli capax ad cõ
prehendendum ea,quæ erant facta,ſ.legatum eſſe deſcri-
ptum in teſtõ,maximè cum fuiſſet allegatum per actorẽ ,
qui eum traxit ad cauſam:ad hoc optime.c.j.de deli.'pue.
& l.j ff.ad Sill.§.impuberi,& quod no. gl. in c. præsbyter.
lxviij.diſt.per doct.in c.cum nobis,de præſcrip. & hæc ſuf
ficiant.¶Concludo ergo dictam legatariam , ſeu eius hæ-
redem fouere iuſtam cauſam,præſcriptione allegata non
obſtante. NIC. ABBAS.

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CASVS *in effectu ſic proponitur: Ciuitas florentiæ habens
multa loca in tẽporalibus ſibi pleno iure ſubiecta,inter quæ eſt ci
uitas Aretina,deputauit & aſsignauit omnes ſuos reditus ordina
rios, quibuſdam exceptis pro intereſſe montis,id eſt illarum pecu
niarum quas tempore neceſsitatis recipit,& exigit a ſuis ſubditis
quibus reſpondet in quinque uel parum,plus uel minus pro cente-
nario.Et de conſuetudine illius communitatis eſt deputare ſingulis
quatuor annis quoſdam officiales,qui habeant prouidere,quid de
reditibus communitatis ſit pro intereſſe montis aſsignandum , &
quid pro alijs neceſsarijs exponendum.His ſtantibus contingit ,
quòd imminente quadam neceſsitate ſoluendi ſtipendiarijs depu-
tatis ad obſequium dictæ communitatis,quidam ciues electi , ha
bentes ad hoc poteſtatem grauarunt extraordinem multos eis ſup
poſitos,inter quos grauarunt ciuitatem Aretinam,ut ſingulo men
ſe ſolueret florenos centum per xxxix.menſes.Et omnia hæc one
ra,ſeu ſuperindicta,impoſita per dictos ciues.debebant ſolui ca-
merario conductæ ſtipendiariorum.Interim durante dicto tempo
re fuit prouiſſum per florentinos , ut dictum ſuperindictum cen-
tum Florenorum ſolueretur per ciuitatem Aretinam per quatuor
annos ſecuturos poſt dictos 39.menſes finiendos.De menſe Decem-
bris.M.427.et fuit ordinatum,ut dictum ſuperindictum centũ flo
renorum, quod ſoluebatur camerario conductæ , ſolueretur dicto
monti pro ipſius intereſſe.Demum finito tempore dictorum qua-
tuor annorum,& ſolutione facta ſingulo menſe,prout fuerat di-
ſpoſitum,& ordinatum,fuerũt electi quidam ciues,qui haberent
prouidere,quid eſſet monti aſsignandum.qui uiſis omnibus, prius
aſsignatis monti retulerunt in concilio dictæ ciuitatis Florentiæ ,
quòd erat utile & expediens,quòd omnes introitus olim aſsigna-
ti monti confirmarentur per quatuor annos.concilium uerò gene
rale,nulla expreſſa mentione facta,de ſingulis reditibus, prouidit
per hæc uerba generalia,quæ ſequuntur,uidelicet,quòd omnia aſ
ſignamenta facta pro ſolutione intereſſe montis,quæ nunc uigent,
& quæ uigebant de menſe Decembris proximè præteriti.ex nunc
intelligantur eſſe & ſint prorogata & cõfirmata,et in priſtino ro
bore perdurent per tempus quatuor annorum , ſaluis his,quæ ſci-
licet in contrarium prouiſa ſunt.Ex nunc quæritur,an dictum ſu
perindictum cẽtum florenorum uideatur prorogatum ad quatuor
annos,de quibus in dicta prouiſione continetur .*

### CONSILIVM XX.

1 *Ciuitas exercens regalia,habet tantam poteſtatem in territorio
ſuo.qnantam princeps in uniuerſo.*
2 *Diſpoſitio principis,ſimpliciter facta contra ſuam præcedentem
determinationem, ſeu interlocutoriam, non tenet ex defectu uo-
luntatis.*
3 *Onera extraordinaria ſunt odioſa, & ſine magna cauſa & ex-
preſſo principis conſenſu non ſunt exigenda .*
4 *Legato uſufructu domorum, & eorum,quæ ſunt in domibus illis
excepto argento,non ueniunt ea, quæ ſunt cõparata mercis cã*

OMnipotentis Dei poſtulato ſuffragio, Vr
primò, ſic . non.n. in hac p-
1 rogatione deficit poteſtas ; † quia ciuitas exer-
cens regalia habet tãtã poteſtatem in territorio ſuo,quã
te princeps in uniuerſo.no.Bart. præcipuè in ciuitatibus
Tuſcię in l.infamem,in fin ff.de pub.iu.& in l.j.ff.de aqua
plu.arcen.& l.hoſtes,ff.de cap.facit quod no.Bar.in l. de-
cernimus,C.de ſac.ſan.ec.& Inn.in c.cum P.tabellio , de
fi.inſtr.& in c.cũ te,de re iud.bene facit tex.in c. per uene
rabilem,qui fil.ſint legi.& c.ſuper quibuſdam, de uer.ſig.
Sed certum eſt principem poſſe imponere ſubdictis , ſu-
perindicta,ſeu onera extraordinaria,ut l.una C. de ſuper
indic.lib.x.Quinimò poteſt onus extraordinarium facere
ſua lege ordinarium,ut l.j.C.de ſuperindic. eod. lib. er-
go & ciuitas habens regalia , hoc facere poteſt ad hoc
cap. j. quæ ſint regalia, col. x. Item non deficit cauſa ;
nam pro republica poteſt habens regalia,ut princeps , et
bona priuatorum publicare,ut leg.& notatur in l. item ſi
uerberatum,ff.de rei uend.& l.Antiochenſium,ff.de pri-
uile. cre.no.Inno.in c.quæ in eccleſiarum,de conſt.& Bar
to.in l.fi.C.ſi contra ius uel uti.pub.& Cyn.in l.reſcripta,
C.e nec deficiunt uerba, quoniam prædicta prouiſio pro
rogauit ad quatuor annos aſſignamenta facta pro intereſ
ſe montis,nedum ea,quæ uigebant tempore reformatio-
nis,ſed etiam ea,quæ uiguerant de menſe Decembris pro
ximè pręteriti,quo tẽpore uigebat illud ſuperindictũ un
de illa lex uoluit fingere prorogationẽ ſuiſſe factam tpe,
quo durabat ſupindictũ cẽtũ florenorũ,& hoc uoluerũt il
la uerba reformationis ibi,Ex nũc ĩtelligãtur ẽẽ,& ſint p
rogata,& cõfirmata,& in priſtino robore pdurẽt &c. Nã
uerbum,intelligãtur,eſt uerbũ fictum ſeu præſumptum,&
non uerum,ut in c.ex ſtudijs,iuncta glo.de præſump. & l.
j.§.eiectione,ff. de ui & ui ar. certumque eſt legem poſſe
fingere actum retrofuiſſe geſtum,ut legi.& no.in l.ſi is, q
pro emptore,ff.de uſuc.& l.ſi maritus,ff.de adul.& c.lite-
ras,de tempo. ord.& ff.de cap.& poſtli.re.per totum,ma-
ximè in poſtliminiũ,eo.ti.& per hoc tollitur,quod obijci
poteſt quod id quod non extabat.non poterat prorogari
quia prorogare idem eſt,quod extendere,& hic præſup-
ponit habitum de præſenti,ut l.ſed ſi manente, ff. de pre-
ca.Et quod leg.& no.in c.de cauſis,de offi.dele.& l. priua
torum,C.de iuriſ.om.iu.Item non deficit uoluntas ſtatuẽ
tium,quia illa in dubio colligitur ex uerbis,ut l. non ali-
ter,ff.de leg.iij.& c.fi.de uer.ſig.& l. proſpexit. ff. qui & a
quibus. Nemo enim præſumitur dicere, quod mente non
cogitauit.l.Labeo,ff.de ſup.leg.& xxij.q.ij.c.is autem , cũ
in hac prorogatione concurrant poteſtas,cauſa,uerba, &
intentio:nihil eſt,cur debeamus interpretationem in con-
trarium facere.Sed profecto quamquam prædicta & ſimi
lia,quæ adduci poſſent uideãtur multum urgere pro hac
parte affirmatiua,attamen, ſi negotium diligenter & ac-
curatè ponderabimus,contrariam ſententiam arbitrarer
mihi præualere.Et primò præmitto,quòd non omnia oc
currentia poſſunt apertè lege decidi,ſed deficiente lege,
eſt ad legum ſimilia recurrendum,ut l.non poſſunt, ff. de
leg.& c.cum dilecti,de confir.uti.& c.tranſlatæ,de conſti.
& l.illud,ff.de conſti.& l.illud,ff.ad le.Aquil.facit.l. natu
ra.n.rerũ,ff.de præ.uer.ubi,deficiẽte ſi'i recurrẽdũ eſt ad
rõnẽ naturalẽ,ut l.ſcire oportet.§.ſufficit, ff. de excu. tu.
& c.ſecundo requiris, in fi.de ap.no.gl.in c.conſuetudo. j.
di.Sed diſcurrẽdo p legum & canonum ſimilia & iuſtitiã
naturalẽ hęc pars ꝯria,ut ſ.dicta prorogatio nõ ſit exten
denda



denda ad ſuperindictum centũ florenorũ,apertè mõſtra-
bitur.Et primò de hoc iudicio meo eſt quaſi tex.in c.cum
2 olim,de re iu.ubi apertè concluditur,† ꝙ diſpoſitio prin-
cipis ſimpliciter facta contra ſuã præcedẽtem determina
tionẽ, ſeu interlocutoriã non tenet ex defectu uolũtatis :
quia nõ pſumitur princeps uelle uenire ꝯ ſuã pręceden-
tẽ interlocutoriã , alio non expreſſo.& per illũ tex.dicit
notanter Bar.in l.qđ iuſſit,ff.de re iudi.in fin.ꝙ ſi eodẽ iu
dicio ſuper eodẽ facto appareant duæ ſententiæ interlo-
cutoriæ contrariæ, nec appareat ꝙ iudex tulerit ſecũdam
animo reuocandi primã,non vr prima reuocata:quia pri-
mã eſſe latã debet liquere iudici.l. hoc aũt.§.j.ff.ex quib.
cau.in poſ.ea.ſicut uidemus in ſimili, quòd qs nõ uidetur
renuntiare iuri , qđ ignorat.l. mater.ff.de inoff. teſta.nec
miles uidetur exhæredare filium, quẽ ignorat habere,ut
C.de teſta.mil.l.ſicut certi;& in iudice ordinario propter
multiplicitatem factorũ pſumit Bar. ignorantiã, ſicut in
d.c.cum olim,præſumit ignorantia in principe.ita & for-
tius dicendũ eſt in caſu noſtro.Nam cum primò fuiſſet da
ta per Florentinos certa lex, & certa meta,ſeu uita illi ſu
perindicto,ut ſcilicet finiret in fine quatuor annorum,nõ
eſt uериſimile , quòd in illa reformatione ſeu generali or
dinatione ſuper reditibus aſſignandis monti , uoluerint
comprehendere illud ſuperindictũ,qđ iã habuerat prius
per ipſam cõitatẽ certam uitã & terminum : quia non eſt
pſumendum in dubio, ꝙ dicta cõitas uoluerit uenire con
tra ſuã determinationem prius factã , & ita intolerabili-
ter, & aſſiduè uexare ſuos ſubditos oneribus extraordi-
narijs iam diu uexatos,& guerris duris afflictos,cum bo-
ni principis ſit fauore ſuos ſubditos adiuuare , & intereſt
ipſius habere ſub ſe locupletes ſubiectos , ut in auth. ut
iud.ſine quoquo ſuf.§.cogitatio. Et maximè per hoc dicẽ
dum in caſu noſtro , in quo diſpoſitio & ordinatio cõita-
tis põt habere locum,& uim ſuã abſq; illo ſuperindicto ,
3 ar.in c.j.de iureiur.lib.vj.& quia hæc† onera extraordina
ria ſunt odioſa,& ſine magna cã,& expreſſo principis con
ſenſu non ſunt exigenda , ut d.l.una, C.de ſuperindi.& in
auth.itẽ nulla cõitas,C.de ſac.ſan.eccl.& per Ioã.And.in
c.2.de ĩmu.ecci. Secundò principaliter induco caſum no.
in c.dilecti, de dona.ubi habet,ꝙ ſi poſt multas donatio-
nes annectitur in fine clauſula oneroſa,licet generalis nõ
tñ refertur ad illã donationẽ, q̃ erat magis libera, & ha-
bebat ſuã determinationẽ ſpecialẽ. Et per illum tex.di-
xit Spec. in tit.de inſtr.edi.§.nũc aũt uidendũ,ver.itẽ ex-
cipe , quòd clauſula oneroſa in fine poſita,nõ refertur ad
diſpoſitionẽ habentẽ ſuã ſpecialẽ determinationẽ; & idẽ
uoluit Bar. in l.talis ſcriptura, ff.de leg.j.Et facit notan-
ter,qđ ipſe no.in l.prætor ait,ff.ui bo.rap.ubi dicit,quòd
ea , quæ exorbitant à iure cõi, nõ intelliguntur repetita
in l. poſtea generaliter condita. Sed in caſu noſtro, illud
ſuperindictum fuit aſſignatum monti cum certa determi
natione,ſcilicet ut duraret per quatuor annos tantùm;er
go generalis prouiſio poſtea facta , non debet extendi ad
illud ſuperindictum habens determinationem, & certam
uitam ex diſpoſitione cõitatis , ſed ad alia aſſignamenta
facta monti,quę nõ erãt ita priuilegiata,nec habebant de
terminationẽ ita limitatã,maximè quia in odioſis ñenda
eſt ſtricta interpretatio.Tertiò ad idem notabiliter facit
l.Paulo Callimacho.§.j.de leg.3 .ubi habetur, ꝙ ſi multa
legata fuerunt uni facta in teſtamẽto,quorum aliqua fue
runt ſub conditione, alia uerò pure,& in codicillis poſt-
modum teſtator dicto legatario fecit legata,& adiecit ,
ut illis deberet eſſe contentus : illa diſpoſitio generalis
facta in codicillis, refertur ſolum ad legata , quæ erant
uniformia, & de præſenti debita, non autem ad illa, quæ
debebantur in caſu mortis hęredis , & hoc ex magna æ-
quitate, & de illo tex.fecit magnum feſtum Bar.in l.fidei
cõmiſſa.§.ſi quis ita,ff.eod.tit.& uoluit extendere ad om
nia legata facta ſub conditione,quæ non erant uniformia
cũ alijs. Ita notanter, & ſingulariter poteſt dici ad propo
ſitum, quòd reformatio nunc generaliter facta,debet ex
tendi ad aſſignamenta , quæ uigebant de menſe Decem-
bris, quæ erant uniformia,non autem ad dictum ſuperin
dictum centum florenorum,quod habebat certam metã ,
& conditionem, ſeu determinationem. Quartò ad corro-
borationem prædictorum facit:quia dicta prouiſio noui-
ter facta diſponit prorogando aſſignamenta, quę tunc &
prius uigebant pro intereſſe mõtis: ſed cum dictum ſuper
indictum fuiſſet caſu, & ad tempus aſſignatũ pro intereſ-
ſe montis,non poteſt dici ſimpl'r monti aſſignatum,ut ſic
ueniat ſub generali diſpoſitione facta ſuper aſſignamen-
tis prorogandis. Ad hoc notanter induco.l.quęſitum, in
princ.§.fi.& l. ſi ita legatum, ff. de leg.2. ubi probatur,ꝙ
ea,quę caſualiter adſunt, abeſſe uidentur. Quidam enim
ibi legauit ea,quæ caſu ibi fuerunt,non uidentur legata;
ad idem.l.generali.§. uxori, ff. de uſufructu leg.ubi tex.
4 no.dicit, † quòd legato uſufructu domorum, & eorum,q̃
ſunt in domibus illis , excepto argento, non ueniunt ea ,
quæ erant comparata mercis cauſa , quę finguntur non
eſſe in domo, cum non fuiſſent deſtinata, ut eſſent in do-
mo,ſed accidenter fuerint ibi collocata. Ecce ergo,quòd
etiã exceptio facta à legato.non firmat legatum in alijs ,
quæ non ſunt eiuſdẽ naturę cum reliquis contentis ſub
diſpoſitione generali ; ad idem l. Seio.§ medico,ff.de an
nu.lega.ita dicendum in propoſito,ex prædictis & multis
alijs ſimilibus,quæ allegari poſſent, quæ breuitatis cau-
ſa omitto,cũ prædicta ſatis abundè ſufficiant. ¶Conclu-
do, iudicio meliori ſemper ſaluo,dictã prouiſionẽ noui-
ter factã , non extendendã ad ſuperindictũ dictorũ centũ
florenorũ,pręſertim cum tempore prouiſionis iam illud
ſuperindictum eſſet extinctum,nec debet induci fictio,de
qua dixi in principio,per iura ſuperius allegata. Ex præ-
dictis ſatis patet reſponſio ad iura,& rationes ſupraindu
ctas pro contraria parte.deficit enim in caſu noſtro prin
cipis uoluntas , ut colligitur ex prædictis. Et hæc ſuffi-
ciant. NICOLAVS ABBAS.

### CONSILIVM XXI.

1 *Iuriſperiti non ſolent allegare iura, cum petuntur conſilia per
iudices cauſarum.*
2 *Captus ſi extiti propter repreſalias indictas in odium tui,ſi ſim
coactus ſatisfacere, poſſum contra te agere, & repetere.*

SAluatoris noſtri,eiuſq; pijſſimæ matris vir
ginis intemeratæ præſidio humi
liter inuocato.¶In qõne,q̃ ad pſens uertitur in-
ter Iacobum olim Thomęi bancherium actorem ex una ,
& Matthęum olim Simonis hæredem quõdã d.Mattheæ
ex alia parte , ſuper reluitione quorundã librorum,ut ex
actis cauſæ latæ colligitur ; ſuccincta & leui concluſione
utar, cum hoc ſit conſilium deciſiuum, & nõ ad unius par
tis petitionem editum, ſecutus in parte dñm Ioã.And.in
1 c.ſicut,de re iudi.dicentem,† ꝙ iuriſperiti non ſolent al-
legare iura,cũ petãtur cõſilia per iudices cauſarũ; ſecus ,
ſi petantur per partes. Dico ergo, quòd in deciſione hu-
ius qõ. partes dñi poteſtatis eſſe debent in condẽnando
ipſum Matthæum, tãq̃ hæredem dictæ dominę Mattheæ
ad reluitionem librorum pignori ſubnexorum per quen
dam Ioannem de Florentia arbitrum,ſeu calculatorem
aſſumptum

aſſumptum pro parte dictæ dominæ Mattheæ, dum age-
ret inhumanis, & dictos libros ſic redemptos conſignãdo
dicto Iacobo actori. In prædictam ſnĩam me mouit prin-
cipaliter, qm̃ à principio dato dubio in rationum calcu-
lo, legitimè per dictas partes fuerunt aſſumpti calculato
res rationum, ut probatur in l.ſi reſiduũ, C.de diſtra.pig.
& l. arbitro, & ibi per Bar.ff.q ſatiſd.cog.& l.hac edicta-
li, C.de ſec.nup. & l.j.ff.de uent.inſpi. & c.fraternitatis,
de frigi.& maleſi.& c.propoſuiſti, de proba. Et de his pe-
ritis in arte ſua, etiã per iudicem aſſumendis, plenè per
Bart.in proœ.ff. ueteris in ver.itẽ nota hic, ꝙ illi, qui peri
ti ſunt &c.in l.2.in fi.C.de reſcin.uendi. Præterea iſtis ſic
aſſumptis licitè datur aliquid remunerationis gratia, ꝙ
honorarium appellatur, ut l.j. ff. ſi menſor fal.mo.dixe.
Et ẽt licitè petũt, ſiue ſit ſalariũ eis à principio taxatum,
ſiue id, ꝙ conſueuerint in hoc operas locare, de quo per
Bar.in l.j.§.ludi quoq;, ff.de uar.& extraord.cog.ubi tex.
facit mentionem de iſtis calculatoribus; ad idem l.exce-
pto, C.loca & debet iſtis prouideri per partes, quarũ ne-
gotiũ gerunt, ſicut dr̃ in delegatis & aſſeſſoribus, ut in c.
ſtatutũ.§.inſuper, & §.aſſeſſores, de reſcrip.lib.vj. Cũ er-
go ex facto dictæ dñæ Mattheæ, ſeu ipſius procuratoris
ad hoc habentis mandatum contigerit iſta ſubpignora-
tio librorũ; & in odium ipſius dominæ Mattheæ, ſeu eius
heredis non ſatisfacientis de ſalario conuento uel con-
ſueto dicto Ioãni in calculatorẽ pro ſua parte aſſumpto,
ex qua quidem pignoratione dictus Iacobus ſine aliqua
ſua culpa incurrit dãnũ: quia caret cõmoditate librorũ.
ergo potuit agere ꝯ dictã dominã Matthæã, ſeu eius hæ-
redẽ, ut dictos libros reſoluat, & eum indẽnẽ conſeruet,
ẽt præſuppoſito qđ malè fecerit dictus Ioãnes in ſuppo-
nendo libros pignori. hoc apertè vr̃ probari per id, qđ
legit & no.in l.nã & ſeruus, & ibi ꝑ Bar.ff.de neg.geſt.ubi
probatur, qđ ſi paſſus ſum, etiã iniuſtè, aliquod dãnum
propter factum tuũ, poſſim agere ꝯtra te ad ſatisfactionẽ
dãni; ad idem l.licet, in fin. ff. nau.cau.ſta. & l.ſi non.§.cũ
autẽ, ff. de his qui deie.uel eff.& l.ſi merces.§.culpa, ff.lo-
cati.ubi ſunt tex.optimi in materia noſtra; & qui cãm dã-
ni dat, dãnũ dediſſe uidetur, ut in c.fin.de iniu.& dam.da.
facit qđ no.in c.ſicut dignũ, de homi. Et per hæc iura di-
2 xit notãter Bar.in tractatu repreſaliarũ, uer.decimo, † ꝙ
ſi captus fui propter repreſalias indictas in odium tui, &
coactus ſum ſatisfacere, poſſim agere ꝯ te, & repetere qđ
propter factũ tuũ, & tui odiũ aſtrictus fui ſoluere. & idem
firmauit Bar.in d.l.nã & Seruius. Idẽ tangit in l.2.in fi.ff.
de uerb.obli. ad idẽ facit, qđ idem Bar.no.in tractatu de
tyrãno, & l.creditor, ff.de ſol.ubi dicit, qđ ſi debitor iniu-
ria creditoris fuit coactus debitum ſoluere per tyrannũ,
conſequitur liberationẽ, ſaltẽ in effectu. idem uoluit in ſi
mili in l.cotem ferro.§.qui maximos, ff. de publi.ubi fir-
mat, quòd ſi emens pedagium à ciuitate, paſſus eſt maxi-
mũ dãnũ propter guerrã, quã ciuitas alteri intulit, uel ip
ſi fuit illata, poteſt agere contra ciuitatẽ ad intereſſe: q a
ex facto ſeu odio ipſius dãnũ paſſus eſt. Ita dicendũ pun-
ctualiter in propoſito, cum ex ipſius facto dominæ Ma-
theæ aſſumentis illũ Ioannẽ in ſuũ calculatorẽ hoc dãnũ
carentiæ librorum incurrerit dictus Iacobus, ꝙ poteſt a-
gere contra hæredem ipſius dominæ Matheæ ad ſatisfa-
ctionem dãni, & ſic ad reluitionem dictorũ librorũ. Et fa
cit qđ not.doc.in c.calũniã, de pœnis. non obſtat prædictæ
concluſioni, ſi dicatur, ꝙ dicta domina Matthæa erat uſu
fructuaria, & ſic ſumptus litis debebant pertinere ad hæ-
redem, qui erat proprietarius. Ad hoc enim reſponderi
poteſt multipliciter, & primò, ꝙ ipſa d. Matthea tenebat
dicto Ioãni ex ꝯtractu ſuo nomine geſto; qđ patet ex eo,
q a conſtituit procuratorẽ ẽt ad eligendum calculatores
rationũ, & promiſit ſub hypotheca, & obligatione omniũ
bonorũ ſuorũ, habere ratũ & gratũ, quicquid dictus pro-
curator in dicta cauſa, & in depẽdẽtibus ab ea fecerit; &
ſic ẽt poſt renuntiationẽ uſusfructus remanſit dicta domi
na Matthæa obligata dicto Ioanni electo per ſuũ procu-
ratorẽ ad prouidendum ſibi de labore ſuo. Ad hoc bonus
tex. cum materia ſua in l.procurator, & qđ legitur & no.
in l.poſt mortem.§.tutor, ff.quãdo ex fac.tu. Præterea di
cta domina Matthæa pugnabat pro iure ſuo conſequen-
do, & ſic ſuis ſumptibus debebat militare. Item quia mo-
dica impenſa, etiã facta in re, in qua eſt conſtitutus uſuſ-
fructus, pertinet ad uſufructuariũ, & nõ ad proprietariũ,
ut l.hactenus, & l.ſi pendentes, ff.de uſufruc. Præterea &
tertiò, ꝙ teneatur ad ſumptus, uel non, curandum nõ eſt
in caſu noſtro. ſatis enim eſt, ꝙ ex electione ſua, ſeu ſui pro
curatoris dictus Iacobus incurrerit damnum. imputandũ
eſt enim ſibi, ſi talem elegit, arg.in l.cum mandato, in fi.
ff.de procur. Et ex prædictis patet reſponſio ad id, quod
opponitur per alteram partem, quòd dicta domina Mat
thæa erat mortua tempore quo dicti calculatores retu-
lerunt. Nam, ut prædixi, ſatis eſt, quòd hoc damnum con-
tigerit ex electione ſua, & ſic ex facto ſuo. eſt enim in
hoc initium conſiderandum. debebat enim dicta domi-
na Matthæa poſt ſuam renuntiationem, uel ipſius heres
poſt eius mortem ilicò prouidere, ut nullum damnum
potuiſſet contingere dicto Iacobo ex electione ſua, &
concordare dictum calculatorem. Nam ſibi erat ſatisfa-
ciendum pro labore ſuo, cum pro eo non remanſit, quin
negotium habuit effectum; ad hoc quod legitur & no.in
l. j. §. diuus Seuerus, ff. de uar. & extraordina. cog.me-
lius in l.ſed addes.§.cum quidam, ff. loca. illud quoq;
abſoluti iuris eſt, quod obligatio cauſata in perſonam
defuncti, tranſit in hæredem, ut l. ueteris, C. de contra-
hen. & cõmit. ſtipu. Vltimò non ob. ſi dicatur, quòd li-
bri non ſunt dicti Iacobi: quia hoc falſum. nam cum con
traxiſſet ſocietatem cum Adoardo, & per illum gere-
bat negotia ſocietatis, libri ſocietatis erant communes;
unde ſocius poteſt agere contra ſocium actione pro ſo-
cio ad editionem librorum, ut l. quædam, primo reſpon
ſo, ff. de eden. unde quilibet ſociorum pro ſua cõmodi-
tate poteſt agere inſolidum, maximè quia cum dictus Ia
cobus exerceret negotiationem per Adoardum ſolum,
uidetur eum conſtituiſſe inſtitorem ſuum. unde obliga-
batur ex actibus per illum geſtis iuxta plenè nota. per
Bart. in l. eadem, ff. de duobus reis, & ſibi mandaſſet, ut
libros conficeret iuxta ea quæ leguntur, & not. in d.l.
quædam, maximè per Barto. Et hæc ſufficiant.

NICOLAVS ABBAS.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*QVIDAM Ioannes de Senis hæres ex teſtamento Angeli de Senis, conceſſit, dedit, & conſignauit dominæ Nicolaæ filiæ dicti Angeli unum fundũ Titianũ poſſeſſum per dictũ Angelũ, eidẽ dominæ Nicolæ relictũ in dicto teſtamẽto, promittẽs Ioãnes eidẽ dominæ Nicolæ & heredibus ſuis, tãquàm hæres prædictus, & nomine ſuo proprio dictũ fundũ ſemper defendere, & disbrigare ab omni perſona &c. Et pro prædictis obſeruandis obligauit ſe dictus Ioannes ſuoſq; hæredes, & bona præſentia & futura, prout de prædictis latius & clarè patet publico documento manu publici notarij. Poſt hæc dictus Ioannes uendidit quædam bona ſua, & inter cætera uendidit cuidam Titio de Senis domum quandam, & demum pro ſuis exceſſibus fuit publicè bannitus, & rebellis factus, & omnia eius bona fuerunt publicata. Nuperrimè uerò mota fuit quæſtio contra dictam dominam Nicolam ſuper dicto fundo eidem per dictum Angelum eius genitorẽ relicto per quẽdam Caium de Senis: quæ dicta Nicola, ſtatim mota ſibi lite, denuntiauit, & ſignificauit dictam litẽ ſibi motam dicto Ioã. ut ueniret, & cõpareret per ſe, uel per alium ad defendendum eã; & dictum fundum in dicta lite ſibi mota per d.Caium, qui Ioãnes in prædictis ſemper fuit contumax. Tandem d.Caius contra dictam do.Nicolam in dicta cã ſententiam pro ſe reportauit: & fuit d.Caio dictus fundus adiudicatus, detinendus in cauſam pignoris pro debito per eũ petito. Nunc aũt euicto dicto fundo, ſupradicta do.Nicola, facta legitima diſcuſſione contra dictum Ioan.& bona ſua, quæ uacantia non reperiuntur, agit ſimiliter hypothecaria contra hæredem dicti Titij emptoris dicti Ioan.pro relaxatione dictæ domus eidem obligatæ, & hypothecatæ uigore ſupradictæ obligationis ſibi factæ per dictum Ioan.modo prædicto. qui quidem hæres contra petitionem dictæ do.Nicolæ excipit, quòd dicta do.Nicola in prædictis non eſt audiẽda, cum ipſe tenuerit & poſſederit dictam domum per ſe & per dictum Titiũ olim patrem eius titulo prædicto emptionis per tempus decẽ ann. & ſatis ultra, & ſic dictam domum præſcripſit, & ſuper ea moleſtari non poteſt uigore cuiuſdam ſtatuti Senenſis, cuius quidẽ tenor talis eſſe dignoſcitur, uidelicet. Et quicũque poſſederit rem aliquam debitoris ſui, uel alterius perſonæ titulo iuſto per decẽ annos ſine contradictione, uel moleſtia dicti ſui debitoris, uel cuius res fuerit, illam præſcribat, & de ea in perpetuum moleſtari non poſſit, non obſtante aliquo capitulo conſtituti. Modo quæritur quid iuris.*



## CONSILIVM XXII.

1 *Hypothecaria præſcribitur per tertium legitimo titulo, ſpatio decem annorum.*
2 *Præſcriptio non currit impedito agere de iure.*
3 *Præſcriptio cum bona fide, partim eſt inducta in fauorẽ poſſidentis bona fide, & partim in odium negligentis ius ſuũ proſequi.*

SAluatoris noſtri, eiuſq; piiſſimæ genitricis inuocato præ-
ſidio, Vr̃ primò dictum hæredẽ ſe poſſe tueri
uigore dicti ſtatuti, cũ illã domum poſſederit
iuſto titulo ſine ꝯdictione alicuius perſonæ ꝑ decẽniũ &
ultra: ergo nõ põt aliquo mõ per aliquẽ moleſtari, ut ſta
tuto cauetur, & cũ uerba ſtatuti clara ſint, alia interpre-
tatione nõ egent. l.ille aut ille, ff.de leg.iij. & l.nõ aliter,
cod.ti.& de reg iu.c.ij. & de uerb.ſig.c.ſi.nec dubitari po
teſt de ualiditate ſtatuti, maximè in hac ciuitate Senarũ,
quæ exercet iura principis, ut in l.oẽs populi, & quod no.
maximè ꝑ Bar.prope finem ſuæ repetitionis, de iuſt.& iu.
& per eundem in l.infamẽ, ff.de publ.iud. in fine ſui appa
ratus. Præterea etiam dicto ſtatuto omnino ceſſante, ui-
1 detur dictus hæres tutus de iure cõmuni. † Nam hypo-
thecaria præſcribitur per tertium legitimo titulo ſpatio
decem ann. ut probatur in l.j.& ij.C.ſi aduer.cre.no.in l.
cum notiſsimi, C.de præſcr.30 ann.in gl.ij. Iſte uerò hæ-
res, & defunctus habuerunt titulum pro emptore, ut ff.ꝓ
empt.l.j. Bona autem fides hoc caſu præſumitur: quia nõ
præſumitur quis habere ſcientiam hypothecæ alterius,
cum cõſiſtat in facto, ut in regula, præſumitur, de reg.iu.
lib.6. & l.error facti, ff.de iu.& fa.ign. & l.cum quis, C.e.
& ꝙ præſumenda ſit bona fides, not.in c.ſanctorum, & c.
fin.de præſcr. no.per Bar.in l.Celſus, ff.de uſuca.& l j.§ j.
de iti.actuq́, pri. ſatis enim eſt allegare bonam fidẽ: quia
cum conſiſtat in animo probari non poteſt, ut no.gl.inſti.
de act.§.aliæ. ¶Sed his non obſtãtibus, quæ iudicio meo
uerè non obſtãt, contrariam ſententiam puto ueriorem.
2 Moueor primò ratione iudicio meo incõuincibili. † im-
pedito de iure agere, non currit præſcriptio, ut l.j.in fi.
C.de anna.except. & l.in rebus, ff.de iu.do. in quibus pa-
tet, ꝙ nec filiofamilias in aduentitiis, nec mulieri in re-
bus dotalibus conſtante matrimonio, & durãte patria po
teſtate non currit præſcriptio: quia de iure agere nõ poſ-
ſunt: ſed præſcriptio currit à die, qua actionẽ mouere poſ
ſunt; ad idem.c.quia diuerſitatem, de cõceſſ.præb. ꝑſer-
tim qñ impedimentum contingit ante, q̃ eſſet inchoata
præſcriptio, iuxta theoricam Bart.in l.ſenatus, ff.de offi.
præſi. Sed certum eſt, ꝙ in caſu noſtro dicta do. Nicola
ſemper uſq; ad hodiernum diẽ non habuit de iure facul-
tatem agendi: quia antequã res euincatur, nõ poteſt quis
agere, licet dicatur, ꝙ res ſit aliena, ut in l.q rem, & l.ſi
poſt, C.de euict. ergo hactenus præſcriptio nõ habuit lo
3 cum contra eam. Præterea † præſcriptio cum bona fide,
partim eſt inducta in fauorẽ poſsidentis bona fide, & par
tim in odiũ negligentis ius ſuum proſequi. 16.q.3.c.præ-
ſcriptionum; facit qđ no.Bar.in l.j.ff.de uſucap. & Di.in
regula, poſſeſſor, de reg.iu.lib.6. & Bar.in l.nemo poteſt,
ff.de leg.j. Cum autem in caſu noſtro non poſsit dicta do
mina Nicola notari de aliqua negligẽtia, cum prius.ſ.an-
te euictionem nõ potuit de iure ſuo experiri; ergo defi-
cit fundamentum, ſuper quo fundata eſt præſcriptio; me-
rito non debuit currere; facit qđ in fi. legitur & no.maxi
mè per Bar.in l.j.ff.quod ui aut clam. Quis.n.eam incu-
ſare poterit, cur non egerit hypothecaria, cũ, ſi uoluiſſet
agere, non potuiſſet, ut ſupra probatũ eſt? Clariſsimum
ergo eſt, ꝙ iuris cõmunis præſcriptio ſibi non habet ob-
ſtare, maximè cũ tex.in d.l.j.C.ſi aduer.cre.ponderet, &
fundet ſe ſuper diuturno ſilentio creditoris hypotheca-
riam intentantis, & ſic reſpicit illũ, q potuit proclamare,
& negligentia ſiluit; q̃ uerba adaptari non poſſunt ad eũ,
qui ꝓclamare non potuit. non.n.poteſt dici ſilere, q non
poteſt loqui. eius.n.propriè eſt ſilere, qui loqui poteſt,
ſicut in fi.dicit lex, ꝙ eius eſt nolle, qui poteſt uelle, ut l.
eius, ff.de reg.iu. Et ille dicitur inteſtatus, qui potuit cõ-
dere teſtm̃, ut l.j.ff.de ſuis & leg. & ꝙ contra creditorem
habentem hypotecariam iuſta cã impeditum non currat
præſcriptio, eſt caſus ſm̃ vnum intellectum in l.cũ poſtu-
laſſem.§.fi.ff.de dam.inf. & no.gl.in d.l.j.C.ſi aduer.cre.
Idem dico ad diſpoſitionem ſtatutariam. Nam ſtatutum
debet reduci, quãtum fieri poteſt, ad terminos iuris cõ-
munis, ut l.ij.C.de noxa. & c.cum dilectus, de conſuetu.
not.Inno.in c.cauſam, de præſcript.& Bar.in l.omnes po-
puli, ff.de iuſt.& iu. ſicut ergo præſcriptio à iure cõmuni
inducta, non currit ꝯ non ualentem agere, ut ſupra dixi;
ita dicendum in ꝑſcriptione ſtatutaria, præſertim q a ſta-
tutum ſimpl'r induxit præſcriptionem, & ius cõmune ge
neraliter diſponit, ꝙ non ualenti agere nõ currit præſcri
ptio. Vnde non eſt præſumẽdum, ꝙ ſtatuentes uoluerint
in hoc corrigere ius cõc per ſtatutũ generale, ut l.ſi qñ,
& quod ibi no.C.de inof.teſt. Item nec ꝓſumendum eſt,
ꝙ uoluerint ſine culpa, & delicto alterius tollere ſibi ius;
quod facerent, ſi ꝯ non ualentẽ agere curreret ꝑſcriptio,
quod non eſt dicẽdum: quia non debemus ꝓſumere iniq-
tatem, & iniuſtitiam in lege principis, uel populi; ad hoc
qđ no.gl in l.quoties, C.de præci.imp.offe. & l.ij.§.ſi q
à principe, ff.ne qd in lo.pub. & in c.ſuper eo, de offi.del.
Nã lex debet eſſe iuſta, rõnabilis, & honeſta.4.diſt.c. erit
aũt lex, & C.de legi.l.leges. facit qđ no.Bar.in l.oẽs po-
puli, præal. Item ſtatutũ recipit interpretationem reſtri
ctam, qñ aliter intelligẽdo qs incurreret dãnum ſine cul
pa, ut l.ij.C.de nox.& l.ut gradatim, ff.de mu.& ho.& ple
nè ꝑ Bar.ĩ d.l.oẽs ppl'i, & l.nõ dubiũ, C.de legi. ſed ĩ caſu

noſtro dictæ dominæ Nicolæ contingeret damnum, ſi dictum ſtatutum deberet ita ruditer intelligi, ut curreret præſcriptio impedito à lege agere. præterea ſtatutum loquens in terminis iuris, recipit limitationes, & exceptiones iuris, ut c. cum dilectus, & c. ad audientiam, de cle. nõ reſiden. d. l. ij. de noxa. ergo intelligẽdum, prout iura dãt legem præſcriptioni. Rurſus, ſi bene ſtatuti uerba ponderentur, hoc quod dixi, ſonare uidentur. prouidet.n. cum quis poſſedit decem annorum ſpatio ſine cõtradictione, uel moleſtia ſui debitoris, uel alterius &c. & ſic in caſu noſtro is, cuius erat res, uel habebat hypothecariam, poterat contradicere, ſeu poſſidentẽ moleſtare: ſed in caſu noſtro non poterat dicta domina Nicola cõtradicere ratione prædicta. ergo ſtatutum non habet locum cõtra eã, prout ſupra dixi in diſpoſitione iuris cõis. Ex his omnibus clarè concluditur, ꝙ nec p̃ſcriptio ſtatutaria, nec iuris communis habet locum contra dictam dñam Nicolã cũ à tp̃e euictionis dicti fundi, quo incępit poſſe agere, & per conſequens incępit præſcriptio currere, non ſit decẽnium elapſum. Quòd aũt dictæ dñæ Nicolæ hypothecaria circa dictam domum competat, apertè colligit ex ꝓmiſſione facta per dominum Ioannem, qui ẽt nomine ꝓprio promiſit de euictione dicti fundi ſub hypotheca omnium bonorum ſuorũ, inter quæ erat dicta domus Titio uendita, quæ tranſire debet cũ onere hypothecæ in emptorem, etiam ſi ſciente creditore & tacente fuerit uẽdita, ut l. ſicut. §. non uidetur, ff. quib. mo. pig. uel hypo. ſol. & c. ex literis, de pig. præſertim cum ex diſpoſitione legali dictus Ioan. hæres eſſet obligatus de euictione, maximè cũ legatum fuerit factum filiæ, de quo plenè legit & no. in l. ſi domus. §. de euictione, ff. de leg. j. Quod aũt ꝯ dictũ Ioãnẽ non poſſit agere hypothecaria, cũ dictus Ioãnes ſit tãquã rebellis abſens, nec reperit aliqd poſſidere, clarè patet ex his, q̃ legunt & no. per gl. & Bar. in aut. hoc ſi debitor, C. de pignoribus. Et hæc ſufficiãt NIC. ABB.

## CONSILIVM XXIII.

1 *Vſufructuario datur interdictum, ut non poſſit uti frui, ſi fuit deiectus.*

2 *Petens reſtitutionẽ duo debet probare, ſ. poſſeſſionẽ & deiectionẽ.*

arbitror dicendum: qa pater dando filio pecuniã,ut eam
exerceat in apotheca, uel alio modo, uĩ eam tradidiſſe,
ut faciat inde libros & ſcripturam ſ̄m conſuetudinem il
lius artis,arg.in l.quod ſi nolit.§.quia aſsidua,ff.de ædil.
edic.facit quod in ſimili no.Bart.in l.nemo eſt q neſciat,
ff.de duob.reis,& quod no.in l.quædam,ff.de eden. vnde
ſatis eſt, quod reddendo rõnem de capitali, & lucro, ꝓ-
bet ſ̄m conſuetudinem aliorum ſociorũ, & aromatario-
rum. vnde in his, de quibus non ſolent fieri inſtrumẽta,
ut in modicis, ſatis eſt probare ꝑ librum tàm ꝓ, q̄ ꝯ ſo-
cium ſeu fratrem. põt etiam dari iurm; pro quo facit,qđ
in ſimili no.Bal.in l.id,quod pauperibus,in fi.C.de epiſ.
& cle. & Spe.in ti.de inſtr.edi.§.nunc uerò aliqua,uer.ſed
nunquid ſecundũ,facit.l.ſi negotia,ff.de neg.ge. Et p̄ſer-
tim hoc admittendũ inter ſocios. nõ.n.requirit maior di
ligentia in rebus cõibus,q̄ in ꝓpriis, inſti. ꝓ ſocio,in fi.&
ſocietas hẽt inſtar fraternitatis.l.uerũ,ff.e.& iõ nõ eſt ꝓ-
cedendũ multũ ſtrictè,p̄ſertim cũ appareat de lucro non
modico. Et rõ reddẽda eſt à principio adminiſtrõnis uſq;
ad finẽ, p̄ſuppoſito, ꝙ cũ pecunia p̄rña ſe exercuerit. hoc
enim eſt gñale,ut l.j.C.ubi de rõ.agi oportet. nã ſpãle eſt
in



in patre,q adminiſtrauit bona aduẽtitia filij ꝓpter uſum
fructum ſibi debitum,ut non teneatur filio rationem red
dere,ut in l.cum oportet , uerſ.nec ratiocinia. ſecus ergo
in aliis bonis , ſi qua pater adminiſtraſſet de bonis filij,&
è contra, argumen.in d.l.j.C.ubi ratio. Nec aliter magis
inſiſto:quia non puto neceſſariũ,ut prædixi.N I C. A B B.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CASVS *in effectu talis eſt. Quidam teſtator diſpoſuit , ut
certæ pecuniæ diſtribuerentur per conſules cuiuſdam artis in ma
ritando puellas egenas cum quibus conſulibus in dicta diſtribu-
tione fienda deberent interuenire duæ uoces infraſcriptorum hæ-
redum.hæredes autem ſuos ſcripſit hoc modo. Nam in omnibus
ſuis bonis &c.ſibi hæredes uniuerſales inſtituit , facit & eſſe uo-
luit filios maſculos,legitimos naturales tàm natos quàm naſcitu-
ros pro una parte, & dominum Dynum & Petrum fratres filios
olim Bartholomei Iacobi pro una alia parte ; & Franciſcum &
Thomaſium fratres & filios olim Thomaſii pro una alia parte.
Nunc dubitatur mortuo teſtatore , qualiter & per quem debeat
fieri dicta diſtributio,an,ſ.conſules,qui ſunt ſex numero,habeant
ſex uoces, & hredes duas,& ſic conſtituant omnes octo uoces :
an uerò conſules habeant unam uocem , hæredes uerò duas , &
quid ſi inuicem diſcordent.*

CONSILIVM XXXVII.

1 *Facultas intereſſendi electioni epiſcopi,quando competit uniuer-
ſitati eccleſiarum conuentualium : computantur prælati illo-
rum eccleſiarum per capita.*
2 *Teſtator ſi dixit* Titius *hæres eſto, Seius & Mæuius hæredes ſun
to, quomodo intelligantur iſti tres uocati.*
3 *Epiſcopus ſi habet actum facere cum aſſenſu capituli , ſufficit ut
uocetur uniuerſitas.*

SAluatoris præſidio humiliter inuocato,ar-
bitror dicta uerba poſſe habere
quatuor intellectus. Mihi tamen placet dũtaxat
ultimus. Primus eſt, ut cõſules habeant uoces ſ̄m capita,
ut cum ſint ſex, habebunt ſex uoces; pro quo uidetur ca-
ſus ſ̄m unũ intellectum in c.ſcriptum,de elect uer.de ſtu-
1 diis,ubi patet,ꝙ † ſi facultas intereſſendi electioni epiſco
pi competat uniuerſitati eccleſiarum conuentualium,cõ-
putentur prælati illarum eccleſiarum per capita , ita, ut
ſ̄m numerum prælatorum habeant uoces. ¶Secundò fa-
cit, quia idem uidemus in iudicibus.nã ſi datur poteſtas
pluribus iudicibus,ſtatur maiori parti eorum ſecundum
numerum perſonarum , in l.duo ex tribus,ff.de re iud.&
diſt.65.c.1.Idem in arbitris,ut l.ſi in tres,cum l.ſeq.ff.de
arbi.& c.j.de arbi.lib.vj.& quod ibi not. ¶Tertio quia in
diſpoſitione dubia recurrendum eſt ad uerba præceden-
tia , & ſequentia , ut in l.ſi ſeruus plurium,ff.de leg j.& l.
nũmus , de leg.iij.& l.qui filiabus,de leg j.cum ſi.ſed te-
ſtator reſpectu hæredum locutus eſt per uoces: quia uo-
luit,ut interuenirent eorum duæ uoces;ergo idem uide-
tur ſenſiſſe de cõſulibus.Sed iſte intellectus mihi non pla
cet,ut omnes ſimul coniungantur,& cõſtituãt octo uoces
& ſic ſtetur maiori parti numero, multiplici ratione.Pri
mò qa cũ cõſules ſint uocati ſub nomine appellatiuo , &
ſimul ad actũ expediendũ cũ tertio, uident oẽs uocati ut
unum corpus,nec debẽt cũ tertio cõiungi pari modo ſ̄m
capita,arg.optimũ in l.ſi.C.de impu.& ali.ſub.& ĩ l.ſi qs
Titio,ff.de uſufru.accre.& quod ibi no.gl.& optimè facit
in l.interdũ.ff.de hære.inſti.facit in arg.l.Titius fundi, &
l.liber.§.Titius,eo.ti. Et dicam latius.ĩ.in quarto intelle
ctu.Præterea tenendo hunc intellectũ,ſequeret abſurdũ,
qa poſſet diſtributio fieri ſine conſulibus, & ſine uocibus
hæredũ.Pone.n.ꝙ tres conſules ſint in una parte,alij tres
in alia,cũ quibus conueniant duæ uoces hr̃dum,certè ſ̄m
præmiſſum intellectũ iſti præualebũt,cũ ſint, quinque, &
alij tres;ut in d.l.duo ex tribus, & d.c.j.65.diſt tñ non eſt
uerum dicere,quod hic ſint cõſules:qa cum ſiat deputati
ut certum corpus,nõ repræſentatur iſtud corpus,niſi per
maiorem partem ſingulorum de corpore,ut l.mortuo.ff.
de fideiuſ.iuncta.l.quod maior,ff.ad munic.& l.aliud.§.
refertur, ff.de reg.iu.& c.j.de his quæ fi.à ma.par.ca.& c.
fi.de reſcrip.lib.vj.no.gl.in c.j.ne ſede ua.lib.vj.& Io.An.
in c.à collatione, de appe.lib.vj.& Fe.conſ.1.non.n.dicun
tur facere cõſules,quod tres ex eis faciunt; & tñ teſtator
uoluit,ut diſtributio fieret per conſules.Item pone aliud
abſurdũ.finge ꝙ oẽs cõſules ſimul in unũ cõueniãt,& duæ
uoces hæredũ inclinent in aliã partẽ, ſ̄m illud intellectũ
ualebit diſpoſitio conſulũ,qui ſunt ſex uoces,& ſic diſtri-
butio fieret per ſolos cõſules, quod eſt apertè ꝯ mentem
& uerba teſtatoris. uoluit.n.teſtator , ut in diſtributione
fienda interueniant cũ conſulibus duæ uoces hæredum.
ergo ſine eorum conſenſu nõ poſſunt cõſules diſtributio-
nẽ facere, quemadmodũ qñ capitulum habet aliquid fa-
cere cum conſenſu prælati, uel prælatus cum conſenſu ca
pituli. oportet.n.neceſſariò,ꝙ interueniat ad minus ma-
ior pars capituli,& conſenſus epiſcopi,ut eſt gl.not.iũcto
tex.in d.c.uno, ne ſede uacã.lib.vj.& firmat Io.An.in d.c.
à collatione, & plenè Fed.in d.conſ.j.& quod no in c.po-
ſtulaſti, de conceſ.præben. ¶Secũdus principalis intelle-
ctus eſt,ut cõſules habeãt unã uocẽ, ex quo uocantur per
noĩa appellatiua,tanquã unũ corpus fictũ & repræſentatũ:
hæredes uerò habeãt aliã uocẽ. & exponant uerba teſta-
toris,ꝙ hæredes habeant duas uoces,i.duas partes hr̃dũ,
quæ ſunt quatuor,habeant unã uocẽ; & ita uidentur ſen-
ſiſſe quidam in allegationibus ſuis. Sed profectò is intel-
lectus mihi non placet : quia extorquet & deſtruit uerba
teſtatoris,qui uoluit,ut in diſtributione fienda interueni
rẽt duæ uoces hæredum. nec eſt à uerbis recedendũ , ubi
nõ cõſtat clarè de contraria intentione,ut l.non aliter,ff.
de leg.iij.& c ſi.de uer.ſig. Item quia ex uerbis teſtatoris
clarè patet,ꝙ uoluit cõſules eſſe authores,& principales
in hac diſtributione fiẽda: hr̃des uerò eſſe inferiores. uo-
cãtur.n.acceſſoriè ad conſules, ut patet ex illis uerbis cũ
cõſulibus , ad hoc l.ſi cui,ff.de fun.inſtru.& quod legitur
& no.in c.uno, ne ſede uacã.& in c.cũ Marthæ.§.quæſiui-
ſti,de cele.miſ. ¶Tertius principalis intellectus eſt per l.
ſi quis Titio,ff.de uſufru accre.& in l.Titiæ textores.§.ni
hil,ff.de leg.j.ut ſit ſenſus,ꝙ hæc diſtributio ſpectet æqua
liter ad cõſules,& ad hr̃des? ita tñ ut hr̃des habeant duas
uoces,cõſules uerò unã,ſicut ſi actus expediendus ſpecta-
ret ad tres æquè principaliter : quia teſtator cõſules uo-
cauit ꝑ ſe,ut unum corpus.hr̃des uerò uocauit ꝓ duabus
portionibus,ſicut colligitur per caſum ꝯriũ,in l.liber hõ
§.Titius,ff.de here.inſtituẽ.ubi ponit caſus,† ꝙ ſi teſtator 2
dixit,Titius hæres eſto: Seius & Mæuius hæredes ſunto ,
ꝙ ſiũt duo ſemiſſes,i.duæ partes totius hr̃ditatis , quarũ
una datur Titio,qui fuit ſolus uocatus,altera datur Seio
& Mæuio,q fuerunt ſimul uocati.Ita in propoſito, cũ hæ
redes expreſè ſint uocati, ut habeant duas uoces, conſu-
les uerò fuerunt uocati ſimpliciter ſub noĩe appellatiuo,
tanquã unũ corpus,debẽt habere ſolũ unam uocẽ.Sed is
intellectus non placet ꝑꝑ abſurditatẽ,quæ ſequeret quia
poſſet contingere data inter eos diſcordia , ꝙ ſoli hære-
des abſq; conſulibus diſtribuerent cũ habeãt duas uoces,
iuxta plenè notata ꝑ Io.An.in c.ſcriptũ,de elec.quod eſt
expreſsè ꝯ mentem teſtatoris, q uoluit, ut cõſules eſſent

principales in hac diſtributione fienda, ut ſ.plenè dixi.
Pręterea cum actus pertineat ad duos ſimpliciter,& non
detur poteſtas inſolidum, non ualet quod agitur ab uno
eorũ,ut in c.ſi duo,de procu.lib.vj.& c.cãm matrimonij,
& c.uno delegatorum,de offi.dele. Sed in caſu noſtro cõ
ſules & hæredes uocantur tanq̃ duo corpora:qa teſtator
noluit de uno confidere ſine alio. ergo non ualet, quod
diſponit ab altero corpore dũtaxat; ad quod optimè fa-
cit,quod legi.& no.in c.paſtoralis,primo reſpõſo, de re-
ſcrip ¶Quartò trado quartũ intellectũ, qui vr̃ æquitati,
rõni, & menti teſtatoris cõſentaneus, & nulla inde ſequit
abſurditas,ut dicamus,ꝙ cõſules uocent ut unum corpus
inter ſe:tñ fiet computatio per capita,ut ſic appareat,ubi
ſit ipſum corpus,ut in d.l.interdũ,& l.ſi qs Titio, cũ aliis
ſuperius allegatis,quẽadmodũ qñ aliquid ſpectat ad ca-
nonicos cum conſenſu epiſcopi. nam uocantur canonici
ut unũ corpus, & repræſentatur ipſum corpus per maio-
rem partem ſingulorum,ut no.in d.c.uno,ne ſede uacan-
te,iuncta gl.in uerbo,aſſenſu;ad idem c.abbas. 18.q.2.iũ-
cto. c.eccleſia,de elect.& expreſsè uoluit Fed.in d.conſ.1.
in ſolutione qõnis,& Io.An.in d.c.à collatione, & in d.c.
poſtulaſti;ad idẽ gl.no.in d.c.paſtoralis, ubi dicit, ꝙ plu-
res iudices deputati ad certum actum ſunt loco unius, &
quod no.Io.An.poſt Hoſt.in d.c.ſcriptũ, cuius dicta opti
mè faciunt ad hanc qõnem.Et arbitror,ꝙ iſta diſtributio
pertineat principaliter ad ipſos conſules per ea,quę ſupe
rius dixi, & qa teſtator expreſsè in principio uocauit ip-
ſos conſules dũtaxat:ſed dicti conſules non poſſunt aliqd
diſponere ſine conſenſu duarum uocum hæredum; ita, ꝙ
oportet duas uoces hæredũ conuenire cũ iudicio conſu-
lum, quemadmodum quando aliquid pertinet ad capitu
lũ cũ aſſenſu ſui epiſcopi. nõ.n.poteſt aliquid in illo actu
diſponere capitulũ,niſi eps̃ conſentiat:nec ſufficit,ꝙ me-
dietas capituli concurrat cum iudicio epi:quia ibi nõ eſ-
ſet capl̃m:ſed oportet,ꝙ ad minus maior pars capituli cõ
currat ad diſpoſitione actus, & habeat conſenſum epi. Et
3 ita è contra, qñ † eps̃ habet actũ facere cũ aſſenſu capitu
li.non.n.uocantur omnes per capita: ſed uniuerſitas per
ſe,& reſpectu ſui ipſius fit computatio per capita, non au
tẽ reſpectu epi: quia illius aſſenſus requiritur æquè prin
cipaliter,ut no.gl.præall.in d.c.paſtoralis,& Fed.ĩ d.cõſ.
prope fi.ad idẽ.c.ſi pro te,de reſcrip.lib.vj.iuncta gl.teſta
tor.n.expreſsè uoluit,ut conſules diſtribuerent, ſed cum
eis uoluit,ꝙ concurrerent duæ uoces ſuorum hæredum;
nõ ergo ualebit actus,niſi cõſules diſponant,aut ſaltẽ ma
ior pars conſulum.d.l.duo ex tribus ff.de re iud.& d.c.ſi.
de reſcrip.lib.vj.cum ſimi.præal.cũ aſſenſu duarũ uocum
ipſorũ hæredũ. noluit.n.teſtator dare alicui eorũ ptãtẽ
inſolidũ. Qualiter aũt haberi debeãt duæ uoces hęredũ,
arbitror,ꝙ cũ hr̃des fuerint uocati diſtributiuè,ꝙ oẽs uo
cati pro quarta parte habẽt unã,alij pro alia quarta hñt
aliã; & ſic de reliqs, optimũ arg.ĩ cle.plures, de iure pa.
& in præall.l.interdũ,& in c.qm̃,de iure pa.unde ſatis eſt
ꝙ cõſules habeant in diſtributione fiẽda duos ex prædi-
ctis hæredibus ſumptis modo prædicto; & erit tutum, ut
oẽs requirantur,cum teſtator nõ expreſſerit,quorum hę
redum uoces habeantur; & ſufficiet habere duos eorum,
arg.eorum, quæ no.Bar.in l.Pomponius, alias incipit, ſi
uni,ff.de re iud.& in l.hæredes mei,ff.ad Treb. Non aũt
puto neceſſarium,ꝙ oẽs heredes dẽt duas uoces:quia nõ
reſultaret aliquis bonus effectus,cum,ut dixi,actus perti
neat principaliter ad cõſules,& ſufficit hic cõſenſus duo-
rum hæredum:non.n.uoluit teſtator neceſſariò oẽs debe
re cõſentire,ne difficultarent in tantũ materiã propter fa
cilitatẽ hominum in diſcordando, ut ĩ c.nec nouũ.8.q.1.
ad.c.ſcriptũ.ſ.allegatum in primo intellectu poteſt re-
ſponderi, ut colligitur ex no.per Fed.in loco præall. Et
hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM XXXVIII.

1 *Surreptio in literis gratioſis uitiat gratiam.*
2 *Poßidens duo beneficia curata eodem tempore, ſi non apparet de legitimo titulo, præſumendum eſt, quòd iniuſte poſſederit.*

IN quæſtione quę ad præſens uertitur in-
ter dominum Nicolaum ue
rij de Brandinis de Vrbino ex parte una, & do-
minum Iacobum Thomaſij ex alia ſuper canonicatu &
ꝓbenda eccleſi.Vrbinenſis,concluſiuè ipſius qõnis deciſio
nẽ attingam, cum hoc conſilium ſit deciſiuũ, non aũt ꝑ-
ſuaſiuũ ad partis petitionem imploratum.Et primò diſcu
tiã iura dicti do.Nicolai. Secundò præfati do.Iacobi. Ex
quorum examinatione & deciſione patebit tertiũ,quæ,ſ.
ſint partes iudicis in diffinitione huius cãæ. ¶Et primò
omiſſis allegationibus, quæ fieri poſſent in fauorẽ dicti
dñi Nicol.tũ ꝓꝑ cãm præſcriptã, tũ quia ſatis patent in
actis productis per ipſum do.Nicolaũ, firmiter arbitror,
inhærendo actis cãæ mihi exhibitis, ꝙ dictus dñs Nico-
laus nullũ ius foueat in dicto canonicatu, uel ad ipſum
obtinendum uigore literarum apoſtolicarũ per eum im-
petratarũ,& mihi exhibitarum pluribus cauſis & rõnibus
ad hanc ſñiam motus. Primò quia dictæ literæ fuerunt
ſubreptitiæ,cũ in eis aſſeruerit ſe rectorem eccleſiæ ſan-
ctæ Barbaræ, ac illam eccleſiam non habere actu ad ani
marum curam,cuius contrarium apertè probatur per te
ſtes productos per dictum do.Iacobum, ac per ipſius dñi
Nic.reſponſionem ad poſitionem aduerſæ partis. Cer-
tũq; eſt, quod omnis falſitas expreſſa, uel ueritas tacita,
qua ſuppreſſa uel expreſſa princeps nõ conceſſiſſet literas
ſuas, ſaltẽ ita de facili, habet inducere ſubreptionẽ, ut
no.probatur in c.poſtulaſti, & ibi per Hoſt.de reſcrip.&
& c.ſuper literis, e.tit.facit.l.& ſi non cognitio,& l.ſi le-
gibus conſentaneũ, C.ſi contra ius uel uti.publi. ꝙ autẽ
hoc fuerit huiuſmodi, patet: quia facilius Papa concedit
canonicatũ,cum animarum cura negligatur, cũ hẽat ca-
nonicus reſidere in canonicatu, ut in c.extirpandæ.§.qui
1 uerò,de præben. †Subreptitio aũt in literis gratioſis ui-
tiat grãm ipſo facto, & qcqd uigore taliũ literarũ ſecutũ
eſt,ut no.in c.ad audientiã.ij.& c.conſtitutus, de reſcr.&
c.j.& ij.de fil.presb.lib.vj.& in cle.j.de præb.& in l.j.ff.de
nata.reſti.& qđ no.in l.ꝓſcriptione, & l.ſi legibus, C.ſi ꝯ
ius uel uti.pub.Nec ob.ꝙ dictus do.Nic.nũc dicat ſe non
fuiſſe rectorẽ illius eccleſiæ tpe impetrationis, quia cum
ipſemet in illis literis hoc aſſeruit,ſtandũ eſt primæ aſſer
tioni ſuæ; ad hoc bonus tex.in l.cũ precũ,C.de lib.cau.&
apertè tenuit Io.An.in c.cũ ĩ poſitionibus, de iureiu.li.6.
ubi firmat ꝙ narrata in reſcripto ꝓ impetrãtẽ,faciũt fidẽ
ꝯ eum, ẽt ſi reſcriptum appareat ſubreptitiũ;facit qđ no.
Inn.in c.cũ uenerabilis,de excep.& c.olim,de cẽſi. Præte-
reà per teſtes ſatis probatur, ꝙ nomine ſuo tenebatur &
poſſidebat,& ꝙ reputabatur cõiter rector illius eccleſiæ:
nec ipſe dñs Nicolaus probauit aliũ titulũ legitimũ unde
aut poſſidebat tanquã rector, aut intruſus; & in ſui odiũ
perinde eſt,ac ſi legitimè poſſediſſet, ne ſit melioris cõdi
tionis intruſus, quàm legitimus rector; probatur in c.eũ
q,de præben.lib.vj.& quod quiſque dilucida uoce prote-
ſtatus eſt &c. c.ꝑ tuas,de ꝓb. & l.gñalr,C.de nõ nu.pec.
maximè qñ detegit fraus,ĩ c.inter dilectos, de do.& c.cũ
ſuꝑ, de cõceſ.ꝓben.& l.ſi creditorib.C.de ſer pig.da.ma.
¶Secun-



¶Secundò principaliter impugnatur prouiſio facta de di
cto domino Nicolao; quia, ut clarè probatum eſt ꝑ con-
feſsionem ſuam, & teſtes productos ab aduerſa parte,re-
tinuit,& adhuc tenet duas eccleſia curatas,ſ.plebem ſan-
cti Andreæ,& eccleſiam ſanctę Marię in Caſtiglione.nec
fuit per eum allegata aut probata diſpenſatio per haben
tem poteſtatem,nec vnio legitimè facta,licet per eũ fue-
rit allegata; ſed aſſertioni partis ſtandum non eſt, cum
vnio conſiſtat in facto. Et ſic contra ius non eſt præſumẽ-
dum. nam quælibet eccleſia curata præſumitur per ſe ſta
re, & debet habere ſuum rectorem,ut in c.cum non igno
res,de præb. nec ſufficit præſcriptio,ut tanquã vnitæ te-
neantur,niſi ſit tanti tẽporis,cuius initij memoria nõ exi
ſtat, ut plenè no.per Io.And.ſuper regula, qui cõtra iu-
ra,de reg.iu.lib.6. in Merc.facit.c.j.de præſcrip. & 7.q.1.
c.ſicut,de offi.ord.c.ordinarij, lib.6. Cum ergo conſtet
2 eundem do.Nicolaum poſſediſſe eodem tẽpore † duo be
neficia curata,nec appareat de legitimo titulo,pręſumẽ-
dum eſt,ꝙ iniuſtè poſſederit, quia iure reſiſtẽte poſſedit,
ut in l.quẽadmodum,C.de agri,& cenſi.lib.11.& in dicta
regula,qui contra iura mercatur; & per conſequens inci-
dit in pœnam extrauagantis,execrabilis Io.22. ubi diſpo
nitur,quod talis eſt priuatus utroq; beneficio, & effectus
inhabilis ad alia quæcũque beneficia; ergo concluditur,
ꝙ dictus do.Nicolaus erat inhabilis ad dictum canonica-
tum obtinẽdum,& per conſequens nõ ualuit collatio ca-
nonicatus per executorẽ ſibi facta; pro hoc quod no.Inn.
in c.inter dilectos,de exceſ.præla.ubi dicit,ꝙ collatio be
neficij facta per executorem notoriè indignum,eſt nulla;
& facit, quod ipſe no.in c.fin.de præſump. In caſu autem
noſtro plus eſt: quia non ſolùm erat indignus, imo à iure
inhabilitatus ad quodlibet beneficiũ,ut ſupra dixi; & fa-
cit quod no.idem Inn.in c.cum noſtris, de conceſ.præbẽ.
¶Tertiò principaliter facit contra dictum do.Nicolaum
cle.gratiæ,de reſcriptis. ubi diſponit,ꝙ ſi poſt gratiam fa
ctam ad beneficium obtinendum recipiat quis beneficiũ,
ꝙ ſimul cũ beneficio ſibi debito uigore gratiæ retinere
non poteſt,uidetur renũtiare dictæ gratię. Sed in caſu no
ſtro dictus do.Nicolaus poſt gratiam ſibi factã obtinuit
duo curata, quæ nullo modo poteſt obtinere cum cano-
nicatu,& alio bñficio, cùm ſit reditus inhabilis ad quod-
cũque beneficium obtinendum; ergo uidetur dictæ gra-
tiæ renuntiaſſe,& ꝑ conſequens non potuit illius uigore
petere dictum canonicatum: quia ius ſemel extinctũ non
reuiuiſcit,ut in cle.gratiæ.7.q.1. c.q̃ periculoſum,& c.ex
trãſmiſſa,de renun.& de conſec.diſt.4.c.quęris,& l.q res.
§.arcam,ff.de ſolu. Nec hic obſt.ꝙ tex.in d.cle.gratię,lo
quatur in eo, q impetrauit gratiam ad beneficiũ curatũ,
uel ad dignitatem: quia dictus do.Nicolaus impetrauit
etiam ad beneficium cũ cura, uel ſine cura. Itẽ eadem rõ
eſt in caſu noſtro in utriſque,ut patet ex prædictis; ergo
eadem debet eſſe diſpoſitio, ut apertè hoc ſentit gl.in d.
cle.gratiæ,in uerbo, beneficium curatũ eſt, & in gl.ꝓced.
¶Quartò poſſet attentari, ꝙ, etiam ceſſantibus omnibus
prædictis, dictus canonicatus nõ includebatur ſub literis
impetratis per eum: quia nõ fuit facta mentio, ꝙ cano-
nicatus ſpectabat ad electionem canonicorum: ſed ſolum
mandatur prouideri de ſpectante ad collationem, præ-
ſentationem, prouiſionẽ,ſeu diſpoſitionem epi uel capi-
tuli &c. Certum eſt autem,ꝙ appellatione prædictorum
modorum nõ uenit electio,ut probatur in c.cum in illis,
de præben.lib.6.§.illis uerò, & in cle.j.de præben.§.j. Et
quãquam illa iura loquantur,cum mandetur ꝓuideri de
prælaturis dignitatibus,ſeu perſonatibus: tñ eadem ra-
tio eſt in inferioribus beneficiis. cum.n.literæ ad benefi-
cia obtinenda ſint ambitioſæ, debent ſtrictè intelligi, ut
in c.quãuis,de præb.lib.6. ideò vno modo expreſſo nõ ue
nit alius,ut in c.cum in illis præall. & c.ſuſceptum,de re-
ſcrip.eo.lib. Et hoc tenet glo.ord. in d.cle.in uer.de di-
gnitate: idem ibi Pau. ¶Ex quibus oĩbus euidenter patet
dictum do.Nicolaũ omni iure deſtitui in retentione, ſeu
aſſecutione dicti canonicatus. ¶Venio nunc ad iura dicti
do.Iacobi. & omiſſis pari ratione allegationibus, q̃ poſ-
ſent exquiſitè contra eundem fieri,arbitror eũ bono iure
fulciri. ſatis.n.probatum eſt per confeſsionem partis ad-
uerſæ,& per teſtes ab eo productos,ꝙ poſſeſsio iuris eli-
gendi canonicos eſt ad præſens penes canonicos reſiden-
tes in ciuitate Vrbini; ita, ꝙ exiſtentes extra ciuitatem
non ſint de neceſsitate uocandi,& tali conſuetudini ſtat,
etiam in electionibus canonicorum; ꝓbatur in c.cum in
eccleſiis,in fin.de præben.lib.11. ¶Præterea ſatis proba-
tum eſt, ꝙ in dicta eccleſia nõ erant tempore electionis
factæ, niſi octo canonici, quorum vnus erat mortuus; &
ſic remanſerunt ſeptem:tres ꝓbantur abſentes extra ciui
tatem tẽpore electionis factæ. poteſtas ergo eligendi re-
manſit ſolidè penes quatuor in ciuitate reſidentes: quod
eſſe põt, cùm penès vnum reſidere ius collegij etiam in
electione prelati poſſit, ut legitur & notatur in c.gratũ,
de poſtu.præla. & 65.diſt c.fi. & l.ſicut, ff.quod cuiuſque
vniuer.facit 10.q.2.c.hoc ius porrectũ, poſt principium,
ibi, maiori parte ibidem ſeruientiũ conſentiente &c. Illi
uerò quatuor canonici, penès quos remãſit tota poteſtas
eligendi,potuerunt cõpromittere in vnum ex eis,ut in c.
cum in iure, & c.cauſam, & c.quia propter,de elect.li.6.
cum ſimilibus. electio ergo facta à cõpromiſſario eorum
de dicto dño Iacobo ualuit,& tenuit, cũ poſſit capitulum
data uacatione canonicatus ad eorum libitum ſe congre
gare,& eligere,cũ à die uacationis & notitię curat ei tẽ-
pus,ut in c.quia diuerſitatem,de cõceſ.præb.& c.licet, de
ſup.negli.præla.cum ſimi. Et qualiter capitulum debeat
conuocari,ſtandum eſt conſuetudini, ut in c.in cauſis, de
elect. no.Bar.in l.obſeruare,C.de decur.lib.10.nec obſt.
ſi dicatur, ꝙ non plenè probatur cõſuetudo, ut abſentes
non uocentur:quia cum illa ſit contra ius,requiritur ſpa
tium 40 ann. ut in c.ſi.de conſue.no.gl.in c.ſi eo, ti.lib.6.
quia ſaltem probat, ꝙ præſentes in ciuitate ſunt in poſ-
ſeſsione diuturna eligendi canonicos, exiſtentibus extra
ciuitatem minimè requiſitis; & hæc quaſi poſſeſsio ſuffi-
cit ad ualiditatem electionis iam factæ,ut in c.querelam,
de elec. & c.cum olim,de cau.poſ.& propriet. & c.cõſul-
tationibus,de iure patron. & quod in eis no.facit qđ no.
Inn.in c.ij.de in integ.reſt. Et ex iſtis omnibus concludit
tertium,ꝙ cum ꝯ electionem dicti do.Iacobi,uel eius ꝑ-
ſonam nil canonicè probatum ſit, & de ipſius iuribus cla
rè pateat, partes iudicis erunt in hac cauſa cõfirmare ele
ctionem de eo factam, & imponere ſilentium dicto dño
Nicolao,ac illi canonico,q dixit ſe contẽptum in illa ele
ctione,cum probatum ſit per teſtes productos à dicto do.
Nicolao,illũ ueniſſe ad ciuitatem poſt electionẽ legitimè
factam de dicto do.Iaco. Et hæc ſufficiant. NIC. AB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*Illud de iure quæritur in effectu, an ſtatutum ciuitatis, quo cauetur, ut uxori relictæ debeantur alimenta ab hæredibus uiri defuncti tempore diſſoluti matrimonij, donec ſibi fuerit d s ſoluta: poßit ſine peccato obſeruari, præſertim habito reſpectu, quòd mulier defuncto uiro fuit recepta à patre ſuo locuplete, & in ipſius domo alimentata ab eodem, donec fuit alteri nupta, cui maritata extitit, cũ iuribus ſibi cõpetentibus contra hæredes primi mariti? Hinc eſt, quòd tàm pater, qui alimẽtauit filiam*
in

*in uiduitate, quàm maritus ſecundus, qui alimentat & ſuſti-*
*net onera matrimonij, quotidie petunt alimenta a tempore mortis*
*primi mariti, pro parte autem hæredum mariti allegatur dictum*
*ſtatutum continere uſurariam prauitatem. Item quòd ex alio ca*
*pite non erant mulieri alimenta præſtanda, quia alio ſtatuto ci-*
*uitatis cauetur, ut uxor teneatur reſtituere omnia ſibi tradita &*
*donata a marito; quod tamen dicta mulier minime fecit, cum ad*
*huc ſibi teneat quaſdam ueſtes pretioſas. Quæritur, quid iuris tã*
*reſpectu mulieris, quàm patris, & ſecundi mariti, qui dictam mu*
*lierem alimentarunt, dote non ſoluta uſque ad præſentem diem.*

## CONSILIVM XXXIX.

1 *Vſuræ datis poſſunt etiam hodie peti, prohibitione iuris canonici non obſtante.*
2 *Formalitas in uſura eſt ipſum mutuum.*
3 *Statuta ſi mandent alimenta præſtari, uel quid certum pro libra, non ualent.*
4 *Maritus non alimentat uxorem principaliter propter dotem acceptam, ſed quia uxor deſeruit oneribus matrimonij.*
5 *Mulier ſi non habeat unde ſe alat, non per hoc poteſt petere alimenta, intra annum.*
6 *Vxor non poteſt petere uſuras ratione retardatæ dotis.*

CHriſti Saluatoris, eiuſque pijſſimæ genitricis
auxilio inuocato, Vr̃ primò dictũ ſtatu
tũ ualere, ac omni peccati ſcrupulo carere, ſicut
n. lex ciuilis potuit à principio ſtatuere, ut dos in bonis
immobilibus conſiſtens reſtitutioni ſubiaceat poſt annũ;
adeò, ꝙ reſtitutione poſtmodũ nõ facta, teneaẽ hr̃s ipſam
dotem cum uſuris reſtituere, ut eſt expreſſum in l. unica.
§. exactio, C. de rei ux actio. & dicit Bar. in l. cunctos po-
1 pulos, C. de ſum. tri. ꝙ † tales uſuræ poſſunt etiam hodie
peti, prohibitione iuris canonici non obſtante, quia nõ ue
niunt ex pacto ꝯhẽtiũ, ſed ex legis diſpoſitione ꝑꝑ mo-
ram. ſicut enim poteſt lex in pœnam condemnare in du-
plum, uel triplum, inſti. de act. §. tripli (facit quod legi &
no. in c. unico, de plus pe.) ita potuit lex cõdẽnare hr̃edẽ
mariti ꝑꝑ morã, & cõtumaciã in reſtituẽdo dotẽ ſ꜡m iuris
diſpõnẽ. Ita pari rõne potuit ſtatutũ ciuitatis ꝓſertim, ha-
bẽtis iura principis inducere, ut dos in qbuſcũque bonis
cõſiſtens, ilicò reſtitutioni ſubiaceat, & in penam moroſi
inducere, ut alimenta mulieri ꝓſtentur, donec dos ſoluta
fuerit, arg in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, & quod no
ta Bar. in l. infamẽ, in fi. de publi. iud. Et ꝓſertim hoc uide
tur admittendũ cã alimẽtorũ, cum multorum ſit opinio,
ut ẽt intra annũ debeantur alimenta mulieri non habenti
aliũde, unde uiueret, etiã omni diſpoſitione ſtatutaria ceſ
ſante, ut no. gl. in d. §. exactio, quam multi ſequuntur fir-
mat Spe. in ti. qui fil. ſint legi. & cũ maritus ꝑꝑ onera ma-
trimonij ſupportanda lucretur fructus rei ſibi pignoratæ
ꝑꝑ dotẽ, ut in ca. ſalubriter, de uſuris fortius ergo pro
ſuo intereſſe poterit petere ſine omni peccato huiuſmo-
di alimenta ab hæredibus primi mariti. Nam & de iure
canonico poſſunt peti uſuræ tanquàm intereſſe, ut not. gl.
in c. cõquæſtus, de uſuris, & in l. ſi traditio, C. de acti. emp.
& ur̃ expreſſum in c. ſalubriter, & c. j. de feu. ¶ Secundò pri
2 cipaliter facit. † quia formalitas in uſura eſt ipſum mu-
tuum. unde uſura non conſiſtit niſi in contractu mutui, pa
cto tacito uel expreſſo interueniente. xiiij. quæſtio. ij. per
totum, & in c. conſuluit. de uſur. plenè per Io. An. in regu-
la, peccatum, de regu. iu. lib. vj. in Mercu. Sed in caſu no-
ſtro nullum interuenit mutuum, nec pactum expreſſum,
uel tacitum, ſed totum peruenit ex diſpoſitione ſtatuta-
ria. ergo ceſſat uſuraria prauitas. Sed his non obſtantibus
quæ uerè caſui noſtro non obſtant, contrariam ſenten-
tiam arbitror ueriorem. Et primò allego authoritatem
Io. de Lig. in cle. unica, de uſuris. ubi hanc qõnẽ in termi-
nis format, & dicit talia ſtatuta non ualere, & ſtatuentes
3 incidere in pœnã illius cle. & plus dicit, † ꝙ talia ſtatuta
non ualent, etiam ſi mandent alimenta præſtari, uel quid
certũ pro libra poſt annum: pro quo allegat dictum Inn.
in c. ſalubriter. ubi firmat uxorem relictam non lucrari
fructus rei ſibi pignoratæ ꝑꝑ dotem quia nõ deſeruit ma
trimonio. ſicut. n. maritus non lucratur fructus rerũ dota
lium, nec pignorum ſibi datorum ꝑꝑ dotem, ſi non ſuſti-
neat onera matrimonij, ut leg. & no. in c. ꝑ ueſtras, de do.
poſt diuor. reſt. & l. ſi ante, ff. ſol. matri. & in d. c. ſalubriter
ita nec uxor debet aliquid habere pro intereſſe dotis, ex
quo non ſuſtinet, nec deſeruit oneribus matrimonialibus
4 † non enim ur̃ maritus alimentare uxorem principaliter
ꝑꝑ dotem acceptam: ſed quia uxor deſeruit oneribus ma
trimonij. Hinc uidemus, ꝙ ſi maritus duxit uxorem ſine
dote, teneẽ nihilominus alere uxorem iuxta dignitatem
ſuam, & tanquam ſororem, ut no. Inn. in d. c. ꝑ ueſtras, &
legiẽ & no. in l ſi cũ dotem, §. ſinaũt, ff. ſol. mat. Et ꝓſertim
nõ poſſunt alimẽta exigi intra annũ, cũ ante nulla ſit mo
ra. nec etiã poſt morã, quia licet maleſaciant hæredes nõ
ſoluendo dotẽ, prout à iure diſpoſitũ eſt, non tñ ꝑꝑ cur-
ſum tp̃is poteſt aliquid eſtimabile peti quia quicquid ſor
ti accedit, uſura eſt xiiij. q. iij. per totum. Lex autem ſeu ſta
tutũ nõ põt inducere, ut licitè uſura ſoluatur, cum in ma-
teria peccati ſtãdum ſit iuri canonico, ut in c. fi. de præſc.
no. Bar. in priuilegia, C. de ſac. ſan. ec. in regula, poſſeſſor,
de reg iu. lib. vj. ¶ Prætereà, & ſcd̃o probatur ſubtiliter,
rõ. n. quare potiſſimè fuit uſura prohibita, eſt, quia credi-
tor conſequitur duas retributiones. Primò enim conſeq-
tur pecuniã ſuã integrã. Scd̃ò conſequitur aliquod lucrũ
ultra debitum, quod eſt contra naturã rerũ, cum ex ſe nõ
generet aliã pecuniã, nec uſus pecuniæ eſt ſeparatus a do
minio ipſius pecuniæ, ut plenè & ſubtiliter no. per Io. An.
ſuper dicta regula, peccatũ. In caſu aũt nr̃o, hoc directo cõ
tingit. Nã mulier haberet duas retributiones ex ſua pecu
nia. Primò. n. cõſequitur ſuã pecuniam cum integritate. Se
cundò cõſequiẽ lucrũ alimẽtorũ, quod nõ eſt cõcedendũ,
nec ſtatuta ciuitatis excuſant, ut in d. cle. unica, de uſuris.
Nec ob. ꝙ petat rõne ſui intereſſe. non. n. probatur ex hoc
intereſſe mulieris. Primo. n. intra annum non poteſt de iu
re petere, ꝓſertim cum non indigeret, cum a patre locu-
pleti fuerit alimẽtata. ¶ Quinimò multi tenent, ut refert
5 Cy. in d. §. exactio, ꝙ † ẽt ſi mulier non habeat, unde ſe a-
lat, non per hoc poteſt petere alimẽta intra annũ, cũ hoc
caueatur. Nec obſt. ſua inopia, cũ poſſit ſibi prouidere uẽ
dendo ius ſibi competens de præſenti. Et profectò illa o-
pinio eſt uerior, & ſubtilior, licet alia æquior, ut ſentit Io
an. An. in addi. Spe. in ti. qui filij ſint legi. §. j. Fortificatur
ẽt hæc cõcluſio ex rationibus ſtatim ſiẽdis ad ꝯria. Et ad
hãc cõcluſionẽ facit, qđ no. Bar. in l. inſulã. §. uſuras, ff. ſo-
6 lu. matr. ubi dicit, ꝙ uxor nõ põt petere uſuras occaſione
retardatæ dotis, ita ꝙ nõ habet locũ ſ꜡m eũ de iure cano-
nico. l. unica. §. exactio, præallega & idẽ ſentit Azo in ſum
ma de uſur. & Io. An. & Inn. in c. ſalubriter, de uſuris, ubi
dicũt, ꝙ ſi hæres mariti obligauit uxori ꝑdiũ pro dote re
ſtituenda, teneẽ cõputare fructus; quod eſt notãdum. Nec
obſt. primũ ꝯriũ ſ formatũ. Dico. n. ꝙ licet lex poſſit cer-
tã pœnã infligere moroſo & contumaci, ut in contrario,
non tamen poteſt inducere lucrum parti propter curſum
temporis, ſicut facit in d. l. unica. §. exactio, & ſtatutum in
caſu noſtro. Et ita refert Butri. in d. l. cũctos populos, quẽ
dã theologum ſibi reſpondiſſe. Quinimò ſtatutum in caſu
noſtro



noſtro non eſt fundatum ſuper aliqua mora: quia non a-
ſtringit hæredem ad ilicò dotem ſoluendam, ſed ad præ-
ſtandũ alimenta, donec dos fuerit ſoluta; & ſic inducit ma
teriam peccandi, quia uxor non curabit petere dotẽ, ut
interim conſequatur illud lucrum ex ſolo curſu tempo-
ris. Nec ſecundo ob. qđ dicitur de intereſſe: quia intereſ-
ſe non eſt intra annum, cũ nulla ſit ibi mora. d. §. exactio,
nec etiã poſt annũ probaẽ ipſo iure intereſſe; ſed eſt ne-
ceſſe, ut appareat, ꝙ mulier uel maritus erat ſolitus ex pe
cunia licitè lucrari; & tunc habebit petere probando in-
tereſſe: non autẽ audietur petendo alimenta uigore ſta-
tuti; facit, qđ not. Inn. in c. ſacro, de ſen. excõ. & Bart. in l.
una, C. de ſent. q̃ pro eo, qđ intereſt, & qđ not. in c. con-
queſtus, de uſu. petit enim maritus ſecundus ab iſtis hære
dibus primi mariti dotẽ, tanq̃ aliud debitum priuatum.
Non obſt. tertiò, ꝙ dicitur mutuũ non interceſſiſſe: quia
dico, ꝙ non eſt mutuũ expreſſum; ſed ius fingit mutuum
interuenire, quaſi hæres ſoluerit dotem, & poſteà mulier
ſibi compenſauerit, nec ab ea recipiat lucrum alimento-
rum, ſicut ius diſponit in eo, qui uendit rem pluſquàm ua
let: quia differt ſolutionem pretij, ut plenè legitur & no-
tatur in c. in ciuitate, de uſur. cum enim habeat actionem
ad dotem poſt annũ, uel ante, ſi ſtatutum hoc inducit taci
tè uel expreſſè, & eam non intentet, uidetur tacitè conue
nire cum debitore; meritò hoc eſt damnandum. Et hæc
ſufficiant, & præſertim hoc dicendum in caſu noſtro, in
quo mulier non paruit ſtatuto, quatenus in ea fuit, in re-
ſtituendo ueſtes, & fruſtra legis auxilium inuocat, qui cõ
mittit in legem, ut in c. quia fruſtra, de uſuris. Et hæc ſuf-
ficiant. NICOLAVS ABBAS.

## CONSILIVM XL.

1 *Donator, quando ſe obligat per uerba obligatoria, eſt obligatus.*
2 *Prohibitus alienare inter uiuos non uidetur prohibitus in ultima uoluntate.*
3 *Donatio cauſa mortis, quando non ſit in teſtamento, nec in codicillis, accedit magis ad naturam contractus, quàm ultimæ uoluntatis.*
4 *Tutor non dicitur conſentire contractui minoris, niſi expreſſè approbet.*
5 *Statutum ubicunq; exigit conſenſum alicuius in facto alterius, uidetur illum requirere pro ſolennitate.*
6 *Prohibitus donare ſine alicuius conſenſu, non poteſt donationem facere, niſi ſpecialiter ſibi fuerit donare permiſſum.*
7 *Tacens non habetur pro conſentiente, ubi agitur de re oneroſa, & non appetibili.*

FActum in effectu ſic proponitur. Statuto Se
nenſi cauetur, ut nulla mulier nu-
pta poſſit de ſuis dotibus, uel in ipſarum preiu-
dicium aliquem ꝯtractum, uel obligationem facere cum
patre, fratre, auo, uel quacunq; perſona ſine conſenſu, uel
ratihabitione ſui uiri, & ſi fieret, non ualeat ipſo iure. &c.
alio uerò ſtatuto caueẽ, ꝙ in qualibet ultima uoluntate
ſufficiant tres teſtes &c. Quibus ſic dictantibus q̃dam dña
Checcha nupta Ioãni de Bandinello, ſuſcepta unica filia
ex matrimonio, ueniens ad mortem in ꝓſentia dicti uiri
ſui comitis cum conſenſu patris ſui donauit cã mortis di
cto patri ſuo ꝓſenti, & recipienti ꝓ fratribus carnalibus
dictę dñæ Checchæ, & filijs dicti comitis quartã partem
ſuarũ dotiũ omnimodo, quo poterat. ¶ Quæritur, nunqđ
dicta donatio iuribus ſubſiſtat? Pro cuius deciſione qua-
tuor ſunt examinanda. ¶ Primò an donando mortis cã vi
deatur mulier ꝯhere, uel in ꝑiudicium ſuarum dotium
obligationem facere? ¶ Secundò ꝓſuppoſito, ꝙ contractũ,
uel obligationem feciſſe uideatur; ita, ut mariti conſen-
ſus interueniret, ut iuxta primum ſtatutum debuerit, an
mariti præſentia in donationis actu cũ taciturnitate ha-
beatur pro conſenſu, ut ſic ſtatuto ſit ſatisfactum? ¶ Ter-
tiò præſuppoſito, quòd debet haberi taciturnitas pro con
ſenſu, nunquid dicta donatio poſſit infringi ex eo capite:
quia non interuenerunt quinq; teſtes? ¶ Quartò præſup-
poſito, quòd ex dictis capitibus non poſſit infringi, an ſal
tem ualeat impugnari ex eo: quia pater conſenſit, ſeu au-
thoritatem ꝓſtitit in donatione facta filijs ſuis in poteſta
te conſtitutis? ¶ Circa primum ur̃ primò dicendum, quòd
donando cã mortis non uideatur dicta domina Checcha
contractum aliquem, uel obligationem feciſſe, quòd non
contraxerit, uidetur clariſſimum: quia ad eſſe contractus
requiritur, ut ultro citroq; naſcatur obligatio, ut in l. La
beo. 2. ff. de uerb. ſig. qđ ceſſat in donatione cã mortis,
Nam, ex quo non interuenit rei donatæ traditio, nulla
naſcitur ex parte donatarij obligatio. non. n. obligatur ip
ſi donatori ad aliquid: ſecus, ſi interuenit traditio: quia
tunc obligatur ad reſtituendum, ſi conualeſcat donator:
aut ſi prius decedit ipſe donatarius, ut in l. non omnis, ff.
ſi cer. pet. Nec ipſe donator uidetur obligari: tùm quia an
te mortem donatoris non uidetur donatio perfecta, ut in
l. non uidetur, ff. de dona. cã mor. tùm quia põt pęnitẽtia
ductus illam donationem ad libitum reuocare, ut in l.
mortis cã donatio, & l. qui mortis cã, ff. eod. tit. ergo non
eſt donator obligatus, cũ obligatio ſit iuris uinculũ, quo
neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluendę &c. ut dicit
tex. inſtit. de oblig. in prin. Et hoc expreſsè videtur ſenſiſ
1 ſe Din. dicens, † quòd qñ donator per uerba obligatoria
ſe obligat, ut quia dicit, promitto tibi donare; & tunc eſt
obligatus, licet poſſit reuocare: aut non per uerba obliga
toria; ut quia dixit, dono; & tunc non obligatur, ſed hæ-
res aditione ſecuta, tenetur utili ex teſtamento; allegat l.
j. C. eo. Cum ergo, ut patet ex prædictis, dicta dña Chec-
cha non fecerit donãdo cã mortis aliquem contractum,
uel obligationem: quia purè donauit cã mortis. ergo nõ
requirebatur conſenſus mariti. potuit ergo donare cũ ſo
lo patris conſenſu, ut in l. tàm is. §. j. ff. de dona. cau. mor.
2 facit, qđ in ſimili dicimus, quòd † prohibitus alienare in-
ter uiuos, non uidetur prohibitus in ultima uoluntate,
ar. in l. pater. §. fundum, ff. de leg. 3. plenè per Bart. in l. ſi
ità quis promiſerit. §. ea. l. ff. de uerb. oblig. Donatio autẽ
cã mortis trahitur ad ultimã uoluntatem, ut inſtit. de do
na. in prin. & in l. fin. C. de dona. cau. mor. Maritata ergo
prohibita ſine conſenſu mariti contractum uel obligatio
nem facere de ſuis dotibus, non uideẽ ꝓhibita diſponere
in ultima uoluntate, & per conſequens nec in donatione
cã mortis. Sed ſtatutum prohibet mulierem nuptam in ꝑ
iudicium ſuarum dotium ſine ſui uiri conſenſu obligatio
nem facere. Sed nulli dubium eſt, quòd donando cã mor-
tis faciat obligationem in ꝑiudiciũ ſuarũ dotiũ: quia, non
data reuocatione, debetur dos ſeu eius pars donatario ui
gore donationis, ut ff. de dona. cau. mor. per totum. quod
autẽ obligatio ex tali donatione oriaẽ apertè, patet: qa
olim certũ eſt, quòd debebat interuenire ſtipulatio, ut in
l. mortis cã donatio, & l. ſenatus. §. fin. ff. eo. not. Cyn. in l.
j. & l. fin. C. eo. hodie uerò (ſ꜡m cõem opinionem) ſufficit
nudum pactum; ſic in donatione inter uiuos, ut not. glo.
in l. cum pater. §. Meuio, ff. de leg. 2. & inſti. de dona. in
prin. tenet Cyn. in d. l. j. & fin. & Bar. in d. §. Meuio, & in l. j.
ff. de dona. cau. mor. præalleg. & ſic oritur obligatio, quæ
inducitur ex conſenſu partium, ut in l. cum amplius. §. is
natura debet, de reg. iur. & l. ſtichum. §. naturalis. ff. de ſo.
¶ Qui-

¶Quinimò dico, quòd non ſolū inducitur obligatio in p̄
iudicium ſuarum dotium ex tali donatione: ſed etiā ipſa
donataria obligatur ex ſtipulatione, ſeu pacto ſuo, licet
non irreuocabiliter per ſupradicta, ex quo eā fecit nō in
teſtamento, ut apertè hoc uoluit Bar. impugnando opi-
nionem Din.in d.l.j.ff. de dona.cā mortis.tenet origina-
liter ibi glo. & clarius in l. legatum eſt q̄dā donatio,ff.de
leg.2.& inſti.de dona.§.j.in uerbo,ſatis ſentit.d.l.j. & fin.
C.eo.ergo locus eſt ſtatuto,quo cauetur, ut nullam obli-
gationem facere poſſit in p̄iudicium ſuarum dotium ſine
conſenſu mariti. habuit.n.ſtatutū reſpectum ad fragilita
tem ſexus,arg.in l.ſi mulier,C.ad uelleia. unde ſicut mu-
lier inducit ad donādum cā mortis; ita induci pōt ad nō
reuocandū, arg.in d.l.ſi mulier. & qđ not.Bar.in l.gene-
raliter,C.eo. unde negari non pōt p̄ſertim in muliere,q̄n
dicat obligationem feciſſe in p̄iudiciū ſuarū dotiū: quia,
ea non reuocante, ſicut non reuocauit,p̄iudicatur filiæ &
hæredibus ſuis, & ipſa remanet ſemper obligata,licet in
uita poterit ſe abſoluere; ſed ante, quam faceret, obliga-
ta exiſtebat.Ex his patet reſponſio ad ꝯria. Dico enim,ꝙ
ꝓpriè non contraxit,ſed obligationem in p̄iudiciū ſuarū
3 dotium fecit. Itē quādo† donatio cā mortis non fit in te-
ſtamento, nec in codicillis accedit magis ad naturam cō-
tractus, q̄ ultimæ uoluntatis, ut ꝓbat in l.tàm is.§.j.p̄al-
leg.& ibi hoc tenet Bart. & idem qđ not. in d.l.j.& fin.C.
de dona.cau.mor. ſecus autem,ſi fieret in teſtamento,uel
codicillis:quia tunc ſaperet ex toto naturam ultimæ uo-
luntatis,& eſſemus extra uerba ſtatuti;& hoc caſu proce-
dunt contraria. Ex quibus omnibus concluditur, ꝙ opus
fuit ſolēnitate ſtatuti ad ualiditatem dictæ donationis.
¶Ideo oportet nunc diſcutere ſ̄m dubiū, an maritus tacē
do uideatur conſenſiſſe. Et ꝓ parte affirmatiua pōt alle-
gari regula, qui tacet, de reg.iur.lib.vj. cum multis iuri-
bus ibi allegatis ꝓ concordantijs, in quibus patet, ꝙ qui
tacet,conſentire uidetur. Dico quòd pro & contra poſ-
ſunt allegari iura ferè infinita, q̄ diſcutiuntur plenè per
glo. & Din. in d.regu. qui tacet, & regu. is qui tacet,& ꝑ
Cy.in l.inuitus, C. de proc.& Bart.in l.q̄ dotis,ff.ſol.ma-
tri. per canoniſtas in c.nōne de præſum.Sed in propoſito
noſtro arbitror firmiter,ꝙ illa uiri præſentia & tacitur-
nitas non debet haberi ꝓ conſenſu. pro quo allego tex.
4 not.iuncta gl.in l.3.ff.de autho.tut. ubi patet,† quòd tu-
tor non dicitur conſentire contractui minoris,niſi expreſ
sè approbet;unde ſola taciturnitas non habetur pro con
ſenſu.Et expreſſius per illum tex.& gl.hoc uoluit Bar.in
d.l.q̄ dotis. ubi ad propoſitum per ibi not.tradit theori-
cā dicens, quòd q̄n agitur de præiudicio tertij,cuius bo-
na concernunt aliquē quo ad curā & ſolicitudinē, tacens
non præſumitur conſentire: ſed dos uxoris reſpicit mari-
tum quo ad curā & ſolicitudinē,pręſertim attento ſtatu-
to,quòd prohibet mulierē obligationē facere ſine cōſen-
ſu mariti. ergo maritus tacendo non vr̄ conſentire.Secun
5 dò probo†ſic,ubicūq; ſtatutum exigit conſenſum alicuius
in facto alterius,uidetur illū requirere pro ſolēnitate:q̄a
aliter non poſſet requirere, ex quo negotium ad illū nō
pertinet,nec eſt ſuperior contrahentis; ita notāter tenuit
Ant.de But.in c.cum conſuetudinis, de conſue. Vbi autē
requiritur conſenſus ꝓ ſolēnitate actus, oportet quòd in
teruenịat expreſsè & clarè, nec ſufficit taciturnitas; ad
hoc quod legitur & notatur in c.quia propter, de elec.iū
ctis notatis in c.qđ ſicut,& c.eccleſia, eo.tit.facit qđ in ſi-
mili not.glo.in c.ut circa,de elect.lib.vj. ¶Tertiò uidetur
de hoc tex. in ſimili in l. filiusfamilias.§. pari autē rōne,
6 ff.de dona.ubi patet,† quòd is,qui prohibetur donare ſi-
ne alicuius conſenſu,non pōt donationem facere, niſi ſpe
cialiter ſibi fuerit donare permiſſum.Et pondero uerbū,
ſpecialiter, per quod ꝓbat conſenſum expreſſum requi-
ri. Et per illum tex.hoc apertè tenet Bar.in d.l.tam is.§.
j.ver.q̄ro an requiratur expreſſa & ſpecialis &c.Tertiò fa
cit theorica Inn.in c. in geneſi, de elect.quā ſequitur glo.
7 in regula, qui tacet, p̄alleg.dicit enim,quòd † ubi agitur
de re oneroſa & non appetibili, tacens non habetur ꝓ cō
ſentiente,ut in l.filiusfa.§.inuitus,ff.de procu. Sed in caſu
noſtro præiudicabatur per illā donationē filiæ ipſius ma
riti, ad quā ueniebat integra dos,per conſequens ipſi ma
rito,qui in uita filiæ habebat uſumfructū, ut in l.non ſo-
lum,C.de bonis,q̄ libe. ergo tacendo non uidetur cōſen-
ſiſſe. ¶Ex p̄dictis patet dictā donationē non ualuiſſe,& ꝑ
conſequens fruſtra eſt examinandū tertiū,an corruat: q̄a
non interuenerunt quinq; teſtes; & poſſet allegari,quòd
etiā ex iſto corruat per l.fin. C. de dona. cau.mor.ubi di-
ſponitur, ut ad ualitudinem talis donationis interueniāt
quinq; teſtes. Nec obſt.ſtatutum p̄alleg.quia loquitur de
ultima uoluntate: ſed q̄n donatio fit per ſe,non autem in
teſtamento,uel codicillis,ſed in tertia ſpecie diſtincta,ac-
cedit magis ad naturā contractus, quàm ultimæ uolunta
tis,ut ſ̄.plenè dixi.ſtatutū ergo permittens numerū teſtiū
in ultima uoluntate, non debet extendi ad iſtum caſum,
maximè cum ſit reſtringendū tāquàm deuians à diſpoſi-
tione iuris cōis,ut in c.cū dilectus,de conſue.& in regula,
q̄ à iure cōi exorbitant,de reg.iur.cum ſi.facit optimè qđ
not.Bal.in l.fi.C.de teſta.ubi dicit, quòd ſi ſtatutū prohi-
beat minorem.xx.annis teſtari, non oportet extēdi ad do
nationem cā mortis ratione prædicta, licet aliud dixerit
Bar.in l.2.ff.de leg.j. In ꝯrium tamen ſingulariter facit l.
Marcellus,ff.de dona.cā mor.ubi patet,quòd ſolēnitas re
miſſa in ultima uoluntate,uidetur tacitè remiſſa in dona
tione cā mortis;ad idem facit tex.inſti. de dona.in prin.&
in l.fi.C.de dona.cā mor.profectò articulus eſt ſatis dubi
tabilis:ſed in p̄ſentiarū aliter non examinabo:quia ex p̄-
dictis ſatis clarè patet deciſio huius q̄ōnis.¶Et eadē rōne
non curo examinare quartū dubiū,qđ hìc poſſet oriri,an
pr̄ potuerit præſtare ſuū conſenſum in donatione ꝑ filiū
facta fratribus ſuis filijs conſtitutis in poteſtate ipſius pa-
tris cōmunis,de quo per glo.& Bar. in l.j.ff.de autho. tu-
to. & melius per Bar. in l. impuberum.§.j. ff. de fal. ubi
uidetur ſentire, quòd non, licet aliud ſenſerit in d.l.j.
Primum uidetur uerius propter uſumfructum, qui ac-
quiritur ipſi patri, qui in facto ſuo non potuit autho-
rizare. NICOLAVS ABBAS.

## CONSILIVM XLI.

1 *Gratia facta contra præcedentem interlocutoriam principis,de qua in gratia nulla extitit facta mentio, iudicatur ſubreptitia, & nulla.*
2 *Teſtamentum primum tollitur per ſecundū ſimpliciter cōditū.*
3 *Periurus omnis,non eſt infamis infamia ciuili,ſed ſolum ille,qui uenit contra promiſſionem iuratam.*
4 *Donatio præſumitur facta inter uiuos,quando non apparet commemoratio mortis,etiam ſi fiat ab infirmo.*
5 *Contractus inter uiuos factus ſub conditione impoſſibili de iure,uel ſub conditione turpi,eſt ipſo iure nullus.*

IN quæſtione, quæ uertit ſeu uerti ſperat
inter Antonium Ioannis ex
una parte,& Nicolaum Nicolai ex alia ſuper p̄-
ualiditate duorum teſtamentorum ab eadem domina di-
uerſo tempore confectorum,ac etiam ſuper ualiditate cu
iuſdam donationis inter uiuos factæ ab eadem domina
in caſu,



in caſu,quo mutaret primum teſtamentum,duo principa
liter examinanda incumbunt. ¶Primò, nunquid attentis
uerbis utriuſq; teſtamenti, dici poſſit,primum per ſ̄m re
uocatum? ¶Secundò,præſuppoſita primi reuocatione,an
ſaltem ualeat donatio facta in eodem teſtamento? ¶Cir-
ca primum arguitur ad partem negatiuam, ꝙ primum ꝑ
ſ̄m non reuocetur. vbicunq; enim in primo teſtamento
ponitur clauſula derogatoria alterius uoluntatis,non ua
let ſecūdū,niſi fiat de illa clauſula mentio,ut in l.ſi quis in
prin.ff.de leg.3.facit c.nonnulli,de reſcr. & c.pe. & ult.de
cape.mo. Sed in caſu noſtro in primo teſtamento fuit ap-
poſita huiuſmodi clauſula,nec de ea fuit facta aliqua mē
tio in ſecundo;ergo &c. Minor probatur ex uerbis primi
teſtamenti,in quo inter cætera ſic cauetur: Et hanc meā
præſentem uoluntatem uolo & mando cæteris alijs præ-
ualere,& perpetuò iuris effectum habere,& incōmutabi-
lem,& firmam eſſe,& ex nunc iuro ſponte corporaliter ta
ctis literis ad ſancta dei euangelia præſens teſtamentum,
& ultimam meam p̄ſentem uoluntatem de nouo non con
dere uel facere &c.unde ponderanda ſunt inter cætera il
la uerba,Et perpetuò iuris effectum habere,& incōmuta-
bilem & firmam eſſe &c. Ex quibus clarè patet, ꝙ uoluit
iſtud teſtamentum ualere. Secundò ad idem facit c. cum
1 olim,de re iudi. vbi † gratia facta ꝯ præcedentem interlo
cutoriam principis, de qua in gratia nulla extitit mentio
facta,iudicatur ſubreptitia,& nulla;& per illum tex.dicit
not. Bal.in l.qđ iuſſit, ff.eo. ꝙ ſi ſuper eodem apparerent
duæ ſententiæ interlocutoriæ contrariæ, nec appareret,
ꝙ iudex tulerit ſententiam animo reuocandi primam, ꝙ
prima non vr̄ reuocata. Ita dicendum in propoſito,& tan
to ſecurius,quanto in primo teſtamento firmiter dixit,ꝙ
uolebat illam eſſe ſuam firmam,& incōmutabilem uolun
tatem. Et hoc permaximè vr̄ tenendum ex eo, quia in pri
mo teſtamento appoſuit iuramentum de illo non reuo-
cādo. ne ergo dicatur periurus,debemus interpretari nō
habuiſſe animum aliud teſtamentum condendi, ſed po-
tius morem gerendi filio, præſertim cum iuramentū ha-
beat uim clauſulæ derogatoriæ,ſ.ſi non ualet quod ago,
ut ago,ualeat ut ualere poteſt, ut legi. & not. maximè ꝑ
Bar.in l.cum pater.§. filius matrem, ff.de leg.2. & in l. ſi
quis pro eo,ff.de fideiuſ.& in c.ad noſtram 3.& c.quanto,
de iureiurā. Tertiò ad idem facit: ueniens ꝯtra iuramētū
eſt infamis, ut in l.ſi quis maior, C.de tranſact.& vj.q.j.c.
infames.no.glo.in c.querelam,de iureiurā.& c.peruenit,
de fideiuſ. ſed infamis non poteſt condere teſtamentum,
ut in l.is cui bonis.§.fi. ff. de teſta.ergo non debuit ualere
ſecundū teſtamentum, cum reperiatur factum à periuro.
¶Sed his non obſtantibus contrariam ſententiam puto p̄
ualere. Moueor principaliter ꝑ l.ſancimus,C.de teſt.ubi
2 patet,ꝙ†per ſecūdū teſtamentum ſimpl̄r conditum,tollit
primum. eſt enim ultima uoluntas ambulatoria uſq; ad
mortem. teſtamentum enim ſola morte confirmatur, ut
in c.cum Marthæ, de celeb.miſ. & 13.q.2.c.ultima uolun
tas. nec poteſt quis ſibi legem imponere, à qua recedere
non liceat,ut in l.ſi quis,in prin.ff.de leg.3. nec requirit,
ꝙ fiat ſpecialis reuocatio prioris teſtamenti: ſed ſufficit
tacita,quæ elicitur ex contraria uoluntate;ad hoc bonus
tex.in l.fin.§.j. de leg.ij per quem tex. tenuit ibi Cyn. &
ſequuntur cōiter doc. & præſertim Bart. in d. l. ſi quis, in
prin.in fin.primæ col. quod etiam ſi in primo teſtamento
eſt clauſula derogatoria tacitè ſumpta à contrario ſen-
ſu: non tamen eſt neceſſe,ut expreſsè tollatur:ſed ſufficit
tacita. ſicut enim tacitè inducitur, ita tacitè tollitur. Et
per prædicta vr̄ decidi quæſtio noſtra. nam ſi bene ponde
rentur uerba primi teſtamenti, non eſt ibi aliqua clauſu-
la expreſsè derogatoria ſequentis uoluntatis, ſed tātùm
tacitè. Quinimò non ſimpl̄r & abſolutè dixit ſe nolle ua
lere contrariam uoluntatem: imò expreſsè uoluit eam
ualere, dum adiecit hæc uerba,uidelicet. Et inquantum
contingeret me ab hac ultima uoluntate diſcedere, uel
teſtamentum aliud,uel aliam ultimam uoluntatem con-
dere,ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc,do
no inter uiuos &c. Ex quibus uerbis clarè colligitur, ꝙ
ad ualiditatem ſecundi teſtamenti noluit aliquam ſolēni
tatem adhiberi: uel derogationē aliquā fieri debere: uel
ꝙ debeat fieri mentio primi teſtamenti: ſed ſolùm ad mu
tationem prioris uoluntatis uoluit donationem inter ui
uos ualere;facit ad hoc qđ no. maximè ꝑ Bal. in l.non du
biū,C.de legi.in illa q̄ōne,an factū ꝯtra legē pœnalē ua-
leat. Et profectò ex hac ſola conſideratione ſuſtineri pōt
ſ̄m teſtamentum. ¶Et ad contraria ſupra formata reſpon
deo: & primò ad primum patet reſponſio ex ſupradictis.
non enim fuit appoſita expreſsè aliqua clauſula deroga-
toria uoluntatis: ſed potius illa uerba ſapiunt clauſulam
derogatoriam poteſtatis in eo, qđ dixit, ꝙ uoluit illam
ultimam uoluntatem eſſe firmam,& incōmutabilem,quę
nullo uinculo ſubſiſtit: quia non poteſt quis ſe reddere
inhabilem ad mutandum teſtamentum, ut in d.l. ſi quis,
in prin.& ibi plenè per Bart. facit l. ſtipulatio hoc modo
concepta,& qđ ibi no.ff.de uerb.oblig. Ad c.cum olim,&
dictum Bar. dico,ꝙ procedunt in his,in quibus datur ꝓ-
babilis ignorantia prioris actus propter multitudinē fa-
ctorum. Nam ēt principem ſæpe fallit obliuio.23.diſt.c.
prætereà: ſed nos loquimur in priori teſtamento, in quo
non p̄ſumitur ignorantia: tùm quia eſt factum proprium,
ut in c.ab excōicato,de reſcr. tùm quia eſt factum ita no-
tabile,& raro conſuetum fieri,ꝙ non debet præſumi obli
uio, ut in c.cum illorum, prope fi.de ſen.ex cō.& in teſta-
mento probatur clarè in d.l.ſancimus,C.de teſta.ubi cla
rè probatur ualere ſecūdū teſtm̄,longo tempore poſt pri
mū confectū,licet expreſsè non reuocaret primum ꝑ ſecū
dū.Quare dicendū ſecūdū teſtamentū ualere & tenere.&
in caſu noſtro licet non apponantur illa uerba conſueta,
annullās & irritās omnem aliam uoluntatem &c. ſatis.n.
annullat,ex quo aliud condidit teſtm̄,cum non poſſit de-
cedere cum duobus teſtamentis. d.l. ſancimus. Nec obſt.
qđ in primo fuit appoſitum iuramentum: quia illud non
impedit reuocationem teſtamenti;ad hoc glo.no.in c.ul-
tima uoluntas,13.q.2. & plenè per Ioā.And.in reg.qđ ſe
mel placuit,de reg.iur.lib.vj. in Mercu. ubi tandem con-
cludit ualere teſtm̄, non obſtante iuramento pręſtito de
illo non reuocando: fatetur tamen, ꝙ teſtator eſt periu-
rus. & facit qđ not. Inn.in c.dilecto, de p̄bē.ubi dicit non
impediri actus ualiditatem contra iuramentum. vnde ſi
quis iurauit non uendere librum, & poſteà uendit, tenet
uenditio, licet ipſe ſit periurus. Quinimò plus uoluit
Bar.in l.cum duobus.§. idem reſpondit, ff.pro ſocio,& in
l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff.de uerb.oblig. ꝙ tale
iuramentum tanq̄ contra bonos mores, non eſt obligato-
rium,ut in regula,non eſt obligatorium, de reg.iur. li.vj.
& ſic mutans teſtm̄,non eſt periurus.Ex his patet reſpon-
ſio ad ultimum argu. ad qđ poteſt multipliciter reſpon-
deri. primò negando,ꝙ mutando teſtm̄ inciderit in per-
iurium: quia non fuit obligatorium,ſed temerarium, qđ
non obligat contrauenientem ad periurium, ut in c.quan
3 to,de iureiurā. & 22.q.4. per totum. Prætereà non om-
nis periurus eſt infamis infamia ciuili: ſed ſolum ille,
qui uenit contra promiſſionem iuratam in damnum pro
ximi, ut in l.ſi quis maior,& quod ibi no. C. de tranſa. &
in l.fi.iuncta l.2. ff. de cri. ſtel. not. archi. in c. autem.xv.
q.vj.

q.vj.not.in c.teſtimoniũ,de teſti.ubi vř de hoc caſus.Præ-
tereà & quartò non omnis infamis inhabilitatur ad teſta-
menti factionem : imò regu͠r quilibet infamis habet te-
ſtamenti factionem, ut l.2. C.de ſecun.nup.& l.ſi.ff.de le-
ga.j.tenet Bar.in l.is, cui bonis, de uerb.obli.& ad caſum
illius.l. reſpondet, qđ loquitur in caſu ſuo; & de hoc ibi.
¶Venio nunc ad ſecundum principale dubium, an ſaltem
ualeat donatio inter uiuos facta in dicto priori teſtamen
to?Et uidetur primò ꝙ ſic:quia fuit facta per uiam contra
ctus.fuit enim facta præſentibus & recipientibus &c. cla-
rũq; eſt. quòd in ultima uoluntate poteſt contrahi nec re
uocatur contractus reuocato teſtamento iuxta id,qđ le-
gitur & notatur in l.hæredes palàm, ff.de teſt.& donatio
inter uiuos eſt irreuocabilis niſi propter ingratitudinẽ,
4 ut in l.fin.C.de reuo.do.& c.fin.de dona. † & donatio præ
ſumitur facta inter uiuos, ex quo non eſt facta cõmemo-
ratio mortis, etiam ſi fiat ab infirmo, ut eſt tex. not.in l.
Seia.§.fin.ff.de dona.cau.mortis nec iſta domina donauit
omnia bona ſua præſentia & futura; quo caſu poſſet dici
nulla tanquàm indirectè tollens libertatem teſtandi iu-
xta opi. Bar. in l.ſtipulatio hoc modo concepta,ff.de uer
bo. oblig. & l. fin. C. de pact. ſed donauit quartam par-
tem omnium bonorum; quo caſu debet ualere donatio,
cum ualeat, etiam ſi dentur omnia bona præſentia, cum
poſſit fieri teſtamentum reſpectu acquirendorum iuxta
not. per eundem Bar. in d. l. fin. ¶Sed prædictis non ob-
ſtantibus contrarium arbitror dicendum in caſu noſtro.
Moueor principaliter, quia quod non poteſt fieri princi-
paliter & per uiam diſpoſitionis,non debet admitti indi-
rectè,& per uiam conditionis, ut in l.Seius & Augerius,
ff.ad l. Fal. ſed directè non poteſt quis reddere ſe inha-
bilem ad mutationem teſtamenti, ut in d. l. ſi quis, in
prin.ff.de leg.3.ergo nec indirectè per uiam conditionis
diſponendo, quòd ſi mutauerit, donat illa bona. Nam
in caſu noſtro illa domina non fecit purè donationem in
ter uiuos in teſtamento : ſed per modum conditionis, ſci
licet ſi mutaret teſtamentum.& aduertendum,quòd uigo
re ſtatuti mulier habens filios, non poteſt diſponere etiã
in teſtamento in præiudicium filiorum, niſi de quarta par
te. & hæc domina in teſtamento donauit non filijs illam
quartam partem, illos hæredes in illa quarta parte inſti
tuendo; & in caſu quo mutaret teſtamentum,donauit il-
lis inter uiuos illam quartam partem, & ſic in effectu au-
ferebat ſibi dupliciter liberam teſtamenti factionem.Pri
mò timore donationis inter uiuos.Nam ſi mutabat teſta-
mentum,ex tunc priuabatur quarta parte omnium bono
rum:quia donatio inter uiuos ex tunc habuiſſet effectum;
& ſic in fraudem fuit facta illa donatio loco pœnæ. vnde
de directo fuit cõmiſſum cõtra legem, ſtipulatio hoc mo
do concepta, præallega. ubi patet, ꝙ non ualet adiectio
pœnæ in caſu mutationis teſtamenti : quia eſt contra bo-
nos mores: nil autem eſt, quod magis hominibus debea-
tur, q̃ ut ſupremæ uoluntatis liber ſit ſtylus.l.j.C.de ſa-
croſan.eccle. & alibi dixit tex. not. quòd etiam indirectè
non poteſt libertas ſupremi iudicij conſtringi, ut in l. cũ
duobus.§.idem reſpondit, ff. pro ſocio. Secundò aufere-
bat liberam poteſtatem teſtandi : quia donabat totam
quartam partem, de qua duntaxat poterat liberè diſpo-
nere. Et hanc opi. ꝙ non ualeat hæc donatio facta ſub
conditione, ſi mutauerit teſtamentum, reperio expreſ-
sè tenuiſſe Bart. in tribus locis, & dicit ſe ita conſuluiſſe
in l. cum duobus.§. idem reſpondit, præallega. & in l. ſi
quis, in prin. de leg.3. in 6. col. ver. quæro, an ſi reme-
dium, & in l. ſtipulatio hoc modo concepta,præalleg. in
5 prin. Mouetur principaliter, † quia contractus inter ui-
uos factus ſub conditione impoſſibili de iure,uel ſub con
ditione turpi, eſt ipſo iure nullus, ut in l.impoſſibilis, &
l.generaliter, ff.de uerb.oblig. Sed hæc donatio eſt facta
ſub conditione turpi contra bonos mores, ſ. ſi contingat
me mutare teſtm̃ : quia aufert liberam teſtamenti factio-
nem; ergo non ualet d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.
& refert,ꝙ reperit Din.ita conſuluiſſe, licet contrarium
ſcripſerit ſuper regula,quod ſemel,lib.vj.Et ponderanda
ſunt uerba, & rationes Bart. Nam infertur donationem
non ualere ſub tali conditione, etiam ſi non fuiſſet facta
de omnibus bonis præſentibus & futuris,ſed de certa par
te bonorum.nam quando eſt facta de præſentibus & futu
ris,tũc tenuit donationem non ualere, etiam ſi fuiſſet pu
rè facta, ut ipſe not. in d. l. ſtipulatio, & d. l. fin. C. de
pact. Et ſic apertiſſimè ſentit in caſu noſtro donationem
non ualuiſſe, maximè attento, quòd dicta domina non
poterat liberè diſponere,niſi de illa quarta parte; & per
hæc patet reſponſio ad allegata ſuprà pro contraria opi-
nione. Quare ex omnibus prædictis concludo primum te
ſtamentum fuiſſe per ſecundum reuocatum. Item quòd
donatio facta in primo teſtamento ſub conditione, ſi mu
tauerit teſtamentum, non ualeat. Et hæc ſufficiant.

NICOLAVS ABBAS.

## CONSILIVM XLII.

1 *Beneficio ceſsionis bonorum poteſt quis renũtiare cũ iuramẽto.*
2 *Statuto ſi caueatur,ut quis citetur perſonaliter, uel ad domum,*
*non intelligitur ſecundùm ius commune.*

IN quæſtione Dominici Placidi Senenſis,
vtrũ debitores ſui reſpectu
inſtrumenti dotalis poſſint perſonaliter capi, &
in carcere detineri, donec ſatisfecerint dicto Dominico
creditori, eo non obſtante ꝙ dicti ſui debitores offerant
bona ſua pro ſatisfactione debiti. Videtur primò quòd
non. nam ſi pro debito pecuniario non extenditur prius
manus ad immobilia,nec ad debitorum nomina,ſi mobi-
lia reperiri poſſint, ut in l. à diuo Pio. §. in uenditione.ff.
de re iudic. & ſic iudex minus, quàm poſſit noceat in exe
cutione rei iudicatæ; ergo fortius debet obſeruari æqui-
tas reſpectu capturæ perſonalis, ut nunquàm fiat, quã-
diu bona debitoris ſufficientia reperiantur; & hanc ſen-
tentiam apertè uidentur fouere glo. & Bar. in l.3.§.tuto
res,ff.de ſuſpe.tuto.¶Sed his non obſtantibus contrariam
ſententiam arbitror præualere. Et arbitror,quòd ex du-
plici capite poſſint dicti debitores in caſu noſtro capi.Pri
mò uirtute conuentionis initæ inter partes. promiſerunt
enim,ut poſſent conueniri realiter, & perſonaliter pro il
la quantitate.quæ quidem conuentio de iure ualet: quia
ſicut à iure in multis caſibus diſponitur, ut reus poſſit de
tineri in carcere, donec debito ſatisfecerit.l.j.C.qui bo.
ce.poſ.l. cum eo. & quod ibi not.per Bar.ff.ad l. Iul.pe.cũ
ſi. ergo & per pactum id fieri poteſt.Et hanc partem ꝙ ua
leat,expreſsè tenet Ang.de Peruſio in l.nemo carcerem,
C.de actio. tribu.l.x.ſenſit Bar.in l.ſi deceſſero,ff.qui ſa-
tiſda.cog.& Spec.in tit.de renun.& conclu.§.j.uerſi.item
eſt beneficium,in fin.& Fede.de Senis conſil. 58. ubi plus
1 tenuit, ꝙ † cum iuramento poteſt quis renuntiare bene-
ficio ceſsionis bonorum,arg.auth. ſacramenta puberum,
C.ſi aduerſus uend. & c. cum contingat, de iureiuran. &
c.2. de pact. lib. vj. & c.ſignificante,de pig. & optimè fa-
cit c.ex reſcripto, de iureiur. In caſu autem noſtro inter
uenit iuramentum. Quinimò multi tenuerunt, ꝙ etiam
ſine iuramento põt illi beneficio ceſsionis renũtiari,licet
Bar.



Barto.tenuerit contrarium in l.alia.§.eleganter,ff. ſolu-
to matrimo.in caſu autem noſtro nullum uidetur dubiũ,
tum quia non renuntiauit beneficio ceſſionis;& ſic non po
teſt dici pactum contra bonos mores,cũ poſſit uitare car
cerem cedendo bonis,tum quia interuenit iuramentum.
maximè procedit hæc concluſio:quia nullibi expreſsè ꝓ
batur,ut ſine ceſſione quis euitet carcerem: imo in cõtra
rium facit.l.j.& quaſi per totum.C.de ceſſio. bo. & quod
no.gl.in cap ij.de pign.uendant ergo ipſi debitores, ſi ue-
lint,& ſatisfaciant creditori.quinimò non tenetur credi-
tor uendere pignus, ut in dicta l.a diuo Pio.§.ſi qua res,
multo fortius non tenetur capere in ſolutum, ne ſpeciem
pro quantitate recipere compellatur.¶Ex ſecundò capi-
te poteſt capi,ſ.uigore ſtatuti Senarum, in quo diſponĩ,
quòd ratione inſtrumenti poſſit quis capi & detineri,do-
nec fuerit creditori ſatisfactum, ut patet in ſtatuto con-
tento ſub rubrica,ꝙ debitores capi non poſſint perſonali
ter &c.Et põdero, ꝙ ſtatutum illud in principio loquitur
in materia iuris diſponentis,ut regulariter quis capi ꝑſo
naliter non poſſit demum excipit caſum obligationis in-
ſtrumenti dotalis,& quoſdam alios. ut ergo exceptio ſit
de regula,oportet intelligere,ut in illis caſibus fiat ca-
ptura,etiam in caſibus à iure non expreſſis.aliter illa ex-
ceptio nihil operaretur contra l.ſi quando,C. de inoffic.
teſt.& c.ſi pater,de priui.li.6.Nec ob.ſi dicatur, ꝙ tollat
ius cõmune reſpectu ordinis,quia dico,ꝙ prima pars ſta-
tuti ponens regulam,nullam facit mentionem de ordine
ſed concernit ſubſtantiam capturæ;& poſtmodum excipit
caſum noſtrum.& exceptio debet eſſe de regula, ut no. ſu
per rubrica de re.iur.li.vj.facit ad hunc intellectum nota
bile dictum Bar.in l.iiij.§.prætor ait,ff.de dam.infect.ubi
2 dicit,† quòd ſi ſtatuto caueatur,ut qs citetur perſonali-
ter,uel ad domum,non intelligitur ſecundum ius com-
mune,ut ſit alternatiua ordinis,ut ſcilicet primo perſo-
naliter,& in defectum ad domum citetur,ſed ſtat propriè
ut ſatis ſit citare ad domum,quia capiendo primum intel
lectum, ſtatutum nihil induceret ultra ius commune; qđ
eſt notandum.Prætereà,cũ ſtatutum non loquatur in ex-
ceptionibus in terminis iuris, ergo uoluit ius commune
corrigere,& hoc de nouo inducere, ut notanter in ſimili
dicit Bal.in l.properandum,C.de iudic.in uer. quid ergo
ſi ſtatutum dicit.Et hæc uidentur de mente Bar.in d.l.ij.
§.tutores,ff.de ſuſpec.tuto.in fin.ubi dicit, licet de iure
communi non debeant capi debitores, ex quo habent bo
na ſufficientia,prout no.ibi glo.tamen ſtatuta,& conſue-
tudines Tuſciæ aliter ſe habent. Verba ſtatuti noſtri ſa-
tis clariſſima ſunt ideò non eſt opus amplius cauillando
inſiſtere,ut l.ille aut ille,ff.de leg. iij. maximè cum con-
ſuetudo ſuffragetur iuſtitiæ,ut ipſe Bar.atteſtatur.¶Cõ-
cludo ergo, quòd tam reſpectu conuentionis præſertim
iuratæ,quàm ſtatuti ciuitatis poſſunt dicti debitores capi
& detineri perſonaliter donec ſatisfecerint,non obſtante
quòd bona ſua offerant, præſertim cum iuramentum ſit
implendum in forma ſpecifica, ut in c.ad noſtram,el.j. de
iureiu.adeò,ut uigore iuramenti quis poſſit cogi præcisè
ad factum,ut in d.c.ex reſcripto,de iureiur.firmat Anto.
de Butri.in ca.ueniens,eo.titu.facit quod no.glo.in l.ſi pe
cuniam,ff.de condi.ob cauſam;& hæc ſufficiant. Ad con-
trarium ſupra formatum in principio faciliter patet re-
ſponſio. procedere enim poteſt, ubi non interuenit con-
uentio, & ceſſat diſpoſitio ſtatutaria, ut ſic mero iure
cõi inſpecto nõ incarcereĩ,ex quo habet bona ſufficiẽtia,
& nõ eſt in contumacia ſm̃ illã opinionẽ.no.gl in §.tuto-
res,præal.quàm ſequiĩ ibi Bar.& Ang in repetitione di-
ctæ.l.nemo carcerem,quæ ſatis placet ꝓꝓ magnã æquita
tem; ꝓ qua facit.l.ob fœnus,ff.de admi.tut.& d.§.tutores
licet a ꝑto iure nõ ꝓbeĩ ut ſupra dixi. NIC. ABB.

## CONSILIVM XLIII.

1 *Decretum primum interpoſitum in petitione matris,ſuo tempore*
*dotem poſtulantis,in bonis pupilli an teneat.*
2 *Miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto,cum ſit modici præiudi*
*cij, poteſt fieri contra abſentem cauſa reipub. ſi a nemine de-*
*fendatur.*
3 *Perſonaliter quis citari debet,quando reperiri poteſt.*

IEſu Chriſti Saluatoris præſidio ex corde
inuocato,Ex omnibus per par
tem narratis ad claram deciſionem quatuor poſ
ſunt elici quæſtiones. ¶Prima, an ualuerit interpoſitio
primi decreti.¶Secunda,quid de ſecundo.¶Tertia præſu
poſita illorum nullitate,an mater miſſa in poſſeſſionem,
fecerit interim fructus ſuos¶Quarta,an bona mariti ſint
tacitè obligata pro alimentis debitis uxori,habito ad ius
commune,& legem municipalem reſpectu.¶Redeo ad pri
1 mum, in † quo uidetur dicendum primum decretum te-
nuiſſe in bonis pupilli,interpoſitum ad petitionem matris
2 ſuo tempore dotem poſtulantis. † Nam miſſio in poſſeſ-
ſionem ex primo decreto,cum ſit modici præiudicij,fit ẽt
contra abſentem cauſa reipublicæ, ſi a nemine defenda-
tur,in l.ignorare,C.de reſt.mi.& contra eccleſiam, ut in
c.ij.& iij.de eo qui mit.in poſſeſ.Idem ergo dicendum cõ
tra pupillum citatũ & indefenſum uidetur text.in l.apud
Iulianum,ff.ex qui.cau.& apertius in terminis noſtris te-
net Bar.in l.j.ff.de admi.tut.ubi dicit, ꝙ ſi pupillus cita-
tus non compareat per legitimam perſonam, poteſt con-
tra eum fieri miſſio ex primo decreto,ſed in caſu noſtro
præſupponitur pupillum fuiſſe citatum in domo quon-
dam patris ſui,& nemo pro eo comparuit;ergo &c. Nam
ex citatione facta domi poteſt perueniri ad primum de-
cretũ iuxta no.ꝑ Inn.in c.ſi de eo qui mit.in poſ. uidetur
probari in l.iiij.§.prætor ait,ff.de dam.infec.¶Sed his nõ
obſtantibus,puto in caſu noſtro primum decretum uiri-
bus non ſubſiſtere. Moueor primò, quia contra pupillum
non poteſt deueniri ad interpoſitionem primi decreti,ni-
ſi prius citato tutore, qui in caſu noſtro minimè citatus
fuit ſi autem pupillus non habeat tutorem, requirendi
ſunt cognati,uel affines,& ſi qui forte alij ſint, quos uero
ſimile eſt defenſionem pupilli non omiſſuros uel propter
neceſſitudinem,uel propter charitatem,uel alia ratione,
quod etiam minimè in caſu noſtro factum fuit.hæc exꝑſ-
sè probantur in l.hæc autem.§.non defendi cum ſeq.ff.ex
qui.cau.in poſſeſ.ea.¶Secundò moueor ex citationis defe
ctu aliter conſiderato.nam quando quis reperiri poteſt,
3 citari debet ad faciem,& ſic † perſonaliter,non autem ad
domum,ex quo citandus nunquam comparuit in iudicio
ut eſt tex.iuncta glo.in c.cauſam,de dolo & contu. etiam
ad effectum deueniendi ad primum decretum,ut ibi not.
& maximè per Hoſt.qui tenuit, quem dici poſſe reperiri,
ſi eſt in prouincia.ſed præſuppoſita opinione Bar.pro ue-
riori,qui tenuit in d.§.prætor ait, quòd ſi non reperitur
in ciuitate,dicitur reperiri non poſſe, ad hoc ut poſſit fie
ri citatio ad domum,quam opinionem multi ſequuntur
in d.c.cauſam,& allegat pro caſu, quod habetur in auth.
de exhi.& intro.reis.§.ſi uerò quidam; debet tamen capi
uerbum ciuitate,large,cum non ſimus in materia odioſa,
imò fauorabili,ut etiam ueniat comitatus,arg.optimum
in l.j.§.cum urbem,ff.de offi.procon.ſed pupillus habita-
bat in comitatu.ergo debuit ibidem ad faciem citari nõ
autem

autem ad domum quondam habitationis paternæ. Et p̃-
ſuppoſito, quod in caſu noſtro uerbum, ciuitate, non de-
beat capi ita large; tamen ex alio poteſt citatio infringi,
quia, ut mihi præſupponitur in facto, poſt mortem patris,
uel ſaltem longe ante citationẽ pupillus nunquam habi-
tauit in domo paterna, ſed apud ſuũ tutorem qui notoriè
habitabat in comitatu; notoriè etiam conſtabat pupillum
ibidẽ habitare; ergo prima citatio debuit fieri ad perſo-
nam ſuam, uel ad domum ſuæ habitationis, ut in dicta. l. p̃
tor ait, & l. ſcire oportet, ff. de excu. tut. & d. c. cãm, cũ glo.
ſua, de dolo & cont. Tertiò principaliter poteſt infringi,
quia fuit facta dolo præſentis contra abſentem, cum ſci-
ret pupillo cõpetere exceptionẽ, ſaltem in maiori parte
dotis, cum per prius fuiſſet pro maiori parte facta ſolutio
ut not. uoluit Inn. in c. ij. de dila. ubi dicit, quod ſi dolo p̃-
ſentis fuit facta admiſſio ꝯ abſentem, ut quia ſciebat ab-
ſenti exceptionem cõpetere, poterit is, qui abſens fuit, pe
tere reuocari poſſeſsionem in ſua abſentia datã. & ſi miſ-
ſus excipiat, tu cõtumaciter abfuiſti, poterit paſſus miſſio
nem replicare, & tu doloſè excipis de dolo, uel de contu-
macia mea, cum & doloſæ circa eandem egeris, ſciens me
exceptione tutum. Et pro hac opi. Inn. facit. l. ſi prætor.
§. Marc. ff. de iud. nã miſſio debuit fieri pro modo debiti
declarati. l. cum proponas, iuncta authen. ei q iurat, C. de
bo. auth. iud. poſ. & c. qm̃ §. in alijs, ut lit. non cont. Iſta ue
rò mater doloſè petijt remiſſionem reſpectu totius dotis
cum tamen eſſet ſibi pro maiori parte ſatisfactum. ¶ Qua
re ex his omnibus prædictis concludo primum decretum
minime ualuiſſe. Non obſtant iura ɔ̃ria a principio alle-
gata: quia debent limitari ẽm prædicta. ¶ Venio ad ẽm du
biũ, ſ. an ualuerit ſecundum decretum. Et profectò illud
poteſt iudicio meo ex multiplici capite infringi. Primò
quia ex quo non ualuit primum, non debet ualere ſecun-
dum; quia ẽm decretum eſt ſecunda iudicis aggrauatio in
odium contumacis, ut no. in l. ſi finita. §. Iulianus, ff. de dã.
inf. & c. j. de eo qui mit. in poſſeſ. Sed in caſu noſtro non ua
luit prima aggrauatio, nec potuit dici pupillus contu-
max, ut patet ex prædictis, ergo non debuit fieri ſecunda
aggrauatio, cum ẽm decretum fundetur ſuper primo, ar
gu. eorum, quæ leguntur & no. in c. qm̃, in fin. ut lite non
conteſtata. & ſi non ualet principale, nec acceſſorium, de
fide inſtrumen. c. inter dilectos. §. cæterum. ¶ Secundo nõ
ualuit potiſſima rõne, quia non fuit interpoſitum contra
latitantem. latitare autem dicitur in propoſito, qui iuſſio
ni iudicis non obedit fraudandi creditoris cã, ut l. Fulci-
nius, in princip. §. quid autem ſit latitare, ff. ex quib. cau.
in poſſeſ. ea. no. Inn. in c. dilecto. de uerb. ſigni. Pupillus au
tem non latitabat ex multiplici reſpectu. Primò, quia nun
quàm fuit citatus in interpoſitione ſecundi decreti. nec
ſufficit ipſum citari, niſi citetur ét tutor, ex quo illum ha-
bebat, ut ſ̃ dixi. nam ſi nõ poteſt interponi primum (ut di
xi in præced. dubio) fortius nec ſcd̃m, ẽm Inn. in dicto c.
dilecto. Non ob. quod iudex dedit ſibi curatorẽ ad litem,
ꝙ uĩ facere potuiſſe, ex quo nõ defendebaĩ, ut d. l. Fulci-
nius. §. plane, cũ ſequentibus, qa dico illud procedere, qñ
pupillus non habebat tutorẽ, uel habebat minus idoneũ.
Sed in caſu noſtro pupillus habebat tutorẽ idoneũ, qui nũ
quam fuit citatus ad illam cauſam, ergo non potuit ſibi da
ri curator ad litem, ut probatur in d. §. interdum, inſti. de
cura. fuit ergo interpoſitum ſecundum decretum cum p̃-
ſona non habente poteſtatem. eſt ergo nullum, ſicut iudi
cium agitatum cum falſo procuratore. l. licet, C. de pro-
cur. & in c. in noſtra, & c. ex inſinuatione, e. tit. nec ex igno
rantia iudicis ignorantis pupillum habere tutorem debet
ipſius pupilli indefenſi deteriorari conditio; argu. l. cla-
rum, C. de auth. præ. & l. quæſiuit, ff. de re iud. ¶ Tertiò
principaliter corruit, quia iudex illud interpoſuit, non
examinato prius plene principali negotio, ut patet ex re
citatione facti ꝯ l. cum proponas, C. de bo. auth. iud. poſ.
& ſi fuit interpoſitum a minus inſtructo, merito non de-
bet ualere, cum & ſententia diffinitiua ex tali facto cor-
rueret, ut in c. tùm ex literis, & quod ibi no. de in int. reſt.
no. Bar. in l. prolatã, C. de ſen. & interl. ¶ Quartò non ua-
luit, quia interpoſitũ fuit dolo pręſentis, occaſione totius
dotis, cui tñ erat ſatisfactũ pro maiori parte, ut ſ̃ dixi in
p̃cedenti dubio. ¶ Quintò & ult. facit notabile dictum In
no. in d. c. dilecto, de uer. ſig. ubi dicit, ꝙ cum interpoſitio
ſcd̃i decreti ſit ſnia interlocutoria; quod patet ex eo, qa ſit
lite non cõteſt. d. l. cũ ꝓponas, poterit iudex illud decre-
tũ ex cã iuſta reuocare, ut puta ſi nũc cognoſcat, ꝙ nõ erat
debitũ, uel ſubeſt alia cã legitima, ut erat in caſu noſtro:
qa nõ interuenit legitimus defenſor pupilli. nã interlo-
cutoria non tranſit in rem iudicatam quo ad iudicẽ. ideo
qñcunque poteſt iudex illã reuocare, ex quo reperit in il
la fuiſſe peccatũ, ſeu grauamen alteri parti iniuſtè infli-
ctum, ut in l. iudex, ff. de re iud. & c. ceſſante, de app. nota.
Inn. in c. querelã. de ele. ꝑ Bar. in d. §. Iulian. & hæc ratio
eſt indubitablis, & inconuincibilis. ¶ Venio ad tertiũ, an
iſta mulier miſſa in poſſeſſionem, fecerit interim fructus
ſuos; & dico ꝙ non, quia non poſſedit iure reſiſtente, cum
non fuerit proceſſum ꝯ pupillum, ſicut iure diſponitur, ut
patet ex prædictis. ergo bona fides non excuſat, quæ etiã
non præſumiĩ, ut no. dicit Bar. in l. ſed ſcire, ff. de pet. hæ-
re. Itẽ facit qđ ipſe no. in l. iuſtè poſſidet, ff. de acqu. poſſ.
Præterea minor poſſet petere reſtitutionẽ aduerſus le-
ſionẽ, ut ff. de mi. l. qđ ſi minor, & in l. cauſæ, quaſi per to
tum. ¶ Ad ultimũ, an bona mariti ſint tacitè hypothecata
ꝓ alimentis uxoris, hanc qõnẽ firmauit Spe. in tit. de do.
inter ui. & ux. §. formatis, uerſi. ſed nunqd, & ibi recitat
opiniones contrarias nec bene firmat pedes ſed Bart. in l.
Lucius, ff. de ali. & cib. leg. plenius proſequitur, & tandem
uĩ determinare ꝙ non, quia hoc nullo iure cauetur. & bo
na non obligãtur tacitè, niſi in caſibus à iure expreſſis; ut
ff. & C. per totum, in quibus caſibus pig. taci. contrahi. li-
cet n. reperiatur hypotheca pro dote, ut l. una, C. de rei
ux. actio. & l. aſsiduis, C. qui po. in pig. hab. ꝓ alimentis tñ
nil diſponitur, & ét iſta pars mihi placet. maximè in ca-
ſu noſtro, ubi quæritur, an ſint obligata pro alimentis de
bitis, ſol. mat. nã nullo iure cauet, ut alimenta pręſtentur
ſol. mat. ut no. Cyn. in l. unica. §. exactio, C. de rei ux. act.
Et p̃ſuppoſito, ꝙ caueretur nõ tñ diſponitur, ut bona ſint
obligata. Et ita rñdeo ad l. municipalẽ. nã in ea ſolũ indu
citur obligatio alimẽtorũ, non aũt obligantur bona. Fal-
lunt p̃dicta ẽm Bar. in loco p̃al. niſi fundus dotalis fuiſſet
datus inæſtimatus. nã cũ tũc principalr̃ deputetur ꝓ one-
ribus matrimonij, ſatis põt admitti, ut ſit obligatus ꝓ ali
mẽtis, ſed ad caſũ noſtrũ non facit, cum non fuerunt data
bona inæſtimata. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVAEDAM *domina Cathar ina ſuum poſtremum condẽs teſtamentum, inter cætera legauit de bonis ſuis* Bartholomæo *Ioã nis nepoti ſuo florenos quadringentos. In omnibus autem alijs bonis ſuis mobilibus & immobilibus præſentibus & futuris ſuũ hæredem uniuerſalem inſtituit* Bartholomæum *ſupraſcriptum nepotem ſuum; & hoc eo caſu, quo deueniret ad ætatem perfectam, & in caſu, quo decederet in pupillari ætate, tunc uoluit, quòd de dictis bonis ſuis diſponatur, prout uidebitur & placebit domino* Bartholomæo Hugolini *filio ſuo legitimo & naturali, quem uſufructuarium omnium bonorum ſuorum ad uitam ſuam reliquit, ſemper tamen ſaluis ſupraſcriptis florenis 400 quos dimiſerat dicto* Bartholomæo *nepoti ſuo. & in caſu quo per dictum* Barthol. *filiũ ſuum prædicta bona non poſſent diſtribui, & ordinari, ut ſupra dictum eſt, tunc iſto caſu ſubſtituit ſuos fideicõmiſſarios, ut bona ſua diſtribuant pauperibus Ieſu Chriſti, & pijs locis, uel conſanguineis ſuis, prout eis uidebitur, & placebit, ſuper hoc tamẽ exonerando eorum conſcientiam. Demum mortua teſtatrice, dictus d.* Barth. *filius ſuus reduxit dicta bona ad manus ſuas, & uolens exequi teſtamentum maternũ reſpectu legati facti d.* Barth. *de dictis florenis 400 tradidit in ſolutum & pagamentũ cuidam mulieri amitæ d.* Barth. *recipienti pro dicto* Barth. *certã domũ, reſeruando ſibi uſumfructũ: cũ hac tamen conditione, quòd in caſu, quo dictus do.* Bartho. *daret & ſolueret ſibi dictos florenos 400, quòd inſtrumentum dictæ dationis inſolutum euaneſceret, & remaneret dicta domus libera penes dictum* Barthol. *Denique interiecto tempore & aliquibus diſcordijs ſuper dicta domo exortis, ac mortuo dicto* Barthol. *nepote in pupillari ætate relicto, patre abſente, dicta ſua amita nomine patris abſentis cum debitis cautionibus ex vna parte, & dominus* Barth. *ex alia compromiſerunt in quoſdam amicos cões ſuper dicta domo dãtes illis plenam poteſtatem, præſtitis etiam fideiuſſoribus pro obſeruantia laudi. qui arbitratores auditis partibus in hunc modum arbitrati ſunt, uidelicet quòd dictus do.* Barth. *teneatur & debeat dare, ſoluere, & numerare flor. 400 denariorũ hinc ad mediũ mẽſem Auguſti. pro quibus pecunijs dictus dominus* Barthol. *dederat in pagamẽtum dictam domum dictæ mulieri pro illo nepote. Et quòd dicta domus remaneat libera, & expedita penes dictum dominum* Bartholomæum, *& in caſu quo dicta ſolutio non fieret, fuit regreſſus reſeruatus contra fideiuſſores, ut in ipſo laudo plenè continetur. Finaliter dicta domus fuit trãſlata in quendã tertium tùm ex obligatione dicti do.* Bartholomæi, *tùm ex facto curiæ interponentis primum & ſecundum decretum. à quo quidem tertio poſſeſſore pater dicti nepotis præmortui ſuperueniens nititur domum illam reuocare, dicens ad eum tanquam ad hæredem ſibi pertinere, cum filio fuerit data in ſolutum & pagamentum pro dictis 400 florenis ſibi legatis. Nec habet obſtare compromiſſum, & laudum inde ſecutum: quia cum dictus dominus* Bartholomæus *fuerit religioſus, non potuit cõpromittere, nec ad aliquid ſe obligare ſine licentia ſui prælati. Et aduertendum pro intellectu materiæ, quod dictus do.* Bartholomæus *fuit promotus in abbatem, & is tandem ſine aliqua abbatia exiſtẽs adminiſtrabat prædicta bona extra monaſterium, ſciente ſuperiore, & non contradicente. Nunc quæritur, an prædictus pater, uel alius, cui ius ſuum ceſſerat, ualeat dictum compromiſſum prædicta ratione infringere & tali prætextu domum à tertio poſſeſſore reuocare?*

## CONSILIVM XLIIII.

1 *Bona ſi relicta fuerint cuidam monacho, cum hoc quòd circa illa abbas non ſibi aliquam moleſtiam faciat, quomodo intelligantur relicta.*
2 *Monaſterij plena diſpoſitio, & adminiſtratio pertinet ad abbatem, & non ad monachos.*
3 *Monacho ſi aliquid relinquatur ſub hac conditione, ut non acquiratur monaſterio, an ualeat tale relictum?*
4 *Abbas poteſt monacho dare licentiam plenè adminiſtrandi certa bona.*
5 *Taciturnitas habetur ꝓ cõſenſu, ubi agitur de modico præiudicio.*

CHriſti, eiusq; matris glorioſiſſimæ præſidio inuocato, ad deciſionem huius qõnis duo principalr̃ ſunt examinãda. Et primò an ualuerit relictum dictum dicto fratri Bartholomęo, eo mõ,



quo factum fuit. ¶ Secundò p̃ſuppoſita ualiditate, an di-
ctum cõpromiſſum ꝑ eum poſtea factũ de iure ualuerit.
Circa primum aĩaduerto duo fuiſſe relicta. ¶ Primò. n. di
cta d. Catherina teſtatrix fecit dictũ d. Barth. uſufructua-
rium oĩum bonorum ſuorum. ¶ Scd̃ò uoluit, ꝙ ſi dictus
Barth. quẽ hæredem ſub condõne inſtituit, decederet in
pupillari ętate, ꝙ tũc de dictis bonis ſuis diſponaĩ, prout
uidebiĩ, & placebit dicto fratri Barth. Et adiecit, ꝙ in ca
ſu quo ꝑ dictum fratrẽ Barth. filiũ ſuum p̃dicta bona non
poſſent diſtribui, & ordinari, ꝙ tunc bona deueniant ad
fideicõmiſſarios &c. ut ſ̃ dictum eſt. vnde uĩ primò inſpe-
ctis dictis uerbis teſtamenti, ꝙ relictum ualuerit, ſed ꝙ
illud onus annexum, ut bona deueniant ad fideicõmiſſa-
rios, ſi illa bona nõ poſſent ordinari, & diſtribui, prout ui
debitur & placebit dicto fratri Barth. non ualuerit tanq̃
ꝯ leges, cum uoluerit facere monachũ capacem ꝓprieta
tis, & attribuere ſibi poteſtatem diſponẽdi bona ꝯ ſubſtã
tialia monachatus. ad hoc facit qđ notanter poſuit Bart.
poſt gl. ĩ l. Lucius. §. tres hæredes, ff. ad Trebel. ubi firmat
1 hanc qõnem. † quidam reliquit certa bona cuidã mona-
cho, cum hoc ꝙ circa illa abbas non ſibi aliquam mole-
ſtiam faciat. qđ ſi fecerit, uoluit, ꝙ illa bona deuenirent
in alium. queriĩ, an ĩ caſu moleſtię ſit locus fideicõmiſſo?
gl. ſentit ibi ꝙ ſic; refert tñ quoſdam tenere ɔ̃rium; & idẽ
dicit Arch. in c. qa ingrediẽtibus 19. q. ult. ſed Bar. ibi di
xit illos, q tenuerunt ɔ̃rium uerius dixiſſe: qa illa condi-
tio, ut abbas non faciat ei moleſtiam, eſt turpis cum ſit ꝯ
regulam monachorum, qua diſponiĩ ut monachi nihil
habeant, ut in c. cũ ad monaſterium, in fi. de ſtatu regu. iõ
non ualuit ẽm eum tale grauamẽ appoſitum: ſed ſi eſſet
tale relictum, qđ ualeret in monacho, ut ſi relinqueret
ꝓ alimentis, qa etiam ſeruo poſſunt relinqui, ut l. ſeruos
ff. de ali. & cib. leg. tunc fortè ꝓcederet dictum illius gl.
Ita uĩ in caſu noſtro dicendum, ꝙ illud grauamẽ, ut bo-
na deueniant in fideicõmiſſarios, ſi ꝑ dictum fratrem Bar
th. nõ poſſent illa bona ordinari, & diſtribui, habeatur ꝓ
non appoſito. & per ɔ̃ñs dicendum, ꝙ illa bona fuerunt
acquiſita monaſterio. Ex quo inferĩ ad ſecundum dubiũ
negatiue, ſ. ut cõpromiſſum factum ꝑ dictum fratrem Bar
th. de dicta domo non ualuerit, cum nõ poſſit monachus
cõpromittere ſuper bonis acquiſitis monaſterio, ut in c.
quod quibuſdam, de fideiuſ. & qđ leg. & no. in c. cõtingit,
2 de tranſac. † plenaria. n. diſpoſitio, & adminiſtratio mo-
naſterij, & eius bonorũ pertinet ad abbatẽ, non aũt ad mo
nachos, maximè ſingulares, ut in c. nullam. 28. q. 2. & in c.
edoceri, & qđ ibi no. de reſcr. Nec obſt. ſi dicaĩ, hęc bona
fuiſſe relicta dicto fratri Barth. quia dico, ꝙ relictum nõ
põt conſiſtere penès perſonam monachi; ſed per eum fit
acquiſitio immediate monaſterio, ut plenè no. per Inno.
& alios in c. in præſentia, de ꝓba. Sed his non obſtan. ɔ̃-
rium arbitror in caſu noſtro dicendum. Et primò pon-
dero, ꝙ bona non fuerunt ſimplr̃ relicta dicto fratri Bar
th. tanq̃ ꝓprietario, ſed per eum ordinanda, & diſtribuẽ-
da, ut ſibi uidebiĩ & placebit; quo caſu ualet relictum fa-
ctum monacho, cum cenſeaĩ quidam adminiſtrator & di
ſtributor bonorum, ut in c. religioſus, de teſta. lib. 6. Et ꝙ
hoc fieri poſsit adduco not. dictum eiuſdem Bart. in auĩ.
excipitur, C. de bo. q̃ lib. ubi quæritur de hac qõne: pone
3 † ꝙ aliquid relinquiĩ monacho ſub hac condõne, ut non
quæratur monaſterio, an ualeat tale relictum. Et uĩ pri-
mò ꝙ non, quia continet impoſsibilitatem, & repugnan-
tiam quãdam. nam monachus non põt habere aliqd: ſed
totum eſt monaſterij. 12. q. 1. c. nolo, & c. nõ dicatis. & in
aut. ingreſsi, C. de ſacroſ. eccl. vnde dicere, ꝙ ſit monachi
& nõ quæratur monaſtrio, eſt ɔ̃dictio quædam in ſeipſo,

& quædam perplexitas, quæ habet uitiare legatum & cõ
tractum, ut l.ſi Titius, ff.de cond.inſti.& l.ubi repugnãtia
ff.de reg.iu. In contrarium concludit ibi Bar. dicens prę-
dicta uerba debere ita intelligi: relinquo monacho ſub
hac cõditione, ut nihil acquiratur monaſterio, hoc eſt ꝙ
monaſterium illud patiatur habere eo modo, quo põt, ſ.
conniuentibus oculis dñi, ſicut dicimus in ſeruo, ꝙ poteſt
aliquid habere conniuentibus oculis dñi, ut l.iij.ff.de ma
nu.& ſic nihil quæratur monaſterio, ſ.facto; & ad hoc ad-
ducit tex.cum ibi no.in d.l.Lucius.§.tres hæredes. Sic er
go fit impropriato uerborum, ut relictum ualeat, & mo-
nacho acquiratur libera ſine proprietate adminiſtratio,
pro quo ego adduco tex.no.iuncta gl.& Inn.in c.inſinuan
te, ne cle.uel mona.ergo fortius debet ualere relictum ĩ
caſu noſtro, in quo uerba relicta non ſapiunt proprietatẽ
in monacho; ſed potius licitam adminiſtrationem & di-
ſpenſationem. unde ponderanda ſunt illa uerba, prout ui
debitur & placebit dicto fratri Bartholomæo, quæ ſonãt
arbitrium boni uiri, ut probatur in l.Thais.§.ſororem, ff.
de fideicom.lib.& in l.fideicõmiſſa.§.quãquã, ff.de leg.iij.
not.in c.ij.de corpo.vi.& plenè per Bar.in extrauaganti,
4 ad reprimẽdum, & in l.alio, ff.de ali.& cib.leg. †Nam ab-
bas põt monacho dare licẽtiã plenè adminiſtrandi certa
bona, ut in d.c.religioſus, & ĩ c.cum ad monaſteriũ, & c.ij.
de ſta.reg.& quod utrobiq; not.probatur magis ſpecificè
& ſingulariter in d.c.inſinuante, iuncta gl.& in hac conceſ
ſione non requiritur expreſſus conſenſus ſuperioris: ſed
ſufficit tacitus, & quia ſuperior ſic eum habere illã admi
niſtrationem uidet & tacet, ut probatur in ſeruo ĩ l.quam
Tuberonis, ff.de pecul.& in d.l.j.de manu.ſatis ſenſit Bar.
in d.auth.excipitur.ubi dixit ſufficere, ꝙ monaſterium pa
tiatur conniuentibus oculis illum habere meliori modo
quo poteſt. ad idem, quod no.idem Bar.in l.quæ dotis,
ff.ſol.mat.ubi per illam.l.quam Tuberonis, dedit regulã
5 generalem, † ꝙ ubi tractatur de modico præiudicio, taci-
turnitas habetur pro conſenſu. In caſu autem noſtro de
nullo nedũ modico monaſterij præiudicio tractabatur,
imò erat opus piũ præbere aſſenſum diſpoſitioni mater-
næ, arg.in l.j.C.de ſacroſ.eccl.& 13.q.2, c.ultima uolun-
tas ergo taciturnitas ſuperioris debuit haberi pro cõſen
ſu. Pręterea & ſcđo, ubicũq; monachus habet adminiſtra
tionẽ peculij, obligatur abbas ex ꝯtractibus, monachi, quate
nus patitur peculiũ, ut no.Inn.in c.cũ olim, de priui.facit
qđ no.Bar.in l.cõis Seruus, ff.de ſtipu.ſer.ſicut dicitur in
ꝯtractibus initis ꝑ ſeruũ, & ut ibi no.ergo dictus ꝯtus com
promiſſi debet ualere, quatenus patitur adminiſtratio di
ctorũ bonorũ: ſecus aũt, ubi monachus ſine oĩ adminiſtra
tione ꝯheret; quo caſu abbas in nullo obligaẽ; & hoc caſu
loquantur iura ĩ ꝯtrium all. Itẽ & tertiò clariſſimè quo-
cũq; ſe uertat negotiũ, probatur tertiũ poſſeſſorẽ ſe poſ-
ſe tueri aduerſus patrẽ dicti Bartholomæi, uel alterius,
cui ſua iura ceſſit. aut.n.dictum compromiſſum ualuit; &
tunc caſus eſt clariſſimus. fuit.n.ꝑ laudũ diſpoſitũ, ut do-
mus liberè remaneret ĩ totũ penès dictũ Bartholomęũ,
& deficiente ſolũe 400. florenorũ, reſeruatus fuit regreſ
ſus aduerſus fideiuſſores: nõ aũt remãſit domus obligata;
& ſic nõ põt uendicari domus rõne primæ dationis inſolu
tũ. Aut.n.dictũ compromiſſum nõ ualuit ex defectu ptã-
tis, prout allegatur, qđ tñ negaẽ: & tũc eodẽ morbo for-
tiori laboraret illa datio domus inſolutũ facta. ſicut.n.
monachus nõ poteſt ſine ſuperioris authoritate compro
mittere, ita & fortius dare inſolutũ non põt, cũ per illam
dationẽ contingat alienatio, quã indubiè monachus face
re nõ põt: imò nec ſolus abbas. 17.q.4.c.in uẽditionibus,
& 12.q.2.c.abbatibus. per cõpromiſſum aũt meliorauit
conditionẽ dictorum bonorũ. nec debet admitti pater al
legando defectũ poteſtatis in monacho reſpectu cõpro-
miſſi, cũ & ipſe fundet intentionẽ ſuam ſuper illa datione
inſolutũ facta per ipſum monachum dũtaxat. allegans.n.
ꝯtria non eſt audiendus, ut in c.ſolicitudinem, de appell.
& l.ubi repugnantia, ff.de reg.iu. præſertim cum amplio-
rem ptãtem habuerit tempore cõpromiſſi, quàm datio-
nis inſolutũ, cum primo caſu deceſſerat dictus Bartho-
lomæus in pupillari ętate, & ſic fuerat locus ſubſtitutio-
ni de dicto fratre Bartholomæo factæ. Secundò uerò ca-
ſu adhuc uiuebat dictus Bartholomæus hæres ſub condi
tione inſtitutus, & per conſequens nullam poteſtatẽ pror
ſus alienandi dictam domum habebat; cum tũc eſſet me-
rus uſufructuarius. Et idem per oĩa dicendũ, ſi illa bona
quocũq; caſu fuiſſent acquiſita monaſterio. idem.n.eſſet
deffectus poteſtatis utroq; caſu. Et ex iure tertij põt quis
ſe defendere, dummõ ſit excluſiuũ iuris actoris, quod cõ-
tingeret in caſu, ut leg.& no.in l.cũ ſeruũ, C.de ſer.fug.&
ibi ꝑ Cy.pleniſſimè, ꝑ Bar.in l.ij.ff.de exce.rei iudi. ¶Ex
prædictis omnibus concludo dictam domum non poſſe
à dicto tertio poſſeſſore reuocari ex defectu cõpromiſſi,
& ratione illius dationis inſolutum. Et reſponſio ad ꝯtria
ſatis patet per prædicta. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CASVS *in effectu talis eſt. Quidam Franciſcus olim Petri
de uilla Caſallis diſtrictus Prati piſtorienſis diœceſis in poſtre-
mo ſuo teſtamento inter cætera hæredem uniuerſalem inſtituit
Nannem eius nepotem filium olim Io. filij dicti teſtatoris. poſt ue
rò mortem dicti ſui hæredis decedentis ſine filiis iure legati pro
remedio animæ ſuæ reliquit, quòd fieret una capella in plebe ſan
cti Stephani de Prato, quam capellam habere uoluit, & manda-
uit pro dotibus ſuis & pro alimentando presbyterum ibidem in-
ſtituendum de ſucceſſore in ſucceſſorem in perpetuum unam pe-
tiam terræ ſtariorum. 52. uel circa poſitam in communitate Pra-
ti, ac diſpoſuit in dicto teſtamento, ut dicta petia terræ in
dotem data, non poſſit quoquomodo, iure, uel cauſa aliena-
ri, in pignus dari, uendi, donari, uel permutari, uel aliquo modo
dominium transfert directè, uel per obliquum ſubmitti. Et ſi
fieret contrarium, uoluit contractum tunc ipſo iure nullum. De-
nique, mortuo teſtatore, dictus Nannes hæres inſtitutus adi-
uit hæreditatem, & tandem ſine liberis decedens, condito te-
ſtamento, reliquit iure legati dictam petiam terræ cum ſuis
pertinentiis dictæ dominæ Thomaſiæ ſuæ matri, quæ poſt mortẽ
filij ſui habuit poſſeſſionem dictæ petiæ terræ. qua habita fuit con
uenta, & in iudicium uocata uigore teſtamenti dicti Franciſci,
qui dictam petiã terræ legauerat pro dotibus capellæ modo præ-
dicto, recepitq; libellum in iudicio, liſq; fuit cõteſtata ſuper dicta
terra ſibi legata, & poſt plurimos dies à die conteſtationis litis
per eam facta denuntiauit hæredi dicti Nannis iudicium ſibi mo
tum ſuper terra: & denique in cauſa procedens, ſententiam cõtra-
riam reportauit; à qua appellauit, & iterum ſuccubuit. Nunc ue-
rò dicta domina Thomaſia legataria inſtat aduerſus hæredem
dicti Nannis, qui eſt clericus, & minor, curatorem habens, ſuo cu
ratore in iudicio minimè exiſtente. & narrando utrũq; legatum
& euictionem factam, petit hæredem cogi ad dandam & traden
dam dictam terram. Quæritur quid iuris: multaq; alia narran-
tur in facto: ſed prædicta in effectu ſufficere uidentur.*

CONSILIVM XLV.

1 ***Legatum rei alienæ coniunctæ perſonæ factum, ualet.***
2 ***Denuntiatio fieri poteſt quolibet tempore, dummodò non fiat pro-
pe ipſam condemnationem.***

3 Impoſ-



3 ***Impoßibile reputatur, quod vnius facto ſolum explicari poteſt.***
4 ***Res eccleſiæ poſſunt alienari pro redemptione captiuorum, niſi
ſint datæ eo modo, ut alienari non poßint.***

CHriſti, eiuſque matris præſidio humiliter in-
uocato, Videtur primo dictam lega-
1 tariam in ſua petitione eſſe exaudiendam: † quia
legatum rei alienæ coniunctæ perſonæ factum ualet, li-
cet ignoranter fiat, & tenetur hæres rem redimere, ſi po-
teſt, & legatario tradere. Si aũt non põt, quia dñs nõ vult
uẽdere, ſaltem cõpetenti pretio tenetur ad ęſtimationẽ;
ad hoc quod legiẽ & no.in l.cum alienã, C.de leg.& inſti.
eo.§.non ſolum, ff.de leg.iij.l.non dubium. & uẽ ꝙ à prin
cipio poſſit præciſè peti ipſa res legata, ut innuit tex.in
d.l.cum alienam, & Bar.ibidem hoc no.in prin. licet gl.
ſecunda uideatur ibi dare aliam theoricam in petendo:
ſed pro primo facit ibi tex.l.Iulianus, ff.de confeſſ. & qđ
not.Barto. in l.ſi ſeruum, prope finem, ff.de uerb.oblig.
Nec obſt.ꝙ dicta terra fuit ſemel ſibi tradita; qm̃ cũ fue-
rit ab ea legitimè euicta, põt tunc agere de euictione, ut ĩ
l.q concubinam.§.ſi hæres, ff.de leg.iij. & l.ſi domus.§.de
euictione, ff.de leg.j. & ibi uẽ caſus, ꝙ ipſa res legata eui-
cta põt peti ex teſtõ. Nec habet obſtare, ſi dicatur denun
2 tiationem fuiſſe factam hæredi poſt litem conteſt. † quia
denuntiatio fieri põt quolibet tpe, dũmodo non fiat ꝓpe
ipſam condẽnationem, ut eſt tex no.in l.ſi rem quã.§.quo
libet tpe, ff.de euic. & facit qđ ibi no.gl.fi. Nec etiã obſt.
ſi dicaẽ, ꝙ fuit legataria contumaciter abſens tpe ſñiæ, &
ſic cum uideaẽ ꝑ ſuam contumaciã condẽnata, non debet
habere regreſſum de euictione, ut l.ſi iõ, ff.de euic.& l.em
ptor fundi, C.e.& c.fi.de emp.& uend. qa dico illud ꝓce-
dere, qñ qs ꝓmiſit cauſam liquidari ĩ abſentia ſua. tũc.n.
uẽ magis condẽnatus ex ꝯtumacia ſua ꝗ̃ ex iniuſtitia cau
ſæ; iõ non habet regreſſum de euictione. Sed qñ oĩa per
prius fuerunt liquidata, parte pñte, licet tpe condẽnatio
nis fuerit abſens; habet nihilominus regreſſum de eui-
ctione: qa tunc non ex cõtumacia, ſed ꝑꝑ iniuſtitiam cãæ
fuit condẽnatus. ita ſinglr dixit Bar. & bene in l.ſi ſupe-
ratus, ff.de euic. aliã ſolẽnem limit. ad illa iura dedit Bal.
in l.res inter alios, C.qbus res iudi.non no. dicens, ꝙ ſi ex
inſpectione actorum põt apparere, ꝙ abſens cõtumaciter
iuſtè ſuccubuit, non habet nocere abſentia condẽnati. in
caſu aũt noſtro ſatis põt apparere, ꝙ iuſtè dicta d.Tho-
maſia ſuccubuit: qa clarè patet illam petiã terræ fuiſſe le
gatam ꝓ dotibus capellæ illo Nãne hærede decedente
ſine filiis. Nec poſtremò obſt. ſi dicaẽ, ut ĩ facto ſupponiẽ,
dictam d.Thom. debuiſſe appellare non ad archiepm̃ Flo
rent. ſed ad epm̃ Piſtorien. qa à vicario foraneo appellã-
dum eſt ad ipſum epm̃ conſtituẽtem, cum officialis fora-
neus dicaẽ habere delegatã, non ordinariã, nec facit idem
conſiſtorium cum epo, ſicut vicarius gñalis, ut no.gl.ĩ cle.
& ſi principalis, de præſcr. Inn.in c.Romana, de offi.ord.
lib.6. quia rñdetur, ꝙ licet appellandum ſit gradatim: tñ
ſi appelleẽ omiſſo medio & nõ excipiaẽ, ualet appellatio:
qa hoc eſt de circũſtantiis, non aũt de ſubſtantialibus ap
pellationis, ut no.glo.& cõmuniter doct. in c.dilecti filij.
j.de appel. facit quod no.gl.in c.ij.de conſue.lib.6. in uer
bo, officiali. ¶Sed his non obſt. quæ iudicio meo caſui no
ſtro non habent obſtare, contrarium arbitror præualere,
ſcilicet dictum hęredem abſoluẽdum ab impetitione di-
ctæ do.Thomaſiæ. Moueor primò cõſideratione incon-
uincibili. ubicunque.n.legatur res, quę iudicio principis
dũtaxat alienari poteſt, non ualet legatum, nec debetur
ipſius ęſtimatio, etiam ſi ſcienter fuerit factum, tex.eſt no
tus & notabilis in l.apud Iulianũ, in fi.ff.de leg.j. ubi ha-
3 betur, † ꝙ illud, quod vnius facto ſolùm poteſt explicari,
reputatur impoſſibile; no.gl.in l.continuus.§.cum quis,
ff.de uer.obl. & Din.in regula, ſemel Deo, de reg.iu.li.6.
& Bar.in d.l.apud Iulianum. Sed hæc petia terræ legata
dictæ do.Thomaſiæ, erat huiuſmodi. ergo ęſtimatio non
debetur, maior apertiſſimè probatur in cle. quia contin-
git, de relig.do. poſt principium. ubi dicitur, ꝙ deputata
ad certum uſum largitione fidelium, nõ poſſunt ad alium
vſum deputari, ſalua ſemper ſedis Apoſt. authoritate.
Et maximè tex. ille procedit in caſu noſtro, in quo teſta-
tor nõ ſolùm deputauit illam terram ꝓ ſuſtentatione ca-
pellani inſtituendi in dicta capella, ſed etiam ꝓ dotibus
ipſius capellæ. dotes.n. debent eſſe liberæ, & nullo modo
alienari; ad hoc quod legi.& no.in c.j.de cenſibus. Quin
imo in caſu noſtro teſtator ſtrictiſſimè ꝓhibuit aliena-
tionem & pignorationẽ, ut patet ex prædictis. quæ quidẽ
ꝓhibitio ualet, & multum operaẽ, ut eſt tex.no.in aut.de
4 ali.& emph.§.ſanctiſſimas. ubi dr̃, † ꝙ res ecclię poſſunt
alienari ꝓ redẽptione captiuorum, niſi ſint datæ eo mõ,
ut alienari non poſſint; & ſic ꝓhibitio teſtatoris reddit
illarum rerum alienationẽ magis difficilem, ꝗ̃ diſponaẽ
à iure cõi. Et per illum tex. dicit notanter gl.in c.uerum,
de cond.ap. ꝙ res relicta eccleſiæ generalr non ſolum ꝓ
dote, nec ad certum uſum, alienari nõ põt ꝓ neceſſitate,
uel utilitate ecclĩæ, ſi teſtator illam prohibuit alienari:
& quãquam in hoc aliqui ibi inſtent tenendo ꝯtrium, tñ
in caſu noſtro non uẽ dubium: qa dicta petia terrę fuit re
licta ꝓ dotibus capellæ ad certũ uſum in ꝑpetuum; & ſic
excepta authoritate Papę ad aliũ uſum trãsferri nõ de-
bet, neq; imminet utilitas, uel neceſſitas capellę in alie-
natione, imo totum oppoſitũ, cũ remaneret indotata. er-
go illius alienatio non poterat fieri excepta authoritate
Papę; ergo debet reputari impoſĩs, & per ꝯñs non ualet
legatum de illa factũ, etiam ut debeaẽ ęſtimatio, ut ĩ d.l.
apud Iulianum, & in d.§.cum qs, & qđ utrobiq; no.Bart.
Quinimo in latioribus terminis hoc idem ſenſerunt gl.ĩ
c.ſi epſ. 12.q.5. & Inn.in c.filius, de teſta.tenent, ꝙ ſi legaẽ
res eccleſiæ, non ualet legatum, nec debetur eius ęſtima-
tio; & hoc ꝑꝑ difficultatem ꝗ imminet in illius alienatio-
ne, ut in tit.de re.eccl.non alie.ꝑ totum. Et quãquam ali
qui noluerint ibi ſequi opin. Inn.& Io.Bar. tñ eam ſequiẽ
in d.l.apud Iulianum, & in d.l.continuus.§.cum quis. Itẽ
in caſu noſtro, conſideratis rõnibus tenentium contra-
rium, nemo uidetur diſcrepare. Mouetur enim, ꝙ res ec-
cleſiæ in multis caſibus poſſunt alienari, de quibus per
gl. 12.q.2. in ſumma, & ſic non reputaẽ impoſſibilis alie-
natio. Sed in caſu noſtro ceſſat hæc conſideratio: quia di-
cta petia terræ fuit legata ꝓ dotibus capellæ ad certum
uſum ꝓhibita ſtrictiſſimè ꝑ teſtatorem alienari, & ſic im
minet illa difficultas alienandi, de qua.d.l.apud Iulianũ.
§.fi. ut ſupra dixi. Ex hoc ergo capite clariſſimè patet di
ctum legatũ non ualuiſſe, nec ipſius ęſtimationẽ deberi.
¶Prætereà ex alio capite dico hæredem non teneri de
euictione, & ſic debet abſolui ab impetitione dictæ d.Tho
maſiæ: qa ante ſuſceptum iudiciũ debuit denuntiare litẽ
ſibi motã. at ipſa ſuſcepit iudiciũ litẽ conteſtando, & poſt
plurimos dies denũtiationem fecit; iõ ꝓſuppoſito, ꝙ alias
ualeret legatũ; tñ ex quo nõ denũtiauit in principio ante
ſuſceptũ iudiciũ, nõ habet regreſſum de euictione aduer-
ſus hęredẽ, tex. eſt ſingularis nõ cauillando lrãm in d.l.q
concubinã.§.ſi hęres. Hunc intellectum ad illũ tex. quem
uoluit ibi Din. ſequiẽ ibi Bar.& Cy. ĩ l.emptor, C.de euic.
& gl.in d.l.ſi rẽ.§.fi.ff.eo. in ſecunda ſolũe, & eſt ſpãle ĩ
legato, ut fiat denũtiatio ante litem. conteſt.& nõ poſteà:
qa agit legatarius ex cã lucratiua. ubi autem ageret ex

cauſa onerôſa, facilius ſibi ſubuenitur aduerſus authorē
ſuū; quo caſu procedit.d.l.ſi ré.§.fi.alle.s̄.pro contrario.
non.n.eſt eadē ratio lucra non capere, & quæſita perde-
re, ſeu dāna ſentire, ut l.ſi ſpōſus.§.ſi maritus, ff.de do.in-
ter uir.& uxo. Et per hæc patet faciliter ſolutio ad con-
traria.s̄.in prin.formata. ¶Quare ex oībus prædictis cō-
cludo dictū hrēdem abſoluendū ex duplici capite ab impe
titione dictæ Thomaſiæ. Poſſet addi & tertiū, quod tñ nō
cōcernit merita cāæ, ſ.ex defectu inſtātiæ: quia iudicium
fuit ſine curatore hrēdis minoris agitatū, ex quo non pōt
ſequi cōdēnatio minoris, ſed abſolutio ſic, ut ī l.nō eo mi
nus, C.de procu.& in l.ij.in fi.C.qui legi.perſo.ſtan.in iu-
di.nō ha. Et quāquā dictus hæres ſit clericus, cū agaṫ de
tpali, nō potuit ſtare in iudicio ſine curatore, ut ꝓbaṫ ꝑ
locū à ſpeciali in c.ſi annū, de iud.lib.vj. Itē ſicut clerica-
tus nō liberat à patria poteſtate, ut no.Inn.& cōiter doc.
ſequunṫ in c.indecorū, de æta.& qua.licet gl.& minus be-
ne aliter ibi ſenſerit, ita non liberat à datione curatoris,
maximè qa datio curatoris non uenit in præiudiciū cle-
rici, imò in fauorē ne in iudicio decipiaṫ.d.l.nō eſt minus,
& l.clarū, C.de auṫ.præ. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM XLVI.

1 *Cauſa ſi committitur tractanda, omni iuris ſolennitate omiſſa, ni-*
*hilominus citanda eſt pars in receptione teſtium.*
2 *Præſcriptio non currit tempore belli, quando eſt tantum in loco,*
*quòd ius non redditur.*

IN quæſtione, quæ ad præſens uertiṫ in-
ter cōe terræ Sertiani ex
una parte, & cōe caſtri Caſtiglioncelli ex alia ſu
per quibuſdam confinibus duo breuiter attingam. ¶Pri-
mò in cauſa appellationis an ualeat ſententia lata cōtra
dictam terram Sertiani, uel ſaltem ſit iniqua, & per conſe
quens retractanda. ¶Secundò quæ ſententia illarū com-
munitatum præualeat ſuper iure & proprietate illorum
finium. ¶Circa primum omittam argumēta, quæ ad par
tes fieri ſolent, ne uidear hoc in dubium reuocaſſe. Vr̄ ete
nim mihi indubiè tenendum, ſi narrata ueritate nitantur,
dictam ſnīam, nullam in ſe firmitatem habere ex multi-
plici capite: quia lata fuit in eccleſia, & per conſequens
ipſo iure indubitāter nulla, ut probatur in c.decet, de im
mu.eccl.lib.vj.prope fi. Secūdò, quia lata ex probationi-
bus omnino nullis. Atteſtationes enim, ſuper quibus ſe
fundarunt commiſſarij, uiribus non ſubſiſtunt, cum teſtes
fuerint recepti parte aduerſa non citata, quæ omnino ci-
tari debuit, ut in c.ij.de teſti.& ī auṫ.de teſti.§.hoc autē,
col.vj.etiam ſi cauſa ſit ſummaria: quia hoc concernit
defenſionem partis, ut no.Bar.in extrauag.ad reprimen-
dum, in uerbo figura. Quinimò plus notanter dixit idem
1 Bar.in l.filius, ff.de do. †ꝙ ſi committitur cā tractanda oī
iuris ſolennitate omiſſa nihilominus citanda eſt pars in
receptione teſtium: quia talis citatio ſapit defenſionē, ne
indigni teſtes admittantur. quę quidem defenſio eſt de iu
re naturali, ut in cle.paſtoralis, de re iu. Et per conſequēs
etiam per principem tolli non pōt, ut ibi. reperitur ergo
ſnīa lata ſine mediis. ideo nulla, ut legi.& no.ī c.eccleſia,
de cōſti.& in l.prolatā, C.de ſen.& 2.q.1.c.nos ī quēquā;
facit qđ legi.& no.in c.cū I & A de re iud. Tertiò corruit
dicta ſnīa: qa fuit lata ſine aliqua petitione, ſaltē in actis
inſinuata, ut le.& no.in cle.ſæpe, de uer.ſig.in gl.in uerbo
neceſſariò, & per doc.in c.j.de lib.obl.per Bal.in auṫ.offe
ratur, prope finem.C.de li.cont.& in extrauagāti, ad re-
primendum, in uerbo, figura. Quartò corruit tāquàm la-
ta commiſſariis, minus inſtructis de meritis cauſæ, cū no-
luerint recipere teſtes oblatos à communitate Sertiani
denegantes dilationem debitam. nam & ſi cauſa ſit ſum-
maria: tñ non debent ita abbreuiari dilationes, ut ueri-
tas occultetur: dilatio autem duorū dierum data à dictis
commiſſariis non erat ſufficiens ad teſtium productionē,
ut mihi in facto præſupponitur. unde, cum tantum uide-
rint iura unius partis, & non alterius, non potuerūt ple-
nè inſtrui in cauſa, ut in c.dudum, el.j.de elec.facit.l.fi.C.
ſi per uim uel alio modo, & per conſequens talis ſnīa nul
la, ut in c.tū ex literis, & quod ibi no.Inn.de in integ.reſt.
mino,habet quo ad ſubiectos uim.legis,ut l.Cæſar,ff. de
publ.& l.pen.C.de don.inter ui.& ux. Si enim poſſet in fa
cto ſalis trahere inde ſubditos,& transferre iuriſdictio-
nem in alios officiales terræ Plumbini , ſic poſſet eadem
ratione in alio caſu;& ſic poſſet ex dicta terra Scarlini to
lere merum & mixtum imperium; quod non eſt dicẽdum
per ſupradicta.hoc enim arg.in ſimili quæſtione facit In-
no.in c.cum uenerabilis, de cenſi. debet. n. uirtute pacti
ibidem cognoſci de omnibus,quæ ibi committuntur, uel
per ſuos municipes alibi:aliàs autem dictum pactum poſ
ſet annihilari;& per hoc tollitur, quod dixi de Impera-
tore & Papa iſti enim diſtinxerunt territoria proprijs le
gibus,quibus iſti non ſunt aſtricti.l.princeps,ff.de legi. &
c.propoſuit,de conceſ.præb.& ſolum reſpectu ſuorum of
ficialium,nõ autem reſpectu poteſtatis eorum:ideò apud
eos non eſt territorij diſtinctio,ut ſupra dixi, ſed ſecus in
caſu noſtro. Nam dñs Plumbini non eſt naturalis dñs ter
ræ Scarlini;& ex pacto habet dicta terra,ut poſſit ſibi eli
gere poteſtatem,qui cognoſcat in ciuilibus & criminali-
bus;non ergo poteſt illius terræ territorium uiolare ra-
tionibus prædictis.Et hæc ſufficiant. NIC. ABBAS.

## CONSILIVM LII.

1 *Statutum municipale diſponens ,quòd omnia inſtrumenta à cer*
*ta ſumma ſuprà debeant regiſtrari in archiuo communis: &*
*ſi aliter fiat,tale inſtrumentum non ſit alicuius ualoris & ef*
*ficaciæ,nec ex eo aliquid peti poſſit:&c. an extendatur ad fo*
*renſes contrahentes in loco ſtatuti , & facientes ibidem in-*
*ſtrumentum confici &c. protenditur iſtud dubium uſque ad*
*numer. 6.*
2 *Statuta ciuitatis non poſſunt habilitare , uel inhabilitare fo-*
*renſes .*
3 *Teſtamenta debent inſinuari ſecundùm leges,moreſq; locorum*
*in quibus inſinuantur.*
4 *Statutum,quo cauetur , ut ualeat teſtamentum coram tribus*
*teſtibus celebratum , extendit uires ſuas quoad forenſes ibi-*
*dem ſtantes .*
5 *Statutum diſponens ſuper inſinuatione teſtatorum , ſeu in-*
*ſtrumentorum,extenditur ad eccleſias , & eccleſiaſticas per*
*ſonas .*
6 *Statutum ciuitatis an extendatur ad totum comitatum ciui-*
*tatis .*
7 *Ciuibus cõdemnatis,uidentur condemnati comitatini, niſi aliud*
*ex uerborum diſpoſitione appareat.*

IN quæſtione Raynerij de Toſcanijs tria,di
uini nominis præſidio inuoca
1 to,examinanda manebunt.Primò † an ſtatutum
municipale diſponens,quòd omnia inſtrumenta à certa
ſumma ſuprà debeant regiſtrari in archiuo cõis ; & ſi ali-
ter fiat,tale inſtrumentum non ſit alicuius ualoris & effi
caciæ,nec ex eo aliquid peti poſſit & an extẽdatur ad fo
renſes contrahentes in loco ſtatuti,& facientes ibidem in
ſtrumentum confici,adeò,ꝙ inſtrumentum inter eos ibi-
dem confectum ipſo facto non ualeat,ſi nõ fuit regiſtratũ
ut in ſtatuto continetur.¶ Secundò præſuppoſito , ꝙ tale
ſtatutum extendatur ad forenſes modo prædicto , an di-
ctum ſtatutum concernat omnia loca , & Caſtra comita-
tus ciuitatis,in quo dictum ſtatutum uiget , ut ſi inſtru-
mentum in comitatu factum,non ſit regiſtratum , modo
prædicto ſit nullum.¶ Tertiò an inſpectis actis,& allega-
tis in dicta cauſa,ſit ſufficienter probatum, quòd caſtrum
in quo dictum inſtrumentum dicitur celebratum , ſit de
comitatu illius ciuitatis,in qua uiget ſtatutum. Venio ad
primum.& uidetur primò ꝙ tale ſtatutũ non extendatur
ad forenſes,quia tale ſtatutum dr̃ ius proprium ipſorum
ſtatuentium,ut in c.ius ciuile.j. diſt. nec concernere po-
teſt non ſubditos ex poteſtatis defectu,ut in l.omnes po-
puli,ff.de iuſti.& iur.Et quod leg.& no.in l.cunctos popu
los,C.de ſumma trini.& l.ſi non ſpeciali,C de teſt.&c.ec
cleſia ſanctæ Mariæ,de conſti.& quod leg.& no.in c. a no
bis,

bis,el.j.de ſen.excom.cũ ſimi.Hinc apertè dixerunt Bart.
2 & Bal.in d.l.cunctos populos, † ꝙ ſtatuta ciuitatis nõ poſſunt habilitare,uel inhabilitare forenſes, ẽt in terra ſtatuentium,unde concludunt,ꝙ ſi ſtatuto cauetur,ut filius familias poſſit teſtari:uel quod nõ poſſit ſe obligare:uel ꝙ quis non poſſit aliquid relinquere uxori, talia ſtatuta non extenduntur ad forenſes, licet ibi uelint teſtari, uel obligare,uel relinquere uxori.¶Sed his non obſtantibus, contrarium arbitror de iure procedere in caſu noſtro. Nã ſi uerba dicti ſtatuti bene ponderentur, nõ diſponunt circa perſonas,eas habilitando, uel inhabilitando; quo caſu procedunt prædicta: ſed potius dant ſolennitatem actui exercendo in eorũ territorio.diſponit.n. ſtatutum, ut inſtrumentum debeat regiſtrari in archiuo cõis,& aliter non ſit alicuius efficaciæ;& ſic dat formam inſtrumentis in territorio ciuitatis conficiendis; & hoc fit,ne fraus conficiatur,quã euitare ſpectat ad officium eius, in cuius territorio inſtrumenta conficiuntur,arg.in l.congruit.ff. de offi.preſi.& ꝙ talis ſolennitas debeat ſeruari inter forenſes,ibidem inſtrumentũ celebrari facientes, uidetur
3 tex.in l.ij.C.quemadmo.teſt.ape.:ubi apertè dicitur,† ꝙ teſtamenta debent inſinuari ſecundũ leges moreſque locorũ,in quibus inſinuantur; & ſic apertè patet,ꝙ talis inſinuatio concernit ſolennitatem actus.Certumque eſt,ꝙ reſpectu ſolennitatis actus debet ſeruari ſtatutum,& conſuetudo illius loci,in quo actus geritur.l.j.C. de eman. lib.l.3.ff.de teſti.& l.ſi non ſpeciali, C.de teſta.tenent cõiter doc.in l.cunctos populos,C.de ſum.tri.in c. quòd clericis,de for.cõpe.facit.c.illa,& c.illud.12.diſt.& quod in eis nota.hoc idem apertè ſentit Bar. quaſi in terminis no
4 ſtris in l cunctos populos,in uerſi.circa ſecundũ.ubi† concludit,ſtatutum, quo cauetur, ut ualeat teſtamentũ corã tribus teſtibus celebratũ,extendere uires ſuas quo ad forenſes,ibidẽ teſtantes:quia ſecundũ eũ cõcernit tale ſtatutum ſolennitatẽ,actus,non tamen habilitat,uel inhabilitat perſonas teſtantes.Idẽ & apertius ſentit Bal.in.d. l.cunctos populos.ubi dicit,ꝙ quandoque actus producitur ad eſſe,quandoque ad eſſe ꝓductus deducitur in iudicium. Primò caſu debet ſeruari ſtatutũ,loci diſponens, qualiter actus producatur: quia concernit ſolennitatem actus.Secundò caſu inſpicitur locus iudicij.Ad propoſitũ ergo,cũ dictũ ſtatutũ diſponat, qualiter inſtrumentũ deducatur ad eſſe,requirens in hoc ut regiſtretur, & aliter factũ diſponit,ut ſit nullius efficaciæ, debet indubitanter extendi ad forenſes facientes in loco inſtrumentũ celebrari.non.n.debent peregrini uiolare ſtatuta, & mores ciuitatis. 8.diſtin. c.quæ contra, maximè cũ tendant ad impediendũ uitium falſitatis,ne in loco ſtatuentium cõmittatur.debet.n.dominus loci operari,quantũ põt,ne in loco ſuo falſitas cõmittatur l.j.C.de fal.monc.& quod leg. & not.per Bart.in l.ne quid,ff.de inced.rui. naufrag.quinimò Bartol.plus uoluit in d.l.cunctos populos, ſcilicet
5 †ut ſtatutũ diſponens ſuper inſinuatione teſtamentorũ, ſeu inſtrumentorũ extendatur ad eccleſias,& eccleſiaſticas perſonas,cũ nõ diſponat ſuper perſonis, uel eccleſiis ſed generaliter ſuper ſolennitate actus,licet reſpectu eccleſiarũ & perſonarum eccleſiaſticarũ dubitẽ de dicto ſuo per id,ꝙ no.Bart.in d.l.cunctos populos, & per.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,& quod ibi plenè dixi, de conſti. Et hæc ſufficiant quo ad primũ.¶Concludo ergo,ꝙ dictum ſtatutũ extenditur ad forenſes,in territorio ſtatuentium
6 inſtrumentũ celebrari facientes. ¶Quo ad ſecundũ, an.ſ. ſtatutum ciuitatis modo prædicto ſimpliciter diſponens, extendatur ad totũ comitatum ciuitatis,breuiter cõcludendo,credo ꝙ ſic.Moueor primò,quia ubi tractatur de regimine ciuitatis,& ſic de populo,comitatus dicitur de ciuitate.unde omnia ædificia,quæ ſunt in cõtinentibus ciuitatis,uidentur eſſe in ciuitate; tex.eſt apertus in l.ædificia,ff de uerb ſigni. Hinc alibi dicit tex.ꝙ qui in continentibus urbis nati ſunt,Romæ nati intelliguntur, ut in l.qui in cõtinentibus,ff.eo.titu.& alibi dicit text. notabilis,qui ex uico ortus eſt, eã patriam intelligitur habere, cuius reipublicæ uicus ille reſpondet,ut in l.qui ex uico, ff.ad munici.ad idẽ.c.j.de uſuris,lib.vj.iuncta glo. in uer. alienigenas. Ad idẽ tex.not.in.l.j.§. cum urbem,ff. de offic.præfec.urb.ubi patet, ꝙ cõmiſſo regimine urbis uenit non ſolùm,quod murorũ ambitu cõtinetur,ſed ẽt totius comitatus ciuitatis.& ſic apertè ibi patet,ꝙ comitatus regitur legibus ciuitatis,cum ciuitas & comitatus reputentur una urbs.& ideo oẽs comitatiui dicuntur ciues ciuitatis,in cuius comitatu ſunt,ut in l.qui ex uico,& d.l.qui in continentibus,no.Bar.in l.j.ad municipa. & clarius in l.non dubito,ff.de capti. ubi per illũ tex. dicit notandũ, ꝙ caſtra,quæ ſunt de comitatu alicuius ciuitatis, poſſunt propriè dici populus nõ liber,& hoĩes illius caſtri dicuntur ciues illius ciuitatis,allegat.d.l. qui ex uico. ¶ Vltimo adduco ad hanc ſñiam not.per Barto.in l.ij.ff de uer
7 bo.ſignifica.ubi ex multis per eũ ibi tactis infertur† quòd condemnatis ciuibus, uidentur condemnati comitatiui, niſi aliud ex uerborũ diſpoſitione appareat,alleg.l.ciuitatibus,ff.de leg.j.&.l.ciuitas,ff.ſi certum peta. cũ ſimi.dicit ẽt,ꝙ quando ciuitas ponitur pro populo, tunc cõtinẽtur comitatiui ¶Concludo ergo, quòd niſi aliud probetur,ſatis eſt probata intentio inſtantis pro ſtatuto: quia probato,quòd caſtrum ſit de comitatu ciuitatis,debet regulari ſecundùm ſtatuta ciuitatis principaliter diſponẽtia,cum de iure cõi caſtra nullam iuriſdictionẽ habeant. ſed ſubſunt ciuitati, in cuius territorio conſiſtunt iuxta no.per Inno.in c.cũ ad ſedem,de reſti.ſpo.& per Bar.in l. j ff.de dam infe.& in caſu noſtro clariſſimè patet, quòd dictum caſtrum nõ habeat iuriſdictionẽ,cum in occurrẽtibus ueniant homines ad magiſtratũ ciuitatis, ut patet in atteſtationibus,& dicã latius in ſequenti dubio. ¶Condeſcendo ad tertiũ,an ſit ſufficienter probatũ,quòd dictũ caſtrum ſit de comitatu illius ciuitatis,ubi uiget ſtatutũ. Satis credo,ꝙ ſic.ad quod induco tex.quaſi apertum iuncta glo.ij.in c.cum olim,de cenſi.ubi gloſſ. apertè colligit ex illo tex.quòd ex quo cõtinetur in aliqua ſcriptura publica de finibus alicuius epiſcopatus,ei ſtandũ eſt,donec probetur contrariũ, licet illa ſcriptura principaliter facta ſit ob aliud,allegat pro cõcordantibus multa iura in argu.ſed inter cætera opti.facit.c.cum cãm, de proba. ubi patet,quòd in finibus epiſcopatus probandis non requiruntur probationes ſtrictiſsime, cũ iſta facta antiquiſſima non poſſint de facili probari.l. ſi arbiter,ff. de proba.&.c.quid per nouale,de uer.ſigni.unde ſufficit probatio per famã,& libros antiquos,& alia adminicula,& multa coniunguntur ſimul ad perficiendam probationẽ iuxta illud:Et quæ non proſunt ſingula,multa iuuant,ut ibi no.Et idẽ,quod illa glo.tenuit Inno.in d.c.illud,de præſump.per docto.in c.fi.de ſuc.ab inte.Vnde,cũ in caſu noſtro in multis inſtrumentis publicis præſertim productis pro parte aduerſa dicatur,licet incidenter,quòd dictum caſtrum ſit de comitatu illius ciuitatis, eis ſtandum,eſt, donec probetur contrarium, præſertim cum aſſertione inſtrumentorum concurrant dicta teſtium quæ & ſi plenè per ſe non probent:tamen negari non põt, quin uehementer adminiculentur,quę cum aſſertione, ſeu atteſtatione inſtrumentorum indubiè debent plenè probare ꝑ id quod leg.& no.in d.c.cum cãm,maxime, cum in caſu noſtro nõ agatur de proprietate caſtri, ſed de modico ꝑiudicio ad effectum ſcilicet, an debeat in caſu noſtro regulari ſcꝫm ſtatuta ciuitatis. unde negari non põt, quin tanta ſaltem oriatur pręſumptio,ut onus probandi cõtrariũ transferatur in aduerſam partẽ,ut leg.& no.in c.ut noſtrum,ut eccle.benefi.Et præſertim,ut dixi, cũ inſtrumenta ſint ꝓducta ꝑ aduerſam partẽ. Nã producens uidetur fateri contenta in inſtrumento,nõ ſolùm quo ad ea, quæ principaliter ibi diſponunt, ſed ẽt quo ad incidenter dicta,& nuntiata,unde ſup uerbis ibidẽ enumeratis põt dictus Raynerius fundare intentionẽ ſuam,tex. eſt aptus & no.in d.c.cum olim.Præterea & ulti.teſtes dicunt,ꝙ uiderunt hoĩes illius caſtri uenire pro ꝑtinentibus ad iuriſdictionalia ad dictã ciuitatem, ergo debet præſumi alio non probato,ꝙ aut ſunt de diſtrictu, aut de comitatu, & utroq; caſu eſt fundata intentio Raynerij ꝑ ſupradicta. Et ꝙ ualeat hæc argumẽtatio,uidetur ex ipſis dictis doctorũ in d.c.olim.nam,ut ibi no.iſta ſunt cõuertibilia:eccleſia eſt in diœceſi,ergo debet ſoluere iura epalia.& eccleſia tenetur ad epalia,ergo præſumitur in diœceſi. facit.c.j.de relig.domi.& qđ ibi no.ita ad ꝓpoſitum ualet hæc argumentatio:caſtrũ eſt in comitatu, ergo alio non ꝓbato,ſubijcitur ciuitati, & ipſius legibus ꝑ ſupradicta. ¶Item caſtrũ reſpondet ciuitati in iuriſdictionalibus, ergo præſumitur de comitatu,uel diſtrictu ciuitatis. ¶Nec obſt.ſi dicatur,teſtes nõ deponunt niſi de 14.mẽſibus, qa dico,ex quo nõ probatur,ꝙ anteriori tpe reſponderit alteri ciuitati,præſumitur ꝙ ſemper fuit,& eſt de comitatu iſtius ciuitatis per tex.no.& quod ibi no. per Inn. in d.c.j. de reli.domi.ubi probatur,qđ ſi dubitetur,in cuius diœceſi eſt eccleſia, præſumitur,quod ſit in diœceſi illius,qui probatur ibidem exercuiſſe aliqua iura epalia,ex quo nõ probatur aliũ eſſe in poſſeſſione aliorum iurium. Et hæc ſufficiant. NICO. ABBAS. Sicu.Panormi.

Super eadem materia.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*In prædicta cauſa dicti Raynerij Toſcani duo noua dubia orta ſunt. Primum,cum in inſtrumento contra eum producto deſit nomen imperatoris;& ad probandum conſuetudinem ad ualiditatẽ inſtrumenti producuntur ferè octo inſtrumenta, in quibus non eſt appoſitum nomen imperatoris in eodem territorio confecta, in quo fuit celebratum teſtamentum,de quo eſt præſens quæſtio. Item producuntur literæ teſtimoniales poteſtatis illius caſtri,ubi dictum inſtrumentum fuit confectum. qui poteſtas atteſtatur, quòd tam in ciuitate Mutinenſi,quàm eius diſtrictu, & comitatu & diœceſi multi notarij conſueuerunt publicare eorum inſtrumenta nomine imperatoris non impoſito. Quæritur,nunquid ex prædictis ſit probata conſuetudo loci,ut ad ualiditatem inſtrumenti publici non ſit neceſſe apponere nomen imperatoris. Secundum principale dubium an l.fi.C.ſi cer.pet habeat locũ in inſtrumentis publicis,etiam ſecundùm hodierna tempora, ita, ut per ius authenticorum non dicatur correcta, præſertim cum inſtrumentum,de quo quæritur, fuerit confectum extra muros eiuſdem caſtri.*

CONSILIVM LIIII.

1 *Vſus mulierum non inducit conſuetudinem.*
2 *Vni teſti non creditur, ẽt ſi ſynodali præfulgeat dignitate.*
3 *Iudicis uerbo nec ſcripturæ eſt credendum.*
4 *Scripturæ cuiuſcunque prælati non creditur de non ſpectantibus ad officium ſuum.*

CHriſti, eiuſque matris præſidio inuocato, attingendo dicta dubia cõcluſiuè ꝑꝑ tẽporis breuitatem,credo conſuetudinẽ per prædicta non fore probatã: quoniã ad ꝓbandũ conſuetudinem oportet,ꝙ probetur tacitus conſenſus populi, qui põt legem de nouo condere,ut.l.de quibus,& quod ibi not. per Bart.& alios,ff.de leg. & per Io.And.in c.fi.de conſue.hoc
1 notanter dixit Bart.in l.j.de legi. † & ꝙ uſus mulierum nõ inducit conſuetudinẽ,cũ ipſæ non poſſint edere leges, cũ lex & cõſuetudo æquipolleant,ut in d.l.de quibus. ſed cũ in caſu noſtro producantur ferè octo inſtrumenta confecta ſine nomine imperatoris,nec aliter appareat de cõſenſu populi,ſeu maioris partis tacitè uel expreſsè, ꝙ uoluerint tollere diſpoſitionem authenticæ, ut nomen imperatoris præponatur &c.ergo non põt dici,ꝙ ſit conſuetudo introducta in contrarium. certũ eſt.n.ꝙ inſtrumenta non fiunt coram omni populo,uel maiori parte, & põt eſſe ꝙ populus,uel maior pars nunquam uidit illa inſtrumenta, unde non põt dici,ꝙ ex illis ſit inducta cõſuetudo contra legẽ,non.n.probat hoc eſſe,quod ab hoc cõtingit abeſſe. l.neq; natales.C.de proba.& in c ij.de tranſla.præla.cum enim poſſibile ſit,ꝙ nemo præter illos,qui habuerunt illa inſtrumenta publicata,uiderit illa inſtrumẽta, ergo nõ põt dici,ꝙ ſit inducta conſuetudo populi,cum ad inducẽdam conſuetudinẽ populi oporteat,ut dixi, ꝙ actus fuerit toties & tam publicè agitatus, ꝙ uero ſimiliter uenerit ad notitiam populi,ut dixi in d.l.de quibus,& ibi per Bar.in l.j.& ij.C.quæ ſit lon. conſue. & ibi per Cy. nec.n. probatur in caſu noſtro, ꝙ illis inſtrumentis fuerit data fides in iudicio,ſeu extra ita palã & publicè,quòd peruenerint ad notitiã populi.& pro hoc opti. facit quod leg. & no.in l.cũ de conſuetudine,ff.de leg. ubi ad conſuetudinem probandã animaduertitur,an fuerit obtenta in contradictorio iudicio:quia per hunc actũ publicum & notorium præſumitur conſenſus populi,& per hoc tollo quorundã doctorum opinionẽ,qui dixerunt,quòd ubi dubitatur de uiribus unius inſtrumẽti, debent inſpici alia inſtrumenta,ſi ſint eiuſdẽ ſubſtantiæ.debet.n.eorum dictũ ſanè intelligi,quando.ſ.producuntur talia inſtrumenta, qbus probatur data fides tanquã publicis:aliàs ante omnia corruerent eodẽ morbo:qm̃ non debet ſumi ex inualida probatione plena probatio.hinc dicit tex.in c.j.de fi.inſtru.ſi ſcripturã authenticam nõ uidemus, ad exemplaria nihil facere poſſumus.nec eſt nouũ,ſeu inuſitatum,quòd in eadem ciuitate reperiant octo,& decẽ inſtrumenta deficere in ſolennitatibus debitis non tamẽ per imperitiã illorum notariorũ debemus dicere legibus eſſe derogatũ:imo illa inſtrumenta eſſe nulla legis authoritate,argu.in l.fi. in fi. C.de fideiuſ.nec põt dici,quòd inter notarios ſit introducta illa conſuetudo:tùm quia nõ ꝓbatur uerè uel pſumptiuè,ꝙ illa inſtrumenta uenerint ad notitiã notariorũ maioris partis illius ciuitatis:tũ quia ad hoc,ut inducatur conſuetudo,ut ſcripturæ nõ authenticæ detur fides,oportet probare,quòd tali ſcripturæ fides fuerit adhibita, ut eſt tex.apertus in c.cũ dilectus,de conſue.quod hic minimè fuit probatũ.Item notarij ſoli nõ poſſunt inducere cõſuetudinẽ concernentẽ totũ populum,qualis eſt hæc conſuetudo,cũ agatur,ut in iudicijs, & extra talibus inſtrumentis deficiẽtibus in ſolẽnitate debita detur plena fides ſicut.ſ.dixi in moribus mulierũ.Nec obſt.ſi dicatur,quòd uigore talium inſtrumẽtorũ fuit aliàs proceſſus agitatus, ut dicitur patere ex ꝓductione actorũ.Ad hoc.n. reſpondetur multipliciter. primo ꝙ illa acta non fuerunt geſta coram iudice,coram arbitratoribus,& bonis uiris,qui nõ ſolent procedere ſcꝫm iuris rigorem,ſed ſecundũ æquitatem

tatem ſæpe pro bona concordia tollunt de iure unius, & dant alteri, ut in c.niſi, de præben.& not.in l.ſi de meis.§. recepiſſe, ff.de arbi.&.l.ſocietatem.§.arbitrorum, ff.ꝓ ſocio, & quod legitur & not.in l.ſi dictum.§.ſi cõpromiſero, ff.de euic.Prætereà illa acta non fuerunt geſta ex toto in comitatu Mutinenſi, de cuius conſuetudine quæritur.Itẽ & fortius nõ apparet inde lata ſnĩa:& ſi qua lata fuit, non fuit lata in dicto comitatu & infra, & ſic non põt dici, ꝙ populus Mutinenſis tacitè conſenſerit; ut talia inſtrumenta ſine nomine imperatoris facerent fidẽ, nec ẽt fuit reuocatũ in dubium, an talia inſtrumenta ualerent. Item ſolũ probatur unicus actus: unicus aũt actus non ſufficit ad inducendã conſuetudinẽ: quia conſuetudo requirit frequẽtiã actuũ, ut l.j.& ij.C.quæ ſit lon.conſue. tenet Bart.poſt Guil.in d.l.de quibus.Nec obſt.litera teſtimonialis poteſtatis illius caſtri atteſtantis cõſuetudinẽ: quia in deciſionibus cauſarũ non ſtatur uerbo iudicis, ẽt cũ iuramẽto, ut in c.licet ex quadã, de teſti.ubi dicit tex. ꝙ uni teſti non
2 creditur, ẽt ſi ſynodali præfulgeat dignitate, † & nõ creditur ſoli dicto ẽt præſidiis prouinciæ, ut ibi, fortius nõ debet credi poteſtati unius caſtri.ad idẽ bonus tex.in c.cũ à nobis, de teſti, iuncta glo.ubi clarè patet, ꝙ uerbo alicuius iudicis non ſtatur in deciſionibus cauſarũ, niſi ſint plures, qui deponant in forma teſtimoniũ coram alio iudice, ut no.in gl.p̃ſertim doct. tenet ibi Inno. qui expreſsè di-
3 cit † ꝙ nec uerbo, nec ſcripturæ iudicis credendũ eſt, cum non hẽat officium atteſtandi, ſed iudicandi. quinimò cõis opi.doc.eſt in c.poſt ceſſionẽ, de proba. ꝙ literis teſtimonialibus ẽt epiſcopi nõ creditur, niſi leuitas p̃iudicij aliud inducat.In caſu aũt noſtro agitur de grauiſſimo præiudicio: quia ſi nõ probatur cõſuetudo, uenit reus abſoluendus à petitione.xij. miliũ florenorũ, unde poteſtas unius caſtri de facili poteſt corrumpi ad teſtificandum conſue-
4 tudinem. & dixit Inno. in c.j.& ij. de fid.inſtru. † quòd ſcripturæ cuiuſcunque prælati, non creditur de non ſpectantibus ad officium ſuum, cum hæc poteſtas ſit data notarijs, & non iudicibus: atteſtandi autem conſuetudinem eſſe in loco non ſpectat ad officium poteſtatis. Prætereà iura uolunt, ut conſuetudo probetur, cum conſiſtat in facto, ut in l.j.& ij.C.quæ ſit lon. conſue. & dicit Cy.in d.l.ij.ꝙ debet conſuetudo ꝓbari ꝑ teſtes ſolenniter deponentes duos ad minus.Et difficillimũ eſt probare cõſuetudinẽ, ut ibi probatur, & in c.fi.de cõſue. unde multi credunt conſuetudinẽ eſſe, & ut plurimũ aberrant. Vnde inter cætera teſtes debent ꝓbare tria ſecundũ Cy. in loco præalle.uidelicet uſum populi, & uſus frequentiã, & tp̃is diuturnitatem, quod in caſu noſtro minimè probatũ eſt.quinimò præſuppoſito & non conceſſo, ꝙ literis poteſtatis in hoc debeat credi: tamen literæ in iſta cã ꝓductæ non ꝓbant cõſuetudinẽ, cũ poteſtas ſolũ dixerit, ꝙ multi conſueuerunt publicare eorũ inſtrumẽta ſine nomine imperatoris, in eo, quod dicit, multi, & non dicit, oẽs, uel maior pars, nec dicit quòd illis inſtrumentis fuit data fides in iudicijs, uel extra, quod neceſſariũ requiritur ad inducendam conſuetudinẽ, ut probatur in d.c.cum dilectus. Item ſimpliciter dicit, ꝙ conſueuerunt publicare &c.non enim dicit, quòd cõſueuerunt per tanta tẽpora, ꝑ quæ ſit inducta conſuetudo, & ſic nõ deponit ſuper diuturnitate tp̃is, quod eſt neceſſariũ ad probandũ conſuetudinẽ.Nã uerbũ, conſueuerunt, nõ ſemper denotat perfectã conſuetudinẽ, ad hoc quod leg.& no.in.c.cũ eccleſia Sutrina, de cau.poſſeſſi.& proprie.imò hoc & bene põt uerificari in bino, uel trino actu, ut in l.iij.C.de epi.audi.25.q.2.in c. ita nos.ꝓbatio aũt debet concludere neceſſario, ut c. in præſentia, de proba.Ex his clarè concludo quo ad ſecundùm, quòd per prædicta nõ ſit probata conſuetudo, ut in ciuitate, & comitatu Mutinen.non ſit neceſſe apponere nomẽ imperatoris: per conſequens dictum inſtrumentum nullam fidem facit, ut in autẽ.ut præpo.no.impe.nec põt dici, quòd iſta ſit modica ſolẽnitas, cuius defectus non habeat uitiare actum, ut in l.j.ff.de uen.inſpi.quia dico, quòd iſta non eſt modica ſolẽnitas, cũ ad eam introducendã emanauerit.d.authen.cũ tãta ſolẽnitate, & ut ibi colligitur ex tex.& glo.aliter ipſo iure nõ ualet inſtrumentũ.ineſt ergo ſolẽnitas ſpecialis, maximè cũ ibi apponatur uerbũ, omne, quod habet excludere oẽm diſpenſationẽ, & diſpoſitionẽ inferioris iuxta glo. not.in cle. ut hi qui, de æta. & quali. Super hoc ultimũ fortè poſſet attentari, qđ nõ ualuit cõſuetudo introducta ſine conſenſu principis in cõtrarium, maximè cũ imperator illam ſolẽnitatẽ induxerit non ſolùm ut falſitas facilius poſſit deprehendi, ſed ẽt ad eorũ honorem & memoriã imperij: ſubditi aũt non poſſunt ſtatuere, & per conſequens nec conſuetudinem introducere contra inducta in fauorem principis. Niſi fortè eſſet talis conſuetudo, de cuius initio nõ eſt memoria, ut in c.ſuper quibuſdam, de uerbo.ſig.facit quod not.Bar.in.l. oẽs populi, ff.de iuſti.& iure.& cum temperamento poſſet intelligi.c.cum dilectus, de fide inſtru.de hoc tamen ultimo de præſenti non firmo. NICO. ABBAS.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

FACTVM, *ſuper quo de iure conſilium petitur, in terminis infraſcriptis in effectu continetur. Quidam ueniens ad mortem, inſtituit hæredem hoſpitale ſanctæ Mariæ: & inter cætera onerauit dictum hoſpitale, ut deberet quolibet anno certis temporibus in teſtamento deſcriptis diſtribuere unum modium frumenti pauperibus uenientibus ad dictum hoſpitale pro eleemoſyna petendã: denique poſt mortem teſtatoris lapſi ſunt quadraginta anni longe ultra, intra quæ tempora nunquam dictum legatum fuit executioni mandatum: tunc diœceſanus loci inſtat pro executione dicti legati: replicat hoſpitale, quòd cum per quadraginta annos, & ultra non habuerit memoriam dicti legati, eſt illi præſcriptũ, unde quemadmodum de alijs bonis poteſt diſponere ad pias cauſas libere, & abſolutè, ita & de illis bonis relictis per teſtatorem. Quæritur, nunquid præſcriptione poſsit dictum hoſpitale ſe tueri.*

CONSILIVM LIIII.

1 *Præſcriptio contra uxorem non currit in rebus dotalibus, conſtante matrimonio.*

2 *Præſcriptio quadraginta annorum currit in legatis factis pauperibus incertis.*

CHriſti, eiuſque matris præſidio inuocato, Videtur primò dicendum quòd nõ: quia non ualenti agere non currit præſcriptio, ut in l.j.C.de anna. exceptio. ubi dicitur, quòd durante patria poteſtate, non currit præſcriptio filio in bonis aduentitijs: quia, illa durante, filius non habet illrum bonorum adminiſtrationem: ſed omnimoda admi-
1 niſtratio pertinet ad patrem. † Idem probatur in uxore conſtante matrimonio. non enim currit contra eam præſcriptio in rebus dotalibus: quia conſtante matrimonio agere nõ poteſt.l. in rebus, C.de iure do.Ad idem.c. quia diuerſitatem, de conceſſ.preben.& c.ex tranſmiſſa, de præſcr.ſed in caſu noſtro legatũ erat factũ pauperibus incertis, qui non poſſunt rõne incertitudinis agere. ergo ꝯ eos non debet currere præſcriptio.& hãc opi.tenuit Anto.de Bu.in c.nihil, de præſc.& in hoc caſu intellexit illum tex. Secundò principaliter contra p̃ſcriptionem arguit alio modo, & ſic præſcriptio, bona fide remota, non adiuuat p̃ſcribentem, ut in c.uigilanti, & c.fi.de præſcr.& in reg.poſſeſſor malefidei, de regu.iu.li.vj.ſed in caſu noſtro nõ debet præſumi bona fides, ſed mala: quoniam cum hoſpitale ſit hæres extraneus p̃ſumitur notitiam habere teſtamenti, ut no.Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres, ff.de uer.obli. malafides autem probari poteſt ex coniecturis, ut no. idẽ Bart.in l.Celſus, ff.de uſuc.& facit l.dolum, C.de dolo, & c.ij.de renun.lib.vj.ergo cum hoſpitale præſumatur habere notitiam teſtamenti, in quo continebatur dictum legatum, non poteſt allegare præſcriptionẽ: quia præſumitur in mala fide.Tertiò facit l.fi.C.de ſacr.ecc. ubi patet, ꝙ in legato facto pro redemptione captiuorum ſola currit p̃ſcriptio centenaria.unde ſaltem hoc caſu deberet interuenire præſcriptio centum annorum, probatur aliter, & ſic omnia bona hoſpitalis principaliter ſunt deputata in eleemoſynam pauperum, ut in cle. quia contingit, de reli.domi.ergo non uidetur, quòd hoſpitale poſſit allegare præſcriptionem, ne dictum modium frumenti diſpenſet inter pauperes.Eſt enim talis præſcriptio contra ius, uel tanti temporis curſum, de cuius initio non eſt memoria, ut in d.c.j.de præſcrip.lib. vj.Sed his non obſtantibus contrariam ſententiam arbitror in caſu noſtro ueriorem Et primò quòd in caſu noſtro habeat locum præſcriptio, contra opin domi.Anto. ſoleo adducere tex.expreſſum, cui impoſſibile eſt reſponderi in l.ut inter diuinum, C.de ſacroſ.eccl. ubi probatur, ꝙ contra legatum factum pro redemptione captiuorum, currit præſcriptio, & tamen captiui duplici iure agere nõ poterant. primò quia captiui. ſecundò quia incerti, ſed his non obſtantibus currit præſcriptio, quia epiſcopo tanquàm adminiſtratori pauperũ datur actio contra eccleſiam in bonis ſuis, licet ipſum corpus eccleſiæ tanquam inanimatum agere non poſſit, attamen ex negligentia adminiſtratoris currit præſcriptio, ut in titul.de præſcrip. per totum. Idem uidemus in bonis minoris, qui licet non poſſit eſſe in iudicio ſine authoritate curatoris, inſtit.de cura.& in l. clarum, C.de auth. præſtan. tamen ex negligentia adminiſtratoris currit præſcriptio, ut l. ſicut, C.de præſcrip. xxx.annorum.Et hoc idem in caſu noſtro uoluit gloſſa.in d.l.ut inter diuinum. quæ dicit idem dicendum in legato facto pauperibus, quod in legato facto pro redemptione captiuorum. & debet gloſſa intelligi in legato facto pauperibus incertis, ſicut text.loquitur de captiuis. Item quia text. ibi facit expreſſam mentionem de relictis factis hoſpitali. Ad idem induco alium pulcherrimum text.in authen. de eccleſ.titu.in §.pro temporalibus.ubi tex.generaliter dicit, quòd in legatis & hæreditatibus ad pias cauſas ſpectatur præſcriptio hodie quadraginta annorum unde ponderanda ſunt uerba illius tex. in eo, quòd indiſtinctè admittunt præſcriptionem quadragenariam in legatis ad
2 pias cauſas, ſed † negari non poteſt, quin legatũ factũ pauperibus incertis, ſit ad pias cauſas, cum omne legatũ factũ pro anima, dicatur ad pias cauſas, ut not.in l.ſi quis Titio ff.de leg.ij. & in l.relatum, de teſt.& hanc opi.iamdudum tenui in lectu.in d.c.nihil. hoc dico, ut ceſſet præſumpta affectio caſus imminentis, & reperio, quòd expreſsè idem ſenſit Fede. de Sen. doctor egregius conſil. 101. ubi plus uoluit, quòd nedum hoc caſu curreret præſcriptio, ſed etiam quòd ſufficeret tricenaria: motus, quia hoc caſu cõpetit epiſcopo actio, non ut epiſcopo, ſed ut adminiſtratori pauperum. competit enim epiſcopo ſecundum eum pro iſtis legatis factis pauperibus conditio ex. l.nulli, & l.ſi quis ad declinandam, C.de epiſcop.& cleric quæ quidem conditio tollitur ſpatio.xxx.anno. ut in l. ſicut, C. de præſcr.xxx.anno. & ſic uoluit Fede. facere differentiam inter legata facta pauperibus, & facta eccleſijs. quia reſpectu eccleſiarum requirit quadragenariam, ſed reſpectu pauperum dicit ſufficere tricenariam. Hoc tñ ultimum non ſoleo approbare imo contra eum uidetur caſus in d.§.pro temporalibus ubi generaliter dicitur, quòd in legatis ad pias cauſas non currit p̃ſcriptio minor quadragenaria.ad idẽ opt.facit.l.j.C.de ſac.ecc.ubi æquiparatur legatum factum eccleſijs, & ꝓ redẽptione captiuorum, ſeu pauperibus, quo ad præſcriptionẽ inducendam. in utroque.n.caſu ſtatuebatur iſto tempore terminus centũ ann.ex quo euidenter colligitur, ꝙ hæc actio nõ regulatur ſm̃ alias actiones; ſed eſt priuilegiata fauore pauperum, ſicut illa, quæ cõpetit ꝓ eccleſijs, iura.n.nõ minus fauent pauperibus quo ad præſcriptionem inducendã, quã eccleſijs, ut in d.l.fi.& 16.q.j.nam propter pauperes alendos bona fuerunt reſeruata eccleſiæ in primitiua eccleſia xij.q.j.c.uidentes.Ex his omnibus apertè concluditur, ꝙ in legatis factis pauperibus incertis currit præſcriptio xl. ann.ſi ergo currit præſcriptio, ut hæres non cogatur ſoluere, ſed ſibi lucrifacere, ut in d.l.fi.& d.§.pro temporalibus ergo fortius in caſu noſtro eſt admittenda præſcriptio, quæ uenit non ad prophanandum.i. ad conuertẽdum in prophanos uſus, ſed ad commutandum in aliam piam cauſam. nam hoſpitale uult in piam cauſam diſponere bona hæreditaria, quemadmodum egit de alijs bonis hoſpitalis. Simile uidemus in eccleſia, cuius bona ex diſpoſitione teſtatoris, ſeu fundatoris deputantur ad certum uſum ut puta in alimoniam miniſtrorum illius eccleſiæ, & pro alijs neceſſarijs ipſius eccleſiæ, ut in c. paſtoralis, de his, quæ fiunt a præla. & tamen præſcribitur contra eam per aliam eccleſiam in illis bonis, ut ſi deputentur ad uſum illius eccleſiæ præſcribentis, ut in c. ad aures, & c. ſanctorum, & c. j. de præſcript. & c. quarta, & c. illud eod. titu. & 16. q. iij. c. licet, & c. inter memoratos, cum ſi. quinimò etiam laicus præſcribit contra talia bona eccleſiarum deputata ad certum pium uſum, ut in c.j.de præſc.li.6.& in c.cauſam, e.tit.ꝑ locũ a ſpeciali; fortius ergo debet ualere præſcriptio in caſu noſtro, ubi agitur de modico præiudicio, cum omninò in piam cauſam talia bona ſunt expendenda. ¶Concludo ergo, ꝙ in caſu noſtro poteſt hoſpitale ſe tueri ꝯ diœceſanum loci præſcriptione.xl. ann, bona fides aũt præſumitur regulariter in præſcribente, ut no.in c. ſi diligenti, & c.fi.de præſcr. & per Bar.in d.l.Celſus.non obſtant cõtraria ſuperius all.Et primò reſpondetur ad l.j.& l.in rebus. procedunt enim illa iura in uxore, & filiofamilias, quinullo modo ualent agere, durantibus patria ptãte, & matrimonio ſed in caſu noſtro eps poteſt agere tanquã adminiſtrator pauperũ, ut d.l.nulli, & l.ſi quis.unde ꝑꝑ ſuam negligentiam currit p̃ſcriptio, ſicut currit in bonis eccleſiæ quæ non minus ſunt priuilegiata, quã legata facta pauperibus.& eodem modo reſpondetur ad c.quia diuerſitatẽ. & c.ex tranſmiſſa, procedunt enim in non ualente agere, opi.autẽ do.Ant.non probatur iure.nam fundabat ſe ſuper.d.l.j.cui ſatis eſt reſponſum, & per tex.d.c.nihil, quem doct.cõiter intelligunt alio modo, quàm ipſe intelligat. ¶Ad ſecundum contrarium de præſumptione malæfidei propter teſtamentum reſponde, quòd procederet, ſi teſtamentum fuiſſet repertum in hoſpitali, ſed in caſu nr̃o fuit alibi repertum.Itẽ ꝓcederet, ſi rector illius loci, cui hr̃ditas fuit relicta, fuiſſet perpetuus: ſed adminiſtratores illius loci quotidie remouentur ad libitum rectoris hoſpitalis

ſpitalis maioris.unde uidelicet præſumatᷣ ſciẽtia in eo, q
erat adminiſtrator tpe apprehenſionis bonorum,quo ca-
ſu ꝓcedit dictum Bar.præal.tñ in ſucceſſore nõ p̃ſumitur
iſta ſcientia,ex quo enim reperit hoſpitale illa bona poſ
ſidere,potuit pręſumere,ꝙ ex aliqua legitima cauſa poſ
ſidentur,& ſic a ſe potuit præſcriptionem inchoare,ut eſt
tex.iuncta glo.in c.de quarta,de præſcri. tenet Dy. in ca.
poſſeſſor, de reg.iur.lib.vj.facit quod no.Bar. in l. cũ hæ-
res,de diuer.& temp.præſcrip. ¶Ad tertium de.l.fi.reſpõ
detur,ꝙ procedebat ſecundum illa tempora, ſed hodie
& pro iſtis legatis ad pias cauſas ſufficit præſcriptio xl.an
norum,& eccleſiæ Romanæ duntaxat reſeruatur præſcri
ptio centenaria,ut in autᷣ.quas actiones,C.de ſacr.eccl.&
ibi per doc.& no.in d.§.pro temporalibus.& 16.q.4.ca. fi.
¶Ad quartum & ulti.arg.dico.ꝙ procederet, ſi rector ho
ſpitalis uellet bona hoſpitalis conuertere in prophanos
uſus;quo caſu præſcriptio eſſet contra ius,ſed in caſu no-
ſtro uult diſponere in piam cauſam iſta bona, ſicut reli-
qua bona ipſius hoſpitalis,& ſic non eſt contra ius,imò cõ
formatur iuri,ut in d.cle.quia contingit; & ſic ſufficit bo-
na fides unà cum curſu quadraginta annorum. Et hæc
ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM LV.

1 *Cauſa nullitatis deuoluit otum negotium ad ſuperiorem.*
2 *Statutum tollens dictionem nullitatis, debet intelligi,niſi nullitas ſit patens.*
3 *Præſcriptio ſine poſſeßione non procedit.*

IN cauſa,quæ ad præſens uertitur inter cõ
mune Serteani ex una parte,
& communitatem Caſtilionicelli ex alia ſuper q
buſdam finibus,quoniam per alios,& per me alias plenè
ſcriptum extitit in fauorem communitatis Serteani, pau
cis in præſentiarum utar uerbis concluſiuè,omiſſa argu-
mentorum inductione procedendo, & proſequar princi-
paliter quatuor membra.¶Primò circa ualiditatem ap-
pellationis interpoſitæ per commnne dicti Serteani a ſen
tentia lata contra eos ſuper dicto poſſeſſorio. ¶Secundo
præſuppoſito ſine ueritatis præiudicio,ꝙ non potuit ap-
pellari,an ſaltem per uiam nullitatis ſententiæ debeat au
diri.¶Tertiò an in cauſa appellationis, ſeu nullitatis de-
beat dictum commune obtinere in poſſeſſorio. ¶Quartò
an idem ſit dicendum in petitorio,ut.ſ.pro dicta commu-
nitate ſit ferenda ſententia. ¶Circa primum quamquam
uideatur obſtare huic appellationi interpoſitæ pro com-
mune Serteani.l.unica.C.ſi de momen.poſ.fue.appel. tñ
Bar.melius,quàm alibi intellectum illius. l. examinauit
in l.ij.ff.de appel.reci.ubi inter cæteras notabiles limita-
tiones,quas ponit ad ſolu.illius.l.dicit illam.l.non proce
dere,quando alteri iniuſtè aufertur ſua poſſeſſio:quia tũc
talis ſententia lata ſuper poſſeſſorio eſt magni præiudi-
cij,cum grauiſſimum ſit perdere poſſeſſionem ſine cauſa
ut in l.fi.C.ſi per uim uel alio modo,& l.ulti.C.de rei uẽ
di.& in §.commodum,inſti.de interdi.ſaltem in eo,qui nõ
ualet niſi remedium poſſeſſorium intentare,& ex difficul
tate probandi dominium ſæpe perdita poſſeſſione perda
tur dominium,ut in effectu in c.ſæpe.de reſti.ſpo.ubi tex.
nota ideò intelligit Barto.in d.l.unica, quando per ſen-
tentiam poſſeſſor reponitur in priſtinum ſtatutum, quia
tunc parat modicum præiudicium;quia ſicut prius habe
bat petere,eodem modo poterat nũc poſt ſententiam rẽ
petere.probat ratione nam illa lex unica eſt fundata in re
motione appellationis ſuper modicitate p̃iudicij, ut no.
ibi,& per glo.in d l.ij.ſed negari non poteſt,quin fiat pręiudicium,qñ per ſententiam aufertur poſſeſſio ſine cauſa
legitimè eam habenti.ergo poteſt tunc appellari, & præ-
ertim hoc eſt tenendum,quia de iure canonico à tali ſen
tentia indifferẽter poteſt appellari,ut leg.& no. in c.cum
ad ſedem,de reſti.ſpo.& in cle.unica,de ſequeſt. poſſeſ. in
fi.Ius ergo ciuile deuians ab hac diſpoſitione æquiſſima,
debet,quantum fieri poteſt,reſtringi.¶Aliam limitatio-
nem ſolennem,quantum ad propoſitum noſtrum poſuit
idem Bar.in d.l.ij.dicens, quòd d.l. unica non interdicit
ſimpliciter appellationem in poſſeſſorio,ſed ſolum diſpo
nit, ut non obſtante appellatione, ſententia conſequatur
effectum ſuum,quaſi dicat,ꝙ licet alias appellatio diffini
tiua ſuſpendat executionem ſententiæ,ut in l.j.ff. ad Tur
pil.& l.ij ff. de pœnis, & l. unica.§.inter, ff.nil noua.ap-
pellat.pendent.& capit.uenientes,de iureiuran.cum ſimi.
tamen hoc caſu propter modicitatem præiudicij fit exe
cutio; ſed nihilominus proceditur ſuper appellatio-
ne, & ea iuſtificata retractatur executio. nec hoc eſt
nouum. nam idem uidemus in appellatione interpo-
ſita ab executore. per talem enim appellationem non
ſuſpenditur ex toto executio, ſed proceditur, prout
hr̃ in l.ab executione,C.quo appel.non reci. Item ſimile
uidemus in appellatione ab interlocutoria, quæ non im-
pedit proceſſum iudicis,nec inducit retractationem atten
tatorum,niſi ea prius iuſtificata,ut in c.non ſolum de ap
pel.lib. 6.& hæc ſunt de mente Bar.in d.l.ij. quæ dicta pu
to uerißima,& notanda.Vnde ad propoſitum noſtrum,cũ
per ſententiam latam a commiſſarijs dominorum aufer-
tur iniuſtè communitati Serteani legitima eorum poſſeſ
ſio,potuit a tali ſententia communitas appellare.Item ex
alia ratione proximè dicta poteſt dicta appellatio iuſtifi-
cari;& hoc quo ad primnm.¶Quo ad ſecundum, præſup-
poſito ſine ueritatis præiudicio,quòd appellari nõ potue
rit,an ſaltem per uiam nullitatis debuerit audiri dicta
cõmunitas Serteani,in dubio puto ꝙ ſic per tex.no.in ca.
licet,de ſenten.excom.lib.vj. ubi probatur, ꝙ per deſer-
tionem appellationis non excluditur uia nullitatis. Item
probatur per locum a ſpeciali in cle.unica,de re iudi. fa-
cit quod legi.& no.in l.j.C.quando prouoca.non eſt ne-
ceſſ.& in l.ſi expreſſim,ff.de appellatio.& in c.ſæpe,& c.di
lecto,de appellationibus. quinimò notanter dixit Barto.
1 in dicta.l.ſi expreſſum, † quod. cauſa nullitatis deuoluit
totũ negotium ad ſuperiorem; ita. quòd ſuperior poteſt
corrigere in parte & in totum,& ſupplere.& omnia face
re,quæ primus iudex debuiſſet facere, ſicut contingit in
remedio appellationis;alr̃.dicta Inn.in c.cum contingat,
de offi.deleg.Nec obſt.ſi dicatur ſtatutum huius ciuitatis
Senarum obuiat dictioni nullitatis,põt enim ad hoc mul
tipliciter reſponderi,ut enim mihi in facto præſupponi-
tur,ſtatutum ſolum dicere;ꝙ ſi appellatio efficitur deſer
ta per lapſum duorum menſium,intra quos appellatio de
bebat expediri,ꝙ non debet pars deſerens amplius in il-
la cauſa audiri per uiam nullitatis.hoc enim ſtatutũ pri-
mò non obſt.quia negatur per partem appellationẽ fuiſ-
ſe deſertam,& ſaltem non fuit deſerta ex hoc capite ſta-
tuti:quia non per lapſum duorum menſium.unde,cum il-
lud ſtatutum ueniat contra ius,debet ſtrictiſſimè intelli-
gi,ita,quòd non debet excedere caſum proprium. in quo
loquitur,ut leg.& not.in c.cum dilectus, de conſue. & in
l.ij.C.de nox.act.in c.in noſtra,de iniu.& l.iij.§. hæc autẽ
uerba,ff.de nego.geſt.& quod not.Bar.in l.omnes populi
ff.de iuſti.& iu.& Io.An.ſuper reg.pro poſſeſſore,in Mer-
cur.Item quia non debet induci iuris correctio, per iden
titatem rationis,ſaltem quę non eſt expreſſa.ut not. Bar.
in



in authẽ.quas actiones,C.de ſacroſ.ecc.& facit quod no.
Bar.in l.liberorum,ff.de uer.ſig.†Pręterea ſtatutũ tollẽs
dictionem nullitatis,debet intelligi,niſi nullitas ſit patẽs
uel incontinenti poſſit probari;ad hoc.c.cum Bertoldus,
in fi.de re iud.& gl.no.in l.j.§.ſiue autem,ff.de tab.exhi.ꝑ
Bal.in l.data opera, C.qui accu.non poſſ.in commento
maiori. per Old.ſuo conſ.45.quod inci.cum litera exe-
cutoria;& alle.pro caſu.l.penul.C.quando prouo.nõ eſt
ne.& de reſt.ſpo.c.literas, penul.reſponſo.ibi dum dicit,
& probationes offeruntur incontinenti.Et adduco no.gl.
in c.ſuſcitata, de in inte.reſt.in uer.effectum ſententiæ. q̃
clarè concludit, ꝙ diſpoſitio tollens dictionem nullita-
tis,non debet intelligi de illa, quæ poteſt incontinẽti ꝓ-
bari. & facit quod no.Pau.in cle.unica, de renun.probat
ratione. nam in dubio non eſt præſumendum, ꝙ ſtatuen-
tes uelint fouere apertius iniuſtitiam, & tollere de iure
unius,& dare alteri: imò tale ſtatutum nutriens apertam
iniquitatem,eſſet nullum.4.diſt.c.erit autem lex, & in c.
fi.de præſcr.no.Bar.in l.omnes populi,ff.de iuſt.& iu.& in
l.fi.C.ſi contra ius uel uti.pub.ſi nullitas ſententiæ eſſet
notoria,quæ incontinenti poſſit probari iniquum eſſet,
ꝙ talis exceptio excluderetur.eſſet.n.tollere defenſionẽ
quæ eſt de iure naturali, ut in cle.paſtoralis, de re iudi.
ergo intellectus illius ſtatuti non eſt reducendus ad ca-
ſum noſtrum,in quo euidenter conſtat de nullitate ſentẽ
tiæ,maximè in eo,ꝙ fuit lata in eccleſia,ut in c.decet, in
fi.de immu.eccle.lib.vj.& hanc & alias cauſas nullitatis
huius ſententiæ plenè tetigi in alio conſ.quod in hac ma
teria nullitatis ſcripſi. Vlterius probatur alia conſidera-
tione,ubicũq; ſtatutũ. ſeu lex diſponit cauſa non expreſ-
ſa,debemus conſiderare rationem naturalem,quę potuit
mouere legiſlatorem;& illa eſt unica & indubitata, quia
alia ratio non poteſt naturaliter coniecturari, debemus
ad limites illius rationis coniecturatæ legem extendere,
& reſtringere,ut no.dixit Cy.poſt alios in l.non dubium,
C.de legi.& Bal.in l.maximum uitium, C.de lib.præte.
facit tex.in l.ſcire oportet, in uer.ſufficit,ff.de excu.tut.
& gl.no.in l.tale pactum, ff.de pac.ſed in dicto ſtatuto nõ
poteſt alia ratio naturaliter conſiderari in eo, ꝙ tollit
dictionem nullitatis appellationis inductam per lapſum
duorum menſium,niſi quia ſtatutũ præſumpſit, ꝙ ex quo
non expediuit appellationem intra duos menſes, præſu-
mitur,ꝙ calũnioſè opponit de nullitate cauſa differendi
executionem ſententiæ. ſimile in d.cle.unica, de re iud.
ſed ubi eſt euidens,& clara nullitas,ceſſat pręſumptio ca
lũniæ;ideo debuit ceſſare diſpoſitio;ad hoc bonus tex.in
d.c.literis.Præterea & ultimò,ex quo pars Serteani fuit
de facto admiſſa ad probandum iniquitatem, ſeu nulli-
tatem ſnĩæ,& eam probauit;eſt pro ea ferenda ſententia;
ad hoc notabile dictum Inn.in c.cõſtitutus, de fil.presby.
ubi dicit,ꝙ conuentus poſſeſſorio recuperandæ non de-
bet redire ante reſtitutionem ſuper proprietate: tamẽ ſi
de facto fuit admiſſus,& eam probauit, debet iudex pro
eo ferre ſententiam. hinc no.dixit etiam Inn.in c.dilecta
de reſcrip.& in c.cum Bertoldus,de re iud.ꝙ licet,poſt-
quam ſententia tranſiuit in rem iudicatam, non debeat
audiri pars aduerſa ſuper nullitate ſententiæ; tamen ſi
de facto fuit admiſſa,& iniquitatem probauit eſt retractã
da ſententia,non obſtante tranſitu in rem iudicatam: qa
de qua re iudex cognouit de ea debet pronuntiare, ut in
c.cum ſuper:de cau.poſſ.& proprieta.& in l.de qua re,ff.
de iudi.& hæc ſufficiant quo ad ſecũdum membrum. ¶In
tertio membro procedam breuius: quia in facto mihi p̃-
ſupponitur,quòd communitas caſtri Serteani probauit
poſſeſſionem dictorum finium antiquiorem, quam pars
aduerſa.Item per plures.& meliores teſtes, adduxitq; ti-
tulum,ſeu titulos. pars autem aduerſa nixa eſt ſolum ꝓ-
bare poſſeſſionem. quare ex triplici capite,quorũ quod-
libet per ſe ſufficit ad uictoriam.dico,ꝙ dicta communi-
tas Serteani debet obtinere in poſſeſſorio retinendæ, qa
ubicũq; utraq; pars probat per teſtes poſſeſſionem,& fun
dat ſe ſuper eadem ſpecie poſſeſſionis, cum impoſſibile
ſit,ꝙ duo eandem rem,& eodem modo inſolidum poſſi-
deant, ſeu poſſederint, ut in c.licet, de proba.& l.iij.§.ex
contrario,ff.de acqui.poſſ.ferenda eſt ſentẽtia pro ea par
te,quæ ꝓbauit per plures ſeu meliores teſtes.& ubi hinc
inde eſſet paritas teſtium, eſt ſnĩa ferenda pro proban-
te poſſeſſionem magis diuturnam & antiquam: & ſi depo
nant utriuſq; partis teſtes ſuper eodem tempore, fertur
ſententia pro eo, qui ultra poſſeſſionem probauit titu-
lum. Nam in his caſibus is,qui melius probauit, præſu-
mitur uerè poſſediſſe. alia uero pars præſumitur po-
tius occupaſſe temere, quàm poſſediſſe. iſta probantur
notanter per tex.& glo.& doc.in c.licet, præalleg.clariſ-
ſimè uoluit Bart.in l.ſi duo,ff uti poſſ. Idem Iacob.de
Are But.& Cy.in l.j.C.eo. At in caſu noſtro communi-
tas Serteani non ſolum præualet in uno ex prædictis: ſed
in omnibus tribus probauit non tantum per plures &
meliores teſtes.Item antiquiorem poſſeſſionem, ſed etiã
titulum.ideò cõitas debet eſſe ſuperior in interdicto,uti
poſſidetis: & alteri parti, quæ præſumenda eſt iniuſtam
quandoq; poſſeſſionem intraſſe, & aliquod commodum
percepiſſe,debet pręcipi de cętero, ne audeat moleſtare
communitatem Serteani,& forma ſententiandi clarè col
ligitur ex d.c.licet.¶Et per hoc infero ad quartum mem
brum principale.dico.n.ꝙ pro dicta communitate Sertea
ni eſt ferenda ſententia,etiam quo ad proprietatem. nam
ultra titulum probatum probant præſcriptionem longiſ
ſimi temporis: communitas uero Caſtronielli non poteſt
3 pretendere præſcriptionem:†quia præſcriptio ſine poſſeſ
ſione non procedit,ut in regula, ſine poſſeſſione, de reg.
iu.lib.vj.ſed ipſi homines dicti caſtri non præſumuntur
poſſediſſe, ſed potius iniuſtè poſſeſſionem intraſſe, ut ſ.
dixi;ergo non probant præſcriptionẽ.nã,ut prædixi,cer-
tũ eſt,ꝙ cõitas Serteani, quæ uerè præſumitur poſſediſ-
ſe, præſcripſit ratione poſſeſſionis, & præſumitur bona
fides maximè intercedente titulo, ut in l.penult.C.de
euic.per Bar.in l.Celſus, de uſucap.tenet glo.in c.ſi di-
ligenti,& c.fi.de præſcrip. ergo pars aduerſa eodem tem
pore non præſcripſit:quia ſicut impoſſibile eſt,ut duo in-
ſolidum, & eodem tempore poſſideant, ita impoſſibile
eſt,ut duo eodem tempore eandem rem præſcribant;& fa
cit quod no.Din.in regula, ſine poſſeſſione, de reg.iur.
lib.vj. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM LVI.

1 *Reſpectus debet haberi ad monetã antiquã in diſpoſitione legis.*
2 *Puniendus an quis ſit ſecundum legem exiſtentem tempore delicti, an ſecundum illam, quæ reperitur tempore ſententiæ.*

QVòd ſolutio fieri debeat ad æſtimationẽ mo-
netæ antiquæ, quæ erat tempore, quo
dominus noſter Papa diſpoſuit ſuper emptione
bonorum ſtabilium, ſeu ſolutione annua fienda mona-
ſterio Mõtis maioris, uidetur tex.iũcta gl in uerbo, duos
ſolidos, in c.conquerente, de offi.ord. Nam ex diſpoſi-
tione legis canonicæ fuit inductum, ut quilibet ſolueret
annuatim ꝓ cathedratico,ſeu ſynodatico epiſcopo diœ-
ceſano duos ſolidos.5.q.1.c.1.& in d.c.conquerente. & ta
men glo.notanter dicit, quòd iſti ſolidi ſunt ſoluendi

ſecundum æſtimationem illius monetæ, quæ ab antiquo
& ab initio ſolui cõſueuit, niſi circa ſolutionem minoris
monetæ, quæ nũc eſt in uſu, ſit præſcriptum, ſiue ſit maior
moneta, ſiue minor: & ad hoc alleg. c. olim, de cenſi. & illa
gl. à nemine ibi reprobat. Secundò ad idem uidetur tex.
in d. c. olim, de cenſi. nõ. n. poteſt intelligi ille tex. in ſolu
tione fienda ex contractu, ſed ex diſpoſitione legis, cum
loquatur de ſolutione fienda nomine cathedratici; quod
debetur ex diſpoſitione iuris, ut ſ. dixi: & tñ tex. ibi man
dat ſolutionem debere fieri ſm æſtimationem antiquæ
monetæ; pro hoc apertè ad idem facit, quod no. Hoſt. in
ſumma in tit. de cenſi. §. ex quibus cau. in uer. quid ſi mo-
neta. licet. n. in principio ſenſerit, ut cathedraticũ debeat
ſolui de moneta currenti, ſi moneta ſæpe uariatur; tñ fir
mat in d. §. quid, ſi præall. ꝙ ſi per ſexaginta annos fuit fa
cta ſolutio de certa moneta, debet in poſterum ad illius
æſtimationem ſolui, ſi illa antiqua moneta uariatur, per
dictum c. olim. ſed in caſu noſtro fuit facta ſolutio ultra
60. annos ſm antiquam monetam, ſaltem ad illius æſti-
mationem; ergo ſm illam debet fieri ſolutio per dictũ. c.
olim. Tertiò uidetur caſus in l. quoties, C. de ſuſcep. & ar
cha. lib. x. ubi lex generaliter diſponit, ꝙ ubicũque certa
ſumma ſolidorum eſt ſoluenda, non intelligitur de ſoli-
dis uſualibus, & currẽtibus pro tpe, ſed de illis antiquis,
quorum ſeptuagintaduo faciunt unã libram auri. & ſic li
cet lex mandet ſolutionẽ certorũ ſolidorũ fiendã: nõ tñ
intelligit de ſolidis uſualibus, & currentibus, ſed antiqs
exiſtentibus tunc tpe legis: hoc idem apertius ſenſit gl. in
l. fi. ff. de in ius uoc. ubi tex. certo caſu mandat quem con-
demnandum in quinquaginta aureis. & gl. dicit tex. intel
ligendum de illis aureis, quorum ſeptuagintaduo faciũt
unam libram auri; & ſic non habuit reſpectum ad uſualẽ
monetam. & idẽ uoluit gl. in l. quicũque, C. de ſer. fug. &
inſti. de pœna teme. li. §. fi. in fi. & Io. An. poſt Vin. ĩ c. dein
de, ſuper gl. fi. 26. diſt. & in addi. Spec. in tit. de inſtru. edi.
1 §. porrò, in fi. ubi clarè ſentit † ꝙ ẽt in diſpoſitione legis
debet haberi reſpectus ad monetã antiquã, & nõ ad cur-
rẽtẽ. Et ꝑ hoc & alia infra ſtatim dicenda vr Spec. uſque-
quaq; iterũ dicere in tit. de ſol. §. nunc aliqua, uerſ. pone.
ubi dicit, ꝙ in ſolutione fienda ex diſpoſitione legis de-
bet attendi moneta currens ſolutionis tpe, & alleg. tex.
iuncta gl. in c. ij. de maledi. & in c. olim, de iniur. & facit
quod lex ſemꝑ loquitur l. Arria. C. de hære. & uidet di-
ctũ Spec. reſpectu ſolutionis fiendæ ſequi Bal. in l. illud,
C. de ſacroſ. eccl. nam primò dictum ſuũ uidetur contra
prædicta, & nullibi probatur. iura. n. quæ allegat, potius
faciunt in ꝯrium. nam intelliguntur de uſualibus: quia
expreſsè hoc diſponunt. ſi. n. ſpecificè hoc non diſpoſuiſ-
ſet, debuiſſet intelligi de ſolidis aureis, quorum ſeptua-
gintaduo faciunt unã librã ꝑ d. l. quoties, & alia ſuperius
allegata. ideò malè iudicio meo ſenſerunt ibi gl. dicẽtes,
ꝙ ẽt ſi non fuiſſet dictum de uſualibus, debuiſſet nihilo-
minus de illis intelligi; quod eſt falſum per d. l. quoties.
præterea contra dictum Spec. induco hanc rationem. pœ
na debet eſſe commenſurabilis delicto. l. reſpiciendum,
ff. de pœnis, & c. non afferamus, 24. q. 1. ſed lex competẽs
de certa pœna pecuniaria reſpectu delicti habuit reſpe-
ctum ad ualorem monetæ exiſtentis tẽpore diſpoſitio-
nis, ex quo aliud non expreſſit. ergo non debet intelligi
de alia moneta, quę poſſet eſſe intantũ diminuta, ꝙ quaſi
pœna eſſet ita exigua, ꝙ daret materiam, & audaciam
delinquendi contra c. pauper. 11. q. 3. Item poſſet eſſe in-
tantum augumẽtata, ꝙ excederet debitam uindictam; &
in odioſis nõ uidetur lex ſemper loqui; ſed debet reſtrin
gi, ſi fieri poteſt ad tempus diſpoſitionis; facit quod legi.
& no. in l. certa forma, C. de iure fiſ. lib. x. Præterea præ-
ſuppoſito, ꝙ dictum Spe. ſit uerum in ſe: tamen in caſu no
ſtro, nullo modo procedere poteſt. loquitur. n. qñ ex di-
ſpoſitione legis nulli eſt acquiſita obligatio. unde cum le
gis effectus pendeat, ſatis poteſt ſubſtineri, ut habeatur
reſpectus ad pecuniam currẽtem tempore, quo quis in-
cidit in legem, arg. in d. c. ij. de maio. & obed. & d. c. olim.
ſed in caſu noſtro obligatio fuit tempore prouiſionis Pa
palis acquiſita monaſterio Montis maioris; ergo debet
intelligi de moneta tunc currente, ne obligatio uarietur
in his. ſatis. n. ſenſit Bar. in ſimili quæſtione in l. omnes po
2 puli, ff. de iuſt. & iu. dum quærit, † an quis ſit puniẽdus ſe-
cundum legem exiſtentem tempore delicti, an ſecũdum
illam, quæ reperitur tempore ſententiæ, & concludit, ꝙ
ſi per legem exiſtentem tempore delicti imponatur pœ-
na ordinaria, ſm illam eſt iudicandum: quia debet haberi
reſpectus ad tempus ortæ obligationis, ad quod allega-
uit d. c. olim, & ſtatim per delictum uidetur quis obliga-
tus ad pœnam tunc exiſtentem l. j. ff. de pęnis, & c. pueris,
de ſen. exc. cum ſi. ita indubitanter uidetur dicendum in
propoſito. nam propter obligationem ortam tpe ꝯtus,
dicimus ꝙ habetur reſpectus ad monetam tunc currentẽ
iuxta, id quod legi. & no. in c. cum quid, & l. uinum, ff. ſi
cer. pet. idem ergo in diſpoſitione legis, ex quo tempore
quo emanat, naſcitur ex ea & acquiritur alteri obliga-
tio. Quid amplius adduco conſiderationem inconuicibi-
lem; dominus Papa diſpoſuit & ſtatuit pro ſolutione fiẽ-
da monaſterio Montis maioris in recompẽſationem eo-
rũ, quæ fuerant ſibi ſubtracta per eum in fauorem mona-
ſterij S. Antonij; ergo neceſſario debuit intelligi de mo-
neta tunc currente: quia non poteſt fieri recompenſatio
dãnorum illatorum, niſi fiat æſtimatio per pecuniam cer
tam & inuariabilem, arg. in l. j. ff. de ꝯh. emp. Pecunia. n.
habet certum pondus; formã, & materiã, ut in d. l. j. unde
ſtatuendo ſolõnẽ in cõpenſationẽ damnorum non potuit
intelligi, niſi de illa moneta tũc currente: qa uigore incer
tæ & uariabilis monetæ non poſſet fieri recta damnorum
illorum æſtimatio, & recompenſatio, arg. in d. l. uinum,
& l. cum quid, & quod in eis no. & in l. Paulus, alias inci-
pit creditor, ff. de ſolu. Simile uidemus, cũ agitur ad re-
ſciſſionẽ cõtractus propter deceptionem & damnum da-
tum ultra dimidiam iuſti pretij. nam in conſideranda de-
ceptione inſpicimus ualorem rei tempore contractus: qa
aliter non poteſt quis dici deceptus in cõtractu iuxta id,
quod legitur & no. in c. cum dilecti, & c. pe. de emp. & ué.
& l. ij. C. de reſcin. uen. ita ad propoſitum non potuiſſet
dominus noſter Papa facere recompenſationem dam-
norum per ſolutionem annuatim fiendam, niſi habuiſſet
reſpectum ad monetam tunc currentem tempore recom
penſationis factæ. NIC. ABB.

Vide ſupra in prima parte conſ. 101. quod
hic repetitur.

## CONSILIVM LVII.

1 *Principis intentio non eſt tertio præiudicare, niſi de eo mentio-
nem faciat ſpecialem.*
2 *Papa per ſuam conſtitutionem ſtatuta conſuetudines, tollere uelle
non cenſetur: cum conſiſtant in facto.*
3 *Priuilegia præiudicialia ſtrictè ſunt interpretanda.*
4 *Præſcriptio, requirit bonam fidem.*
5 *Præſcriptio, principaliter eſt introducta in odium negligentium.*
6 *Priuilegium imperatorum, ualet quo ad ſuos ſubditos.*
7 *Lex ciuilis, ſi canonizetur per Papam, habet canonis uigorem.*

In quæ-



IN quæſtione quę uertitur, ſeu uerti ſpera-
tur, inter monaſteriũ S. Cru-
cis montis Auellan. Exugubien. diœceſis ex vna
parte: & fratres ordinis Ciſtercien. ex alia parte, ſuꝑ ſub-
iectione monaſterij S. Bartholomęi, de cãpo Regio, eiuſ
dem diœceſi. ¶ Tria ad claritatẽ deciſionis arbitror exa-
minanda. Primò nunquid per priuilegia exemptionis, &
vnionis dicto monaſterio S. Bartholomęi conceſſa. ſit ꝑ-
iudicatum iuri monaſterij S. Crucis. Secundò præſuppo
ſito, ꝙ priuilegium nocumentum non attulerit, an qua-
draginta ann. præſcriptio habeat excludere ius, & actio-
nem cõpetentem dicto monaſterio S. Cruci. Tertiò ſi ta-
lis præſcriptio præiudicet, an dictum monaſteriũ S. Cru-
cis poſſit præſcriptione centenaria ſe tueri uigore priui-
legij Cęſarej, quod Papa poſtmodũ ratum manere ſenſit.
Primum ex ordine aggrediens ur primò ꝙ per priuilegiũ
Alexandri per Gregorium poſtmodum corroboratũ ſit
iuri dicti monaſterij S. Crucis præiudicatum. Senſit. n di-
ctus Alexander quod dictum monaſterium S. Bartholo-
męi neq; epiſcopo, neq; abbati, nec deniq; cuiquam cle-
ricorum, ſeu ſecularium: ſed ſibi tantũmodo, ſucceſſo-
ribusq; ſuis Romanis Pontificibus, de ſua ſubiectione re-
ſpondeat: & adiecit poſt pauca, qđ ſi quiſpiam uel epſ, uel
abbas, uel quælibet magna, paruaq; perſona, cõtra huius
noſtræ conſtitutionis edictũ, per aliquã machinationem,
uel ſubtilitatis aſtutiam, præfatum ſibi abrogauerit, uel
ſubdiderit monaſteriũ, & is qui dederit, & is q malè ſu-
ſceperit, uſque dum reſipiſcat, & quod malè præſumptũ
eſt ſibi reddat, ꝑ authoritatem omnipotentis Dei, & bea
ti Petri & Pauli apoſtolorum principis perpetuę damna-
tionis uinculo, & anathematis innodetur &c. Cũ ergo Pa
pa q plenitudinem habet poteſtatis: ut in c. ad honorem.
de autho. & uſu. pal. & c. cuncta ꝑ mundum. & c. ꝑ princi-
palem. 9. q. 3. exemerit dictum monaſteriũ à ſubiectione
epi, abbatis. & cuiuſcunq; alterius perſonæ quod cũ po-
tuiſſet facere in dubium minimè reuocandũ eſt, ut in c. ſi
Papa. de priuil. lib. 6. facit. c. ij. & c. dudum. & c. quãuis. de
præb. eo. lib. ergo non põt monaſterium S. Crucis aliquã
ſubiectionem in dicto monaſterio prætendere. Si. n. præ-
iudicatur epiſcopo, cuius poteſtas eſt ordinaria, & plena-
ria, ſupra monaſteria 18. q. 2. c. monaſteria. & c. abbates.
& c. ſi quis abbas. & de relig. domi c. cum dilectus. & c. ve
nerabilis. cum ſimi. fortius debet præiudicari abbati ſan-
ctæ Crucis, pretendenti aliqualem ſuperioritatẽ, ex inſti
tutione dicti monaſterij dũtaxat. dictus. n. abbas ſolũ prę-
tendere poterat quatuor, ſ. cõfirmationem abbatis: item
reuerentiam, & obedientiam, & certũ annuum cenſum.
Hec. n. quatuor dũtaxat reſeruauit patronus, tẽpore fun-
dationis abbati monaſterij S. Crucis. facilius ergo debẽt
tolli iſta, quæ ſunt tenuiora, & de iure ſpãli contra ius cõ
mune, quã poteſtas epiſcopi quæ ordinaria eſt, & fauora-
bilis, & ſuper plena ſubiectione fundata, ſed nulli dubiũ
eſt, qđ cũ epo præiudicet. d. c. ſi Papa. & c. j. de priuil. li. 6.
& 16. q. 1. c. quia frater. multo magis debet præiudicari
abbati. arg. in c. dilectus. de offi. lega. nec poteſt allegari
ſurreptio, cum de abbate nõ fuerit facta in priuilegio ſpe
cialis mentio, quæ non poterat uerificari, niſi in iure ſpe-
ciali: cum de iure cõmuni vnum monaſterium non ſit ſub
alio: ut in d. c. monaſteria. & nõ. in c. præſentia. de proba.
Secundò adiuuat vnio nouiter facta, ꝑ do. Papam Mar-
tinum hodiernum, in eo qđ illud monaſterium vniuit fra
tribus Ciſtercienſibus ſubtrahendo dignitatem abbatia-
lem, qđ indubitanter facere potuit. ut in c. ſicut. de cõceſ.
præben. & in c. & tẽporis qualitas. 16. q. 1. præſertim cũ
fuerit facta poſt dictum priuilegium, & poſt iura præſcri-
pta, contra monaſterium S. Crucis, præſcriptio. n. omnẽ
actionem excludit, ut dicit tex. in c. ad aures. de præſcrip.
non ergo fuit opus mentionem facere de monaſterio ſan
ctæ Crucis, cum ipſius ius iam ſublatum erat, ꝑ priuile-
gium Alexandri, & per præſcriptionem quadragenariã.
¶ Sed his non obſtantibus contrariam ſentẽtiam puto ꝑ-
ualere. ut. ſ. per priuilegium Alexã. & ꝑ præſcriptionem
quadragenariam Alexãdri, ſeu vnionis factæ per do. Mar
tinum, nullum præiudicium fuerit irrogatũ iuri mona-
1 ſterij S. Crucis. Moueor primò, † quia de intẽtione prin
cipis, eſt nunquã præiudicare tertio: niſi de eo ſpãlem fa-
ciat mẽtionem. ut in c. ſuper eo. de offi. dele. & l. ij. §. ſi qs
à principe. ff. ne quid in loco publico, præſertim cũ dero-
gatur inſtõni beneficij. & diſpõni laicali, ne laici ꝑ hoc
ſubtrahantur à fundatione eccleſiarum. ad hoc gl. nota-
bilis in cle. per literas. de præb. & quod no. doct. in c. cum
dilectus. de iurepatr. ſed in caſu noſtro, non fuit facta ſpe
cialis mentio, de iuribus cõpetentibus monaſterio S. Cru
cis: ergo talia priuilegia, nõ obtinent firmitatem in præ-
iudiciũ illius monaſterij. Nec obſtat ꝙ in priuilegio Ale
xandri ſeu Greg. fuit dictũ, ut nulli abbati ſubiaceat &c.
qa iſta non eſt ſufficiẽs mentio: ut præiudicetur iuri mo-
naſterij: quia mentio debet eſſe ſpecialis, & nõ ita genera
lis, ut in c. ij. de dolo & contu. & ꝙ ibi no. per doct. in c. cũ
dilecta de reſcr. & bonus tex. in c. bonæ. de cõfir. uti. præ-
ſertim in caſu noſtro erat fienda ſpecialis mentio, in quo
illa iura quæ erant debita monaſterio S. Crucis erãt ex-
primenda in inſtitutione monaſterij, per diſpõnem laici
patroni. Nam Papa per ſuum priuilegium non intendit
præiudicare inſtõni beneficij, niſi hoc apertè exprimat:
ut in c. cum dilectus. de conſue. facit. c. conſtitutus. de re-
ſcript. præſertim contra diſpoſitionem laici patroni. ut
no. in d. cle. per literas. & c. cum dilectus. de iurepatron.
facit optimè. c. monaſterium. 16. q. 2. & cap. eleutherius
18. q. 2. potuit. n. Papa ĩ ſuo priuilegio intelligere de ab-
batibus, qui in certis religionibus vnitis, uocantur pater
Abbas, cui modicum præiudicium irrogatur. vnde nõ de-
bemus præſumere rõnibus prædictis Papam intellexiſſe,
per uerba illa generalia de ſpeciali diſpõne patroni. Ad
idem bonus tex. in c. ex multiplici de decimis ubi patet,
quod priuilegium nõ præiudicat cõpoſitioni prius factæ,
de illa ſpeciali mentione non facta. in c. cum olim. de ꝑ-
ſcr. ubi priuilegium non pręiudicat laudo lato ex cõpro-
miſſo. fortius non debet præiudicare inſtõni beneficij, ſeu
monaſterij de illa ſpãli mentione nõ habita. Secundò fa
cit. c. ueniẽs. de præſcr. ubi tex. notabilis innuit, ꝙ ſi prin
ceps conceſſit alicui priuilegium, cũ aliqua reſeruatione
iuris alterius non ualet priuilegium eodem mõ conceſ-
ſum, ſuper illis iuribus, ſine aliquali reſeruatione iuris al
terius prius facta, de illa non habita mentione: quia ſi Pa
pa ſciuiſſet illam reſeruationẽ, non conceſſiſſet fortè ſine
illa. ut ibi no. deciditur ergo idem, & fortius dicẽdum in
caſu noſtro, ꝙ ſi Papa ſciuiſſet, ꝙ illa quatuor iura fuiſ-
ſent reſeruata ꝑ patronum monaſterio S. Crucis, nun-
quam conceſſiſſet illam plenam exceptionẽ, ſine illorum
iurium reſeruatione, quin ſaltem de illis feciſſet mẽtio-
nem. ꝑſertim cum potuiſſet concedi exẽptio, cum illorũ
iurium reſeruatione. quia illa iura non iudicant plenam
ſubiectionem. ut clarè innuitur in c. his quæ de maio. &
obe. & c. cũ inter. de re iud. ubi nuncupant multa iura in-
ferentia plenam ſubiectionem. & inter illa enumerantur
obedientia, & reuerentia, tanquam ſpẽs. ¶ Tertiò addu-
2 citur. c. j. de conſti. lib. 6 ubi dicitur, † ꝙ Papa per ſuã con
ſtitutionem, non cenſetur uelle tollere ſtatuta, & conſue
tudines, cum in facto cõſiſtant, niſi de eis fecerit mentio-

 nem

nem, ergo fortius idem dicendum in priuilegio, quod nõ
emanat cum tanta moderatione, ſicut ius cõmune: ut ibi
no. non ergo debet tolli ſtatutum, & ordinamentum ſuũ
factum in inſtitutione monaſterij per priuilegium Papę,
ex quo de illo non fuit facta ſpecialis mentio. ¶ Quartò
facit, quia Gregorius, ſeu Alexander noluit ſimpliciter
derogare iuri monaſterij S. Crucis. ſed dixit, ꝙ per hoc
priuilegium exẽptionis, non deberet recedere à chari-
tate S. Crucis, prout in alio priuilegio dixerat. vnde cre
dendum eſt, ꝙ per illa uerba uoluit reſeruare omnia iu-
ra cõpetentia monaſterio S. Crucis. non.n.ſeruaret illi
charitatem, ſi uellet ſibi ſubtrahere cenſum ab antiquo
impoſitum, uel alia iura ſibi reſeruata. ut in d.c.eleuthe-
rius. facit.c.quanto.de cenſi. Charitas.n.eſt recta uolun-
tas ab omnibus terrenis prorſus aduerſa &c. ut in c.cha-
ritas.de pœn.diſtin.2. & in iſtis eſt fienda larga interpre-
tatio, ut non præiudicetur iuri alterius ſine cauſa, iuxta
not.per Bart.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iu. & l.non
dubium.C.de legi.facit.c.cum dilectus.de conſuet.& l.ij.
C.de noxa. ¶ Hoc idem & clarius in propoſito noſtro uo
luit Inno.in c.dudum.de priuilegiis ubi dicit, † ꝙ omnia
3 priuilegia ꝑiudicialia ſtrictæ interpretanda ſunt, & quã-
tum poteſt ad iuris ordinem reducenda.ff.de vulg.& pu-
pil.l.ex facto. & de deci.c.ſuggeſtum. Et idem dicit in pri
uilegio exẽptionis: quare ibi poſt multa concludit, ꝙ nõ
ualet priuilegium exẽptionis, non facta mẽtione de poſ-
ſeſſione alterius, bona fide habita: licet in ueritate non
habeat proprietatem, & idem firmauit gl.in c.ij.de deci.
lib.6. fortius ergo dicendum in caſu noſtro ꝙ non ualet
priuilegium non facta mẽtione de poſſeſſione, ſeu pro-
prietate monaſterij S. Crucis. Et idem dicendum eſt per
omnia quo ad vnionem nouiter factam per dñ.Martinũ.
Nam cum de prædictis non fecerit ſpãlem mentionem,
non tenuit, cum ꝑ illam præiudicaretur monaſterio ſan-
ctæ Crucis, reſpectu confirmationis abbatis, cum ꝑ illam
vnionem ſit adẽpta, & ſuppreſſa dignitas abbatialis. Non
obſtat quod ſupra dictum fuit de præſcriptione: quia ſta-
tim reſpondetur in ſecundò & tertiò dubio. Et hæc quo
ad primum dubium, quæ puto ueriſsima & indubitata. &
ſatis patet reſponſio ad cõtraria ſupra formata. ¶ Ad ſe-
cundum dubium, an ſaltem 40.ann.præſcriptio præiudi-
cet dicto monaſterio S. Crucis, cum intra illud tẽpus.
nullam electionis de abbate factam cõfirmationẽ fecerit.
nec cenſum receperit: nec obedientiam, ſeu reuerentiam
habuerit. & uř ꝙ ſic. nam regulariter contra eccleſiam,
citra Romanam, ſufficit præſcriptio 40.ann.cum bona fi-
de: ut in c.de quarta. & c.illud.de præſcr. nec requiritur
titulus, cum ius cõmune non ſit contra præſcribentẽ, ut
no.in c.j.eo.ti.lib.6. & præſcriptio 40.ann.omnem pror-
ſus actionẽ excludit, ut dicit tex.in d.c.ad aures.de ꝑſcr.
¶ Sed his non obſtantibus, puto in caſu noſtro ſic dicen-
dum: ꝙ reſpectu iuris confirmandi abbatem in monaſte-
rio S. Bartholomęi, nulla præſcriptio currerit cõtra mo
naſterium S. Crucis. Rõ inconuincibilis eſt: quia ꝓpter
reſeruationem factã de eccleſiis collegiatis, ꝑſertim de
cathedralibus, & monaſteriis ꝑ multos Romanos Pont.
ſucceſsiuè non potuit Abbas S. Crucis pro tempore exi-
ſtens, ius ſibi in hoc cõpetens exercere. vnde cum fuerit
impeditus, impedimento iuris, nulla currit contra eum
præſcriptio. l.j.C.de ana.excep.& l.in rebus.C.de iu.do.
ubi patet, ꝙ durante patria poteſtate nõ currit contra fi-
lium præſcriptio, in rebus aduentitiis. quia non potuit il
lo tẽpore agere cum plena illarum rerum adminiſtratio
perueniat ad patrem: ut in d.l.j. Nec conſtante matrimo-
nio currit præſcriptio, in rebus dotalibus contra uxorẽ:
quia non poteſt agere, cum plena adminiſtratio perti-
neat ad maritum, ut d.l.in rebus. & l.doce ancillam, C.
de rei uend. ad idem c.j. & c.de quarta. de præſcriptio.
& cap.ex tranſmiſſa. eod.tit. & cap.quia diuerſitatem.de
conceſſ.præben. ¶ In quibus iuribus, patet ꝙ eccleſiæ ua-
canti uel habenti prælatum inutilem ad agendum, non
currit præſcriptio: ſed in caſu noſtro Abbas S. Crucis ꝓ
tempore exiſtẽs fuit impeditus quo ad actum confirma-
tionis: ergo non currit contra eum præſcriptio. reman-
ſit ergo hoc ius in habitu, apud eum licet interdictũ ſit
exercitium ad beneplacitũ Papæ per reſeruationis actũ.
nec Papa exercendo hoc ius confirmationis, dicitur præ-
ſcribere etiam ſi per mille annos hoc faceret, cum hoc
faciat ex poteſtatis plenitudine: & hoc caſu poteſt intel-
ligi dictum Specu.in tit.de præſcriptio. uerſi.illud. dum
dicit Papam non præſcribere contra eccleſias inferiores,
cum ipſe iam ſine præſcriptione ſit vniuerſalis dominus.
4 † Præterea in præſcriptione requirĩt bona fides, ut ſic cre
dat illud ius ad eum pertinere, ita quod exerceat credẽs
uti iure ſuo. ut in c.ſi uirgo.34.q.2.facit.l.fin ff.quemad-
modum ſeruit.amit. not.Innoc.in cap.bonæ.ij.de poſtul.
præla. ſed dominus Papa actum cõfirmationis exercuit,
& exercet non de poteſtate ordinata, ſed abſoluta, ꝑ re-
ſeruationis actum. & ſic quod de iure cõmuni, & poteſta
te ordinata, hoc ius pertinet ad inferiorẽ: licet ipſe poſ-
ſit concurrere in cõfirmationis actu cum ordinario. ut in
c.ſi à ſede. de præben.lib.6. ergo non poteſt hic allegari
præſcriptio ex perſona Papæ, cõtra abbatem S. Crucis,
qui non deprehenditur in negligentia, cum habuerit ma
nus ligatas per reſeruationes ſummorum Pont. ut in iu-
5 ribus ſuperius alleg. † Præſcriptio enim eſt inducta prin-
cipaliter in odium negligentium, ut in l.j.ff.de uſucap.
& 16.q.3.cap.placuit.§.poteſt. Et in caſu noſtro nulla re-
peritur negligentia ex parte abbatis S. Crucis. Nec ob-
ſtat, ſi dicatur, ꝙ fuit negligens in aliis: quia per hoc ꝑ-
ſcriptio non debet extendi ad iura in quibus nulla fuit
cõmiſſa negligenti., quia ꝑſcriptio eſt ſtricti iuris, & tan-
tum præſcribitur quãtum poſsidetur, ut probatur in c.
auditis. & cap.cum olim. de præſcript. & cap.cum con-
tingat. de deci. no.Bar.in l.j.§.ſi quis.ff.de itin.actuq; pri
ua. & Innoc.in c.dilectus. de capel.mo. ergo neceſſario
concluditur, ꝙ vnio facta per Dominum noſtrum Marti-
num ſupprimendo dignitatem abbatiæ, nulla mẽtione fa
cta de iure confirmandi pertinente ad abbatẽ S. Crucis,
fuit tanquã ſurreptitia ipſo iure nulla, quia ſi fuiſſet in-
formatus, ꝙ talis vnio redundabat in præiudicium mo-
naſterij S. Crucis, nullo modo vnionem feciſſet, uel ſal-
tem non ita de facili, ergo talis ſuppreſsio habuit indu-
cere ſurreptionem, ut in c poſtulaſti: & qđ ibi not.Hoſt.
de reſcr. quod dico procedere, etiam ſi Papa vnionẽ mo-
tu ꝓprio feciſſet, quia motus ꝓprius licet excludat ſur-
reptionem, non tñ firmat gratiam contra intẽtionem ſcri
bentis, qui in dubio non uidetur uelle præiudicare ter-
tio. ut no.Io.An.in c ſi quis motu proprio. de præbend.
lib.vj.& Cal.in c.cum dilectus, de iure patr.& do.de Rot.
deciſ.102.facit.l.ij.§.ſi quis à principe, ff.ne quid in loco
publico. & quod no.Inn.in c.dudũ. de priuile.& gl.ĩ c.ij.
de deci.lib.vj. quinimò poſſet attentari, quod etiam reſpe
ctu obedientiæ nulla curreret præſcriptio: quia licet po
tuerit abbas S.Crucis aliqua honeſta præcipere, præſer-
tim mores reformando abbatis S.Bartholomæi: non tñ
per hoc concluditur ꝙ ſi non pręceperit, cucurrerit ꝑſcri
ptio contra eum: cum iſte ſit actus mere facultatis, & non
neceſſitatis, non enim fuit in inſtitutione dictum, ut ab-
bas ſanctæ Crucis exerceat cõtra abbatẽ S.Bartholomæi
iuriſdi-



iuriſditionem ſed quod teneretur abbas ſancti Bartholo
mei ad obedientiam, & reuerentiam abbati ſanctæ Cru-
cis. Si ergo iſte non obediuit: quia ille non præcepit, non
per hoc eſt contra eum præſcriptum: quia ex non uſu, non
inducitur conſuetudo, uel præſcriptio, ex quo non habet
tacitum actũ contra diſpoſitionẽ iuris. ut no.per Io. And.
in c.Ioannes de cleri.cõiug.& per Cy.in l.ij.C.quę ſit lon.
conſue.probatur.in l.hæc aũt iura.ff.de ſeruitu.urba.prę-
dio.& in l.altius.C.de ſerui.& aqua. Si.n.habeo facultatẽ
altius tollendi in ſolo meo uſq; ad cœlum. nõ præſcribiť 6
cõtra ius, ſi altius non extuli: ex quo nihil factũ eſt in con
trariũ: quia iſte eſt actus meræ facultatis. & in actibus me-
ræ facultatis, nõ currit ꝑ nõ uſum præſcriptio: ut notatur
in iuribus præalleg.& in c.ex parte aſtenſis.de cõceſ.præ-
ben.& fortè nõ occurrit caſus, in quo hẽret neceſſe præci
pere. arg.eorum quæ no.Bar. in l.cum ſcimus.C.de agri.
& cenſi.lib.xj. Reſpectu uerò reuerentiæ eſſet animaduer
tendũ, an ſubtraxerit abbas ſancti Bartholomęi reueren-
tiã abbati ſanctæ Crucis, qđ difficile eſſet probare, nã il-
la conſiſtit in ſolutionis actu, uel ꝑ aliũ modũ, ꝑ quem fit
reuerẽtia ſm̃ morem patriæ: iuxta no.in c.his quę.de ma
ior.& obe. Tota difficultas, ſtat circa cenſum nõ ſolutum,
ꝙ an ſit cõpleta præſcriptio quadraginta annorum multa
debent cõſiderari, & non ſolus tranſcurſus annorũ. multa
.n.impediunt præſcriptionis curſum. ut uacatio monaſte-
rij ſanctæ Crucis. nã tempus uacationis, debet ſubduci de
medio ut in c.j.& in c.de quarta.& c.auditis. de præſcrip.
quæ iura habent locũ in eccleſijs ẽt inferioribus. ut not.
Inn.in c.olim.primò.de reſtitu.ſpo. Item tẽpore guerræ,
non currit pręſcriptio, quãdo tanta eſt in loco hoſtilitas,
ꝙ ius non redditur: ut in c. ex tranſmiſſa. de præſcript. &
quod ibi no.Inno. Item tẽpore mortalitatis: quia illa eſt
Dei hoſtilitas: ut no. Barto. in l.naturaliter.ff. de uſucap.
Item tp̃e ſciſmatis: ut in c.cum nobis.de præſcript. Intelli
go ſi erant diuerſæ obedientiæ, & ius non reddebatur uni
contra alteram. iuxta.not.in dicto.c.tranſmiſſa. Omnia.n.
iſta tẽpora, debent de tẽpore præſcriptionis ſubduci: & ſi
non remaneat illis ſubductis tẽpus quadraginta annorũ,
habet monaſterium ſanctæ Crucis fundatam intentionẽ 7
ſuam: ut in.c.auditis.de præſcrip. Si uero præſcriptio re-
maneret completa, debet aduertere, an monaſterium ſan
cti Bartholomæi, fuerit in bona fide. in non ſoluendo cen
ſum. Nã mala fides probatur, ſi erat fama in loco: quod de
bebat dare cenſum monaſterio ſanctæ crucis: uel appare-
bat per aliquã ſcripturã exiſtentem in eorũ monaſterio:
uel quod audiuerint ab aliqua perſona, cui ueroſimiliter
credere debuerunt. per hoc.n.& ſimilia probatur mala fi-
des: ut not.Bart.in l.celſus.ff. de uſucap.& ſi põt de his cõ
ſtare impeditur præſcriptio ꝑ c.fin.de præſcrip. & regulã
poſſeſſor malæfidei.de reg.iur.lib.vj. Si aũt non põt pro-
bari, ita quod remaneat inconcuſſa præſcriptio quadra-
ginta annorũ. Tunc eſt recurrendum ad tertiũ, & ultimũ
dubium, nunquid poſſit monaſterium ſanctæ Crucis, ſe
tueri præſcriptione centenaria, uigore priuilegiorũ Fede
rici & Henrici imperatorum poſteà approbatorum per
Papam Honorium iiij. Et uidetur primò ꝙ non, quia im-
peratores non potuerunt priuilegiare monaſteriũ, in præ
iudicium fori eccleſiaſtici: ut notat Inn.in.c.nuper. de te-
ſti. cum ergo iure canonico cautum ſit. ut una eccleſia poſ
ſit ſe tueri præſcriptione quadraginta annorũ cõtra aliã
eccleſiam: ut in c.de quarta.& c.ad aures de præſcript. er-
go non debet prodeſſe priuilegium imperatorum. facit.c.
dudum.de deci. &.c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. &
xcvj.diſt.c.bene quidem. Nec obſtat approbatio Honorij
Papę multiplici ratione. Primò quia confirmatiò infor-
ma communi facta, parum prodeſt, unde non ualidat actũ
nullum: ut legi.& not.in c. quia diuerſitatem. de conceſ.
præb.& c.fin.de confir.uti. Dicitur aũt facta in forma cõi,
& non ex certa ſcientia, quando non inſeritur totus tenor
rei confirmatæ: uel cũ nõ apponitur clauſula ex certa ſciẽ
tia: uel aliter nõ appareat de certa ſcientia rei confirma-
tæ: iuxta not.in c j.& antepe.& penult.de cõfir.uti. Sed in
caſu noſtro, nõ apponitur tenor in cõfirmatione illorum
priuilegiorum. Nec clauſula ex certa ſcientia. ergo &c.
† Præterea priuilegiũ imperatorũ, ualet quo ad ſuos ſub
ditos. ut.l.cũctos populos.C.de ſum.trini. facit quod leg.
& not.in l.fin.ff.de iur.om.iudi. & c.à nobis. de ſen. excõ.
ergo confirmatio ualet ſolum quo ad ſubditos. Sed his
nõ obſtantibus cõtrariũ arbitror de iure procedere. Mo-
ueor principaliter, quia dominus Papa in ſuo priuilegio
non fuit uſus uerbo confirmamus: & ſic non poteſt dici, ꝙ
fuerit confirmatio in forma cõmuni: ſed uſus fuit uerbo
ſancimus: per quod uerbum non inducitur confirmatio:
ſed potius legis nouæ editio. argu. in c.generali. de elect.
libro.vj. nam ſanctio eſt nomen conſtitutionis canonicæ:
ut not.gloſſ.4.diſt.in ſum. ſic dicimus de uerbo cẽſemus,
quod eſt noui iuris inductiuum. ut not. gloſſ. in cle.j. de
conceſ.præben.& in uerbo cenſemus. unde ponderanda.
ſunt hęc uerba imperatorũ, & Papæ. Imperator enim ſim
pliciter decernit, ut nulla pręſcriptio minor centenaria
curreret cõtra monaſterium ſanctæ Crucis: nec reſtrinxit
ſe ad ꝑſonas ſeculares, uel eccleſiaſticas. Honorius ue-
rò ſuꝑueniens ſic inquit. Præterea oẽs libertates, & im-
munitates à bonæ memorię. Federico imperatore uobis,
& ordini ueſtro cõceſſas, ratas, & gratas habemus: & eas
futuris tẽporibus illibatas manere ſancimus &c. q̃.uerba
clarius luce demonſtrant, ꝙ Honorius ſimpliciter in for-
ma communi uoluit confirmare: imò principaliter diſpo-
ſuit legẽ priuatam ędendo. Nam quod principi placuit
legis habet uigorem. inſti.de iu.na.gen.& ciui.§.ſed quod
principi.& omnia noſtra facimus quibus authoritatẽ no-
ſtram impartimur. ut in.l.j.C. de nete. iur. enu. & bonus
tex.in ſimili.in c.ſi apoſtolicæ.de pręb.lib.vj. unde potior
eſt nunc lex Papæ, q̃ imperatoris. Pręterea uidemus † ꝙ
ſi lex ciuilis canonizatur per papam, hẽt canonis uigorẽ.
ut in c.in primis.& ibi bona gloſſ.ij.& q.j. no. doc. in c.ij.
de pręſcr. fortius ergo debet dictũ priuilegiũ imperato-
ris habere uim canonis, cũ papa expreſsè ſenſerit, ut illa
illibata ꝑmaneant. & licet non expreſſerit q̃ ſint ille im-
munitates, tamen ſatis habentur ꝓ expreſſis, ex quo papa
ad illa priuilegia ſe retulit. in c. auditis de pręſcript. ubi
bonus tex.in ſimili.& in l.penult.C.de ſent. quę ſine cert.
quant.& in c.cũ Bertolodus.de re iudi. hoc idẽ ꝓbatur ꝑ
optimũ ſimile. nã a principio imperator fuit, q dedit pri-
uilegiũ eccleſijs circa materiã pręſcriptionis. ut l.fi. cum
auhen.quas actiones.C.de ſacro.ſanc.eccleſi. poſtea ſuꝑ-
uenit ius canonicũ, & illas leges approbauit in genere. ut
in c.cũ nobis.de pręſcriptio. & per hanc approbationẽ ha
buerunt uigorem, ẽt quod ad forum eccleſiaſticum, & in-
ter eccleſias. Et per hoc tollitur unũ motiuũ, qđ allegať
cõtra monaſteriũ ſanctæ Crucis, uidelicet ꝙ approbatio
papę non debet habere locũ cõtra ipſum papã pręſcribẽ-
tem. Nam primò poteſt de directo negari. quod hic papa
pręſcripſerit. nam ſubtractio cenſus pręſcribitur ꝑ mona
ſteriũ ſancti Bartholomæi, & non per papã. unde ꝑſuppoſi
to, ꝙ eccleſia ſancti Bartholomæi. eſſet exempta tñ in ſuis
iuribus maximè cum agitur de pręſcriptione aĩarũ, non
gaudet priuilegio Romanę eccleſiæ: ut not. glo.in c.dile-
ctus. de appel. no.in c.ad audientiã de ꝑſcr. & ꝑ doc.in c.
cũ nobis. eo.ti.& xvj.q.4.c.uolumus. Itẽ præſuppoſito, &

non conceſſo q hic Papa præſcripſiſſet, attamen priuilegium per eum conceſſum debet habere locum indiſtinctè ex quo gñaliter conceſſit, nam priuilegium largiſſimam interpretationem recipit ꝯ priuilegiantem, ut no. Bar. in l. beneficium, ff. de conſti. prin. & Inn. in c. cum dilectus, de dona. & in c. olim. de uer. ſig per Io. An. facit. c. cum dilectus. de conſue. pro hoc illud ſapiẽtis. Patere legem quã tu ipſe tuleris. Et quod quiſq; iuris in alterũ ſtatuit ipſe debet uti eo. ut in c. cum omnes de conſti. hoc apertè ſenſit do. An. in c. cum nobis. de præſcrip. ubi uoluit q Papa poteſt præſcribere contra eccleſiam inferiorem ſpatio quadraginta annorum: & tamen illud tempus quadraginta annorum, habet eccleſia ex priuilegio iure ſpeciali ꝑ Papam approbato, ſeu inducto: ergo idem dicendũ in iſto priuilegio 100. ann. hoc tenendum habito præſertim reſpectu, quod præſcriptio eſt odioſa, & reſtringenda: ut in c. cum contingat de deci. cum ſimilibus. Et hęc ſufficiant, nec oportet aliter ad contraria reſpõdere, quia ſatis remanent, per prædicta ſoluta, & clara. NIC. ABB.

CONSILIVM LVIII.

1 *Fideicommiſſum relictum ab hærede, ſi ſine liberis deceſſerit, non debetur, ſi deceſſit relicto nepote, quem ex filia ſuſceperat.*

2 *Subſtitutio directa facta per nomen collectiuum inſtitutis duobus filiis impuberibus, uidelicet ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate, talis ſit hæres, uno decedente in pupillari ætate, alter eſt ſubſtitutus.*

3 *Voluntas diſponentis, ſiue expreſſa, uel tacita, ſiue coniecturata, debet attendi in ultimis uoluntatibus, cuiuſcũque qualitatis ſit, ſiue ſit directa ſubſtitutio, ſiue fideicommiſſaria, ſiue conditio, ſiue teſtamentum, uel codicillus,*

QVidam Nicolaus ſuum condidit teſtamentũ, in quo quinque filios ſibi hæredes ĩſtituit pro æquali portione, & eos adinuicẽ ſubſtituit; & ſi omnes morerentur ſine filiis legitimis & naturalibus, tunc eo caſu adueniente uoluit domum ſuã cum maſſaritiis deuenire, & eſſe ſuorum nepotum carnalium ex fratre, & dictos ſuos nepotes ſub conditione prædicta ſibi hęredes inſtituit, & fecit in dicta domo & maſſaritiis. deniq; teſtatore mortuo deceſſerunt tres ex dictis filiis hrẽdibus inſtitutis à dicto teſtatore, non ſuperſtitibus ſibi filiis legitimis & naturalibus: quartus uerò deceſſit, poſt mortẽ illorũ triũ, relicto unico filio Ioannes noĩe. Poſtmodũ morit̃ dictus Ioã. ſuꝑſtite Nicola dũtaxat filio dicti teſtatoris. Vltimo loco morit̃ dictus Nicola ſine filiis legitimis & naturalibus condito teſtamento, in quo extraneos hæredes ſibi inſtituit. Nũc quæritur, an dicti nepotes ex fratre primi teſtatoris admittãtur ad legatum, ſeu ad ſubſtitutionem dictæ domus ſaltẽ pro partibus illorum filiorũ, qui ſine filiis legitimis & naturalibus deceſſerunt. ¶Et primò altiſſimi omnium creatoris poſtulato ſuffragio, uidetur quod in nullo dicti nepotes debeãt admitti: qm̃ cum fuerint uocati ſub cõditione, ſi omnes decederent ſine liberis, & unus illorum deceſſit relicto filio legitimo & naturali; ergo defecta conditione non debent
1 admitti, ut l. ij. C. de cond. inſer. ubi patet, † q fideicõmiſſum relictum ab hærede, ſi ſine liberis deceſſerit, non debetur, ſi deceſſit relicto nepote quem ex filia ſuſceperat. nec obſtat ſi dicat, quod in quibuſdam ex filiis extitit cõditio; unde pro parte illorũ debet̃ fideicõmiſſum, ſeu admitti debet ſubſtitutio, ut in l. Lucius. §. Caio, ff. ad Treb. qa illud procederet, qñ cuilibet illorũ filiorũ fuiſſet facta ſubſtitutio ſeparatim, uel fideicõ. relictũ: ſed in caſu noſtro fuit facta oĩbus ſub noĩe collectiuo. ſ. ſi oẽs decederẽt ſine filiis. cũ ergo unus ex eis habuerit filiũ, & eo ſuperſtite deceſſit, deficit condõ: quia nõ fuit uerũ dicere, q oẽs deceſſerunt ſine filiis; pro hoc. l. ſi fuerit, & l. is qui ducẽta, ff. de reb. dub. Nã conditio debet adimpleri in forma ſpecifica, ut ĩ l. cui fundus, & l. qui hr̃di, ff. de cõd. & dem. & c. ad nr̃am, el j. de iureiu. Scd̃ò principal'r pro iſta parte uidet̃ tex. in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſti. ubi dr̃, qđ qdã duobus ĩpuberibus filiis ſuis hr̃dibus inſtitutis adiecit, ſi uterq; ĩpubes deceſſerit, illũ ſibi eſſe hr̃dẽ. demũ alter dũtaxat deceſſerat ĩ pupillari ætate q̃rebat̃, an ad partẽ iſtius debeat ſubſtitutus admitti; & decidit̃ ibi q non: quia cũ ſubſtitutio fuerit facta ſub nomine collectiuo, ſ. ſi uterq; decederet in pupillari ætate, nõ extitit cõditio, altero dũtaxat in pupillari ætate decedente. Et pro iſta parte poſſent multa allegari: ſed nõ eſt multũ inſtãdũ, cũ uerba pro iſta parte uideantur clariſſima; iõ fruſtra recurrit̃ ad interpretationẽ, ut in l. ille aut ille, & l nõ aliter, ff. de leg. iij. ¶Sed his nõ obſtantibus, quæ uerè caſui nr̃o minimè obſtare arbitror, puto q iſti nepotes ex fratre debeãt admitti ad totũ ius, q cõpetebat illi filio mortuo ſuper dicta domo & maſſaritiis. Nõ aũt dico, q debeãt admitti ad partes illorum, qui deceſſerunt primo loco ſine filiis: qm̃ iſti nepotes non fuerunt ſubſtituti ſimpl'r, filiis morientibus ſine liberis: imò filij fuerunt inter ſe adinuicem ſubſtituti ita, q unus deberet ſuccedere alteri uſq; ad ultimũ; & ſic in hr̃ditate illorũ triũ, qui primo deceſſerũt ſine filiis, ſucceſſerunt pariter duo filij ſuperſtites ex diſpõne teſtatoris. nec admittuntur nepotes tertio loco ſubſtituti, ut d. l. pen. & c. ſi pater, de teſt. lib. vj. quarto uero, qui deceſſit relicto filio maſculo non potuerũt alio mõ ſuccedere illi nepotes nec in parte contingẽte ex ꝑſona propria, nec in aliis portionibus eis cõtingentibus ex ꝑſonis fratrum mortuorũ: quia nedum ipſi excludunt̃, cũ in ꝑſona illius defecerit conditio, ſub qua fuerãt uocati, ut in l. hæredes mei. §. cum ita: quinimò dico, q ẽt ultimus frater excluditur ab illius ſucceſſione: quia licet fuerint adinuicem ſimpliciter ſubſtituti; tñ tacite ſubintelligit̃, ſi qs decederet ſine filiis, ut eſt tex. no. & ſingularis ĩter coniunctos in l. cum auus, ff. de cond. & demõ. ubi dr̃, q quidam inſtituit filium, ac nepotem ex altero filio, & adiecit, q ſi nepotes decederent infra 20. ann. deberent hæreditatem reſtituere patruo ſuo: demum deceſſit nepos ĩ. illam ætatem liberis relictis, uidebatur, q cum in ſubſtitutione nulla fuiſſet facta mentio de filiis, quod teneret̃ reſtituere hæreditatem patruo ſuo ſ̃m uerba teſtatoris: ꝯrium tñ ibi decidit̃. dr̃. n. quod in euentu liberorũ deficit conditio ex coniectura pietatis, quaſi minus fuerit ſcriptũ, quàm dictũ; & eſt ille tex. ut dixi, ſingularis in eo, q reſtitutio debeat fieri non extraneo, ſed filio teſtatoris: & tñ ſubintelligitur, ex quo inſtitutus erat nepos ex filio, niſi decederet filio relicto: & per illum tex. ampliãt multum no in l. cũ acutiſſimi, C. de fideic. & l. general'r. §. cũ aũt, C. de ĩſt. & ſubſt. nã ſolẽt ĩtelligi illa iura, qñ reſtitutio erat fiẽda ex̃neo, ut tũc intelligat̃ tacitè facta mẽtio de filio inſtituti; ſed idẽ eſt, ubi ĩſtitutus & ſubſtitutus ſunt cõiũcti, & qlibet habuit portionẽ ſuã. ita dicẽdũ ĩ ꝓpoſito, q licet filij fuerint ĩuicẽ ſubſtituti nulla facta mẽtione de eorũ filiis, tñ debuit ſubintelligi, niſi alter decederet cũ filiis. d. l. cũ auus. Quare cõcluderẽ, q quartus filius, q ꝓ ſua dimidia ſucceſſerat tribus fratrib. ꝑmortuis ſine filiis iuxta ſubſtitutionẽ teſtõris, totũ ius ſibi cõpetẽs trãſmiſit in filiũ ſuũ, & quo ad ꝑſonã ſuam oĩno deficit cõditio & reſpectu filiorũ, & reſpectu nepotũ, ut patet ex prædictis. Sed totum dubiũ remanet reſpectu partis cõpetentis ultimo filio tã ex ꝑſona ꝓpria, q̃ ex perſona illorũ trium fratrum ꝑmortuorum ſine filiis, qbus ſucceſſit pro dimidia iuxta diſpõnem teſtõris, an illa pars debeat uenire ad iſtos nepotes? Et ꝓfectò, ſi ille filius fratris uiueret ſeu uixiſſet tꝑe mortis iſtius Nicolę ultimi, res eſſet magis dubia ꝑ no. in l. qdam teſtõ Proculum, ff. de vul. & pu. & l. hr̃des mei. §. cum ita, ad Treb. & l. pen. C. de impu. ſed nõ oportet diſputare, cum iã eſſet ꝑmortuus, & ſolus ſuꝑeſſet iſte Nicola, qui deceſſit ſine filiis ꝓpriis, & ſine filiis fratrum ꝑmortuorum. Quo caſu puto, ut ſ̃ dixi, q iſti nepotes debeant uenire ad totum ius, qđ d. Nicolæ cõpetebat ſuꝑ illa domo & maſſaritiis ex perſona ſua, & aliorũ, qbus ſucceſſit: moueor principal'r ꝑ tex. dictæ l. hæredes mei. §. cum ita. ubi uı̃ hoc expreſſum. ibi. n. pater inſtituit duos filios ſuos & adiecit, q ſi uterq; ſine liberis diẽ ſuũ obierit, omnem hæreditatem uolo ad neptẽ meam Claudiam peruenire. demum deceſſit vnus ex filiis cũ liberis. alius uerò deceſſit poſtmodũ ſine liberis. decidit̃ ibi, q neptis Claudia ſubſtituta admittit̃ ad partem illius, q deceſſit ſine liberis, & ſic in partem illius, in quo extitit ꝯdõ, licet ſubſtõ fuiſſet facta ꝑ nomẽ collectiuum, ut ſi uterq; decederet ſine liberis &c. reddit ibi tex. rõnem, q hoc admittitur non ꝑ ꝑ uerba, qa illa prorſus reſiſtunt: quia uerum fuit, qđ uterq; non deceſſit ſine liberis, ſed ꝑ ꝑ uolũtatem defuncti, q̃ ſpectari debet, admitti debuit. ita punctual'r contingit in caſu noſtro. licet. n. fuiſſet dictum: ſi oẽs deceſſerint ſine liberis &c. tñ ex quo in ꝑſona ultimi extitit condõ, & qđ plus eſt, nemo remanſerat ex prioribus fratribus, debent iſti nepotes admitti nõ ex ſignificatu uerborum, ſed ꝓpter ꝑſumptam uoluntatem teſtõris. Scd̃ò hoc uı̃ aperte probari ex rõne. l. pen. C. de impu. & & aliis ſubſt. aliter inducendo, quam ſupra induxerim.
2 † ubi. n. inſtitutis duobus filiis ĩpuberibus fuit facta ſubſtitutio directa per nomen collectiuũ, uidelicet ſi uterq; deceſſerit in pupillari ætate, talis ſit hæres: demũ & vno tñ decedente in pupillari ætate deciditur ibi, q ſubſtitutus non debet admitti in illius portione ꝓpter uoluntatem pręſumptam teſtõris: quia præſumendum eſt pr̃em cogitaſſe primo decedẽti fratrem ſuũ debere ſuccedere, & ſic q ꝓpter amorem filialẽ eos ſubſtituerit adinuicem. ergo ex rõne tex. q̃ debet attẽdi ad ampliandũ uel reſtringendum dictũ. l. cum pr̃. §. dulciſſimis, ff. de leg. ij. aperte concludit̃, q ſi nõ fuiſſet illa ꝑſumpta uoluntas teſtõris, q̃ cauſatur ex amore filiorũ, arg. in d. l. cũ acutiſſimi, ueniſſet ſubſtitutus in portionem illius, in quo extitit condõ, licet in perſona utriuſq; non extiterit, quãtũcunq; fuiſſet dictum, ſi uterq; &c. & eſt in hoc ille tex. ſic inductus ſatis notabilis ad caſum noſtrũ, & per illum tex. tollit̃ obiectio, q̃ poſſet fieri ꝯ dictam l. hr̃des mei, uidelicet q illa loquit̃ in fideicõmiſſaria reſtõne nã idem eſt in directa, ubi prædicto mõ fuit facta ſubſtõ per nomen collectiuũ, ut ꝓbatur in d. l. pen. & expreſsè uoluit Bar. in utroq; loco; & facit quod ipſe no. in l quidam teſtõ Proculum, ff. de vul. & pup. Præterea in caſu noſtro non eſt locus directæ ſubſtõni, cum iſte ultimus frater deceſſiſſet poſt pupillarem ętatem, & ſubſtõ fuit facta per uerba cõia & directa iuxta no. in l. Centurio, ff. de vul. & pup. & c. ſi pr̃, de teſta. lib. 6. Nec etiam obſt. ſi dicat̃, q in caſu noſtro non fuit facta ſubſtõ per nomẽ collectiuum, ſicut in d. §. cum autem, & in d. l. pen. quia ꝯrium eſt uerum cum magis ſit collectiuum uerbum, oẽs, q̃ uerbum, uterque, & in materia noſtra Bar. illa equiparauit in d. l. pen. & in d. § cũ ita. Nec etiam obſtat, ſi dicatur, q in §. cum ita, primò teſtator ſingl'r & diſtributiuè dixit: Si quis filiorum meorum ſine liberis diem ſuum prior obierit, partem ſuam ſuperſtiti fratri reſtituat &c. quia hoc nihil ad rũbum. Nam illa ſubſtõ diſtributiua & reciproca nõ refertur ad ibi ſubſtitutos ſecundo loco ſub nomine collectiuo, ſed ad ipſos fratres primò inſtitutos. Et ita punctual'r contingit in facto noſtro. teſtator. n. hic primò inſtituit filios: demũ eos ſubſtituit ſingl'r inuicem & ſecundò, ſeu in loco ipſorum ſubſtituit iſtos nepotes ſub noĩe collectiuo; ita, q non uideo, q caſus habeat in hoc aliquam dubitationem, & clariſſimè firmat Bart. in dictis locis. ¶Tertiò principaliter
3 probatur ſic. † in ultimis uoluntatibus, cuiuſcunq; qualitatis ſint, ſiue ſit directa ſubſtitutio, ſiue fideicõmiſſaria, ſiue conditio, ſiue teſtm̃, uel codicillus, debet primo loco attendi uoluntas diſponentis expreſſa, uel tacita ſeu coniecturata, ut l. in condõnibus, ff. de cond. & demon. & l. non aliter, de leg. iij. & l. cum acutiſſimi, C. de fideicõ. & l. generaliter, C. de inſti. & ſubſt. & d. l. pen. C. de impu. & aliis ſubſti. & d. l. hæredes mei, cum infinitis ſimilibus, adeò, q id, quod conſtat ex coniecturis, dicitur euidens, ut l. licet imperator, ff. de leg. j. Et ex ratione naturali poſſumus coniecturare uoluntatem defuncti, ut in iuribus præallegatis, & facit. l ſcire oportet. §. ſufficit, ff. de excu. tuto. & quod no. Cy. in l. non dubium, C. de legi. & Bald. in l. maximum uitiũ, C. de lib. præt. Sed ꝓ Deo uideamus, in caſu noſtro q̃ fuit prima teſtatoris uoluntas? uoluit. n. & indubitanter prædiligere filios ꝓprios & nepotes ex filiis: ſed eis deficientibus noluit dare filiis ſuis liberam facultatem diſponendi de illa domo: ſed uoluit præferre nepotes ex fratre; & fortè etiam fecit propter ſui memoriam, ne domus propria perueniret ad hoĩes alterius cognationis. ſed cum in caſu noſtro tẽpore ultimi morientis nullus extaret de filiis, uel nepotibus ex eis, quid ergo habet obſtare, ne iſti nepotes admittantur ſaltem pro iure cõpetenti iſti ultimo, in quo fuit purificata conditio? profecto nihil, niſi inanis & nudus uerborũ ſonus, de quo nõ curauit iuriſcõſultus in d l. hæredes mei, nec in d. l. Lucius. §. Caio, nec in d. l. pen. & meritò, ne ꝑualeant uerba intentioni, cum non intentio uerbis, ſed uerba habent deſeruire intẽtioni, ut dicit tex. in c. ſecũdo requiris, de appel. Præterea & quartò ubi eſt eadem ratio in parte quo ad partem, q̃ eſt in toto quo ad totũ, ualet arg. de toto ad partem. l. q̃ de tota, ff. de peti. hære. & in l. an pars, ff. pro derelic. & c. paſtoralis. §. item cũ totum, de offi. deleg. Sed ſi oẽs filij teſtatoris deceſſiſſent ſine liberis, iſti nepotes ex fratre uocant̃ inſolidum ad illam ſubſtõnem; ergo in parte iſtius, qui in parte deceſſit ſine aliis fratribus primo loco ſubſtitutis, & ſine liberis ex fratribus, debent uocari iſti nepotes, cũ in parte iſtius nulla appareat ratio, quare iſti nepotes non debeant admitti. non. n. in perſona ſua concurrit fauor liberorũ fratrum præmortuorum, cum nullus eſſet ſuperſtes tẽpore mortis iſtius Nicolæ. limitatur ergo prima uoluntas teſtatoris in eo, quod uoluit nepotes ex fratre præferre nudo iudicio filiorum ſuorum. Et per prędicta ſanè patet reſponſum ad contraria. NIC. ABB.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVIDAM *dominus* Iacobus *de* Racanato *in ſuo ultimo teſtamento inter alia ſic diſpoſuit: Item ueniente prædicta conditione ſubſtituit altare magnum eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Platea *de* Racanato *in quadam petia terræ vineatæ &c. quam poſſeſſionem uoluit pro dicto altari teneri & cultiuari ad perpetuum cultum diuinum: & eligi debeat vnus presbyter ad perpetuum diuinum prædictum cultum, qui teneatur & debeat in dicto*

*dicto altari celebrare diuinum officium, prout iuris ſanctio poſtulat & requirit pro anima dicti teſtatoris & ſuorum parentum. qui presbyter ad celebrandum mõ prædicto debeat eligi per dictũ Serctũ Ser Claudiũ, ſi tunc uiuet; poſt mortẽ uero ſer Claudij per eius filios, & ſic ſubſequenter perpetuò de filijs in filios ſucceſſiuè. Et ſi omnes prædicti non uixerint, uoluit eligi dictus præſbyter per priores fraternitatis ſanctæ Luciæ, qui pro tempore fuerint. Aduertendũ tamẽ, quòd prædicta eccleſia ſanctæ Mariæ cuius altare fuit ſubſtitutum, eſt monaſterium ordinis beati Silueſtri ſeu mõtis Sani, quod monaſterium regitur per priores & monachos cõuentualiter & monaſticè deputatos per generalẽ dicti ordinis, qui propriè eſt ordo ſancti Benedicti, & eſt monaſterium poſſeſſionibus & bonis competenter dotatum. Nunc quæritur de tribus. Primò an dictus Ser Claudius poſſit aſſequi uigore ſupradicti relicti ius patronatus. ¶ Secundo an poſſit uel debeat eligi, præſentari & inſtitui ſecularis ſacerdos, an monachus dicti monaſterij. ¶ Tertiò quid de dicta poſſeſſione debeat conſequi præſentandus & inſtituendus.*

CONSILIVM LIX.

1 *Ius præſentandi habens poteſt quem uoluerit præſentare.*
2 *Ius patronatus in eccleſia acquiritur duntaxat triplici capite.*
3 *Patrronus quis efficitur eccleſiam nouam conſtruendo.*

SAluatoris Ieſu Chriſti poſtulato ſuffragio attingã ex ordine primũ, ex cuius deciſione alia dubia pendent. Et ur̃ primo, ꝙ dictus Ser Claudius & ſucceſſiuè alij, de quibus ſ fit mẽtio acquiſiuerint ius pr̃onatus dicti altaris: quia ex dotatiõe hoc ius pr̃onatus acquiritur. 16. qõne. 7. filijs, no. gl. in ca. piæ mentis, eadẽ cã, & no. Io. An. in c. j. de iure pa. & gl. 73. diſt. in ſumma. ſed dictus do. Iac. dictum altare maius dotauit; ergo acquiſiuit ius patronatus. Nec ob. ꝙ illud non conſtruxerit, quia dictum c. filijs, loquit̃ alternatiuè. ſ. cõſtruxit, uel dotauit, & ſic ſufficit alteram ex illis liberalitatẽ exercere, ut in regula, in alternatiuis, de re. iur. li. vj. & in c. inter cætera, de reſcr. & hæc iuris pr̃natus acquiſitio procedit non ſolum reſpectu eccleſiæ conſtructæ ſeu dotatæ, ſed etiã reſpectu capellæ, ut in c. nobis, de iu. pat. nec refert, an in eccleſia ſeculari, uel monaſterio illud ius acquiratur. cum ius non diſtinguat: ſed generaliter contulit priuilegium dotanti, uel fundanti ſeu cõſtruenti, ut ex prædictis, uel eorum altero acquirat hoc ius, ut in d. c. filijs, & de iu. patr. ꝑ totũ, & ꝑ hæc ur̃ tollenda illa conſideratio, qđ prædicta eccleſia ſanctæ Mariæ ſit monachorũ monaſterium. hoc. n. non habet huiuſmodi iuris natiuitatem impedire, cum & ipſum corpus monaſterij poſſit eſſe ſub ptãte patroni. 16. q. 7. monaſterium, & in. d. c. nobis, in prin. & in c. cum dilectus, de cõſue. cum ſimilibus. ¶ Ex his
2 infertur ad ſecundum dubium, † qđ ſacerdos ſecularis poterit eligi, quia habens ius præſentandi poteſt preſentare quem uult. In hoc. n. uoluerunt iura ipſi patrono morem gerere, dummodò alias ſit idoneus, ut in. c. j. 16. q. 5. & eadem cauſa. q. 7. decernimus, & in c. paſtoralis, de iure pat. & c. cum dilectus. eo. tit. quinimo ur̃, ꝙ ſecularem & non monachum eligere debeat, quia ad beneficium non curatum monachus promoueri non poteſt, ut in c. ſuper eo, & qđ ibi no. de regula. no. plenè. in c. quod Dei timorem, de ſtat. regul. ¶ Sed prædictis non obſtantibus, quæ uere caſui noſtro non ob. contrariam ſententiam prorſus in caſu præſcripto arbitror ueriorem, ſ. quod neque dictus Ser Claudius, nec filij dicti domini Iaco. uel alij quicunque ius patronatus ex inſtitutione prædicta in dicta eccleſia ſanctæ Mariæ ſeu eius altari maiori adepti ſunt, ſeu conſequi ualent, ad hanc ſententiam & concluſionem tenendã ex multiplici capite motus ſum. ¶ Et primo, † quia ius patronatus in eccleſia acquiritur ex triplici capite dũtaxat, conſtructione. ſ. eccleſiæ. xvj. q. vij. monaſterium, eccleſiæ dotatione, eadẽ cauſa & qõne, filijs uel nepotibus, Et territorij ad eccleſiam fundandam collocatione 18. q. ij. abbatem, & in c. ad audientiã. ij. de ecc. ædi. & c. 3. de iure pa. & no. Io. An. c. j. e. ti. & gl. in c. piæ mentis. xvj. q. vij. Hinc eſt, ꝙ ex diuerſo facto poſſunt eiuſdem eccleſiæ effici tres patroni, ut puta quia unus dotauit, alter dedit fundũ, ubi eccl'ia fuit conſtructa, alius per ſe, uel ſuis expẽſis cõſtruxit ſeu fabricauit, ut no. Io. An. in c. nobis, de iure pat. facit quod no. glo. 63. diſtin. in ſumma. alius autem modus ius patronatus acquirendi a iure tradi ius non eſt unde ſi qs aliquid reliquit, uel donauit eccleſiæ præter cauſas p̃dictas non efficitur patronus, ſed dicitur benefactor, ut no. Io. And. in d. c. nobis; facit. c. requiſiſti, de teſta. & qđ not. glo. in c. iij. de iure pa. Sed cum in caſu noſtro dictus dominus Iacobus teſtator nec ipſam eccleſiam ſanctæ Mariæ, nec eius altare fabricauerit, fundauerit, uel dotauerit; ergo non potuit ius patronatus pro ſe uel ſuis acquirere, conſequentia & maior patent, minor probatur. clarum eſt. n. ꝙ ipſe non conſtruxit, nec fundauit, cũ ab olim fuerat fundata, nec etiam dotauit, cùm etiam iamdudum t̃pe fundationis fuerit dotata, nec requiritur quod altare maius eccleſiæ debeat eſſe dotatum, cum ſit pars eccleſiæ ſed ſatis eſt ipſam eccleſiam fore dotatam, ut ſatis innuitur in c. nemo, de conſec. diſt. j. & in c. cum ſicut, de conſe. ecc. uel. al. quinimmo ſi uerè ponderentur uerba teſtatoris, non reliquit dictam petiam terræ pro dote: ſed ipſum altare ſimpliciter inſtituit ad perpetuum diuinum cultũ; & ſic potius dr̃ benefactor, quàm patronus, qđ expreſſius in caſu noſtro uoluit Io. An. in d. c. j. ubi dicit, ꝙ ẽt ſi ante fundationem eccleſiæ quis aliquid daret ẽt magnũ, non ꝑ hoc acquirit patronatũ, ex quo nõ dedit cã dotis. In caſu aũt noſtro non ſolum nõ dedit pro dote, ſed ẽt dedit poſt fundationem, dotationem, & cõſtructionẽ eccleſiæ, ergo minime acquiſiuit ius patronatus. Et hæc profectò conſideratio nullũ patitur ſcrupulũ in contrarium. ¶ Secundò principaliter moueor, quia dicta eccleſia ſanctæ Mariæ erat iam conſtructa & conſecrata unà cum altari ſuo maiori. unde etiam præſuppoſito, ꝙ dictus dominus Iacobus reliquiſſet dictam petiam terræ pro dote, non tamen per hoc acquireret ius patronatus in loco iam conſecrato. Efficitur autem quis patronus eccleſiam de nouo conſtruẽdo, quia ſicut pater deducit filium de non eſſe ad eſſe, ut no. in dicto c. j. & d. c. nobis, & d. c. piæ mentis, ita ante rei conſecrationem efficitur patronus. ſed in loco iam conſecrato per prius non poteſt quis effici patronus aliquid dotationis loco eidem donando uel ipſum reficiendo, quia cũ ius patronatus ſit quædam ſeruitus in eccleſia religioſa, & loca ſacra ſeruitutem non recipiũt, ut in l. ſeruitutes §. fi. ff. de ſeruitu. & alibi dicit tex. ꝙ humani iuris eſſe deſinit, ſeruitutem non recipit, ut in l. caueri, ff. communia p̃di. Et hanc opinionem in terminis noſtris firmat gloſſ. in dicto c. piæ mentis. xvj. q. vij. & ſequuntur communiter doctο. & maxime Inn. ſuper rubrica de iure patro. & Ioann. An. in c. j. eo. tit. Excipit tamen Inn. unum caſum, ſ. qñ eccleſia iam cõſecrata eſſet ſine dote, & aliquis uellet eam dotare. nam tunc acquiritur ius patronatus: quia ſpiritualia non poſſunt eſſe ſine temporalibus. 1. q. 3. ſi qs obiecerit. Quod tamen limitauit Ioan. And. in d. c. j. quando hoc faceret de conſenſu diœceſani: quod reſpectu refectionis uoluit glo. in cap. iij. eodem tit. tunc enim fauore eccleſiæ fingitur, ꝙ actus iſte præceſſerit conſecrationẽ, arg. c. tanta, qui fil. ſint legi. Limitat etiam hoc ꝓcedere, qñ à conſecrari faciente, uel etiam ab ipſo conſecratore non poteſt dñs haberi, arg. eorum, quæ no. in d. c. cum ſicut, de conſecr. eccl. uel alta. quaſi in ſubſidium & nõ aliter hoc admittat̃: ſed cum in caſu noſtro neutrum horũ interueniret, quia eccl'ia erat dotata. Item p̃ſuppoſito, ꝙ non fuiſſet dotata: tñ non fuit dos data cũ autoritate diœceſani, ut ius patronatus de nouo acquireretur; ergo ceſſat prorſus iuriſpatronatus acquiſitio. puto. n. abſurdum, qđ laicus ꝓ ſuę liberę uoluntatis arbitrio relinquẽdo vnum prædium eccl'iæ iam conſecratæ, uel ipſius altari maiori, ex hoc oĩno efficiatur patronus eccl'ię uel altaris maioris. vnde cũ ius patronatus acquirat̃ laicis ex ſola gratia & tolerãtia eccl'ię, cum de iure cõi non ſint huius iuris capaces, cum ſit annexum ſp̃ũali iuxta ea, q̃ legũ. & notantur in c. qm̃, de iure patron. & ꝑ Inn. in c. ꝙ ſicut, de elec. non eſt huic acquiſitioni laxanda facultas, ſed reſtringenda, ut in regula, odia reſtringi, de re. iu. lib. 6. & ĩ l. quod uero ꝯ rationem, ff. de legib. Et hæc ſecũda conſideratio etiam nullum patitur ꝯrium. ¶ Tertiò principal'r conſidero, quod etiam ex alio capite non potuit iſte acquirere ius patronatus in dicta eccl'ia S. Mariæ: qm̃ nec ex conſtructione, nec ex dotatione quis acquirit ius patronatus, niſi hoc faciat de conſenſu diœceſani, i. epiſcopi, uel habentis ius epiſcopale in loco, ut in caſu noſtro eſt generalis iſtorum fratrum ſanctæ Marię hoc expreſsè probatur in dicto c. nobis, de iure patrona. Satis enim eſſet abſurdum, quod quis pro ſuo libito poſsit eccleſiam de nouo conſtruere: uel altare de nouo erigere, cũ iſta ſpiritualia non poſsint laici propria autoritate tractare, ut in c. ij. de iud. & 16. q. 7. omnes baſilicæ. Io. And. notauit in d. c. nobis, per illum tex. ꝙ non ſufficit petere conſilium diœceſani: imo oportet habere conſenſum: ſi tamen non uellet ſine iuſta cã conſentire, poſſet per ſuperiorem cõpelli, arg. c. j. de iure patronatus. In caſu autem noſtro non habuit iſte dominus Iaco. autoritatẽ ſeu conſenſum diœceſani; ergo ex ſuo ꝓprio facto nõ patuit ius patronatus, præſertim in altari maiori acquirere. ſi enim hoc dixiſſet generali ordinis, fortè nullo mõ cõſenſiſſet, nec etiam conſentire potuiſſet, cũ hoc ſit contra iura prędicta: & hæc etiam conſideratio concludit. Quarto capite põt ius patronatus excludi: quia ſi prædicta concurrerent in caſu noſtro q̃ in ueritate non concurrunt: tñ habito reſpectu, quia in eccleſia religioſorum non põt beneficiari clericus ſecularis, ut ꝓbatur non cauillando literam in c. fi. §. ꝓhibemus, de ſtatu reg. ubi dr̃, ꝙ etiã abbate & monachis conſentientibus non põt clericus ſecularis beneficiari, ut habeat titulum in monaſterio; ergo multo fortius nõ ꝓcedit acquiſitio in caſu noſtro, ubi nedum monachi nõ conſenſerunt, ſed etiã penitus ꝯdicunt. Et quãquam Hoſt. ibi deſtruendo in ueritate literam, dicat illud ꝓcedere, qñ clericus ſecularis vult eſſe de corpore religioſorum de dãdo uocem in c. & ſimilia faciendo, ſicut vnus de collegio, vnde ſecus dicit, ſi uellet clericus eſſe contentus bñficio ſuo, & eccleſiã officiare abſq; eo, ꝙ ſit de collegio monachorũ: hoc tñ dictum nõ eſt uerum & prorſus repugnat illi literæ. nã ibi ꝓhibet̃ ſimpl'r quem recipi ad præbendam in eccl'ia regulari, & reſpectu receptorum diſponit̃, ut nõ immiſceant ſe cętibus monachorum. Si. n. hoc liceret, prout dixit Hoſt. nõ reſtrinxiſſet ibi ſe tex. ad receptos, eos tolerãdo: ſed hoc diſpoſuiſſet reſpectu receptorũ & recipiendorũ. vñ ſenſus l'ræ fuit hic, ſi bene ponderet̃, ut deinceps nullus reciperetur ad præbendam in eccl'ia regulari: ſed receptos uoluit ibi Papa tolerare, ne priuarent̃ iure iam quæſito cum hac limitatione, ut non imiſceãt ſe cętibus & cõgregationi monachorum; ſi'le in c. j. de reli. do. lib. 6. Et hãc opi. ꝯ Hoſt. ſequitur d. Ant. in d. c. fi. & ſemper legendo tenui ꝯ Hoſt. ſaltem quo ad caſum noſtrũ, ubi monachi reſiſtunt; & ꝓ hoc ultra alios adduco. c. dudum. 18. q. 2. ubi dr̃, qđ clerici ſeculares non debẽt aliquo mõ accedere ad celebrandum in eccl'ia regulari, niſi inuitent̃ à monachis, & etiam ep̃s non põt publicè in monaſterio etiam ſibi ſubiecto celebrare monachis inuitis, ne per concurſum populi monachi, q debent uitam ſolitariã ducere, ſcandalizent̃, ut ꝓbatur in c. luminoſo, & c. ij. & iij. 18. q. 2. ad idem facit. 16. q. 1. placuit, & c. ſi cupis. nec credo, ꝙ Hoſt. ꝯdixiſſet huic caſui. ipſe. n. loquitur, qñ abbas & monachi uolunt aliquem recipere ad beneficiandum in eorum eccl'ia; & nos loquimur, qñ eis inuitis uolunt iſti acquirere ius patronatus in eorum eccl'ia. p̃ſertim in altari maiori, quod nullo mõ fieri poſſe arbitror, ne acceſſu ſecularium patiantur aliquod ſcandalũ, & ne eccl'ia eorum patiat̃ hanc ſeruitutem. ¶ Concludo ergo, ꝙ ex p̃dicta inſtõne nõ fuit ius patronatus acquiſitum alicui; & ex hoc infert̃ ad deciſionem aliorum dubiorũ. Dico. n. ꝙ nemo eſt eligẽdus ſeu p̃ſentandus: quia ſi ceſſet ius patro. ceſſat oĩs effectus, q cauſatur ex eo, ut in c. cũ ceſſante de appel. acquirit̃. n. illa petia terræ eccl'ię S. Marię ad ꝑpetuum diuinum cultum, i. ad uſus neceſſarios eccl'iæ & ꝑſonarum ipſius, arg. in c. paſtoralis, de his, q̃ fiunt à p̃la. cum purè fuerit facta inſtõ, & alia apposita & adiecta ꝑ teſtatorem habentur ꝓ non adiectis, cũ de iure fieri non poſſunt, ut probatur in ſi'l in c. ſignificatum, de præben. quinimo, ſi teſtator reliquiſſet illam petiam terræ ſub condõne de habendo patronatum: tñ cum illa condõ ſit ꝯ ius, ut patet ex prædictis, debet haberi ꝓ non adiecta, & relictum remanet purum, ut in l. conditiones, & l. ſi filius, & l quidam in ſuo, ff. de condi. inſti. cum ſimi. Fratres aũt dicti loci debent rogare Deum ꝓ anima teſtatoris, ſicut faciunt pro aliis eorum benefactoribus. Et hæc ſufficiant. non enim expedit reſpondere ad contraria: quia ſatis abundè patet reſponſio ex prædictis. Laus Deo. NIC. ABB.

CONSILIVM LX.

1 *Sententia ubicunque continet animarum periculum non obſtat rei iudicatæ exceptio, ſiue fuerit iudicatum in foro ciuili, ſiue eccleſiaſtico.*
2 *Sententia qualibet, à qua non eſt appellatum, tranſit regulariter in rem iudicatam.*
3 *Sententia facit ius inter partes, quantumcunq; ſit lata contra ius litigatoris.*
4 *Denunciatio euangelica non procedit, niſi clarè probetur, quòd denuncians agit contra conſcientiam.*
5 *Iudex, quando narrat aliqua in ſententia uel in iudicio parte præſente & non contradicente, alia uerba narratiua probãt in præiudicium partis non contradicentis.*
6 *Succumbens in petitione fundi non admittitur uolens petere fructus occaſione fundi.*

IN cauſa, & quæſtione, q̃ uertitur inter Ioã. ex vna parte, & Anto. filium ſuum & hęredem Petri ex alia, Saluatoris Ieſu Chriſti præſidio inuocato, Vr̃ primò dictum Io. fore audiendum ſuꝑ petitione ſua, exceptione rei iudicatæ ꝑ do. Antoniũ
1 oppoſita nõ obſtãte. Et primò ꝓbat̃ ſic. ¶ † Vbicunq; ſñia continet aĩarum periculum, non obſtat rei iudicatæ exceptio, ſiue fuerit iudicatum in foro ciuili, ſiue eccleſiaſtico. Primum probatur notabil'r in c. ij. de except. lib. 6.

Secundum

Secundum in c.lator,iuncta glo & in c. cōſanguinei, & in
cap.tenor,de re iudi. Sed ſententia, de qua in caſu noſtro
cōtinet periculum animarum, ergo ex ea non cōpetit rei
iudicatæ exceptio.minor probatur. nā cū præſupponatur
dictum contractum mutui fuiſſe fœneratitium,& illius ui
gore uſuram multarum quantitatum pecuniæ dicto Pe-
tro ſolutam,& iudicatum fuerit oppoſitū,nutritur per il-
lam ſententiam uſurarius in peccato ſuo, cum peccatū nō
dim ttatur,ſi non reſtituatur uſura,ex quo reſtitui pōt,ut
in c.cū in,de uſur.& in regula,peccatū,de re.iu li.vj. Itē di
ctus Anto filius & hr̄s dicti Petri peccat in nō ſatisfacien
do aīæ defuncti,ꝓut tenetur,ut in c.a nobis, de ſen. excō.
& in c.lr̄is,de rapto.& in c.fi. de ſepul. Nec obſtat,ſi dicat̄,
ꝙ à tali ſentētia nō fuit appellatū:qa ꝑ hoc nō purgat̄ ui-
tiū ſnīæ reſpectu aīæ obtinētis iniuſtā ſnīam, ut no. Inno.
in c.qa pleriq;,de imu.ecc.ad idē facit, qđ leg.& not.in.l.
Iulianus,ff.de cōdi.inde.ubi habetur, ꝙ per ſnīam iniuſtā
nō tollitur obligatio naturalis,nec ēt ꝑ eā inducitur obli
gatio naturalis,ut no Bar.in l.ab eo,C. quo mō & qñ iu-
dex.¶Secūdo principaliter & ꝓ dicto Io.inducitur:qa rei
iudicatæ exceptio obſtat,cū ad idē agit̄:ſecus, ſi ad aliud
agitur nunc,ꝗ primò,ut in l. qr̄it,cū duobus ſequen.ff. de
excep.rei iudi.& c.abbate ſane,de re iudi.lib.vj. Sed in ca
ſu nr̄o ad aliud nunc agitur,ergo nō hēt officere exceptio
rei iudicatæ ēt præſuppoſito,ꝙ illa ſnīa tranſiſſet in rē iu
dicatā.minor ꝓbatur.primo nō ſolū fuit actū,an mutuum
fuerit uſurariū,an gratuitū,& iudicatū fuit,ꝙ gratuitum.
unde præſuppoſito,ꝙ à principio fuiſſet gratuitū:tamē ni
hilominus poſtea potuit ſolui uſura, ne illud repeteret̄,
arg.in c.cōſuluit,de uſur.iſta.n.ſunt cōpatibilia, nec pro-
bat hoc eſſe,quod ab hoc cōtingit abeſſe, ut in c.ij de trā
ſla.pla.& l.neq; natales,C.de proba. Nunc aūt reperit̄, ꝙ
fuit ſolutū indebite & per uſurariā prauitatē,ne illud re-
peteretur,& ſic prorſus ad aliud agitur nunc,ꝗ primo.nō
enim in primo iudicio fuit repetita uſura: ſed ſolū fuit op
poſitū,ꝙ contractus ille fuerat ſimulatus & illicitus,& in
fraudem uſurarū cōfectus.¶Tertiò uidetur dictū Ioā.ad-
mittendū ex alio capite,ēt ſi prædicta non proficerent. ex
quo.n. dictus Petrus mandauit in extremo uitæ reſtitui
quicquid occaſione traficorū ſeu cōtractuū illicitorū ad
eum perueniſſet, uidetur tacite remiſiſſe iuramentum &
oē obſtaculū, per quod dictus Ioannes prius nequiuiſſet
exigere, ut probari uidetur in c.ad noſtrā.ij.de iureiur.ſe
cundū unum intellectū. ¶Et quāquā prædicta in fauorē
dicti Ioannis urgere uideantur,in cōtrariā mihi ſnīam de
clinandū fore arbitror,ad quā tenendā ex triplici capite
2 motus ſum.¶Primo & principaliter:†quia regulariter q̄-
libet ſnīa,à qua non eſt appellatū,tranſit in rē iudicatam,
ita,ꝙ de ea pōt utroq; iure,excipi cōtra denuo agentē,ut
in c.cū inter,de re iudica.& c.abbate ſane, eo.tit. lib.vj. &
in l.cū quæritur,cū duabus ſequen.ff.de excep.rei iudi.Et
hæc exceptio fuit inducta ad iuris rigorem ſeruandū, ut
litium eſſet finis,ut no glo.in c.paſtoralis.§.quia uero,de
offi.delega.in l.qui exceptione,ff.de cōdi.indebi. Hęc re-
gula nō reperitur læſa in quibuſdā caſibus à iure exꝑſſis,
ut in cā mr̄imoniali, & quibuſdā alijs iuxta id, quod legit̄
& notatur in d.c.lator,inter quos caſus non reperitur ca
ſus noſter,ſ.cū agitur de repetitione uſurarū. Et quāquā
generaliter dicatur, quod ubicunq; uertitur periculū ani
mæ ſententia non tranſit in rem iudicatam, ut no. glo. &
Inno.in c.inter monaſteriū,de re iudi. ſm glo. in c.lator,
eo.tit.& clarius Hoſtien.ibi,& in c.conſanguinei: tamen il
lud intelligitur de peccato per partes non remiſſibili, ut
ſentit glo.in dicto.c.lator,& in c.iurauit,de proba: & cla-
rius Anto.de But.in dicto.c.lator,ut puta cum ſnīa fertur
iniuſtè contra uinculum matrimoniale, uel matrimonio,
obſtante conſanguinitate, uel affinitate in gradibus di-
uina uel humana legibus prohibitis:ſecus autem,ubi fer-
tur iniuſte pro matrimonio, nullo impedimento obſtan-
te.tunc enim tranſit in rem iudicatam, quia uitium ſen-
tentiæ eſt per partes remiſſibile.ex quo enim ſolū præiu-
dicat parti,tranſit in rē iudi. qa uitium ſententiæ eſt per
partes remiſſibile,ut ꝓbatur in c.ꝙ ad cōſultationē,de re
iudi.& l.ab eo,C.quo mō & qñ iudex.ubi dr̄,ꝙ non appel
lans a ſnīa ur̄ accommodare cōſenſum:& alibi dixit tex.ꝙ
nō appellando uidetur cōfirmare ſnīam, in l.fi.C.de ſen.
quæ ſine certa quantita. In his aūt, in quibus uitium ſnīæ
nō eſt ꝑ partes remiſſibile,ceſſat iſte interꝑtatus conſen-
ſus,cū exꝑſſe non potuiſſent partes ſnīam iniuſtā approba
re,ut in c.ſi diligenti,de foro cōpe.Sed in caſu nr̄o ēt prę-
ſuppoſito, ꝙ ſnīa fuiſſet iniuſta, per quā fuit pronuntiatū
contractū mutui fuiſſe gratuitū & licitum,& nō fictum,ne
que ſimulatū:tñ uitium ſnīæ erat per partes remiſſibile:
quia debitor pōt remittere uſuras creditori,ut not.glo.&
Di.in regula,peccatū,de regulis iuris,lib.vi.& Fede.con
ſilio.18.& Ioā.An.in additionibus Specu.in titu. de uſu.
in iij.col.ergo talis ſnīa tranſiuit in rē iudicatā, & præſer
tim indubitanter in caſu noſtro,in quo dictus Ioā.debitor
expreſſe acquieuit ſentētię,& obtulit ſe paratū,executio-
ni ſententiæ,prout in ea cōtinebatur, & recipiens poſtea
ſponte dilationē ad ſoluendū ꝓſtitit iur̄m de ſoluendo, &
ſic renunciauit oī iuri dicendi de iniuſtitia ſnīæ,ut in l.ad
3 ſolutionem,C de re iudi.Hinc dicunt iura†quod ſentētia
facit ius inter partes,quantuncunq; ſit lata contra ius liti
gatoris,ut in d.c.cum inter,& l.ingenuum,ff. de ſtatu. ho.
& accipitur pro ueritate,ut in.l.res iudicata,ff.de re iudi.
ideo non pōt amplius de iniuſtitia ſententiæ in dubium
refricari.nec obſtat,ſi dicatur,quod obtinens ſcienter ſen
tentiam iniuſtam peccat,ut no.Inno.in dicto.c. quia pleri
que,& Bar.in extrauaganti,ad reprimendum,in uerbo.de
nunciationem, quod patet ex eo quia per iniuſtam ſen-
tentiam non tollitur nec inducitur obligatio naturalis,
ut notat Bar. in dicta.l.ab eo,& in l.Iulianus,ff.de condi.
indebi.nam ratione peccati obtinens ſententiam iniuſtā,
debet uictus, quanquam non appellans,audiri. ¶Ad hoc
enim reſpondetur dupliciter. Primò quòd de iniuſtitia
ſententiæ non conſtat,& in dubio obſtat tranſitus in rem
iudicatam:quia præſumitur iuſtè lata, & eſt præſumptio
iuris & de iure,contra quam non admittitur probatio in
contrarium, niſi per confeſſionem uincentis,ut not. Inno.
in dicto.cap. quia plerique; facit quod legi & nota.in l.is
qui fidem,de ſponſa. Præterea hæc eadem ratio militat
in omni ſententia iniuſta. ſemper enim peccat obtinens
ſcienter iniuſtam ſententiam,ut not.Inno.in d.c.quia ple-
rique, & Bart. in locis præallegatis: tamen propter hoc
peccatum non auditur pars aduerſa,ex quo non appella-
uit,& potuit in ſuum præiudicium acquieſcere ſententiæ:
quinimò etiam in præiudicium eccleſiæ obſtat iſte tran-
ſitus in rem iudicatam,ut in dicto cap. cum inter, & cap.
cum ſemper,eod.titu.ratione præſumptionis iuſtitiæ: ut
ſit litium finis. Præterea & fortius in caſu noſtro inter-
uenit expreſſus conſenſus iſtius Ioannis, ut ponitur in
puncto. conſenſit enim expreſſe ſentētiæ,& ſic etiam quo
ad obtinentem fuit ſublatum omne uitium, ſi quod erat
in ſententia,& fuit inducta obligatio naturalis, quæ ori-
tur ex conſenſu,ut notat Bart.in d.l.ab eo; facit l. Stichū.
§.naturalis,ff.de ſolu.& l.cum amplius.§.is natura debet,
ff.de reg.iur. Et per hoc eſt ſublatum primū contrariū ſu-
pra factum. Debet.n.intelligi,quando uitium ſententię nō
eſt ex parte remiſſibile.Item quando non interuenit ex-
preſſus



preſſus conſenſus partis. Quinimò plus puto,ꝙ etiam per
uiam denunciationis euangelicæ non debet iſte Ioannes
audiri,tum quia peccatum fuit remiſſum per expreſſum
conſenſum iſtius Ioan.tum quia non debet amplius diſpu
tari de iuſtitia ſententiæ,& hoc expreſſe firmauit Bar. in
dicta extrauaganti,ad reprimendum,in uerbo denuncia-
tionem. Allego aliam rationem in caſu noſtro meliorem
4 & inconuincibilem.† denunciatio euangelica non proce
dit,niſi clare probetur,qđ denuncians agit ↄ̃ cōſcientiam
ut leg.& no.& maximè ꝑ Inn.in c.nouit,de iud.ſed cū hic
agatur ↄ̃ Antoniū hr̄dem dicti Petri,qui nullo modo ꝓſu
mitur habere notitiam de qualitate dicti contractus mu-
tui,ſed omninò habuit bonam conſcientiam,cum habeat
ſententiam pro ſe,quam debet iuſtam præſumere, ut in
iuribus præallegatis,ergò non poteſt habere locum etiā
denunciatio euangelica,fortius nō dēt dictus Ioann. audi
ri directè petēdo ꝓſertim cū ueniat ↄ̃ ſuum iur̄m. Et hęc
ſufficiant quo ad obtinēdū ex primo capite ¶Scđm caput
obtinendi in cā,ex quo ēt motus ſum,eſt cōfeſſio dicti Io.
cū.n.fuerit cōfeſſus in iudicio dictum mutuum fuiſſe gra-
tuitum,ac recognouerit debitum tanquam uerum & iu-
ſtum,prout apparet ex tenore ſententiæ, non debet non
admitti ad probandum ↄ̃triū,cū cōfeſſio ſpontè facta non
poſſit reuocari etiam probando ↄ̃triū,niſi uſque ad ſnīam
diffinitiuā,ut in c.fi.de confeſ.& l.error facti,C. de iur. &
fac.ign.ad idē.c.ꝑ tuas,de probatio.& l.generaliter.C.de
non nu.pe.nec obſtat,ſi dicatur,ꝙ de confeſſione nō con
ſtat niſi per uerba narratiua ſnīæ,quę nō ꝓbant,ut in c. ſi
5 Papa,de priuile.li.vj.†Dico,n.ꝙ ex quo iudex aliqua nar
rat in ſententia uel in iudicio parte præſente & nō contra
dicente,talia uerba narratiua probant in præiudiciū par
tis nō ↄ̃dicentis,ut probatur in l.j.C.de rela.& ibi expreſ
ſè firmat Bar.& dicit bene notādum,ut in caſu nr̄o dictus
Io.non ſolū fuit pręſens & tacens, ſed expreſsè ſententiæ
conſenſit. ¶Ex tertiò capite pōt dictus Antonius obtine
re,quia non debet admitti ad probandum, quod probatū
non releuat,ut in c.cū contingat,ff.de offi.del.& ī l.ad ꝓ-
bationē,C.de prob.ſed & ꝓſuppoſito,ꝙ dictus Ioann. pro
baret ſe aliquas pecunias ultra ſolutionē exoluiſſe dicto
Petro,nō ꝑ hoc obtineret,ergo non debet ad hoc probā
dum admitti.minor ꝓbatur, quicquid ſoluitur ſeu dat̄ à
debitore ceſſante pacto gratis & amore,licitè pōt a credi
tore recipi deficit.n.alterum,quod eſt formale in uſura,
ut plenè no.Io.An.in regula,peccatum,de reg.iur.li. 6.in
Merc.facit.c.tua,de ſym.& bonus tex.in c. ſicut eꝑm. j. q.
ij.ſed in caſu noſtro mutuū fuit gratuitum,ut ipſemet Io.
confeſſus fuit;ergo non pōt repeti gratis ſolutū;quinimò
& ſi nō fuiſſet a principio gratuitum,ex quo fuit pronun-
ciatum,ꝙ fuit gratuitum,& ipſe expreſsè conſenſit ſnīæ
ur̄ remiſiſſe omne & totum illud,quod potuiſſet repetere.
qui enim conſenſit antecedenti,conſenſit conſequenti, ut
in c.iij.de conſti.& in l.oratio,ff.de ſponſa. Nec obſtat, ſi
dicatur,quod licet a principio fuerit gratuitum, tamē ex
poſtfacto fuit uſura ſoluta.hoc.n.nullo modo ſtare poteſt
quia actor uidetur deducere totum ius ſuum, qđ habet
tempore iudicij inchoati,ut l.ſolemus ff.de iudi.& c. cum
eccleſia Sutrina,de cau.poſ.& propriè &c.abbate ſanè,de
re iud.lib.vj. unde cum in iudicio non contenderit, an à
principio fuiſſet contractus illicitus & fœneraticius, imò
diſputabatur de ipſius iuribus exiſtentibus tp̄e ſententiæ
quod patet apertè, quia contra petitionem non excepit
Ioan.ꝙ ↄ̃ctus ille erat fœneratitius, & ſic apertè retulit
ſe ad tempus ſententiæ; & etiam ſi non dixiſſet, ſatis taci
tè intelligitur,cum in iudicio contenderetur de iure exi
ſtenti tempore ſententię. ergo,ex quo dictus Ioā.ſuccu-
buit,& confeſſus fuit contractum illū licitum, ur̄ ꝑ ↄſītiā
uoluiſſe remittere omne ius ſibi competens, præſuppoſi-
to quòd fuiſſet illicitum. Hæc.n.quæſtio uſuraria, ſeu re-
petitio uſurarum dependet ab illa quæſtione, an contra-
ctus fuerit fœneratitius.ſi enim non erat fœneratitus,non
poteſt aliquid repeti,cum præſumatur donatum. Ex quo
infertur ad ſolutionem alterius contrarij. dico enim ꝙ
nunc non agitur ad aliud,quam primò.Nam hoc replicat̄
6 in ſubiecta materia primæ q̄ōnis.† qui.n.ſuccubuit in pe-
titione fundi,non admittitur uolens petere fructus occa-
ſione fundi.l.fundi,& l.fundum,ff.de excep.& l.ſi quis eū,
ff.de excep.rei iud.ita punctualiter contingit hic.Non ob
ſtat,quod ultimò opponitur de cautione ſeu mandato di
cti Petri,ut omne illicitum extortum reſtituatur.dico.n.
quod non extenditur ad iſtum caſum,cum hic negetur cō
tractum fuiſſe illicitum,nec debet admitti ad probandū
contrarium obſtante præſumptione iuris, & de iure, quæ
orta eſt ex ſententia,ut ſupra dixi. Item ex remiſſione iā
præſumpta, ut prædixi, ius fuit acquiſitum dicto Petro.
Item eſt ſibi ius acquiſitum nunc ex ſententia, non ſolùm
ex pacto; & ideò illa cautio non debet extendi ad hunc
quaſi contractum, arg.eorum quæ notat Barto. in l. mo-
re,ff. de acquiren. hæredi. & in l.apud Iulianum, ff. ex
quib. cau.in poſ. ea. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

FACTVM, *ſuper quo conſilium petitur, in his ſubmittitur terminis. Peruſini ciues eo tempore, quo uiuebant populariter; ita quòd de facto ſuperiorem ſeu dominum non recognoſcebant, conceſſerunt ſolemniter omnibus ciuibus Senenſibus plenum ciuilitatis ius tam in gabelarum ſolutione, quàm in alijs quibuſcumque tam in agendo, quam in defendendo; ita, quòd deberent haberi & reputari tanquam ciues originarij ciuitatis Peruſinæ. Et hoc ſi et inquantum ipſi ciues Senenſes parem immunitatem & ciuilitatē ipſis Peruſinis concederent uigore autem huius conceſſionis conditionalis & reſpectiuæ par immunitas emanauit a ciuibus Senenſibus erga ciues Peruſinos, & procedente tempore ciuitas Peruſina perdidit pluries libertatem. nam fuit ſubiugata à rege Ladiſlao, & ſuceſſiuè a Brachio de Montone, & demum deuenit ad eccleſiæ Romanæ dominium, ſub cuius umbra nunc de præſenti quieſcit. Contingit etiam, quod a pluribus, & pluribus annis & tempore Ladiſlai regis, & Brachij & dominij Romanæ eccleſiæ dicta priuilegia ultro, citroq; edita non habuerunt obſeruantiā: ſed ciues Senenſes tam in ſolutione gabellarum quam in alijs fuerunt Peruſii habiti & tractati tanquam forenſes; & idem contigit ipſis Peruſinis in ciuitate Senarum. Nunc autem quidam ciuis Peruſinus nititur, ut prædicta ciuilitas in ciuitate Senarum ſibi obſeruetur; ita, quod in omnibus habeatur & tractetur tanquam originarius ciuis Senenſis, ſicut in ciuilitatis conceſſione continetur, reluctantibus ciuibus Senenſibus ob cauſas prædictas. Quæritur, quid iuris.*

## CONSILIVM LXI.

1 *Priuilegia debent eſſe perpetua.*
2 *Ciuitas licet ſit ſub dominio, nihilominus poteſt ex contractu facere ciuem, qui alias non eſt ciuis.*
3 *Locator ſi promiſerit ſub certa pœna non expellere intra tempora locationis cōductorem intelligitur, ſi penſionem conuētam conductor ſoluerit.*
4 *Pater ſi promiſit filium non exhæredare, intelligitur, niſi cauſam exhæredationis filius dederit.*
5 *Ciuitas non libera non poteſt imponere collectam ſuis ciuibus etiā pro utilitate publica ſine principis conſenſu.*

Ciuitas

6 *Ciuitas non poteſt facere, ut quis habeatur pro non ciue, niſi in pertinentibus ad ipſam ciuitatem.*

7 *Veniens directè contra priuilegium ſibi conceſſum, perdit priuilegium per unicam contrauentionem.*

8 *Priuilegium ſi datur ad aliquid faciendum, & illud non fit infra decennium, perditur priuilegium.*

IEſu Chriſti Saluatoris poſtulato ex corde
ſuffragio, uĩ primò q̀ dictus
Peruſinus poſſit iuridicè dicta ciuilitate in Sené
1 ſi ciuitate uti:†tum quia priuilegia debent eſſe perpetua.
25.q.2.c.1.& 2.& in regula, decet de reg.iu.lib.vj.tum qa
fuerunt conceſſa non ſubditis;& per conſequens ſunt irre
uocabilia iuxta no.p Inn.in c.nouit, de iudi.tum quia trã
ſiuerunt in quaſi ɔ̃ctum, cum Peruſini cõceſſerunt ciuili-
tatem & immunitatem Senenſibus p.p concesſionem ab
eis fiendam. ergo talis concesſio eſt irreuocabilis iuxta
id, quod legi.& no.maximè per Bar.in l.pen.& l.ambitio-
ſam, ff.de decre.ab ordi.fa. Nec obſtare habet ſubiugatio
2 ſequens ciuitatis Peruſinæ:†quia licet ciuitas ſit ſub do-
minio, nihilominus poteſt ex ɔ̃ctu facere ciuem, qui alias
non eſt ciuis, ut probatur in l.j.in prin.ff.ad munici.& hoc
apertè firmat Bar.ad idem tex.ſm literam, quæ habet ci-
ues electio, in l.fal.C.de incol.lib.x.facit tex.iuncta gl.in
l.ædificia, ff.de uer.ſig.nec etiam habet obuiare nõ obſer
uantia in quibuſdam ciuibus: tũ quia illi non allegarunt
hoc priuilegium: tum quia licet aliqui ſpontè ſoluerint,
& non fuerint uſi illo priuilegio, non per hoc renũtiatur
in reliquis actibus priuilegio & libertati, ut uidetur no-
tabilis tex.in l.uoluntarie, C.de exce.tut.tum quia cum
priuilegium illud fuerit conceſſum toti populo ciuita-
tis.non potuerunt aliqui particulares, non conſtituentes
ſaltem maiorem partem populi, illi priuilegio per eorũ
contrauentionem tacitè renuntiare, arg.eorum, quę not.
Inn.in c.accedentibus, de priuil.poteſt.n.quis renuntiare
iuri & fauori, quatenus tangit perſonam ſuam, non autẽ
quatenus perſonam alterius; ad hoc quod legi.& no.in c.
dilecti, & c.ſi diligenti, de fo.comp.& in l.ſi quis in cõſcri
bendo.C.de pactis.& c.ad apoſtolicã, de reg.iu.cum ſimi
libus. Sed, his minimè ĩ caſu noſtro militãtibus, arbitror
dictum Peruſinum non poſſe, inuitis ciuibus Senenſibus,
illa immunitate & ciuilitate uti, cum illa ſit ex infrà alle
gandis cauſis extincta, & ſublata. Moueor in hanc ſnĩam:
qa dictæ immunitatis & ciuilitatis concesſiones fuerunt
reſpectiuè & reciprocè conceſſæ. nulla.n.cõcesſio fuit in
ſe pura: ſed quælibet fuit facta reſpectu alterius obtentæ,
ſeu obtinendæ.unde Peruſini non concesſiſſent illam im-
munitatem Senenſibus, niſi p.p concesſionem conſimilẽ
à Senenſibus obtinendam;& ita è contra Senenſes nõ cõ-
cesſiſſent niſi p.p concesſionem eis à Peruſinis factam, ut
ſatis hoc ex utriuſq; priuilegij tenore perpenditur.ergo
ceſſante concesſione facta per Peruſinos, ilicò ceſſauit, &
extincta fuit concesſio eis facta per Senenſes: quia ceſſan
te cauſa priuilegij, ceſſat priuilegium in l.gñaliter, C.de
epiſ.& cle.& 16.q.1.c.generaliter, cum gl.ſua.facit l.ex fa
cto, & quod ibi no.ff.de uul.& pup.& c.ſuggeſtum, de deci
mis, & facit in arg.totus titulus fforum, C.de condi.ob
cãm.& optimè facit.l.quæro.§.inter locatorem, ff.loca.
3 ubi habetur, q.†ſi locator promiſit ſub certa pœna nõ ex-
pellere intra t.pa locationis conductorem, intelligitur il
la tacita conditio, reſpectu cuius locauit, ſ.ſi penſionem
conuẽtam conductor ſoluerit: alias autem illo ceſſante à
ſolutione, poteſt ſine pœnæ metu expelli. Et per illũ tex.
4 dicit ibi Bar.†q̀ ſi pater promiſit filium non exhæredare,
intelligitur, niſi cauſam exhæredationis filius dederit, ut
in l.quidam cum filium, ff.de uerb.obl. Item ſi promiſi te
non offendere, intelligitur, niſi cãm offenſionis commiſe
ris, ut l.qui ſeruum, ff.de uerb.obl.Id.n.quod tacitè ineſt,
habetur pro expreſſo.l.cũ quis, ff.ſi cer.pet. Et generali-
ter dixit Bar.illum.§.notandum ad omnes ɔ̃ctus, in qui-
bus ultrò citroq; aliquid promittitur, ut quis non tenea-
tur adimplere cum effectu, ſi per aduerſam partem oĩa
ſeruata non ſunt; facit l.Iulianus.§.offerri, ff.de act.emp.
& l.ædiles.§.ſi.cum l.ſeq.ff.de ædi.edic.& regula, fruſtra
fidem quis poſtulat, de reg.iu.lib.vj.& quod ibi no.p Io.
An.& per Cy.in l.cũ proponas.C.de pac.& facit tex.in l.
cum precibus, C.de præſcrip.uer.& quod leg.& no.ĩ c.p.
uenit, de iureiu.& c.conſtitutus, de pœnis, & 33.q.2.c.qđ
Deo pari. quòd autem amiſſa libertate euanuerit, ſaltem
pro maiori parte, immunitas conceſſa per ciues Peruſi-
nos, facilè probatur. Imponere uectigalia, pedagia exige
re, gabellas & præſtationes ordinarias, & extraordina-
rias inſtituere, & iniungere, pertinet ad principem, non
autem ad ciuitatem non liberam, ut probatur in l.uecti-
galia, ff.de pub.& in l.unica, quę ſint regalia, col.x.& in c.
ſuper quibuſdam, de uer.ſig.expreſſius probatur ĩ l.ij.C.
noua uectiga.quinimò plus dixit Bar.in l.unica, C.de ſu-
5 perindi.lib.x.uidelicet†q̀ ciuitas non libera non põt im-
ponere collectam ſuis ciuibus, ẽt pro utilitate publica,
ſine principis conſenſu, licet poſſit imponere pro neceſſi-
tate imminenti ipſi ciuitati p.p debita ſoluenda;& ſic de-
bet intelligi quod le.& no.in l.iiij.§.actori, ff.de re iud.&
l.j.ff.quod cuiuſq; uniuer.no. ſicut autem non poteſt ciui
tas non libera iſta onera imponere, ita & fortius nec exẽ-
ptionem alicui concedere: quia non poteſt in præiudiciũ
iurium principis ſtatutum ſeu ordinamentum, uel priui-
legium edere, ut no.Bar.ĩ l.omnes populi, ff.de iuſt.& iu.
& clarè probatur, in l.omnes, C.de ann.& tribu.ubi patet
qđ nemo citra principem poteſt immunitatem præſtare
ſuper iuribus debitis prin.& ibi per Bar.facit ad idem,
quod leg.& no.in l.ſi.§.ſi qs profeſſus, ff.de public.& opti
mè.c.ueñientes, de iureiu.& ſpecialiter in caſu noſtro uo
6 luit Bar.in l.ſi maritus, ff.de adul.ubi dicit,†q̀ ciuitas nõ
poteſt facere, ut quis habeatur pro non ciue, niſi in perti
nentibus ad ipſam ciuitatem: ſecus autem quo ad perti-
nentia ad Principem.Cum ergo ciuitas Peruſina conceſ-
ſerit immunitatem, & ciuilitatem ciuibus Senenſibus re-
ſpectu gabellarum nõ ſoluendarum, & pedagiorum, quæ
omnia pertinent ad principem; ergo perdita libertate il-
lud priuilegium fuit annihilatum, præſertim ɔ̃ Romanã
eccleſiam, quæ eſt uerè dña illius ciuitatis. unde expulſo
dño eccleſiæ non potuerunt ciues aliquid cõcedere uel
ſtatuere de pertinentibus ad Romanam eccleſiam, ut in
d.c.ueniẽtes, de iureiu.& qđ legi.& no.ĩ c.quãto 63.di.&
apertè uoluit Bar.in d.l.omnes populi, ff.de iuſt.& iu.&
per conſequens debet ceſſare priuilegium cõceſſum, ut ſ.
dixi. Ad idem facit, quod in ſimili legi.& no.ĩ l.ſi uerò.§.
item cum quidam, ff.loca.ubi patet; q̀ etiam ſi caſu for-
tuito conductor non poteſt præſtare operas locationis, ni
hilominus tenetur reſtituere mercedem perceptam ipſi
locatori, præſertim cum hoc contingat ob odium Peruſi
norum, arg.in l.ſi merces.§.culpæ ff.eo.tit.& hæc ſuffice-
rent ad excluſionem dicti priuilegij. ¶Sed ad maiorem
cautelam inferam alias cauſas perditionis huius priuile
7 gij.†ubicũq; quis directè uenit cõtra priuilegium ſibi cõ-
ceſſum, perditur priuilegium per unicam contrauentio-
nem, ut in c.cum accesſiſſet, in fi.de conſti.& ibi per doc.ĩ
c.pro illorum, de præben.& in l.fi.C.de iur.do.impe.niſi
fauor eccleſiæ aliud operetur, & ſic loquitur.c.acceden-
tibus, de priuileg.facit ad idem.32.q.2.quando renũtia-
tur, ſed in caſu noſtro Peruſini uenerunt contra priuile-
gium ciuilitatis eis conceſſum pluries, & pluries ſoluen-
do gabellas in ciuitate Senarum tanquàm extranei, &
idem fecerunt ciues Senenſes in ciuitate Peruſina; ergo
fuit tacitè renuntiatum mutuo priuilegio. Nec obſtat, ſi
dicatur, quod ſingulares ciues non potueruut hoc facere
præiudicium omnium ciuium; quia illud uerum, niſi to-
ties fuiſſet facta contrauentio, q̀ uero ſimiliter peruenil-
ſet ad notitiam ciuium.nam tunc uidentur ciues appro-
bare, argumen.eius, quod not.Inno.in c.bonæ, el.j.de po-
ſtu.præla.Et præſertim in caſu noſtro, in quo per decen-
nium & ultra non fuerunt dicta priuilegia obſeruata, &
ſic ſaltem fuit inducta cõſuetudo in contrarium, ut in ter
minis noſtris no.Cy.in d.l.uoluntarie, C.de excuſa.tuto.
8 ¶Præterea & ultimò ſi datur priuilegium ad aliquid fa-
ciendum, & illud non fit intra decennium, perditur priui
legium, ut notanter probatur in l.una, ff.de nundi. & hoc
firmat ibi Bar.dicens per illum tex.q̀ ſi ciuitas habẽs pri
uilegium, ſuper ſtudio generali, non utatur illo intra de-
cennium, perdit illud ergo fortius in caſu noſtro perdit
ſaltem per lapſum decennj.in quo non ſolum fuerunt uſi
ſed expreſsè ɔ̃uenerunt ſoluẽdo, tãquam forenſes.fortius
n.pdit priuilegiũ ɔ̃ueniendo, quàm non utendo, ut no.in
d.c.cum accesſiſſent, & præſertim in caſu noſtro, in quo ci
ues Senenſes fuerunt pluries, & pluries coacti ſoluere in
ciuitate Peruſina tanquàm forẽſes.unde debebant ipſi Pe
ruſini obſeruare ſuum priuilegium erga Senenſes, ſi uole
bant ut eis obſeruaretur conceſſum à Senenſibus, qa fru
ſtra quis poſtulat fidem ſibi ab eo ſeruari, cui fidem a ſe p̃-
ſtitam ſeruare recuſat.ut in regula, fruſtra, de re.iu.lib.6.
cum ſiĩibus ſuperius all.Nec obſtat ſi dicat, q̀ priuilegiũ
non fuit allegatum in ciuit.Peruſina, qa imò tacite fuit al
legatum, dum allegabant ad ſolonem euitandam ſe eſſe
Senenſes, ut patet in actis.Itẽ quia ſatis eſt, q̀ p non uſum
ſit inducta conſuetudo in ɔ̃rium in l.de quibus, & l.diu-
turna.ff.de legi.& 4.diſt.§.leges. Præterea fruſtra allegaſ
ſent priuilegium, quod iã eſſet nullũ, & annihilatũ in ad-
uẽtu principis, ut ſ dixi, facit.l.decernimus, cum materia
ſua, C.de ſacroſ.eccl. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM LXII.

1 *Poſſeſsio probatur per iuramentum fidelitatis.*

2 *Compromiſſum ſi factum fuit de aliqua re, non poteſt arbiter illam rem uni adiudicare, & alteram partem condẽnare, ut det aliquam rem in compromiſſo non deductam.*

3 *Facultas allegandi nullitatem contra ſententiam licet aliquo iure remoueatur, poteſt tamen allegari nullitas ex iuriſdictionis defectu proueniens.*

4 *Exceptio negans iuriſdictionem remouet qualitatem ſententiæ, ſuper qua ſe fundat ius, ſeu ſtatutum.*

5 *Arbiter licet non poſsit ſententiare circa omninò aliena ab expreſsis, poteſt tamen decernere; & ſententiare de cohærentibus expreſsis, ſine quibus nequeũt expreſſa cõmodè terminari.*

6 *Conſeruator datus per Papam in fauorem alicuius eccleſiæ, licet nequeat de iure cognoſcere, niſi de iniuriis notoriis: tamen ſi negetur per partem aduerſam, iniuriam eſſe notoriam, poterit ſummariè cognoſcere, & ſuper hoc pronuntiare.*

7 *Mandatum non extenditur ultra comprehenſa in mandato.*

8 *Vim propulſare incontinenti dicitur, qui facit quàm citius commodè poteſt, ad alia negotia non diuertendo.*

9 *Teſtes & ſcripturæ antiquæ, maximè ex archiuo publico productæ probant pertinentias.*

10 *Scholaris quamuis ſtet per mille annos in ſtudio, non ſortitur ibi domiciliũ, ſi habet animũ redeundi ad partes ſuas.*

11 *Ciuitas aliqua ſi facit aliquod ſtatutum cauſa alienationis fiẽdæ alicui tyranno: talis alienatio, & omnia quæ facta ſunt poſſunt reuocari.*

12 *Fines locorum probantur per libros antiquos, ſeu ſcripturas.*

13 *Caſtrum ad ſe, iure communi inſpecto, non habet iuriſdictionẽ.*

14 *Poſſeſſor tenetur reſtituere rem, quam poſsidet, niſi plenè probet dominium.*

15 *Ciuitas ſi augetur, & cingitur nouis muris, ſeu foſſatis, ſeu plantatis, totum augmentum comprehẽditur appellatione ciuitatis*

16 *Secundum officium excludit primum, quãdo ſe non cõpatiũtur.*

17 *Priuilegium clericatus non perditur, niſi per actum omnino cõtrarium clericatui.*

18 *Clericus in minoribus ſi contrahit matrimonium per uerba de præſenti, perdit ipſo facto beneficium eccleſiaſticum.*

IN controuerſia orta inter ducẽ Burgun-
diæ ex una, & ducem Au
ſtriæ ex alia ex parte quibuſdam capitulis pacis
inter eos factæ Ieſu Cri ſaluatoris p̃ſidio ex corde poſtu
lato, attingã ex ordine dubia iuxta mihi conſultationem
porrectam. Et in ordine illud primò occurrit, An illa qua
tuordecim loca in conſultatione expreſſa, quæ dux Bur-
gundiæ aſſerit fore fortilitia, & ad ſe expectare uigore ca
pitulorum pacis initę, ſint ſibi adiudicanda, an uerò perti
nebant ad ducem Auſtriæ, & ſint ſibi dimittenda, ad quẽ
indubiè pertinebant ante guerrã inchoatã. Vĩ prima fa-
cie, q̀ ſint duci Burgundiæ adiudicanda, non obſtante
arbitramento per epiſcopum Tridentinum lato, quia in
uno ex dictis pacis capitulo expreſsè actum extitit, q̀ om
nia caſtra, & loca acquiſita, & acquirenda per ducem Bur
gundiæ uſque ad concluſionem illius pacis, ſint, & rema-
neant cũ eorum iuriſdictionibus & pertinentijs ipſi duci
Burgundię, hoc tñ declarato, q̀ uillæ & quæcũque loca
Tridentini territorij, ſi quæ forent, quę non eſſet de di-
ſtrictibus, iuriſdictionibus, aut pertinentijs ſupraſcriptis
acquiſitis, & non haberent niſi campanilia tñ, aut campa
nilia cum eccleſijs ſolũ, uel etiam eccleſiam ſine campani
libus fortificatam, uel eſſent ſine eccleſijs & campanilibus
& ſine fortilitijs, & uerteretur in dubium quorum eſſent,
qm̃ partium quælibet aſſereret eas eſſe ſuas, de ipſis ſtet
ad arbitrium & iudicium dñi epi Tridentini &c. Cũ autẽ
iſta quatuordecim loca nunc poſtulata p ducem Burgun
diæ ſint de acquiſitis durante guerra, ergo ſunt ſibi adiu
dicanda, nihil.n.tã congruum eſt fidei humanæ, quã ea, q̃
partibus placuerunt.ſeruare, ut dixit tex.in l.j.ff.de pac.in
prin.& alibi dicit tex.ſtudioſè agẽdum eſt, ut ea quæ pro
mittuntur, opere complcantur, ut in c.3.de pac.quinimò
eccleſia, ut pax ſeruetur, interponit ſe imperioſe, ẽt inter
laicos, ut pacta inita ſuam obtineant firmitatẽ, ut in c.j.&
quod ibi no.e.ti. Quòd aũt iſta loca fuerint de acquiſitis,
probat dux Burgundiæ per iuramenta fidelitatis ab habi
tatoribus illorum locorum tempore acquiſitionis ſibi p̃-
1 ſtita. Nam per iuramentum fidelitatis probatur poſſeſſio,
ut in c.longinquitate.xij.q.ij.& in c.ſi diligenti, de præſcr.
& ibi expreſſius hoc tenet Io.An.Nec huic ſententiæ ſeu
intentioni ducis Burgundiæ repugnat iuridicè arbitramẽ
tũ latũ p epm̃ Tridentinũ, qm̃ illa loca tanquam fortili-
tia nõ ueniebant in cõpromiſſo.fuit.n.cõpromiſſũ de uil
lis, ſeu locis ſine fortilitijs &c ut ſ dictũ eſt, qualia nõ ſũt
hæc ergo arbitramẽtũ in hac parte ipſo iure fuit nullũ cũ
arbiter nullã habeat ptãtẽ circa in cõpromiſſo nõ cõpre-
hẽſa, ut in c.cũ dilectus, de arb.& in l. nõ diſtinguemus. §.
de off.& in l.ſi cũ dies, §.plenũ, ff.de arb.hĩc notanter uo-
2 luit Bart.in l.Aquil.ff. de tranſac.† q̀ ſi fuit compromiſ-
ſum de una re, non poteſt arbiter illam rem uni adiu-
dicare, & alteram partem condemnare, ut det aliquam
aliam

aliam rem in compromiſſo non deductam; licet poſſit ar-
bitrari, ut det certam quantitatem pecuniæ pro illa re,
ut inſti. de offi. iud. §. officium, & de hoc plenius per eũ in
d. l. Si ergo in compenſationem rei compromiſſæ non po
teſt arbiter extendere manum in rem extrinſecam, for-
tius non licuit hoc caſu epõ Tridentino arbitratori extẽ
dere poteſtatem ſuam ad hęc loca, quæ nullam commu-
nionem habebant cum rebus in compromiſſo deductis.
¶ Sed in diuerſam partem prædictis minimè obſtantibus,
motus ſum pluribus rationibus, & per maximè una, reſpe
ctu cuius nullum uideo ſubterfugium, quæ eſt hæc. Cum
enim arbitramentum fuerit latum per epiſcopum Tridẽ
tinum ſuper omnibus locis territorij Tridentini in fauo-
rem ducis Auſtriæ, quibuſdam ſpecificè nominatis, exce-
ptis, & adiudicatis duci Burgundię, & tale arbitramentũ
dicatur per utranque partem emologatum, & approba-
tum; ergo nunc non poteſt allegari poteſtatis uel iuſtitiæ
defectus, cum nedum arbitramentum, ſed ſententia quæ
cunque ex poteſtatis defectu nulla poſſit per partes ex
poſtfacto approbari, ut habeat non uim ſententiæ, ſed cu-
iuſdam pacti & contractus, ita, quod talis ſententia de cæ
tero impugnari non poteſt; tex. eſt apertus in l. ij. C. com
munia utriuſque iud. & clarius hoc uoluit Bar. poſt glo.
in l. j. C. qui pro ſua iuriſ. no. glo. & moderni poſt eam in
c. ſignificaſti, de fo. compe. fortius ergo potuit approbari
arbitramentum quantumcunque nullum, arg. in l. cum an
tea, & quod ibi no. ꝑ doc. C. de arb. nec mirum cum nõ ſu-
mãt uires ſuas ex poteſtate arbitrantis, ſeu ſententiantis,
ſed uigore ꝯctus, ſeu pacti tacitè initi ex probatione ſeu
emologatione ſecuta, ut no. in dictis iuribus. Et per hæc
ſoluitur ꝯriũ, quod formari poſſet de notatis per gl. in cl.
3 j. de ſeque. poſ. & fru. ubi concluditur in effectu † quod li
cet aliquo iure remoueatur facultas allegandi nullitatẽ
ꝯ ſententiam, põt tñ allegari nullitas ex iuriſdictionis de
fectu proueniens. ita uidetur in propoſito dicendum, ꝙ li
cet dictum fuerit in capitulo pacis, ut ꝯ diffinitionem epi
Tridentini arbitratoris nihil poſſit opponi poterit tamen
dici de poteſtatis defectu. Dico. n. illam gl. ponere caſum
ſatis diuerſum a noſtro, nos enim loquimur quando par-
tes approbauerunt arbitramentum ex poſtfacto, uigore
cuius approbationis uidentur nouiter ꝯhere, & paciſci ſu
per expreſsis in arbitramento, ut in iuribus ſuperius alle
gatis. glo. uerò allegata in contrarium procedit, ubi non
interuenit conſenſus partium; ſed ius, uel ſtatutum remo
uet facultatem dicendi ꝯ ſententiam de nullitate; quo ca
ſu licet allegare nullitatem prouenientem ex iuriſdictiõ
nis defectu, & ratio eſt: quia ſtatutum ſeu ius in remouen
4 da exceptione, fundat ſe ſuper ſententia. † Exceptio au-
tem negans iuriſdictionẽ remouet qualitatem ſententiæ,
ſuper qua ſe fundat ius, ſeu ſtatutum, quia ſi fuit lata a iu
dice, nõ ſuo nõ meretur nomẽ ſententiæ, ut in l. 4. §. condẽ
natũ, ff. de re iudi. & in c. at ſi clerici, de iudi. & C. ſi à non
compe. iud. per totum; ad hoc notabilis doctrina Bar. in l.
j. ff. quod ui aut clam. ubi per illũ tex. & glo. uoluit, ꝙ qñ-
cunque aliqua diſpoſitio tollens exceptionem fundat ſe
ſuper qualitate, hoc non obſtante admittitur omnis exce
ptio, per quam illi qualitati detrahitur, quia tunc non ue
nitur contra diſpoſitionem. unde ſi ſtatutum diſponit, ut
nulla exceptio admittatur contra inſtrumentum publi-
cum; poteſt nihilominus opponi, ꝙ illud inſtrumẽtum nõ
fuit conditum a notario: quia per hoc nõ remouetur qua
litas publici inſtrumenti; & idem in ſimilibus, ut ibi not. ꝑ
Bar. Hæc autem in caſu noſtro minimè obſtat, ut luce cla
rius patet ex prædictis. ¶ Præterea & ſecundo, uidetur, ꝙ
etiam ceſſante emologatione prędicta, ſententiandum eſt
pro dicto duce Auſtriæ. Cum enim fuiſſet in capitulis pa-
cis actum, quòd ſi contentio aliqua uerteretur inter di-
ctas partes ſuper uillis, & quibuſcunque locis territorij
Tridentini, quæ non haberent niſi campanilia tantũ, &c.
ut ſupra dictum eſt, ita, ꝙ eſſent ſine fortilitijs, ꝙ de ipſis
ſtetur ad arbitrium & iudiciũ epi Tridẽtini. Et inter par
tes fuit dubitatũ, ſeu potuiſſet meritò dubitari, ſi quædã
loca dicerẽtur eſſe ſine fortilitijs, an potuit iuridicè & cũ
bona cõſcientia dictus eps, facto cõpromiſſo generali ſu-
per omnibus locis &c. declarare, quæ ſunt illa loca, quæ
dicantur eſſe cum fortilitijs, uel ſine, ad effectum decernẽ
di ſuper illis, quorum eſſent, ut ſic omnis diſcordia, ſeu
fomes diſcordiæ tolleretur, licet in compromiſſo expreſ
sè non fuiſſet dictum, ut decerneret, quæ loca dicantur ſi
ne fortilitijs, ſed ut decerneret ſuper illis locis, cuius eſ-
5 ſent. Dico † quòd licet arbiter non poſſit ſententiare cir
ca omnino aliena ab expreſſis, quo caſu intelligi debent
iura ſuperius per me allegata; poteſt tamen decernere, &
ſententiare de cohærentibus expreſſis, ſine quibus neque
unt expreſſa commodè terminari. Ad hoc allego glo. no.
in d. c. cum dilectus, de arbi. & idem uoluit ibi Inn. & gl. iu
ris ciuilis in d. l. non diſtinguemus. §. de officio ¶ Quęſtio
autem iſta, ad quem pertinerent dicta loca, non potuiſſet
commodè decidi, niſi determinaretur prius quæſtio præ-
ambula an illa loca dicantur ſine fortilitijs ut ſic compre
hendantur in compromiſſo, aliàs enim quælibet pars po-
tuiſſet dicere illa loca eſſe cũ fortilitijs, uel ſine: & ſic de
facili fuiſſet rupta pax ad cuius conſeruationem partes ita
liberè poſuerunt ſe in manibus epiſcopi Tridentini; pro
hoc c. in cauſis, de ele. iuncta glo. in uerbo, quia uerò, in fi
ne, ubi colligitur quòd data poteſtate eligendi per com
promiſſum, uidetur tacitè data poteſtas poſtulandi, quia
omnia, quæ ſunt uicina, & coniuncta mandato, tacitè
ueniunt, ut ibi. Idem facit, quod in ſimili habetur in iudi
ce ordinario, uel delegato, cui data poteſtate ſuper prin
cipali iure intelligitur acceſſoriè data in cognoſcendo,
an illa cauſa ad ſuam poteſtatem pertineat, ut l. ſi quis ex
aliena, ff. de iud. & l. ij. ſi quis in ius uoc. non ierit, ubi per
Barto. & c. ſuper literis, de reſcrip. ubi per Innoc. & alios
doctores, hinc dixit gloſſ. not. in c. j. de offi. lib. vj. † quòd
licet conſeruator datus per Papam in fauorem alicuius
eccleſiæ nequeat de iure cognoſcere niſi de iniurijs noto
rijs, tamen ſi negetur per partem iniuriam eſſe notoriam
poterit ſuper hoc ſummariè cognoſcere, & ſuper hoc ꝓ-
nuntiare, licet ſimpliciter datus ſit ſuper notorio. ¶ Ad
idem tex. iuncta glo. in c. cum perſonæ, de priuil. li. vj. & in
c. j. de pœnis. eo. lib. ubi etiam per gl. Præterea uidemus,
7 † quòd mandatum non extenditur ultra comprehenſa in
mandato; quinimò loquitur per uerba taxatiua, dicens
quòd procurator ad illa ſolummodò intelligitur conſti-
tutus, quæ in commiſſionis literis inueniuntur expreſſa,
ut not. in ca. cum olim, el. j. de offi. deleg. & tamen poteſt
procurator agere ea, quæ ſunt præparatoria mandati, li-
cet non ſint in mandato expreſſa, ut not. in l. ad rem mobi
lem, & in l. ad legatum, ff. de procur. Item poteſt exerce-
re id quod eſt prope mandatum, ut in c. in cauſis, de elec.
& de renun. c. poſt tranſlationem, & ff. iudi. ſol. l. iam tamẽ
§. ulti. Item prorogare poteſt mandatum ad acceſſoria
ipſius ſiue ſequelam, ut. ff. de inſtito. l. cuicunque §. ſi ei,
apud quem; & hoc notanter firmauit gloſſ. in d. cap. cum
olim. Idem ergo dicendum in caſu noſtro, & tanto for-
tius, quanto partes tacitè uidentur uoluiſſe, ut dictus
epiſcopus Tridentinus eſſet generalis deciſor quæſtio-
num, quæ poſſent oriri ex capitulis pacis ſuper rebus
acquiſitis, ſeu traditis, ut pax ſuis finibus conſeruare-
tur.



¶ Tertiò principaliter facit: quia in dubio debet fieri
interpretatio, ut diſpoſitio teneat, ut in l. quoties, ff. de uer-
bo. obligo. & c. abbate, de uerbo. ſigni. Hinc eſt, ꝙ uerba ẽt
improprientur & extenduntur ultra uim ꝓpriam, ut ſal-
ua ſit diſpoſitio, ut notabiliter ꝓbatur in c. ſnia, de ſen. ex
com. lib. vj. facit. l. ſi ita ſtipulatus fuero per te, ff. de uer.
ob. facit quod not. Bald. in c. j. de cap. qui cu. uen. col. x. &
Arch. 13. q. 1. c. j. Præſertim cum dux Auſtriæ certet hic
de dãno uitando, & dux Burgundiæ de lucro captãdo iu-
xta ea, quę legũtur & no. in l. apud Celſum. §. Marcellus,
ff. de doli excep. & in c. dilecti, de excep. & ꝑ Bar. in l. cum
mulier. ff. ſolu. matr. Ad idẽ facit theorica Bart. in l. oẽs
populi, ff. de iuſti. & iur. & l. nõ dubiũ C. de legi. qua caue-
tur, ꝙ in ſtatutis, & alijs diſpoſitionibus debet fieri ſtricta
uel larga interpretatio, ne quis ſine legitima cã patiatur
dãnũ: alter uerò ſentiat lucrũ, ad quod optimè facit. l.
ut gradatim, ff. de mune. & hono. & l. ij. C. de noxa. & c. cũ
dilectus, de cõſue. Reliqua patebunt ex reſpõſionibus ad
contraria. Et primò dum dr̃ illa quatuordecim loca fuiſſe
acquiſita durante guerra, & ſic nullo modo uenerunt in
cõpromiſſum, reſpõdetur dupliciter. Primò, negando al-
legationẽ in facto fore uerã. non. n. potuerunt ruſtici, & in
colæ locorũ illa in ducẽ Burgundiæ transferre, cũ ipſi nõ
poſſiderẽt nec nomine ꝓprio, nec nomine ducis Auſtriæ,
11 † ꝙ ad inducendam conſuetudinem nõ requiritur actus iudicialis, licet per actus iudiciales poſſet induci conſuetudo; & ſic debet intelligi.l.cum de conſue.ff.de legi. ubi uidetur, ꝙ cum de conſuetudine ciuitatis quæritur, explorandum eſt, an aliquando ĩ cõtradictorio iudicio conſuetudo fuerit firmata. illud.n.conſuluit iuriſconſultus: quia eſt unus modus faciliter probandi cõſuetudinem; nõ tñ ſequitur, quin aliis modis, ẽt extraiudicialibus, poſſit probari conſuetudo, ut expreſsè probatur ĩ c.cũ dilectus, de cõſue.& inſti.de iure natura.gen.& ci.in §.ex non ſcripto. ubi dicitur, ꝙ diuturniores mores conſenſu utentiũ cõprobati inducunt cõſuetudinem; & hoc tenent Io.An. & Bar.in locis præall. Probatur ratione: conſuetudo non cauſatur ex facto iudicis, ſed ex tacito conſenſu populi. unde ſufficit qualitercũq; cõſenſus populi tacite eliciať, ſiue ſint actus iudiciales, ſiue extraiudiciales. Et per hęc ſit breuiter tertio dubio ſatisfactũ. ¶Poſt prædicta ſcripta & cõpleta fuit à me nouiter quæſitum, præſuppoſita ualiditate inuentarij, an hæres dicti Pauli, teneatur integrè ſatisfacere dictæ Floridæ de legato 50 florenorũ ſibi facto, licet hæreditas ſit nunc non ſoluendo, cum dicta Florida petierit dictũ legatũ eo tꝑe, quo dicta hæreditas fuit ſoluẽdo, & hæres ſine iuſta cã ceſſauit ſoluere; & poſtmodũ ſatisfecit quibuſdã legatariis poſt uenientibus, ꝑ quorũ ſatisfactionẽ hæreditas eſt effecta nõ ſoluẽdo; & puto breuiter ꝙ ſic. nã cũ de iure teneatur hæres ſatisfacere legatariis primis ueniẽtibus, ut in d.l.fi.§.& ſi præfatã, fuit dicta Florida legataria dãnificata ex facto hřdis; ideò debet de propria ſubſtantia reddere iſtã Floridã indẽnẽ, arg.optimũ in c.paſtoralis, de iure pa. ubi hř,
12 † ꝙ ſi eṗs ſine iuſta cã non admiſit primò præſentatum ꝑ patronũ, ſed inſtituit ſecũdò pſentatũ, teneť ꝓuidere primo præſentato in æquiualente beneficio, cũ ex facto eṗi iniuſtè fuerit damnificatus nec obſtat.d.l.fi.ubi dř, ꝙ nullũ dãnũ habet hæres conſequi, ex quo fecit inuẽtariũ: qa illud procedit, ſi hæres ſeruauerit diſpoſitionẽ illius legis, ut ibi ſatis innuiť: ſed in caſu noſtro uenit ꝯ illã legẽ, cũ nõ ſatisfecerit dictæ Floridæ legatariæ primò ueniẽti: ſed ſatisfecit poſt ueniẽtibus. vñ fruſtra legis auxiliũ inuocat, ex quo commiſit in legem, ut in c. quia fruſtra, de uſuris. NIC. ABB.

### CONSILIVM LXXIIII.

1 *Verbum conſignare, quid denotet.*
2 *Inſtitor dicitur præponi alicui uniuerſali negotiationi quæſtuariæ.*
3 *Grege legato, pecora uiuo teſtatore ſi mortua eſſent, & alia ſubſtituta, eundem gregem faciunt.*

CHriſti nomine inuocato, Illud de iure quęritur, an uiſis pactis & cõpoſitionibus initis inter magnificum cõmune Senarũ ex una parte, & Rayneriũ Toſcanũ de Mediolano ex alia parte, ac fideiuſſione ſubſecuta per honorabiles ciues Gorũ Frãciſci, ac Franciſcũ Tutij, ac poſtea, ſuꝑueniente morte dicti Raynerij, poſſint ciues deputati ſuꝑ reſtitutione uſurarũ ſm̃ tenorẽ teſti quondam Genonis de Lõbardia, ſeu ipſa communitas Senarum extendere manum ad pręſtum, cui præerat dictus Raynerius, & inde detrahere quantitatẽ debitam ad reſtitutionẽ uſurarũ, & poſtmodum petere à dictis fideiuſſoribus capitale dicti pſti in quãtitate 3200. librarum: an uerò poſſint dicti fideiuſſores offerre, & cõſignare dicto cõi dictum præſtum in quantitate prædicta ante omnem deductionem faciendam, & ſic conſignando dictum præſtum ſe liberare prorſus à dicta fideiuſſione. Et primò, ut clarius deciſio ſubſequens pateat, uidetur, ꝙ deductio quantitatis pro uſuris reſtituendis poſſit ante omnia fieri, contradictione dictorum fideiuſſorũ non obſtante. nam totum dictum præſtum ſeu capitale dicti præſti erat obligatum ad reſtitutionem uſurarum ex diſpoſitione teſtamenti prædicti Genonis, ut ẽt dicta cõitas, & Raynerius prædictus cõtrahendo fuerũt cõfeſſi, ut ſatis patet ex teſtõ dicti Genonis, & conſiliis iuriſperitorum inde ſumptis. ergo dictum præſtum ſic obnoxiũ reſtitutioni, fuit conſignatum Raynerio cum dicto onere, ꝙ res obligata trãſeat ad quẽcũq; cũ onere & obligatione ſua, licet expreſsè non dicať, ut in l.ſicut, in §.non vř & §.debitor, ff.quib.mod.pig.uel hypo.ſol.& in c.ex literis, de pig. ergo dicti ciues ſuper dicta reſtitutione per cõitatẽ præpoſiti, & deputati debent poſſe ad dictum præſtũ manum extendere, non obſtante contradictione dictorũ fideiuſſorum per hoc quod legitur & no.in c.cum tu, & c.tua, de uſur.& in l.ij.C.ſi unus eſt plu.hæredi.& in l.j.C.q po.in pig.habe.facit.l fi.C.ſi antiquior credi.pign. uendi.& dicta deductione ſic legitimè facta tenebũtur dicti fideiuſſores conſignare præſtũ in quantitate prędicta. ¶Secundò principaliter & fortius facit, quia Raynerius in ſecundis pactis initis cum communi obligauit ſe in dicta quantitate 3200. librarũ pro capitali dicti præſti, ac etiam promiſit reſtituere 5000 florenorum occaſione dictæ reſtitutionis fiẽdæ; & pro omnibus prædictis adimplendis obligauit omnia bona ſua præſentia, & futura; & per conſequens uidetur obligaſſe oĩa bona dicti præſti, cuius dominium uidetur in eum tranſiſſe, attentis præſertim ſecundis capitulis, cum receperit dictum præſtum; & obligauit ſe ad reſtituendum non eadem bona, quæ erãt tunc in trafico: ſed obligauit ſe in quantitate, uel ad reſtituendũ alia bona æquiualentia in genere; quo caſu uideť tranſiſſe dominium in recipientem, ut legitur & no. præſertim per Bar.in l.incendium, C.ſi cer.pet.cum ſi. ſi ergo bona illius præſti tanquam bona futura ipſius Raynerij fuerunt obligata, etiã pro dictis 5000 florenis occaſione reſtitutionis fiendæ; ergo poteſt communitas, & per conſequẽs ciues ab ea deputati extendere manũ ad bona dicti præſti, illa auocãdo, & reuocando à dictis fideiuſſoribus, cum fuerint prius obligata dictæ cõitati, quàm fideiuſſoribus, arg.in l.ſi fundum, in fi.& l.generaliter, C.qui po.ĩ pig.ha.& in d.l.j. fideiuſſores autem tenebunť de reſiduis ſatisfacere cõi, cũ ipſi poſſint ſoluere de ſubſtantia principalis, ut in l.ſi procuratorẽ, in §.ſi ignorantes, ff.mãd.& ſi aliquid deficit pro dicta ſolutione fienda tenẽtur ſoluere de ſuo, ut in l.non rectè, & auť.præſente, C.de fideiuſſ. ¶Præterea præſuppoſito, ꝙ non tranſiſſet à principio dominium dicti præſti in dictum Raynerium: quia ex quo cõitas non erat dñа dicti præſti, non poterat contrahendo transferre dñium, cum traditio non poſſit plus iuris trãsferre, quàm ſit in ipſo tradente, ut in l.traditio, ff.de acquĩ.re.do.& in c.nuꝑ de dote poſt diuor.reſti.& 1.q.7. c.Daibertum; tñ ex nouis contractibus, quos fecit dictus Raynerius recipiendo pecunias de nouo à debitoribus, uidetur acq̃ſiuiſſe dñiũ illarum pecuniarũ, & ius, ſeu obligationem in pignoribus; ſicut dicimus in eo, qui uẽdidit rem furtiuã, ut nũmi inde habiti efficiantur ſui, nec ſint furtiui, quẽadmodum erant illæ res uẽditæ, ut in l.q uas.§.fi.ff.de fur. ¶Tertiò principaliter cõfirmatur dicta ſententia conſideratis antiq̃s capitulis in ea parte, in qua nõ fuit

fuit facta nouatio tacitè uel expreſsè per noua capl'a po ſtea inita cũ dicto Raynerio. nam in primis capl'is inter cæteracõtinetur, ꝙ dictus Raynerius deberet in fine tp̃is cõuẽti cõſignare totum capitale, quod eſſet ſibi cõſignatũ per cõe, ut hr̃ in primo cap. in fine. in ſeptimo uerò. c. dici tur, quòd dictus Raynerius debebat reſtituere uſuras, quas Geno mandauit reſtitui de bonis dicti Genonis; & inquantum illa non ſufficerent, debebat reſtituere de bo nis dicti præſti. Demum in noua conuentione fuit expreſ ſa certa quantitas uſurarum reſtituendarum, nec fuit ad iectũ, unde deberent pecuniæ detrahi; ergo debuit intelli gi ſm̃ antiqua capitula, ut fieret detractio de bonis quon dã Genonis, & illis deficientibus de bonis pſti, ſeu trafici. Nam cum non fuerit facta mentio expreſſè iuxta mate riã, l. ſi. C. de noua. non põt dici, ꝙ fuit facta ẽt tacitè, ex quo iſta ſunt cõpatibilia, iuxta no. ꝑ Bar. in l. j. ff. ui bo. ra pto. & l. pen. de præto. ſtipu. & melius in extrauaganti. ad reprimendum, in uerbo, legibus non obſtantibus. ergo an te omnia in defectum bonorũ Genonis debẽt dicta 5000 flore. detrahi de præſto, & fideiuſſores remanent obliga ti ad conſignandũ præſtum in dicta quãtitate 3200 libra rum iuxta eorum obligationem. ¶ Sed quanquam prædi cta uideantur pro hac parte prima fronte urgere, tamen ſi omnia diligenter ponderentur, in contrarium ſe habet ueritas, uidelicet quòd dicti fideiuſſores liberentur conſi gnando dictum præſtum in quantitate prædicta, nec ante conſignationem debet fieri aliqua deductio pro uſuris re ſtituendis. Moueor principaliter negando dominium di cti præſti aliquando tranſiuiſſe in dictum Raynerium, ſed ſemper remanſiſſe in bonis illius, in cuius bonis erat tp̃e quo dictum præſtum fuit conſignatum dicto Raynerio, & dico quòd dictus Raynerius fuit deputatus, & præpoſitus per commune Senarum, non ut dominus, ſed ut inſtitor in rem ſuam, i. ad utilitatem ſuam cum certo onere, ſ. di ctas uſuras reſtituendi intra certum tempus, & ipſum ca pitale poſteà conſignandi; & per conſequens cum nunquã fuerit dominus, ſed ſimplex inſtitor & gubernator, nec obligauit, nec obligare potuit dictum præſtum pro reſti tutione uſurarum, quia nemo poteſt aliena bona obliga re, ut in l. ſi rem alienam, ff. de pign. actio. & C. ſi res alie. pign. da. ſit quaſi per totum. obligauit ergo dictus Rayne rius bona ſua duntaxat ut patet in capitulis ſuper hoc ha bitis, & per conſequens non uenerunt in dicta obligatio ne, nec uenire potuerunt bona dicti præſti, ſed ſolum te nebatur conſignare dictum præſtum in certa quantitate tanquàm ſpeciem alienam, prout ſolent facere, & ſe obli gare iſti inſtitores, ſ. generales adminiſtratores, qui præ ponuntur alicui negotiationi quæſtuariæ. quod autem di ctus Raynerius non fuerit dominus dicti præſti, ſed inſti tor quidam, probatur ex eo, quia cum communitas Sena rum non eſſet domina huius præſti, non potuerat trans ferre dominium, quod non habebat. ut in d. l. traditio nec etiam eſt ueroſimile, ꝙ communitas hoc intenderit, cum enim huius communitatis regimen ſit pacificum, benignũ & iuſtum, abſque omni tyrannide, non eſt ueroſimile, ꝙ uoluerit transferre dominium, quod apud ſe non erat, maximè cum dictum præſtum eſſet obnoxium piæ cauſæ, ſcilicet reſtitutioni uſurarum, & ad coniecturandam uo luntatem contrahentis multum attenditur eius conditio ut in c. illo uos, in ſin. de pig. & in l. qui ſemiſſes, ff. de uſur. Præterea hoc euidenter colligitur ex uerbis antiquorum & nouorum capitulorum cum dicto Raynerio habitorũ. ¶ Et primò colligitur ex uerbis primi antiqui capituli in principio, ibi: *Prendendo bona & ſingulare confidentia de la perſona di Raynerio Toſcano, & uolẽdo per le ſui mani continuar ſi el preſto nella città de Siena &c.* ¶ Quæ uerba clarè innu unt, quòd uoluerunt eum facere inſtitorem dicti præſti, & gubernatorem. non n. fuit dictum, quòd transferebant in eum dictum præſtum, ſed quod uoluerunt, ꝙ per eum continuaretur ex ſingulari confidentia ꝑſonæ. ſi enim fuiſ ſet trãſlatũ dñiũ, nõ oportebat adijcere iſta uerba. Præte reà hoc clarius ꝓbatur in fine dicti capituli primi, ubi dr̃ ꝙ ſi in fine tp̃is cõuenti dictus Raynerius uellet recedere teneatur, & obligatus ſit totum capitale ſibi conſignatũ relaxare in manibus communis, & diligenter pondero il lud uerbum, relaxare, qđ apertè denotat dñiũ nunquam tranſiuiſſe in dictũ Raynerũ, ſed remanſiſſe in priori ſta tu. Ad idẽ facit, qđ hr̃ in d. c. j. in eo, ꝙ cõitas ex pacto uo luit apponere certũ hoĩẽ ad cuſtodiã dicti pſti, ne diſſi paretur per dictum Raynerũ. Item facit, qđ hr̃ in ſepti mo ca. in fine in eo, qđ fuit dictum, ut, deficientibus bonis quõdã Genonis, deberet fieri reſtitutio uſurarũ ex dicto trafico: quia erat obligatũ reſtitutioni uſurarum. ergo cũ utraque pars expreſſè fateretur dictum traficũ eſſe obno xium reſtitutioni uſurarum, & quòd illud fuerat præſtũ Genonis, non eſt uerοſimile, ꝙ communitas uoluerit, uel potuerit transferre dominium in Raynerium, hoc uide tur confirmari in capitulis nouis in eo, quod ibi dicitur, ꝙ dictus Raynerius debet ſe obligare ad conſignandum di ctum præſtum in dicta quantitate ad requiſitionem, & uo luntatem magnificorum dominorum &c. unde pondero
1 dicta uerba conſignare dictum præſtum. † Nam hoc uer bum, conſignare, apertè denotat, ꝙ non dominium, ſed nu da adminiſtratio fuit translata in Raynerium. eſt. n. iſtud uerbũ cuiuſdam facti, nec denotat trãslationem iuris, ſeu dominij fiendam per Raynerium in commune. multa. n. uerba alia ſunt tam in nouis quam antiquis capitulis ſimi lia quæ diligenter ponderata firmant concluſionẽ prædi ctã. ſ. ꝙ dictus Raynerius ex dictis cõuentionibus fuit de putatus inſtitor, & generalis adminiſtrator præſti, & non dominus, & ꝙ tenebatur conſignare præſtum ut quãdam ſpeciem eo modo, quo habuit, ſeu in quantitate prædicta Et quod dicatur inſtitor, qui præponitur pecunijs fœne randis, probatur apertè in l. inſtitor, in §. Labeo, quia inci pit. l. quicunque. §. Labeo, ff. de inſti. & omnis † inſtitor dr̃ præponi alicui uniuerſali negotiationi quæſtuariæ, ut in d. l. inſtitor, & ibi per Bar. fuit ergo dictus Raynerius præ poſitus negotiationi quæſtuariæ fuit autem præpoſitus ibi in rem ſuam, ut prædixi, quia ad utilitatem ſuam, quia ipſe debebat habere commodũ iſtius quæſtus cũ illo one re reſtitutionis uſurarũ fiendæ, ſicut in ſimili no. Bar. in l. cunctos populos, C. de ſum. tri. in ulti. col. De ciuitate, quæ habet ex priuilegio, uel conſuetudine antiqua publi candi bona nam poſſunt dici ſm̃ Bar. procuratores fiſci in rẽ ſuã in ipſa ciuitate, qa ad ſui utilitatẽ utunt iure fiſcali ex cõceſſione principis tacita uel expreſſa. His tãquã ueri ſimis pro fundamento poſitis clariſsimè infertur ad deci ſionẽ eius, qđ pdixi. ſ. ꝙ dicti fideiuſſores nõ tenenť niſi cõ ſignare præſtum in quantitate pdicta, nec tenentur prius pati aliquã deductionẽ nã cõſignãt pſtũ in quantitate ꝓ miſſa, & ſic cõſignãt id, ad qđ ſe obligarũt, qđ facere poſ ſunt. nã uidentur habuiſſe tacitũ mandatũ a Raynerio, ut in d. l. ſi ꝓcuratorẽ. § ſi ignorãtes, ff. man. & qđ ibi no. nec põt fieri primò detractio uſurarũ ſm̃ capitula, quia Ray nerius pro his obligauit omnia bona ſua; quia, ut prædi xi, prædictũ præſtũ nũquã fuit in bonis Raynerij, nec ob ſtat, qđ prædixi, quod ex noua cõtrectatione ſeu contra ctibus per Raynerium poſteà initis pecunia inde proue niens fuit quæſita Raynerio per dictam l. qui uias, & per nota in lege qui urbana, ff. de cond. indeb. quia hæc procedunt



procedunt in rebus particularibus, in quibus nõ ſuccedit loco rei; ſecus autem eſt in rebus uniuerſalibus. in illis. n. pecunia, uel res proueniens ſuccedit loco alterius rei, & uidetur potius fuiſſe agitatum factum negotiationis uni uerſalis, quam factum proprium, ut eſt tex. in l. ſi & rem & pretium, & ibi per Bar. ff. de pe. hære. Ad idem bonus tex. in l. imperator, in ſi. ff. de leg. ij. ubi dicitur, ꝙ ſi q̃s ro gatus fuerit, ꝙ quicquid hæreditati ſupererit poſt morte ſuam, reſtitueret, & de pretio rerũ uenditarum alias com parauit diminuiſſe, qui uendidit, nõ uidetur, quaſi illæ res nouiter emptæ ex pretio ſucceſſerunt in locum piarum re rum; adeò, ut non uideantur res nouiter quæſitæ; ita dicen dum in propoſito. Pecunia. n. & aliæ obligationes pigno rum poſteà prouenĩetes occaſione illius negotiationis & trafici ſufficerent in locum pecuniarum primarũ, & obli gationum dicti trafici, licet re . ouentur. Ad idẽ quod ha betur in ſimili in l. grege, ff. de lega. j. ubi dicitur, † ꝙ ſi gre
3 ge legato pecora uiuo teſtatore mortua eſſent, & in eorũ locum alia eſſent ſubſtituta, eundem gregem uideri. facit etiam. l. proponebatur, ff. de iudi. ubi dicitur eundem eſſe populum, licet multi moriantur, & alii ſubrogentur. Nõ obſtant alia cõtraria ſuperius formata. Et primò ad pri mam fateor dictum præſtum eſſe obnoxium reſtitutioni uſurarum, non tamen ex obligatione Raynerij, ſed ex pri ma diſpoſitione Genonis dicti præſti. Põt ergo fieri, & de bet inde uſurarum reſtitutio, ſed non cum præiudicio di ctorum fideiuſſorum. nam quemadmodum Raynerius re cepit præſtum cum dicta obligatione, ita ſatis eſſe debet, ꝙ fiat conſignatio cum dicta obligatione. nam fideiuſſo res non obligauerunt ſe niſi ad reſtituendum dictum præ ſtum, & ſic cum ſuo onere; ad hoc. c. paſtoralis, de deci. ¶ Ad ſecundum motiuum ſatis ſuprà fuit reſponſum, ne gando ꝙ hic dñium præſti tranſiuerit in Raynerium. ¶ Ad tertium & ultimum rñdetur, ꝙ fideiuſſores obligarunt ſe ſolum ad reſtituendũ dictum præſtum in dicta quãtitate, cui obligationi ſatisfaciunt reſtituendo præſtũ in ea quan titate nam ſolutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, ut inſti. qui. mo. tol. ob. in prin. non autem obli garunt ſe, ut primo fiat deductio pro uſuris reſtituendis dicto trafico: ſed Raynerius obligauit ſe ad hoc ſine fide iuſſore obligando bona ſua; habeatur ergo regreſſus con tra bona Raynerij, ſi nõ fecit id ad quod ſe obligauit ſine fideiuſſore. Præterea & fortius, cũ dictũ capitale iam obli gatum ante contractũ factũ cũ Raynerio reſtitutioni uſu rarũ ſuperſit, & inde põt fieri reſtitutio, ut iuris eſt, uide tur quid abſurdum petere ultra illud capitale aliã pecu niam fœneratitiam ꝓ reſtõne uſurarũ: quinimò poſſet at tentari, ꝙ totus cõtractus initus cũ dicto Raynerio fuit nullus, cũ fuerit ſuper re turpi, ex qua nulla obligatio oritur, ut in l. gñaliter, ff. de uer. obli. & in l. ſi remuneran di. §. rei turpis, ff. mand. & in c. ſi. de pac. Nec ob. ſi dicatur nõ eſſe turpe reſtituere uſuras: illud fateor, ſi ſimplr̃ ad hoc ſe obligaſſet: ſed obligatio fuit facta, ut ex pecunijs fœnerandis fieret reſtitutio, ut clarè colligitur ex meri tis dictorũ capitulorũ, unde ex tali contractu non fuit orta obligatio naturalis, & ꝑ cõſequens ẽt fideiuſſor oĩno li beratur, ut eſt expreſſum in l. cũ lex, ff. de fideiuſ. Et ex ſo lo iſto ſecundo capite poſſent dicti fideiuſſores ſe defen dere, quãquã etiã legitimè defendant ex antecedenti ca pite, ẽt præſuppoſita ualiditate contractus. Et hæc ſuffi ciant. NICOLAVS ABBAS. Sicu. Panor.

## CONSILIVM LXXV.

1 *Exceptio firmat regulam in omnibus alijs non exceptis compre henſis ſub genere.*
2 *Clauſula ſi ponatur inter uerba unius capituli, refertur tantum ad illud capitulum.*
3 *Pactio obſcura, uel ambigua, debet nocere ei, qui uerba protulit.*
4 *Obligatio obſcura recipit interpretationem cõtra eum, qui ſe ſub dat ſuper ea.*
5 *Enumeratio quarundam ſpecierum quando ſequitur poſt genus taxationis cauſa, minuitur ſignificatio generis, & reſtringitur ad ſpecies enumeratas. 6.*

IESU Chriſti ſaluatoris ex corde inuocato præ ſidio, Illud de iure quæritur, Viſo quodã inſtrumento, in quo continetur quædam petitio ſeu prouiſio facta ꝑ magnificos dominos Senarum ac capi taneũ populi & uexiliferos magnificos, & tres ciues ele ctos ſup materia cõcernente olim Raynerium Toſcanum de Mediolano præſtatorẽ, ſeu fœneratorẽ, ac ẽt promiſ ſio facta ꝑ Gorum olim Franciſci mercatorẽ Senen. ſuo ꝓprio & priuato nomine, necnon & noĩe Franciſci Tutij campſoris de Senis, ad q̃ facienda & agenda uirtute dictæ fideiuſſionis tenentur dicti Gorus & Franciſcus fideiuſſo res prædicti. ¶ Et primò uidetur, ꝙ teneantur principali ter ad tria, ſicut uigore ꝓmiſſionis factæ per dictos domi nos &c. & ꝓmiſſionis ſubſecutæ factæ ꝑ dictum quondam Raynerium tenebatur ipſe Raynerius. nam, ut ex dicto in ſtrumento colligitur, Raynerius debebat ſe primò obli gare in triginta duabus millibus libris denariorũ pro ca pitali ipſius præſti fiendi, cõputatis tñ mille libris: dein de ꝑ maſſa itijs ſeu ſupellectilibus, quæ fuerunt quõdam Genonis de Medi. & toto pluri, quod dicta ſuppellectilia ualuiſſent ultra mille libras, & dictã quantitatẽ uiginti duarum millium librarũ, tenebatur dictus Raynerius cõ ſignare ad oẽm requiſitionẽ magnificorũ dominorũ &c. ¶ Secundò obligatur dictus Raynerius cõtinuare præſtũ, ſeu fœnus inceptum ꝑ dictũ Genonẽ uſq; ad Kalendas iu nij anni milleſimi. cccc xxx. Tertiò obligatur principali ter ad reſtitutionẽ uſurarũ occaſione teſtamenti facti per dictum Genonẽ, ſcilicet ad ſummã quinq; millium flore norum, & hoc intra tẽpora cõtenta in dicto inſtrumento. Et ꝙ ad oĩa præmiſſa obligentur dicti fideiuſſores, proba tur aptiſſimè prima fronte ex uerbis contentis in dicta fi deiuſſione. Primò in eo, ꝙ dictus Gorus ſuo nomine & no mine Franciſci prædicti ꝓmiſit, & conuenit cũ dictis ma gnificis dñis & c. ſtipulantibus uice & nomine cõis Senarũ ſe facturũ, & curaturum oĩ exceptione remota, ꝙ dictus Raynerius obſeruaret, & impleret oĩa & ſingula in dicta petitione ſeu ꝓuiſione contenta, & oĩa ſingula ſupraſcri pta, ad q̃ dictus Raynerius obligatus eſt in petitione fide iubere, & ita fideiuſſit. Sed in dicta petitione continentur illa tria principaliter ſupraſcripta; ergo ad oĩa hæc tria cũ ſuis determinationibus & qualitatibus dicti fideiuſſo res tenentur. obligantur. n. fideiuſſores ex ſolenni ſtipula tione, q̃ hic interuenit in l. blanditus, C. de fideiuſſori. & ubi uerba clara ſunt, nõ eſt opus interpretatione, ut in l. ille aut ille, ff. de leg. iii. & in c. ſin. de uerbo. ſigni. ¶ Præte reà & ſecũdò dictus Gorus præfatis nominibus obligauit ſe, quòd in caſu, quo dictus Raynerius prædicta nõ ſerua ret, ipſemet Gorus dictis nominibus obſeruaret, & execu tioni mandaret, unde ponderandũ eſt illud uerbũ prædicta, poſitum in dicta fideiuſſione. refertur. n. ad oĩa & ſingula cõtenta in dicta petitione, ſeu ꝓmiſſione, quod colligitur ex eo, quòd dictus Gorus obligauit ſe in principio fideiuſ ſionis ad faciendum, & curandum, quòd dictus Raynerius obſeruabit oĩa & ſingula in dicta petitione. nã illud uer bum, prædicta, debet referri ad ꝓcedentia, ut in l. ſi ita ſti pulatus

pulatus.§.Chryſogonus,ff.de uerb. obl. ¶Tertiò ꝓbatur
alia conſideratione,ex eo.ſ. ꝙ dictus Gorus in fideiuſſio-
ne p̄dicta,quã fecit,uoluit teneri ad id, quod ultra mille
libras cõpertum foret dicta ſuppellectilia Genonis uale-
re;& ſic ꝓ illo pluri uoluit fideiubere reddens rõnem in
dicto inſtrumento,qm̃ deliberatum fuerat in conſilijs, ꝙ
ipſe Raynerius ſolus eſſet ꝓ illis obligatus ſine aliqua fi-
deiuſſione p̄ſtanda.cũ.n.dictus Gorus exceperit à dicta fi-
deiuſſione unũ caſum dũtaxat, ſeu unã particulam obli-
gationis, uidetur ſe uoluiſſe ad oĩa alia contenta in dicta
1 petitione,ſeu ꝓuiſione obligare. † Nam exceptio firmat
regulam in oĩbus alijs non exceptis cõprehenſis ſub gene
re,ſeu ſub regula,ut in c.dñs.xxxij.q.vij: & in c.ij. in fine,
de coniugi.lepro. ¶Quartò & ultimò cõtra dictos fideiuſ
ſores facit:quia in dicta petitione ſeu ꝓuiſione bis fit mẽ
tio,in principio.ſ.& in fine de fideiuſſione præſtanda per
dictũ Rayneriũ, & qualitas ſiue clauſula appoſita in uno
capitulo alicuius negotij referri debet ad oĩa capitula
eiuſdẽ negotij,ut in capit. 2.requiris,ff.de appel.no.gloſ.
in c.inquiſitioni,eo.titu.facit.xxij.qõ.vij.c.apoſtolus, &.
l.Titia,ff.de uerb.obliga.ubi dr̃,ꝙ ea, q̃ in pręfationibus
concipiuntur, in ſtipulationibus repetita intelliguntur.
Prætereà non apparet rõ, quare dicti fideiuſſores magis
debeant obligari ad unũ capitulũ,quã ad reliqua.ergo di
cta clauſula de fideiuſſione p̄ſtanda debet referri ad oĩa;
facit.l generaliter,ff.de fideiuſſo.Et quod not.Barto.in l.
talis ſcriptura,ff.de leg.j.Ex his omnibus uidetur cõclu-
dendum,ꝙ cum dictus Raynerius uita præſenti functus
ſit,ꝙ dicti ſui fideiuſſores tenẽtur ad uoluntatẽ dñorum
Senarum &c.cõſignare uigintiduo millia librarum pro
capitali,ac cõtinuare p̄dictum præſtum uſq; ad Kalendas
Ianuarij,& reſtituere quinq; millia Florenorum, ꝓut ad
hæc oĩa obligatus erat dictus Raynerius.¶Sed his nõ ob-
ſtantibus,q̃ in caſu nr̃o minime præualere arbitror,puto
dictos fideiuſſores ad duo duntaxat fuiſſe ex dicta fideiuſ
ſione obligatos.Primò ad cõſignandũ triginta duo millia
librarũ pro capitali dicti præſti,cõputatis tñ mille libris,
ad quas dictus Raynerius ſe obligauit ꝓ ualore ſupelle-
ctilium dicti Genonis.Itẽ ad reſtituendũ mille ſexcentos
Florenos,q debebant ex ſumma dictorũ quinq; millium
Florenorũ in primo termino reſtitui: q̃ tñ quãtitas dicto
rum mille & ſexcentorũ Florenorũ fuit ꝑ dictũ Rayneriũ
integraliter reſtituta,ut mihi uerbotenus relatũ extitit;
quod ſi ueritate nititur,obligantur iudicio meo dicti fi-
deiuſſores duntaxat ad conſignandũ triginta duo millia
librarũ ꝓ capitali dicti præſti:nõ aũt tenentur continua
re dictum præſtum,ſeu fœnus,nec reſtituere uſq; ad quã-
titatẽ quinq; millium Florenorũ.Et ꝙ hæc uera ſint, ꝓ-
batur aptiſſimè ex uerbis fideiuſſionis factæ ꝑ dictũ Go-
rum,in eo,ꝙ ibi expreſsè dicitur, ꝓ illis duntaxat fideiuſ
ſit,ad q̃ obligatus eſt fideiubere Raynerius prædictus, &
nõ aliter,neq; alio modo:q̃ uerba diligentiſſimè ſunt in
hoc negotio ponderanda,ex q̃bus clariſſimè liquet,quòd
noluit Gorus nominibus antedictis fideiubere ſimplici-
ter ꝓ oĩbus,ad q̃ dictus Raynerius obligatus erat facere
& adimplere,ſed ſolum ad ea, ꝓ quibus dictus Raynerius
obligatus erat fideiuſſorẽ dare,fideiuſſor aũt non obliga
tur ultra conſenſum propriũ,ſed ſolum ad ea, q̃ promiſit
per ſolennẽ ſtipulationẽ,ut in l.qui ultra,& in d.l.blandi
tus,C.de fideiuſ.facit.l.cõſenſu,ff.de acti.& oblig.unde põ
deranda ſunt p̄dicta uerba in fideiuſſione contenta, ꝙ ali
ter uel alio modo nolebat fideiubere,niſi pro illis tantũ,
& duntaxat ad quæ prædictus Raynerius fideiubere obli-
gatus erat.ſed dictus Raynerius licet obligaſſet ſe ad plu
ra,nõ tamen tenebatur fideiubere,niſi in duobus capitu-
lis duntaxat cõtentis in petitionẽ ſeu prouiſione domi-
norũ;quod colligitur ex eo,quia licet multa fuiſſent ex-
preſſa in dicta prouiſione cõcernentia obligationẽ dicti
Raynerij,de fideiuſſione nõ fuit facta mentio niſi reſpe-
ctu dictorũ capitulorũ dũtaxat,in alijs ergo dicta fideiuſ-
ſio uidetur p̄terita & neglecta;pro hoc tex.optimus in l.
iij.ff.de libe.& poſthu.facit c. nonne, de p̄ſumpt.& c.qua-
lis xxv.diſt.¶Secundò hoc uidetur expreſsè probari per
theoricam Barto.in d.l.talis ſcriptura,ff.de leg.j.ubi nar
rans de clauſula in aliqua diſpoſitione contenta, ad quæ
ſit referenda,quando in tali diſpoſitione ſunt multa capi
2 tula,dicit inter cætera † quòd ſi clauſula ponatur inter
unũ capitulũ,ſeu inter uerba ipſius capituli,tunc refertur
tñ ad illud capitulũ,& nõ ad alia præcedẽtia uel ſequen-
tia;allegat dictã.l.tertiã.§.filius,ff.de libe. & poſthu. quæ
lex bene facit;& põt adduci hæc ratio.nã quando clauſu-
la ponitur inter uerba eiuſdẽ capituli,uidet̃ pars capituli
iõ debet reſtringi ad ipſum capitulũ nõ aũt concernere p̄
cedentia,uel ſequentia.ſi.n.author diſpoſitionis intendiſ
ſet ꝑ clauſulam qualificare oĩa contenta in diſpoſitione,
nõ adiecſſet clauſulã inter uerba unius capituli:ſed adie
ciſſet eã generaliter in principio,uel fine capituli non re-
ſtringendo ſe ad certũ capitulũ;quo caſu loq̃tur dictũ c.
ſecundo requiris,in ↄ̃rium allegatum.ex uerbis.n. diſpo
ſitionis cõprehendimus mentẽ diſponentis,ut in c.ad au-
dientiam,de decimis,& c.porrò,de priuileg.& c.ſi.de uer
bo.ſignif.& in l.nõ aliter,& l.ſi quis in principio,ff.de leg.
iij.ita punctualiter cõtigit in negotio noſtro. nã in ea pe
titione,ſiue ꝓuiſione dominorũ,in qua cõtinetur & tra-
ctatur de fideiuſſione præſtanda ꝑ dictum Raynerium, di
citur in effectu in principio, ꝙ dictus Raynerius deberet
ſe obligare in quantitate triginta duorum milium libra-
rum in eo pluri,quod dicta ſupellectilia Genonis ualerẽt
ultra mille libras.Et ſubditur ibidem. *Dando ditto buoni,
& ſufficienti recolte di conſignare el ditto preſto nella ditta quã
tita ad rechieſta & uoluntà de magnifici ſignori &c* Lequali re-
*colte doue per* Raynero *mancaſi de fare le preditte coſe loro ſi obli
garanno di oſſeruare, ſe fuſſe mancato per Raynero &c.* Quæ
uerba diligenter ponderata innuunt fideiuſſionem præ-
ſtandã reſpectu huius capituli tñ, & non reſpectu ſequen-
tium,in q̃bus nihil dicitur de fideiuſſione. deinde aduer
tenda ſunt illa uerba: *Dando di ciò buoni & ſufficienti recolti
conſignare el ditto preſto &c.* Et illa alia uerba: *Liquali re-
colti doue per* Raynero *manchaſſe de le preditte coſe, loro ſe obli-
garanno &c.* Illa enim uerba: *Dando di ciò.* Et illa, *Le ſupra
ditte coſe,* Reſtringunt obligationem fideiuſſionis præſtã
dæ ad illud capitulũ dũtaxat, cum ſint poſita inter uerba
eiuſdem capituli,& apertè referunt ſe ad illud capitulũ.
Itẽ punctualiter contigit in ultimo capitulo dictę ꝓuiſio
nis,ubi fit mentio de quinq; millibus Florenorũ reſtituen
dis ꝑ dictũ Rayneriũ.de fideiuſſione.n.fuit dũtaxat mẽtio
facta reſpectu ſolutionis fiendæ in primo termino,q̃ aſcen
debat ad quantitatẽ mille ſexcentorũ Florenorũ; unde re
ſpectu totius ſummæ quinq; millium Florenorũ non fuit
habita mentio de fideiuſſione,nec reſpectu alterius ſum-
mæ in alio termino reſtringendæ, ut clarè colligitur ex
uerbis dictæ promiſſionis,ibi: *Nel qual tempo debbe rendere
& reſtituire Florini cinque millia di oro in queſto tempo, ciò
dal di,che ſerà obtenta la preſente prouiſione, anno menſe proſſi
mo à uenire* Floreni *mille ſeicento,de liquali* Florini *mille ſeicen
to de uſure de reſtituirſi nelle prime paghe,debia per ſimil modo
dare boni & ſufficienti recolte &c.* Quæ uerba ſi diligenter
ponderentur,reſtringunt obligationem per fideiuſſionẽ
præſtandam per dictum Raynerium ad hanc ſummã dun
taxat mille ſexcentorum Florenorum in primo termino
ſoluen-



ſoluendorum.ſunt.n.hæc poſita inter uerba iſtius capitu
li,& ſic ſolùm concernunt illud capitulum, ut clariſſimè
colligitur ex illis uerbis: *De liquali Florini mille ſeicento de-
bia per ſimili modo dare boni & ſufficienti recolte.* non aũt fuit
dictum: *De liquali Florini cinque millia &c.* Et ſic illa uerba
de fideiuſſione præſtanda ſolũ determinant reſtitutionẽ
dictæ ſummæ mille ſexcentorũ Florenorum per rationẽ
præmiſſam.Prætereà in preſto cõtinuando,ad quod erat
obligatus prædictus Raynerius, nulla erat prorſus habi-
ta mentio de fideiuſſione præſtanda per dictũ Rayneriũ;
& ſic remanet obligatio fideiuſſionis præſtandæ ſolũ in
prædictis duobus caſibus:quia quicquid nõ eſt uerbis cla
ris expreſſum,habetur pro omiſſo, ubi agitur de obliga-
tione cõtrahenda,uel augenda,ut eſt tex.expreſſus,& ibi
ꝑ Bar.in l.quicquid aſtringendæ,ff.de uerb.oblig.nec ſuf
ficit dicere,ꝙ altera pars hoc in mente gerebat: quia im-
putandum eſt ſibi,ex quo non expreſſit,ut in l.ſi repeten-
di,C.de condi.ob cauſam.Hinc dicit Bart. in d.c. quicq̃d
aſtringendæ,quòd ſi omittuntur in cõtractu,ea q̃ nõ ſunt
de natura cõtractus,non habentur pro expreſſis,licet ta-
citè fuiſſent intellecta ab una partiũ tãtum. In dubio aũt
non uidentur intellecta ab utraq; parte niſi ea, quæ ueni
unt à natura contractus,ut in.l.cum quid,ff.ſi cer.pet.Præ
tereà ad hanc ſñiam optimè facit tex.in l.ueteribus,ff.de
3 pactis.ubi uidetur, † ꝙ pactio oſcura uel ambigua debet
nocere ei,qui uerba protulit:quia in eius p̄tãte fuit uer-
4 ba apertius ſcribere.Hinc dixit Bart.in d.l.ueteribus,† ꝙ
obligatio obſcura recipit interpretationem contra eum,
qui fundat ſe ſuper obligatione: quia non poteſt agere
ex obligatione obſcura,& dubia,ut in c.in præſentia, de
proba.& in d.c.l.quicquid aſtringendæ.Item fit interpre-
tatio contra eum,qui uerba obligationis protulit, ut in
d.l.ueteribus,& c.cõtra eum fit interpretatio,de reg.iur.
lib.vj.In caſu aũt noſtro uerba obligationis de fideiuſſio
ne præſtanda non fuerunt prolata à Raynerio.Item fide-
iuſſores non fundant ſe ſuper obligatione, cum ſint rei in 5
hoc caſu;meritò pro eis & non contra eos eſt fienda inter
pretatio:meritò dictus Gorus ſciens propter prædicta di
ctum Raynerium non tenere dare fideiuſſorem de omni-
bus,ad quæ ipſe erat obligatus dixit in dicta fideiuſſione
prædicta uerba,ꝙ pro illis duntaxat fideiubebat, ad quæ
obligatus erat fideiubere dictus Raynerius in dicta peti-
tione,& nõ aliter,uel alio modo;& præcipuè dico dictos
fideiuſſores obligatos nõ fore ad præſtum continuandũ
aliquibus rationibus ultra prædicta. Primò per theoricã
Bar.in l.prætor,la.ij.ff.ui bono.rapt. ubi dicit inter cæte-
ra,ꝙ ubi dicta in præcedentibus ſunt contra ius commu-
ne,ſeu exorbitant à iure communi,non intelligantur re-
petita in ſequẽtibus,quod not.glo.in d.l. talis ſcriptura;
facit c.j.cum ſeq.de filijs præsbyte.lib.vj. Sed in caſu no-
ſtro hoc exorbitat à iure cõi,imò eſt contra ius diuinum
& humanum,quod Chriſtianus exerceat fœnus noĩe pro
prio uel alieno,ut in c.ſicut nõ ſuo.xlvj.diſ.& in c.ſuꝑ eo,
& c.cũ tu,& c.quia in omnibus,de uſuris. ergo illa uerba
de fideiuſſione præſtanda,ut fideiuſſores teneantur face-
re,quod omitteretur per Raynerium, non ſunt referẽda
ad præſtum continuandũ,& fœnus exercendum. ¶Secun-
do facit alia theorica,quã poſuit ibi Bar.in d.l.talis ſcri-
ptura.ubi dicit,ꝙ etiã ubi clauſula ponitur in principio,
uel in fine capituli non eſt referẽda ad alia capitula, quã
do põt reddi ratio,quare debeat magis referri ad capitu
lum,quã ad reliquum.Sed in caſu noſtro ſubeſt ratio eui
dentiſſima.nam nullum turpe committitur,quòd fideiuſ-
ſores obligent ſe ad reſtituendum capitale. uel pro reſti-
tutione uſurarum,ſed bene committeretur turpitudo, &
peccatũ grauiſſimum & horror inter Chriſtianos,ꝙ chri
ſtianus pręſertim pręcipuus ciuis palàm exerceret fœnus
nomine proprio,aut alieno;meritò illa obligatio de præ-
ſto continuando non eſt referenda ad fideiuſſores: quini-
mò plus dico,ꝙ etiam ſi expreſsè fideiuſſores ſe ad conti
nuandum obligaſſent,non ualuiſſet talis obligatio: quia
rei turpis non ualet ſtipulatio, ut in l.generaliter,ff. de
uerb.obli.& in c.ſi.de pac.nec poteſt accedere fideiuſſor,
ubi ex primaria obligatione nulla oritur obligatio, ut in
l.fideiuſſor.§.fideiuſſor,ff.de fideiuſ. Sed in fœnore exer-
cendo nulla põt oriri obligatio ciuilis, uel naturalis,cũ
ius diuinum & canonicũ reſiſtat,ut in d.c.ſi de pac. facit.
l.cum lex,ff.de fideiuſſ.ubi expreſsè probatur, ꝙ fideiuſ-
ſor non poteſt accedere illi contractui,cui lex reſiſtit.Ex
prædictis omnibus cõcludo dictos fideiuſſores non fore
obligatos ad continuandum præſtum dicti Raynerij.nec
ad reſtituendam totã ſummam dictorum millium Flore-
norum, ſed ſolummodo ad conſignandum triginta duo
millia librarum pro capitali,& ad reſtitutionem mille &
ſexcentorum Florenorum occaſione teſtamẽti Genonis,
& hoc inquantum dicta quantitas non fuerit reſtituta ꝑ
Raynerium.¶Nunc reſtat reſpondere ad contraria ſuprà
formata,ad quæ faciliter patet reſponſio. Ad primũ nãq;
reſpondeo,ꝙ illa uerba generalia ad oĩa ſingula &c. re-
ſtringunt̃ ꝑ uerba ſpecialia immediatè ſequẽtia in eo,ꝙ
dictus Gorus in fideiuſſione ſubiunxit,ꝙ pro illis dunta-
xat fideiubebat,ad quæ obligatus eſt fideiubere Rayne-
rius p̄dictus,& non aliter,uel alio modo, & ſic illa uerba
præcedentia,ꝙ obligabat ſe ad oĩa & ſingula in promiſ-
ſione cõtenta.debeãt intelligi de his oĩbus & ſingulis,pro
quibus dictus Raynerius obligatus erat fideiubere.uerba
enim præcedentia declarantur ex ſequentibus, ut in l. ſi
ſeruus plurium,in fi.& in l.q filiabus,ff. de leg.j. nã & ea
quæ incõtinenti ſubmittunt̃,ineſſe uidentur, ut in l.lecta,
ff.ſi cer.peta.& in c.officij,de elec.aptè uoluit Bar.in l.q̃-
ſitũ,in.§.fina.ff.de fun.inſtr.ubi dicit † ꝙ ubi poſt genus ſe
quitur enumeratio quarundã ſpecierũ taxationis cauſa,
tunc minuitur ſignificatio generis,& reſtringit̃ ad ſpecies
enumeratas,in l.legata,ſecundo reſpõſo,ff.de ſuppe. leg.
In caſu aũt noſtro,cõſtat,ꝙ per illa uerba generalia fue-
runt uerba ſpecialia adiecta cã reſtringendi gñalitatẽ p̄-
cedentem,ut apertè colligitur ex uerbis ſuprà recitatis,
præſertim ex dictione,tantũ & duntaxat, & ex illis alijs,
ꝙ nec aliter, nec alio modo nolebat eſſe obligatus. Ad
idẽ allego tex. notabilem & magis clarum in cle.exiui de
paradiſo,in §.exigitur in primis, de uerbo. ſignifi. clarè
colligitur,ꝙ genus præcedens cum enumeratione quarũ
dam ſpecierum reſtringitur ad ſpecies enumeratas:alias,
ut dicit ibi tex.ſuꝑfluè & nugatoriè fuiſſent adiectæ illæ
ſpecies.ita in propoſito ſi Gor.uoluiſſet ſimpliciter obli-
gari ad omnia,& ſingula contenta in dicta promiſſione,
ſuperfluè & nugatoriè immediatè ſubiunxiſſet ꝙ pro illis
tantũ,& duntaxat fideiubebat,ad quæ obligatus erat fide
iubere dictus Ray. & non aliter,uel alio modo. ¶Et per
hoc tollitur ẽt ſecundum cõtrarium in eò ꝙ opponitur,
ꝙ dictus Gorus ſe obligauit ad omnia prædicta. nam il-
lud uerbum,prædicta,concernit genus cum reſtrictione
ſubſequenti, ut intelligatur ad omnia prædicta, ſcilicet
ad quæ obligatus erat dictus Ray.fideiubere.nam uerba
relatiua referunt antecedẽtia cũ ſuis reſtrictionibus.& de
terminationibus iuxta no.in l.cũctos populos.C.de ſum.
tri.& fide catho.& in c.j.de cleri.nõ reſiden.¶Ad tertium
cõtrariũ reſpondetur,ꝙ ideo Gorus excepit, ꝙ nolebat
obligari in illo pluri,q̃d ſuppellectilia ualebãt ultra mil
le libras;quia in prouiſione prædicta continebatur aptè,
quòd

ꝙ etiam de illo deberet præſtari fideiuſſor, unde neceſſa-
rium erat illum caſum excipere: alias fuiſſet obligatus.
Nam exceptio firmat regulam in his dũtaxat, quæ alias
comprehenduntur ſub regula, & non in aliis, ut eſt tex.
notabilis in l.generali, in §.uxori, ubi per Bar.ff.de uſu &
uſufru.leg. ¶Ad quartum & ultimum cõtrarium, ꝙ clau-
ſula debeat referri ad omnia ſequentia, ſatis patet ex p̃-
miſſis reſponſio. nam ꝯrium procederet: qñ clauſula eſſet
ſimpliciter appoſita in prinipio, uel in fine capituli; ita,
ꝙ poſſit pariter omnia rectè comprehendere. Sed in ca-
ſu noſtro illa clauſula, de fideiuſſione præſtanda, fuit
reſtricta ad certa capitula, & ſic fuit pars illorum capi-
tulorum, ut ſupra plenè dixi. Nec obſtat, ſi dicatur, ꝙ non
ſubeſt ratio reſtringendi illam clauſulam magis ad unum
capitulum, quàm ad reliquum: quia dico, quod imò ſub-
eſt ratio urgẽtiſſima reſtringendi. Primò ne Chriſtianus
& bonus ciuis uideatur obligatus ad fenerandum. Secun-
dò ne ſit quis obligatus in maiori quantitate, quàm uelit
obligari. Item quia dictus Raynerius facilius comperiſ-
ſet fideiuſſorem pro parte obligationis, quàm in totum.
Item quia illa clauſula expreſsè refert ſe ad precedentia;
& ſic ex quo conſtat de aĩo opponentis, clauſula non de-
bet referri ultra intẽtionẽ illam opponẽtis, ut no. Spe. in
tit. de inſtru. edi. in §. nunc aũt, in uer. item excipe, & alle.
tex. in l. ſi quis in prin. ff. de leg. iij. & 32. q. 7. c. apoſtolus.
Et hæc ſufficiant. NIC. ABB. SICV. PANOR.

## CONSILIVM LXXVI.

1 *Præſentatio quando ſpectat ad plures tanquam ad ſingulos, non
eſt neceſſe, ut in præſentationis actu omnes conueniant, ſed poſ
ſunt ſeparatim præſentare.*
2 Patroni, *quanquam ſint abſentes, poſſunt præſentare clericum
præſentem per eorum literas.*
3 Ordinarius *poteſt abſenti conferre beneficium.*

INuocato Chriſti auxilio plura ſunt exami
nanda ad huius quæſtionis deci-
ſionem. ¶Primò an ad parochianos poſſit ſpecta
re ius præſentandi rectorem proprium de antiqua con-
ſuetudine. ¶Secundò an maior pars uicinorum poſſit p̃-
ſentare, minori parte non uocata. ¶Tertiò præſuppoſito,
ꝙ maior pars poſſit præſentare, an ualuerit præſentatio
facta de clerico abſente tempore præſentationis, præſer
tim interueniente procuratore præſentandi ad hunc actũ
ſpecialiter conſtituto. ¶Quartò præſuppoſito, ꝙ noluе-
rit, an talis præſentatio euacuetur ex eo: quia præſenta-
tus in abſentia non ratificauit præſentationem intra tem
pus laicis ſtatutum ad præſentandum, ſed poſt illius tem
poris lapſum ſtatim, tñ ꝙ rediit ad ꝓpria certioratus de
præſentatione in eius abſentia facta illam ratificauit.
¶Quintò reſtat concludere preſuppoſito, ꝙ ratificare di
cto tempore potuerit, quis ueniat nunc inſtituendus, an
præſentatus per maiorem partem parochianorum modo
prædicto, cuius præſentatio fuit per uerba generalia ad-
miſſa per eum, ad quem ſpectabat; an uero præſentatus
perſonaliter per minorẽ partem parochianorum, intra
tñ tp̃s à iure ſtatutum. ¶Circa primum communis opi-
nio declinat in fauorem parochianorum. licet enim de
iure communi non ſpectet ad eos poteſtates præſentandi
ſi conſtet eccleſiam non habere patronos, ſeu non appa-
reat quis ſit patronus, quo caſu præſumitur eſſe libera,
ut no. Inn. in c. cum uenerabilis, in fi. de excep. facit quod
not. glo. in c. quãquam, de elec. lib. vj. & tex. in c. Oſius, de
elec. tamen qñ de antiqua conſuetudine præſentatio p̃-
tinet ad parochianos, ſeruanda eſt conſuetudo, de quo ui
detur tex. in c. querelam, de elec. firmat ibi Io. An. & com
muniter doc. & ſic diſputando confirmauit idem Io. An.
ut patet ex plenè diſcuſſis per eum ſuper regula, quod
alicui gratioſè, de reg. iu. lib. vj. in Mercu & licet Archi.
uideatur reſiſtere huic opinio. in c. hortamur. 71. diſt. ubi
plenè proſequitur, dicens, ꝙ ex præſcriptione, ſeu conſue
tudine ſola non poteſt hoc ius præſentãdi competere nõ
patrono: tñ quicquid allegari poſſet diſputationis gratia
præcedens opinio tanquam communis ſeruaretur in iu-
dicando, & ſaltem in caſu noſtro non eſt fienda diſcuſſio,
in quo populus eſt in poſſeſſione præſentandi ex antiqua
conſuetudine, nec apparet quis illam eccleſiam fundaue
rit, ſeu dotauerit; unde ſaltem in dubio debemus præſu-
mere fuiſſe per parochianos fundatam, & dotatam, cum
eccleſia non naſcatur; & in obſcuris inſpicimus, quod ue-
rò ſimilius, & quod plerũq; fieri conſueuit, ut in regula,
inſpicimus, in obſcuris, de reg. iu. lib. vj. unde debemus in
dubio præſumere ratione prædicta, & propter longã cõ
ſuetudinẽ parochianos eſſe patronos. Item quia ualet p̃-
ſentatio facta ab eo, qui eſt in poſſeſſione bona fide præ-
ſentandi, ut in c. conſultationis, de iure patr. & ĩ d. c. que-
relam, per Inn. in c. ij. de integ. reſt. & c. in literis, de reſt.
ſpo. cum ſimi. ¶Concludo igitur circa primum prædictã
præſentationem non poſſe ex eo capite inualidari: qa fuit
facta à populo parochiæ, qui eſt in poſſeſſione preſentã
di ex antiqua conſuetudine. ¶Ad ſecũdum dubium, An
maior pars potuerit præſentare, minori parte nõ uocata;
& profectò communis opi. eſt ꝙ ſic, ut no. Io. An. in c. 3. de
iure patro. & ſequuntur communiter alij doc. ſcribentes
poſt eum, & nouiſſimè tenuit conſulendo Fed. de Senis,
1 ut patet in opere conſiliorũ ſuorum conſ. 17. concludunt
enim communiter iſti doctores, † ꝙ ubi præſentatio ſpe-
ctat ad plures tanquam ad ſingulos, tunc non eſt neceſſe,
ut in præſentationis actu omnes conueniant, ſed poſſunt
ſeparatim præſentare; ad hoc l. per fundum, ff. de ſerui.
ruſti. prædio. ſecus dicunt, ſi ſpectat ad plures tanquam
ad collegium; tunc procedunt iura, quæ dicunt plus obeſ
ſe contemptum unius, quàm multorum contradictioné,
ut in c. bonæ. 2. & c. ꝙ ſicut, de elec. cum ſimilibus. ¶In ca
ſu autem noſtro certum eſt, ꝙ ad parochianos ſpectat
præſentatio tanquam ad ſingulares, non autem ut ad col
legium, cum ipſi parochiani non faciant collegium, cum
non reperiatur tale collegium à iure approbatum, in l. j.
cum ibi notatis, ff. de colle. illici. facit quod not. Bar. in l.
fi. ff. eo. ti. & Inn. in c. dilecta, de exceſ. prę. & c. cum ab ec-
cleſiarum, de offi. ord. Et hæc opinio tanquam commu-
nis obſeruaretur in practica, licet iudicio meo poſſet ali-
quantulum cauillari per theoricam Bar. in l. omnes popu
li, ff. de iuſt. & iu. arg. in l. & ſuum heredem ff. de pac. tamé
in caſu noſtro ceſſat omnis excitatio, cum facto præſup-
ponatur conſuetudinem eſſe in loco, ut maior pars paro-
chianorum præſentet, abſente minori parte, quaſi con-
cludatur dictam præſentationem non poſſe impugnari
propter abſentiam minoris partis. In tertio dubio nun-
quid corruat dicta præſentatio ſaltem ex capite: qa fuit
2 facta de clerico abſente. † Concluſiue dico, ꝙ quãquã pa
troni abſentes poſſint præſentare clericum præſentem
per eorum literas, pro quo allego tex. apertum in c. ea
noſcitur, de his, quæ fiunt à prela. & ita conſuluerunt, ut
refert dominus Card. in c. ſanè, de iure patr. Io. An. Ab-
bas, & Lapus de Caſtil. tñ puto, ꝙ ordinario, ſeu illo, ad
quem pertinet inſtitutio, reſiſtente, nequeunt patroni p̃-
ſentationem facere de abſente; ratio, quia patronis in-
dultum eſt à iure tp̃s ad preſentandũ rectorem; unde non
ſatisfa-



ſatisfaciunt iuri ſolum eligendo illum rectorem, & non
præſentando, ut in c. fi. & ibi hoc notat Io. An. & commu-
ter doc. facit etiam c. unicum de iure patrona. lib. vj. Nec
obſtat, ſi dicatur, ꝙ præſentatio hic nõ interuenit in ab-
ſentia, preſertim interueniente procuratore, cum per ꝓ-
curatorem poſſit quis in abſentia inſtitui, quod maius
eſt, ut in c. accedens, de præben. quia per hoc, ut arbitror,
non eſt iuri ſatisfactum. non enim poteſt dici præſenta-
tio, quæ fit de abſente. nam præſentare idem, eſt quod p̃-
ſentialiter & corporaliter exhibere, ut eſt tex. iuncta gl.
in uerbo præſentari, in cle. dudum, de ſepul. facit optimè
l. j. ff. de uerb. obl. & l. coram, ff. de uerb. ſig. & l. diem pro-
ferre, §. coram, ff. de arb. cum ſimilibus. Præterea ſi dice-
remus contrarium, poſſet graue præiudicium irrogari
eccleſiæ ex dilatione prouiſionis ſi. n. ſatis eſſet patrono
eligere, & in abſentia præſentare poſſet, ſic præſentatus
differre aduentum ſuum per annum, & annos, nec ep̃s poſ
ſet interim prouidere eccleſiæ. Nam de iſto præſentato
non: quia nõ põt eum in abſentia examinare, arg. in c. ſi
fortè, de elec. lib. vj. nec de perſona alterius poſſet proui
dere tanquam per patronum non præſentata. ut in c. de-
cernimus. 16. q. 7. Et ob hoc putarem non ualere conſue-
tudinem in contrarium, arg. in c. j. de conſue. Et ꝙ nõ poſ
ſit regulariter fieri preſentatio de abſente, iam abſolutè
tenui in lectura c. ea noſcitur, præall. ¶Sed in caſu noſtro
arbitror præſentationem ualuiſſe; quia in facto mihi p̃-
ſupponitur ordinarium, cũ fuit præſentatio facta, ipſam
præſentationem acceptaſſe. admiſit enim eam ac recepit,
ſaluo iure alieno, ut narratur in caſu. ergo mero iure
tenuit, præſertim cum in facto etiam præſupponatur ip-
ſum præſentatum eſſe idoneum, ac ipſi ordinãti notum.
Et hanc opi. ſeu limitationem ad prædicta iamdudum te
nui legendo in d. c. ea noſcitur, quam probo tali ratione.
Præſentatio enim perſonalis non requiritur ad alium
finem, niſi ut ſuperior, qui habet inſtituere, poſſit illum
examinare ad finem illum approbandi, uel reprobandi,
arg. in c. uenerabilem, de elec. & c. cupientes, de ele. li. vj.
ſed ſi præſentandus eſt notus, ſaltem ipſi ordinario, non
requiritur alia examinatio ad finem inſtitutionis fien-
dæ; tex eſt in c. conſtitutus. 2. de appell. & in c. nullus. 24.
ergo potuit ordinarius ſine alicuius iniuria, & iuriũ uio
latione illam præſentationem admittere. ¶Confirmo p̃-
3 dicta alia ratione † ordinarius poteſt abſenti conferre be
neficium, ut in c. ſi tibi abſenti, de præbendis, lib. 6. & in c.
gratia, de reſcrip. eo. lib. Poteſt etiam inueſtire abſentem
per procuratorem, uel ipſum procuratorem pro abſente
ut leg. & no. in d. c. accedens. fortius ergo debet poſſe ad-
mitti præſentatio facta de abſente, cum præſentatio ſit
quoddam inchoamentum ad inſtitutionem obtinendam,
ut in c. quod autem, de iure pat. & totale ius ſpirituale
transfertur per inſtitutionem ipſius ordinarij, arg. in d. c.
ꝙ autem no. Inn. in c. ꝙ ſicut, de elec. facit tex. & quod ibi
no. in c. dilectus, de offi. lega. Includitur enim ius præſen-
tationis ſub collatione libera, quam ordinarius. habet
enim collatio uim electionis, & confirmationis, ut notat
Inn. in c. cum olim, de cauſa poſſ. & propri. ſi ergo colla-
tio poteſt fieri abſenti, ut in preallegatis iuribus, ergo &
preſentatio & inſtitutio per argumentum à paritate ra-
tionis, de confir. uti. in c. cum dilecta, & c. translato, de
conſtit. cum ſimi. Et præſumo ordinarium habuiſſe noti
tiam de abſente, ex quo ille præſentationem acceptauit,
ſicut præſumitur habere de eo, cui beneficium in abſen-
tia confert. nam qui uult conſequens uidetur approbare
antecedens, ut no. in c. cũ. M. de cõſti. & ĩ c. ex parte, de ſpõ
ſal. Et hãc partẽ puto ueriſſimã nec credo quod ab ea di
ſcrepaſſet aliquis ſcribentium, ſi hanc limitationem con
ſideraſſet, nec aliquis reperitur, qui teneat contrarium.
Ex his infero ad quartum dubium. dico. n. ꝙ dictus cleri-
cus non habebat neceſſe dictam præſentationem acce-
ptare, ſeu ratificare, cum eam ſatis ratificauerit intra tẽ-
pus legitimum per procuratorem ſpecialiter conſtitutũ,
qui optimè in hoc actu interuenire potuit, ex quo præ-
ſentandus erat notus, ut in d. c. accedens; ꝙ ſic intelligo.
ſi. n. procurator poteſt interuenire pro abſente notto ad
actum collationis, per quem transfertur plenum ius ſpi-
rituale, multo fortius poteſt interuenire in actu præſen
tationis, per quem parum iuris transfertur: dicitur autẽ
quoddam inchoamentum ad inſtitutionem obtinendã,
ut in d. c. ꝙ autem. ualet enim argumentum à maiori, ut
in c. cum in cunctis, in prin. de elec. & in authé. multoma-
gis, C. de epiſc. & cle. cum ſimi. Ex prædictis ſimul colle-
ctis infertur ad deciſionem quinti dubij, & totius quæ-
ſtionis, quis, ſ. ſit per ordinarium inſtituendus. Dico. n.
quod præſentatus per maiorem partem parochianorũ,
ex quo fuit legitimè præſentatus. & acceptatus & eſt ido
neus, ut probatur in c. quoniam, de iure patr. nec ualeat
inſtitutiones de alio factæ, arg. in c. cum Bertoldus, de
re iud. & in c. decernimus, preall. facit cle. ij. de iure patr.
cum ſimi. Et hęc ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM LXXVII.

1 *Tempus decem dierum datum à iure ad appellandum, an currat
ipſi minori moroſo, qui tutorem habebat.*
2 *Laudum latum per duos, abſente tertio, an ualeat.*
3 *Arbiter faciendo laudum an debeat ſequi ius commune, uel ſta
tuta loci.*
4 *Appellari à laudo an poſſit.*

IN indiuiduæ Trinitatis nomine, amen.
In quæſtione, q̃ ad præſens
uertitur inter Iacobum Thitrameli & ſocios ex
una parte, & Marianum Falchi ex alia de pluribus dubiis
conſilium poſtulatur, quæ ſingulariter iuxta ordinem pe
tentis attingam concluſiuè, & breuius, quàm fieri pote-
1 rit. Primum dubium eſt, † an tempus decem dierum da-
tum à iure ad appellandum currat ipſi minori moroſo,
qui tutorem habebat, nec intra decendium appellauit.
¶Secundò an propter compromiſſum factum curſus dicti
temporis impediatur, & poſito, ꝙ non impediatur, an poſ
2 ſit ad hoc tempus reſtitui, & per quem. ¶Tertiò an † ua-
leat laudum latum per duos abſente tertio tam iure ciui
3 li, quam canonico. ¶Quartò † an arbiter in laudando te-
neatur ſequi ſtatuta loci, uel ius commune. ¶Quintò an
ſi compromiſſum ſit iuratum, reductio peti poſſit, non
4 habita prius abſolutione à iuramento. ¶Sextò † an poſſit
ta ĩ acceſſoriis deficiẽte arbitrio non expirat id, qđ prin
cipal'r agitur, ad qđ etiam facit. l. officio, ff. de ↄ̃h. empt.
ſecus, ſi apponitur rei ſubſtantiandæ. i. ↄ̃ctui faciẽdo; quo
caſu ꝑcedit ↄ̃rium s̃ formatum. Nam ſine pretio non po
teſt dici emptio, nec locatio, ut in iuribus præall. meritò
per mortem illius, qui habebat arbitrari ſubſtãtialia cõ-
tractus, expirat contractus: quia hoc caſu à perſona arbi
trante non receditur. l. ſi quis arbitratu, ff. de uerb. obli.
ſed in caſu noſtro ſecus eſt: q̃a ſocij non erãt de ſubſtan-
tia illius contractus, cum dictus Angeletus ſe principa-
liter obligaſſet, & ſociorum noĩatio fuit poſita in optio-
ne ſua; vnde uiuens potuiſſet aliquem noĩare, contractu ĩ
ſuo robore permanente, ut clarè colligitur ex dictis ca-
pitulis. Concludo ergo quo ad primum, ꝙ contractus il
le remanſit ualidus, & tranſiuit in hæredes Angeleti, cũ
pro ſe & ſuis hæredibus conueniſſet. ¶Idem etiam fuiſ-
ſet, ſi expreſsè non feciſſet de hæredibus mentionem: q̃a
regulariter omnis contractus tranſit in hæredem actiuè
& paſsiuè, licet de eo non fuerit cautum, ut in l. ueteris,
C. de contrah. & cõmit. ſtip. & l. ſi pactum, ff. de proba. cũ
ſimili. ¶Circa ſecundũ magis dubitabile, an poteſtas no-
minandi ſocios tranſiuit in hæredes d. Angeleti, ex quo
contractus principalis in eos trãſit. Videtur primò ꝙ nõ:
quia cum illa nominatio dependeret à iudicio, & uolun-
tate dicti Angeleti non poteſt tranſire in hæredem: quia
hæres non põt interpretari uoluntatem, & iudicium de-
functi, ut no gl. in l. idem Põponius ſcribit, ſi frumentũ,
ff. de rei uend. & l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de uerb. obl.
4 Probatur ratione. † Nã iudicium hæredis non eſt defun-
cti, cum ſit magna inter eos differentia. l. ſi non ſortem, §.
libertus, ff. de cond. indeb. & l. inter artifices, ff. de ſolu.
Hinc eſt, ꝙ cõmuniter dicũt doct. ꝙ ubicũq; aliquid in-
hæret meræ perſonæ contrahentis, illud non tranſit in
hæredem, ut not. Bart. in l. ea. ff. de uerbo. oblig. & in l. ſi
deceſſerit, ff. qui ſatiſd. cog. probať in l. una. §. ne aũt, de ca
du. tollen. Sed ↄ̃riam ſñiam arbitror in caſu noſtro de iu
re ueriorẽ. Moueor principaliter per l. ueteris, C. de ↄ̃-
5 hen. & cõmit. ſtip ubi datur regula, † ꝙ oĩs pactio, ſiue cõ-
ſiſtat in dando, ſiue in faciendo, ſiue ſit mixta tranſit in
hæredẽ, ne iudicium defuncti per uarias ſimultates cor-
ruat & eſt de mente illius tex. ꝙ omne id, qđ cõmodè põt
adimpleri per hæredẽ, ſicut ꝑ defunctũ, tranſit in hære-
dẽ; ſicut, ex quo ↄ̃ctus & facultas exercendi præſtũ tranſit
in hæredẽ, ut. s̃. dictũ eſt, præſuppoſita ualiditate ↄ̃ctus er
go & poteſtas contrahendi ſocietatẽ, & per conſequens
ſocios nominandi. non.n. apparet, quare hoc debeat ma-
gis conuenire dicto Angeleto defuncto, q̃ ſuo hæredi; ꝑ
hoc facit theorica Bar. in l. ſi qs arbitratu, ff. de uer. obl.
in illa q̃one, an compromiſſum factum tanq̃ in arbitrum,
tranſeat in hæredem, cum alias factum tanquam in arbi-
trum non tranſiret, ut in c. ſi. de arbi. & in l. diẽ proferre.
§. j. ff. eo. Et concludit, ꝙ aut aſſumitur arbiter ſuper cõ-
tractu celebrãdo; & nõ tranſit, ſicut dř in arbitrio; aut aſ-
ſumiť ſuper iam celebrato, puta ſuper acceſſoriis; & tunc
ſicut ↄ̃ctus ipſe tranſit in hæredẽ, ita & ipſum compromiſ
ſum rõne acceſſorij, arg. in l. fundi uenditor. ff. de ↄ̃h. em.
& in c. ſi ſuper gratia, de offi. dele. lib. 6. Idem dicendum
in ſimili, quod cum nominatio ſociorũ ueniat acceſſoriè
ad ↄ̃ctum principalem, qui trãſit in hæredem, debet ipſa
nominatio trãſire; qđ uidetur expreſsè de mẽte Bal. poſt
Butr. in d. l. fin. C. cõia de leg. ubi uolunt, ꝙ ex quo ↄ̃ctus
non corruit deficiente arbitrio, q̃a arbitrium uerſatur
circa accidentalia; põt ſuppleri, ꝙ ipſi ↄ̃ctui deeſt. Præte-
rea ad hanc ſñiam adduco theoricã Bar. in l. ſi quis à fi-
lio. §. fi. ff. de leg. j. ubi apertè limitat illã regulam uulga-
tã, ꝙ hæres non põt interpretari uoluntatẽ, & iudicium
defuncti, ut habeat locũ, qñ ex illa interpretatione reus
uenit condẽnandus, ſeu poſſet dãnum pati, ut tolleretť al
teri defenſio; quibus caſibus dicũtur procedere ↄ̃ria: ſe-
cus aũt, ubi ex illa declaratione nemo uenit cõdẽnãdus,
uel dãnificãdus, licèt fortè poſſet per interpretationẽ re-
ſtringi lucrũ, ut optimè probatur in d. l. ſi quis à filio. ubi
apertè colligitur, ꝙ ſi defunctus legauit alicui Stichum
ſeruum, & nõ apparet, de quo Sticho ſenſerit, cũ plures
haberet ſeruos eiuſdẽ noĩs, declaratio ꝑtinet ad hrdẽ; q
declarando põt reſtringere lucrũ legatarij: q̃a forte te-
ſtator ſenſit de meliori, & hæres poterit eligere medio-
crẽ, ſeu uiliorẽ. Si ergo hæres declarat uoluntatẽ defun
cti, ubi põt alter aliquale ĩtereſſe ꝑtẽdere, puta circa ma
ius lucrum, ergo fortius debet in caſu noſtro hæres dicti
Angeleti poſſe declarare ſocios ſuos, cũ nullum intereſſe
poſſit inter uoluntatẽ defuncti, & hrdis cõitas Florentiæ
ꝑtendere. Ad idẽ facit optimè. l. fi. C. cõia de lega. ꝑall.
ubi ſi teſtator legauit alicui unũ ſeruũ, & dedit optionẽ
tertio, ſi ille nõ uult, aut nõ põt, quia mortuus eſt, elige-
re, deuoluitur ptãs eligendi ad ipſum legatariũ, de cuius
cõmodo principal'r agitur. ita dicamus in propoſito, ꝙ cũ
defunctus Angeletus nõ ualeat ſocios noĩare, debet ptãs
contrahendi ſocietatẽ, & ſocios noĩandi tranſire in hære
dẽ, ad quem tranſit dictus contractus principalis, & ipſius
commoditas; nec debet quis admitti ad ↄ̃dicẽdum, quod
ſibi non prodeſt, & alteri nocere intendit. l. j. §. denique,
ff. de aqua plu. arc. & hæredes & defunctus cenſentur ea-
dem perſona, in auť. de iureiu. quod præſta. ab his, maxi-
mè cum filius eſt hæres. l. fi. C. de impub. & aliis ſubſti. &
35. q. 3. § Hac authoritate. nec ob. ſi dicatur, ꝙ ſaltẽ de-
bet adiri bonus uir, i. iudex, ut ſocios declaret: non autẽ
debet hæres declarare, ut d. l. officio, ff de contrahen. em.
& l. domum, eo. ti. quia dico illud procedere, qñ quis ar-
bitraretur ad cõmodũ proprium, & in alterius præiudi-
ciũ; quod in caſu noſtro ceſſat: tũ q̃a nõ agitur de præiu-
dicio cõitatis Florẽtiæ: tũ quia in caſu noſtro nõ tertius,
ſed ipſe Angeletus habebat noĩare. unde ſicut defunctus
poterat nominare, & ita ipſe hæres debet poſſe. Abſurdũ
enim eſſet, ꝙ iudex deberet nominare ſocios, cum ſocij
eliguntur ex ſpontanea uoluntate, adeò, quod nemo põt
ſuis hæredibus imponere, ut certos ſocios habeant. l. ne-
mo poteſt, & l. adeò, & l. cum duobus. §. idem reſpondit,
ff. pro ſocio. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

EX *themate mihi narrato tria in effectu dubia ueniunt di-
ſcurrẽda ad claram facti deciſionem.* ¶*Primum, nunquid dictus
ſer Stephanus debuerit, ſeu potuerit ſepeliri in loco ſacro, cum di
ceretur fœnerator per publicam famam, ac etiam de fœnore pro-
bari poteſt per teſtes, quibus fuit fœneratum.* ¶*Secundum, præſup
poſito, quòd non debuerit in loco ſacro ſepeliri, an debeat nunc
exhumari, & de loco ſacro procul, abiici, ſi probari poteſt eum
fuiſſe uſurarium in uita modo prædicto.* ¶*Tertium dubium, ad cu
ius inſtantiam, ſeu accuſationem, uel proceſſum poterit iſta ex-
humatio fieri.*

CONSILIVM LXXXI.

1 *Fama cum aliis adminiculis ſufficit ad probandum quem uſura-
rium manifeſtum,*
2 *Poſſeſsio diuturna ad hoc, ut probetur, non obſtat, ſi unus teſtis di
cat de uno tempore, alius de alio.*
3 *Mulier palam dicitur, quæſtum facere, licet in publico ſe nõ pro-
ſtituerit, ſed in domo ſua, uel alterius cuilibet indifferenter
poſtulanti.*
4 *Eps poteſt exercere pœnas* Lateran. *concilij contra uſurarios.*
5 *Legatus, etiã Cardinalis, non poteſt diſpenſare contra concilium.*

IEſu Chriſti Saluatoris præſidio prius de-
uotè inuocato, Videtur ꝙ di-
ctus Ser Stephanus licitè potuerit in ſacro ſepe-
liri: quia iura excludunt ab eccleſiaſtica ſepultura mani-
feſtos uſurarios dũtaxat, ut in c. quia in oĩbus, de uſur. &
cle. cos, de ſepul. Ser Stephanus non probatur, ꝙ fuerit
manifeſtus uſurarius, ſiue capiamus, manifeſtus pro noto
rio, ſiue in ſua propria ſpecie, prout differt à notorio. nã
iſte non poteſt probari uſurarius, niſi per famã, quæ non
inducit notorium, nec manifeſtum, ut plenè no. in c. ue-
ſtra, de coha. cle. & mu. & in c. cum diœceſi, de uſur. ubi
expreſsè patet, ꝙ ſola fama non ſufficit, ut quis dicatur
manifeſtus uſurarius; ad idem, quod no. Bar. in l. de mino
re. §. tormenta, ff. de quæſtio. nec teſtes, quibus dicit fuiſ-
ſe fœneratum, probant illum uſurarium manifeſtum: tũ
quia in proprio facto deponunt; ergo non debet eis dari
fides: quia licet ↄ̃ ſe quis poſſit teſtificari; pro ſe tamẽ mi
nimè. 14. q. 2. in prin. & ĩ c. nullus, ff. de teſti. & 3. q. 3. c. nul
lus: tũ quia ſunt ſingulares in dictis eorum, cum quilibet
deponat ſibi fuiſſe fœneratum: ſingulares autem teſtes nõ
probant, ut in c. cum dilecti, de elec. & in c. tam literis, de
teſti. cum ſimi. & præſertim non probant qualitatem ma-
nifeſti, cum ipſis ſingulariter adhibitis fœnus fuerit exer
citatum. manifeſtum enim reſultat ex actibus, palam &
publicè geſtis, ut in c. j. de poſtu. prela. & no. in d. c. ueſtra.
¶Sed his non obſtantibus contrariam ſñiam dico de iure
mero præualere. Et primò de hoc arbitror eſſe caſum
expreſſum in d. cap. cum in diœceſi, de uſur. ubi clarè li-
1 quet, † quòd fama cum aliis adminiculis ſufficit ad pro-

bandum, quem uſurarium manifeſtum, ut excludatur ab
eccleſiaſtica ſepultura. & idem ibi gl. & Io. And. ſatis ſen
tit in gl. ſua in c. j. de uſuris, lib. 6. in uerbo, manifeſtos, in
fine; ſequitur Ang. de Peruſio in quadam ſua diſputatio-
ne, quæ incipit, Aſtenſis miles, & Fed. de Senis conſi. 62.
ubi dicit ſolam famam ſufficere cùm quibuſdam admini-
culis, cùm agitur, ut vſurarius arceat à ſepultura eccle-
ſiaſtica, & ut remoueatur à cõmunione altaris, & ut non
recipiantur ab eo oblationes, & ſic quo ad pœnas contẽ-
tas in concilio generali, de quo in c. quia in omnibus, de
uſu. ad illud enim cõcilium ſe refert in d. c. cùm in diœ-
ceſi. Sed in caſu noſtro concurrit primò fama publica, ut
preſupponitur in facto. Itẽ dictum multorum teſtiũ, qui-
bus fuit fœneratum; qđ negari non põt, quin faciant in
caſu noſtro adminicula, cùm nõ agatur de ipſorum cõmo
do, ſed ſolùm de pœna ſpirituali. vnde ſic deponũt lega-
tarij pro ualiditate teſtamenti, cùm principaľr non agi-
tur de eorum cõmodo, licet ſecundariò redũdet ad eorũ
cõmodum, ut inſti. de teſta. §. legatarij facit. l. dictãtibus,
C. co. & quod no. in c. j. de teſti. & doct. in c. inſuper, eo. ti.
ita fortius potuerũt iſti deponere ad ꝓbandum illũ uſu-
rarium; præſertim cùm ſolum tunc agaẽ ad pœnam ſpiri-
tualem, nec agitur principaľr uel ſecundariò de eorum
cõmodo: quinimò uoluit do. Ang. de Peruſio in dicta di
ſputatione, ꝙ ubi ſolùm agiẽ ad ꝓbandum quem manife-
ſtum uſurarium, teſtes, qbus fuit fœneratum, plenè ꝓ-
bant, ex quo non agiẽ de eorum cõmodo principaliter, &
ſic non deponũt in facto proprio. nec obſtat, ꝙ ſint ſingu-
lares: quia nõ poſſunt dici ſingulares, cum agitur de ꝓ-
bando aliquo uľi habẽte in ſe plura particularia, ſi teſtes
ſingulariter deponant de actibus particularibus; ſicut in
ſimili dicit gl. ſingularis in l. ob carmen, ff. de teſti. q̃ dicit,
2 † ꝙ cum ꝓbanda eſt poſſeſſio diuturna, nõ obſtat, ſi vnus
teſtis dicat de vno tẽpore, & alius de alio: quia ex dictis
eorum reſultat totum, de quo quæriẽ. & facit quod in ſi-
mi. no. Inn. in c. qualiter & qñ. ij. de accuſ. & quicquid ſit
de dicto Angel. an plenè ꝓbent ibi teſtes, qa nunc diſpu-
tare non intendo: illud tñ ueriſſimum & abſolutum eſt,
ꝙ ſaltem adminiculãtur plurimum; ergo cũ fama publi-
ca plenè ꝓbet, illum Ser Stephanum fuiſſe manifeſtum
uſurarium, ſaltem quo ad pœnas ſpãles prædictas, cùm
agatur de modico ꝑiudicio, & expedit animabus ipſorũ
uſurariorum, & aliorum, ut facilius arceanẽ. Præterea ꝙ
dictus Ser Stephanus fuerit manifeſtus uſurarius, ꝓbatur
expreſsè per authoritatem Bar. in l. ij. ff. de fur. & Ange.
in dicta diſputatione: Aſtenſis miles. dicit enim Bar. quẽ
ſequitur Ang. ꝙ eoipſo efficitur uſurarius manifeſtus, ꝙ
indifferẽter quis in camera ſua mutuet ſub uſuris omni-
bus poſtulantibus, licet nullum erexerit altare ad fœne-
3 randum, & ꝓ hoc. l. palàm, ff. de ritu nupt. ubi patet, † ꝙ
mulier palam dicitur quæſtum facere, licet in publico ſe
non ꝓſtituerit, ſed in domo ſua, uel alterius cuilibet in-
differenter poſtulãti, & quod plus eſt, ſufficit ẽm eos hæc
probatio ad reddendum teſtamẽtum nullum abſque alia
confeſſione, & publicatione ꝑ Epiſcopum fiẽda. ꝙ autem
mutuauerit omnibus indifferenter uenientibus, & poſtu-
lantibus, poterit ꝓbari per illos, quibus fuit fœneratum
ẽm Angel. ¶ Præterea, & tertiò, ꝙ dictus Ser Stephanus
fuerit publicus uſurarius, facit authoritas Bald. in l. j. C.
de ſacroſ. eccl. dicens eum intelligẽdum eſſe manifeſtum
uſurariũ, de quo eſt cõmunis opinio, ꝙ ſit manifeſtus uſu
rarius, dũmodò per duos aut tres probetur, ꝙ fuerit uſu-
rarius; & rectè loquitur. nam ex his reſultat ꝓpriè ma-
nifeſtum in ſpecie ſua, quod iura cõtra uſurarios requi-
runt. non. n. iura requirunt factum notorium, ſed mani-
feſtum. nec ſubeſt cauſa impropriandi, ſeu reſtringendi
illud uerbum, cũ fuerit in fauorem uſurariorum, qđ non
eſt dicendum. uerba enim ſunt in proprio ſignificatu in-
telligenda, ex quo nõn conſtat de cõtraria intentione, ut
in c ſi. de uerb. ſig. & in l. non aliter, ff. de leg. iij. Ex qbus
oĩbus apertè cõcludit, ꝙ per dictas ꝓbationes dictus Ser
Stephanus debuit dici manifeſtus uſurarius, & per con-
ſequens non debuit ſepeliri in ſepultura eccleſiaſtica, ut
in iuribus præalleg. ¶ Ex his infertur ad ſecũdum dubiũ,
nunquid debeat nunc inde exhumari, factis prædictis ꝓ-
bationibus. Videtur primò, ꝙ nõ: quia poſt mortem non
poteſt quis reguľr accuſari, niſi ſaltem crimen defuncti
fuerit euidens, ita, ꝙ nulla alia exigaẽ probatio, ut no. gl.
& clarius poſt eam Archid. 88. diſtin. c. fin. facit quod no.
14. q. 3. c. uſura. Crimina. n. morte extinguuntur, & relicti
ſunt defuncti Dei iudicio, diſtin. 23. c. quorũdam. & 32. di
ſtin. c. erubeſcant, cum ſimi. ¶ Præterea corpus iſtius Ser
Stephani fuit ſequeſtratum ob hanc cauſam fœneratitiã
per Epiſcopum loci. & demum fuit facta per eũdem rela-
xatio; ergo non debet amplius de hoc diſcuti: tùm quia
de facto vnius hominis ſæpius quærendum non eſt, ut in
l. licet, ff. nau. cau. ſta. & no. in c. de his, de accu. uidelicet
ꝙ Epiſcopus relaxando interdictũ, uidetur fuiſſe inter-
locutus, ꝙ iſte non fuerat uſurarius, & ſic tranſiit per la-
pſum decendij in rem iudicatam, ut in cle. ſicut, de app. fa
cit. c. cum dilecti, de elect. cum ſimil. ¶ Sed quãquam di-
cta uideantur obſtare, tñ in contrarium ſe habet ueritas.
Et primò uidetur tex. in d. c. cum in diœceſi, de uſur. ubi
4 habetur, † ꝙ epiſcopus poteſt exercere pœnas Lateranẽ.
concilij contra uſurarios, de quibus cõſtet per famam, &
alia argumẽta. Et inter ceteras pœnas Lateranẽ. concilij
eſt, ut non admittantur ad eccleſiaſticam ſepulturam, ut
in d. c. quia in omnibus: ſed contra dictũ Ser Stephanum
erat publica fama. Item alia plurima argumẽta, ut patet
ꝑ dicta illorum, quibus fuerat fœneratum, ſeu alia; ergo
non debuit ſepeliri in eccľiaſtica ſepultura. Preterea eui
dens eſt, de quo conſtat ꝑ coniecturas, ut l. licet impera-
tor, ff de leg. j. facit. c. ad noſtram, de emp. & uẽ. ſed cõtra
d. Ser Stephanum erant prædictæ urgentes coniecturæ;
ergo ſatis peccatum ſuum erat euidẽs. poſſunt ergo ꝓba
tiones recipi de prædictis non ad publicandum nũc pec-
catum, ſed ad faciẽdum fidem, ꝙ peccatum erat tunc ma-
nifeſtum, & per conſequens ꝙ non debuit ſepeliri in cæ-
meterio. Præterea decedens in peccato mortali, nõ de-
bet habere ſepulturam eccleſiaſticam, in c. ſi. iuncta glo.
88. diſtin. idem no. glo. in c. ex parte, de ſepult. & in c. ij. &
c. cum ad monaſterium, de ſtatu reg. & in c. quia in om-
nibus, de uſur. Iſte aũt Ser Stephanus deceſsit in peccato
mortali, ex quo non mandauit uſuras reſtitui; ergo non
debuit ſepeliri in cæmeterio eccleſiaſtico; & ſi de facto
ſepultus fuit, debet inde exhumari, ſi poſſunt ſua oſſa di-
ſcerni ab oſſibus fideliũ, ut in c. ſacris, de ſepul. & in uſu-
rario de facto ſepulto, ꝙ debeat exhumari, tenet gl. ĩ cle.
eos, de ſepult. in uerbo, eis à quibus, & idẽ ibi Pau. & Io.
de Lig. non obſtant contraria, quia procedunt in peccato
occulto: ſed iſtud non põt dici occultum, ſed manifeſtũ,
ex quo contra illum degenerabat publica fama cum aliis
argumẽtis; facit. c. tua, & quod ibi no. de coha. cle. & mu.
Non obſtat ſecundum, quia Epiſcopus illam relaxationẽ
fecit ſine cauſæ cognitione, & ad preces amicorũ filij di-
cti Ser Stephani. Item factum extraiudiciale non tranſit
in rem iudicatam, ut in c. cõcertationi, de app. lib. 6. ma-
ximè qñ fit ſine cauſæ cognitione, ut no. gl. & Inn in c. ex
parte prima, de uerb. ſig. & quod malè factum eſt, poteſt
ille idem, q fecit, corrigere, ex quo nõ poterat in illo fa-



cto diſpenſare iuxta theoricam Hoſt. in c. diuerſis falla-
ciis, de cleri. coniu. facit. c. qualiter & quando, primò de
accu. & c. noſti, de elect. maximè qñ hoc facit publica au-
thoritate, ſicut eẽps in caſu noſtro, iuxta not. in c. ſi quis
presbyterorum, de reb. eccle. non alie. non. n. poterat eẽps
diſpenſare contra concilium, de quo in d. quia in omni-
bus, arg. cle. ne Romani, de elec. per tex. iuncta gl. in c. di-
lectus. j. de præben. & c. dilecto, eod. tit. in quibus patet,
5 † ꝙ regulariter etiam legatus cardinalis nõ poteſt diſpẽ
ſare contra concilium. Et hoc de conſenſu. ¶ Quo ad ter
tiũ & ultimũ breuiter dico eẽpm poſſe ex officio ſuo, facta
ſibi fide de fama & aliis argumentis, facere exhumari ꝑ
tex. expreſſum in d. c. cum in diœceſi. Item puto, ꝙ quili-
bet bonus Chriſtianus poterit hoc denuntiare eẽpo, & pe
tere, ut debeat exhumari. cum cuiuſlibet boni Chriſtia-
ni interſit, ut ſacra deuotiſſimè tractentur, & ut alij
terrore pauefacti, deſiſtant ab hoc nefandiſſimo cri-
mine, arg. in c. ſi. qui ma. accuſa poſſ. & in c. præterea. 2. &
c. cum in diœceſi, de ſpon. & 2. q. 1. c. ſi peccauerit. Præte-
rea ius publicum conſiſtit in ſacris. 1. diſt. c. ius publicum.
Vltimo etiam dico, ꝙ quãquã dictus Ser Stephanus non
mãdauerit uſuras reſtitui, nihilominus poſſunt hæredes
ſui compelli, ut reſtituant uſuras per defunctum extor-
tas. ſicut enim ipſe obligatur ad reſtituendum, de uſu-
ris per totum, ita & hæres, qui ſuccedit in locum de-
functi, ſiue ſit filius, ſiue extraneus, ut eſt tex. apertus in
c. tua, de uſur. maximè hoc procedit tenẽdo, quòd uſuræ
repetantur per condictionem indebiti; quod tenet gl. in
c. ſi epiſcopum. 16. q. 6. & in c. Michael, de uſur. Et hæc
ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM LXXXII.

1 *Creditor non tenetur de leuiſsima culpa, ſeu de caſu fortuito.*
2 *Culpa leuiſsima quæ dicatur, quæ leuis, quæ lata.*

OMnipotentis Dei poſtulato ſuffragio, il-
lud de iure quæritur, an hæ
res quondam Angeleti Hebræi præſtatoris te-
neatur ad emendam damni, ſi quid contingat in rebus
apud eum pignoratis, & hoc tam inſpectis capitulis, & pa
ctis initis inter dictum Angeletum, & commune Senarum
quàm iuris communis cenſura; & profectò ex capitulis,
& pactis antedictis nõ poteſt ſuper hoc aliqua deciſio ſu
mi, cum ſuper hoc articulo minimè diſponant. recurren
dum eſt ergo ad iuris communis diſpoſitionem, cui etiã
1 Iudei ſubiiciuntur, ut in l. Iudæi, & l. ſi qua, C. de Iudæis.
† de iure uerò communi indubitati iuris eſt, creditorem
non teneri, ſiue pignus perditum ſit, ſiue deterioratum,
niſi de dolo, lata, & leui culpa: de leuiſſima autem, ſeu de
caſu fortuito non tenetur creditor, ut probatur in l. ij. &
l. quæ fortuitis, & l. ſi creditor, & l. ſi nullã, & l. creditor,
C. de pig. act. & in l. ſi ſeruos, ff. eo. & inſti. qui. mo. re. con-
trahitur obli. l. fi. & in l. contractus, ff. de reg. iu. cum mul-
tis aliis ſiľibus. Si ergo dolo, & lata culpa, ſeu leui ipſius
creditoris pignus eſt perditum, uel deterioratum, tene-
tur ipſe creditor debitori ad intereſſe, ut in iuribus legiẽ
& no. ſecus, ſi periit, uel deterioratum eſt pignus caſu for
tuito. uel leuiſſima culpa: non autem tenetur creditor de
leuiſſima culpa: quia cõtractus iſte fit gratia utriuſque, ſ.
creditoris, & debitoris, ut legitur & notatur in d. §. fi. in-
ſti. qui mo. re. contrahi. obl. & in d. l. contractus. ¶ Sed cir
ca prædicta ꝓpõt principaliter dubitari de duobus. Primò
cui incumbat onus probandi, an pignus perierit, uel fue-
rit deterioratum cum culpa, uel ſine. Secundò quia ſu-
pradictum eſt, creditorẽ non teneri de leuiſſima culpa,
2 ſed de leui, uel lata, † uidendum eſt, quæ dicatur leuiſſi-
ma culpa, quæ leuis, & lata. ¶ Circa primum, cui. ſ. incum
bat onus probandi, opiniones ſunt, ut plenè notatur per
gl. & doc. in l. ſi creditor, C. de pig. act. & in l. ſi quis ex ar-
gentariis. §. pen. ff. de eden. Et non inſiſtendo in op. cõtra-
riis, cõis & uera ſententia eſt, ꝙ amiſsio ſeu perditio ſem
per debet probari per ipſum creditorem, qui caſum al-
legat: ſed ꝙ ſine culpa ſua ꝑdiderit, fiẽda eſt hæc diſtin-
ctio. Quidam ſunt caſus, qui de facili non contingũt ſine
culpa, ut furtum, uel incendium; & in iſtis debet creditor
probare, ꝙ ſine culpa ſua perdiderit. Quidam ſunt caſus
uerosimiliter ſeparati à culpa, ut puta incurſus hoſtium;
& tunc ſatis eſt probare caſum, cũ per illũ uerosimiliter
excludatur culpa; ita concordando opi. contrarias dixit
Bar. & benè in d. l. ſi creditor. Qualiter autem probetur
caſus dicendum eſt, ꝙ quidam ſunt caſus multum manife
ſti, ut ruina, incendium, uis hoſtium, & ſimiles; & iſti pro-
bantur manifeſtè. Quidam ſunt caſus fortuiti, clandeſti-
ni, & occulti, ut furtum; & tunc probatio fit per coniectu
ras, ut quia oſtium reperitur ruptum, & famulus aufugit,
& ſimilia, arg. in l. non omnes. §. à barbaris, ff de re mili.
ita concludit Bar. & benè in d. l. ſi quis ex argentariis, &
fuit de mente doctorum in d. l. ſi creditor. & eandem di-
ſtinctionem puto fore fiendam, qñ contingit damnum in
rebus pignoratis. debet. n. creditor probare apertè, uel
præſumptiuè, ꝙ ſine culpa ſua, ſaltem leui contigerit de-
terioratio. Ad prædicta addo unum no. modum proban-
di deteriorationem, qui elicitur ex tex. & ibi no. ꝑ Bart.
in l. iij. C. de murilegu. lib. xj. ſcilicet ut ſufficiat probare,
ꝙ in tanto tempore debeat poſſe eſſe corruptæ tot ex il-
lis ſupellectilibus, uel de illis rebus, arg. ĩ l. fi. ff. de ali. pu.
præſtan. Nam multæ res ſunt, quæ ſolo tractu temporis
ſolent deteriorari, quantũcũq; diligenter cuſtodiantur,
ut foderaturæ & ſimilia. Circa ſecundum, ſ. quæ ſit lata,
leuis, & leuisſima culpa, licet multa ſcribantur, ut no. in
l. ꝙ Nerua, ff. depoſiti. tñ ſequendo ibi Bar. cuius dicta cõ
muniter approbantur, dicendum eſt, ꝙ lata culpa eſt de-
uiatio incircũſpecta ab ea diligentia, quam communiter
habent homines, qui ſunt eiuſdem conditionis, & profeſ
ſionis: leuis uerò culpa eſt deuiatio circũſpecta, ab ea di-
ligentia, quam adhibent homines diligentes, & qui ſunt
eiuſdem conditionis, & profesſionis. leuisſima uerò cul-
pa eſt deuiatio incircũſpecta ab ea diligentia, quam ha-
bent homines diligentes, & diligentisſimi eiuſdem condi-
tionis, & profesſionis quæ omnia ſunt declaranda, ut ple-
nè no. in l. quod Nerua: ad propoſitum tamen breuiter di-
cendum ſatis eſſe creditori præſtatori, ꝙ habuerit in re-
bus pignoratis illam diligentiam, quam ſolent adhibere
homines diligentes eiuſdem conditionis, & profesſionis:
non autem tenetur, ſi non adhibuit eam diligẽtiam, quã
ſolent adhibere homines diligentisſimi eiuſdem condi-
tionis, & profesſionis. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*Diſponente ſtatuto terræ Collis, quòd quilibet tranſiens per
territorium dictæ terræ cum animalibus, ſeu aliis rebus, de qui-
bus debeat ſolui gabella, teneatur ibi certum quid nomine ga-
bellæ, ſeu uectigalis ſoluere, & gabellã fraudans, incidit in certã
pœnã eodẽ ſtatuto comprehenſam. ¶ Accidit nouiſsimis diebus,
quòd quidam forenſis cum certis porcis tranſitũ habuit per uiã
& cõe territorium dictæ terræ Collis, & S. Geminiani, et tandem,
diuertit ad territorium S. Geminiani, & ibidem ſoluit gabellam
allegatur per hoĩes terræ Collis; quod dictus forẽſis contra gabellã
fran-*

*fraudauit:quia tranſiuit per illam uiam publicam, quæ erat de
territorio dictæ terræ ſancti Geminiani,& nullam ibi ſoluit ga-
bellam.* Replicatur *per dictum forenſem, quòd non tenebatur ibi
ſoluere gabellam, ex quo non declinauit ad proprium, & ſingula
re territorium ipſorum, ſed tranſiuit duntaxat per illam uiam pu
blicam, quæ eſt de territorio utriuſque terræ ſ. Collis, & ſancti
Geminiani. Quæritur quid iuris.*

## CONSILIVM LXXXIII.

1 *Commune dicitur meum non propriè, ſed per fictionem.*
2 *Verbum, ſuum, eſt ambiguum.*
3 *Nullus citra principē poteſt imponere uectigalia de iure cōmuni.*

SAluatoris Ieſu Chriſti poſtulato ſuffragio,
Vr̄ primò, ꝙ uectigal ſeu gabellā
tenebat̄ forenſis prædictus ſoluere in dicta terra
Collis, qm̄ diſponit dictæ terræ ſtatutū iā antiquū, ut tran
ſiens per territorium dictæ terræ teneatur ſoluere gabel
lam de rebus inuectis: ſed territoriū cōe pōt dici propriū,
ut in l. ſerui electione. §. j. ff. de l. j. facit l. ſi domus §. ſi. ff. e.
ti. ergo tenebatur tranſiens per territorium cōe ſoluere.
¶ Sed his minime obſtantibus, diuerſā ſentētam arbitror
uerioré. moueor ad hanc ſententiam ex duplici capite.
Primò ex defectu uoluntatis, uoluntatis autem defectus
colligitur ex uerbis ſtatuti, per quæ, alio non apparente,
colligitur uoluntas diſponentium, ut in l. non aliter, ff. de
le. 3. & l. Labeo, de ſupellec. leg. & c. fin. de uer. ſign. cum ſi
milibus. Cum. n. uerba ſtatuti diſponant de tranſeūte ſeu
intrante territorium terrę Collis, & nil dicant de territo
rio cum alia terra cōi; euidenter colligitur, ꝙ uoluerunt
diſponere de gabella ſoluenda in proprio territorio, &
non in cōi, conſequentia dilucidè probatur ex eo, quia il
lud, quod eſt cōe, nō pōt dici meum propriè ſumpto uo-
cabulo; qa illa uerba ſtatuti, territoriū terræ Collis, com
prehēdūt territoriū ꝓpriū dictæ terræ Collis: quia ille
genitiuus terræ Collis denotat dñiū, ſicut hoc ꝓnomen
meū, & tuū, ut no. in c. j. de poſtu. præl. & in l. Quintus, ff. de
1 auro & arg. legato. † id autem, qđ eſt cōe, dr̄ meū non pro
priè, ut dixi, ſed per fictioné, ut no. gl. in l. id qđ nr̄um, ff.
de reg. iu. & Bar. in l. ſerui electione, in ſi. præal. uř tex. in
l. illud, ff. de rit. nup. & 12. q. j. ſi ergo, licet gl. aliud ſenſe-
rit & minus benè: quia debet intelligi ſm̄ prædicta, & no.
Bar. in d. l. ſerui electione, & facit ꝓ hoc tex. bonus in l. pu
2 pillus, in ſi. ff. de uer. ſig. ubi dr̄, † ꝙ uerbū, ſuum, eſt ambi-
guū, id eſt dubiū, quia pōt referri ad totum, & ad partem.
Et ideò ꝯſuluit ibi iuriſconſultus, ꝙ is, qui iurat ſuū non
eſſe, adijciat in iuramēto, nec ſibi cōe eſſe, quaſi in illo iu-
ramēto nō ueniret cōe, cùm in iuramēto debeat fieri ſtri
cta interpretatio, ne quis incidat in periuriū, ut no. in c. pe
nul. de iur. ergo idē, & fortius dicēdū in caſu nr̄o, qui eſt
odioſus tanquàm ꝯ ius, & alteri præiudicialis, ut in regu-
la, odia, & reg. in pœnis, de reg. iur. lib. vj. & l. ſi præſes. & l.
interpretatione, ff. de pœnis. & ſecundum prædicta intel-
ligenda eſt etiam glo. in c. præſenti, de præben li. 6. ſed in
ſtatutis maximè exorbitantibus a iure cōi, ſicut ſunt iſta
de uectigalibus ſoluendis iuxta id, qđ legit̄ & no. in l. ue-
ctigalia, ff. de uectig. & c. ſuꝑ quibuſdā, de uer. ſign. non ha
bet locū ſenſus improprius, & fictus: ſed uerba debent in-
telligi propriè & ſtrictè, ut in l. ſi qñ, C. de inof. teſt. & l. 3.
§. hæc aūt uerba, ff. de neg. geſt. & in c. nr̄a, de iniurijs per
Bar. in l. oēs populi ff. de iuſti. & iu. Io. An. in reg. pro poſ-
ſeſſore, de reg. iu. li. 6. in Mercu. ergo dictum ſtatutum nō
debet trahi ad territoriū, qđ eſt cōe terræ Collis, & ſan-
cti Geminiani uel alteri cuicūq; & ꝓ ꝯñs defecit in hoc ca
ſu uoluntas ſtatuētiū; ergo ceſſare debet ſtatutū, de ſen
ten. ex cōica. c. a nobis ¶ Secundò probat̄ præmiſſa conclu
ſio ex poteſtatis defectu ex quo. n. territoriū eſt cōe, non
poſſet terra Collis, etiā ſi uellet imponere onus uectiga-
lis ſoluendi ſine conſenſu terræ ſancti Geminiani: quia,
ubi unus ex dominis uult diſponere ex toto ad uſum non
deſtinatū, non pōt; unde non ualet, quicquid agat, donec
alius dñs conſenſū ſuū præſtiterit, ut ꝓbat̄ in l. ꝑ fundum
ff. de ſer. ruſti. prædi. no in l. Sabinus, ff. cōi, di. & in regula
in re cōi, de re. iu. li. 6. no. Bar. in d. l. ſerui electione. ſpecia
le. n. eſt in fiſco, ut rōne partis poſſit diſponere de toto, ut
legit̄ & nota. in l. j. C. de alie. rerū fi. cū priua. & in l. ij. C.
de cōi rerū alie. ſed uia publica non eſt deſtinata ad ue-
ctigal percipiendum: † imò de iure communi nullus citrà
3 principē poteſt imponere uectigalia, etiam in territorio
proprio, ut d. cap. ſuper quibuſdam, & l. uectigalia, præ-
alleg. ergo non potuiſſet, nec etiam hodie poſſet terra
Collis, ſeu commune ipſius imponere uectigalia, etiam
in territorio proprio, ut in d. c. ſuper quibuſdā, & l. ue-
ctigalia, præalleg. ergo non potuiſſet, nec ēt hodie terra
Collis, ſeu commune ipſius imponere ſine conſenſu ter
ræ ſancti Geminiani aliquod onus gabellæ in territorio
communi. ¶ Ad contrarium in principio formatum, di-
cendum, quòd procedit in legatis, in quibus largior fit
interpretatio, ut in l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. & in c.
cum dilecti, de don Et quia prædicta ſatis de iure clara
ſunt, amplius non inſiſto. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CASVS, *ſuper quo conſiliū de iure quæritur, ſic in effectu
ꝓponitur. Ad petitionē cuiuſdā Mini de Tholomeis procuratoris
matris ſuæ, iudex Senenſis in actione perſonali mota, ſeu propoſi
ta contra dominū Guidonem Senenſem ob ipſius Guidonis contu-
maciam prætenſam induxit dictum Minum procuratorio nomine
in poſſeßionem ex primo decreto quorundam bonorum dicti do-
mini Guidonis, denique poſt interpoſitionem primi, & ante inter
poſitionem ſecundi dictus dominus Guido fuit condemnatus in ci
uitate Senenſi de crimine læſæ maieſtatis, omnibus eius bonis pu
blicatis, poſt cuius condemnationem, & publicationem fuit ad
petitionem dicti Mini ſecūdum decretum ſuper dictis bonis inter
poſitum, citationibus prius factis ad domum ſolitā habitari per
dictum dominum Guidonem, cōmuni Senenſe, cui bona dicti do-
mini Guidonis fuerunt confiſcata, minimè citato, aut requiſito.
nunc autem dictum commune, ſeu officiales ſuper hoc deputati
dicunt dicta bona pertinere ad dictum commune, & non ad ma
trem dicti Mini, Quæritur quid iuris.*

## CONSILIVM LXXXIIII.

1 *Primum decretum non debet interponi, niſi contra contumacem.*
2 *Parte negante, probatio debet fieri, quòd citationes legitimæ præ
ceſſerint.*
3 *Secundum decretum non poteſt interponi, niſi contra latitantē.*
4 *Iudiciū inchoatū contra condēnatū expirat, facta publicatione.*

IEſu Chriſti ſaluatoris præſidio humi
liter inuocato
arbitror indubiè dicta bona eſſe, & pertinere ad
cōmune Senenſe, & non ad matrē dicti Mini, illis decretis
nullo mō obſtantibus. Moueor, qa nedum ſm̄ decretum,
per quod illa bonæ & fuerunt adiudicata, legitimè in-
terpoſitum non fuit, quinimò nec primum iure ſubſiſtit,
ſi diligenter acta cauſæ ponderent̄. ¶ Et incipiā primò ex
nullitate primi decreti, & ꝯñr deſcendam ad ſecundum.
Corruit



Corruit nāq; primum decretum ex multiplici capite. Pri
mo, quia non præceſſit trina citatio cōtra dictum domi-
nū Guidonem, nec unica peremptoria, ſed bina dūtaxat,
quæ non ſufficit ad ualiditatē primi decreti, ut no. glo. &
Bar. l. ſi finita. §. Iulianus, ff. de dam. infec. Idē no. in c. qm̄.
1 §. in alijs, ut lite nō cōteſt. Probatur rōne. † primum de-
cretū non debet interponi, niſi contra contumacē: contu-
max aūt dr̄ ad proceſſum inchoandū contra eū, qui tribus
citationibus, aut unica perēptoria uocatus, uenire contē-
nit, ut in l. contumacia, ff. de re iud. Secundò corruit for-
tius, qa citationes illæ bis factæ, minus legitimæ fuerunt:
quia de iure debet qs citari ꝑſonaliter; & demū, ſi non re
periatur, facta prius inquiſitione ꝑ ciuitatē, pōt citari ad
domum ſuam, unde citatio non debet fieri ad domū, niſi
in ſubſidium, ut in l. iiij. §. prætor ait, ff. de dam. infec. & l.
j. ff. de libe. agno. firmat Bar. in d. §. prętor, & glo. in c. cām
de dolo & cōtu quā ſequuntur ibi cōiter doctores. Et ui-
detur ibi ꝓbari in text. & ꝑ Ioan. And. in regula, ꝓ poſſeſ
ſore de regu. iur. lib. vj. ſed in caſu nr̄o, licet iudex cōmiſ-
ſionē fecerit de citando ꝑſonaliter uel ad domum, & ſic
debuerit præceptū ſuū reduci ad terminos iuris, ut prius
ſcilicet citaretur ꝑſonaliter, ſi poſſet reperiri: Secūdò in
defectum ad domū, cum nuntius in relatione debuit dice
re, ꝙ prius diligenter per qſiuit ꝑſonam, & cū non poſſet
eam hēre, citauit ad domum, nec ſufficit dicere in gene-
re, ut no. expreſsè Barto. in d. §. prætor ait. ſed in facto
iſto nuntius ſimpliciter retulit, ſe illū citaſſe ad domum,
nec dixit, ꝙ illū prius diligenter ꝑquiſiuit. Nec obſtat, ꝙ
nuntius poſteà ſubiunxit, quòd oīa dixerat, ſeu fecerat, ad
quæ de iure, & ſecundū formam ſtatutorum tenetur qa
illa uerba generalia nō ſufficiunt, non. n. præſumitur pro
nuntio, cum ſit uilis ꝑſona, ſicut pro iudice, arg. corū, quę
not. in l. j. C. de uſuris, & expreſsè in materia nr̄a firmat
Bar. in d. §. prætor. ¶ Corruit deniq; ex tertio capite, quia
iudex interpoſuit ipſum decretum, nulla facta relatio-
ne per nuntium ſuper ſecunda citatione, & ſic non cōſtito
de contumacia illius unde ēt præſuppoſito ſine ueritatis
præiudicio, ꝙ ille fuiſſet uerè contumax: ex quo tn̄ iudici
non conſtabat, nō potuit ꝓcedere ſuper contumacia: qa
ignorabat id, quod erat fundamētū ſuæ pronuntiationis,
arg. in l. hoc aūt, ff. ex qbus cau. in po. ca. no. expreſsè Bar.
& ita dicit ſe conſuluiſſe, & quendā ꝓceſſum retractari fe
ciſſe in d. l. ſi finita. §. Iulianus, & in l. multū. ff. de condi. &
demō. hoc aūt. ſ. ꝙ nulla fuerit relatio facta, expreſsè col
ligitur ex actis cauſæ, & onus probādi citationes debitas
præceſſiſſe, incumbit parti ſtanti pro ipſo decreto. non. n.
præſumunt̄ præceſſiſſe, cū fuerit decretum interpoſitū in
abſentia partis, nec uerbis iudicis debet credi, ut. c. qm̄ cō
2 tra, de prob. & hanc ſniam † ꝙ parte negante, debeat fie-
ri ꝓbatio, ꝙ citationes legitimę pceſſerint, firmauit Fed.
de Senis conſulendo, ut patet conſi. clxv. facit optimè in
c. ſacro, de ſent. excō. Ex his clariſſimè patet, ꝙ ipſum pri
mū decretum minus legitimè fuit interpoſitū; & hoc ſuf
ficeret ad nullitatē ſecundi: qa non debet ꝑueniri ad ſe-
cundum ſine primo legitimè interpoſito, ut in c. qm̄. §. ſi.
ut lit. cōteſt. & l. cum ꝓponas, & auth. ei qui iurat, C. de
de bo. autho. iudi. poſſ. eſt de mente Bar. in l. cum unus. §.
fin. ff. eo. ti. ſed nihilominus ad abundantem cautelā mul-
tiplici rōne probabo ſm̄ decretum nō minus, imò fortius
corruere, quam primū. Et primò cauſatur ipſius nullitas,
† quia nō pōt ſecundū decretum interponi, niſi contra la
3 titantem aīo fraudandi creditores, ita ꝙ non ſufficit illū
turpiter aliàs latitare, niſi latitet, ideſt occultet turpiter
animo fraudandi ipſos creditores, ut eſt tex. apertus. l. Iu
lianus. §. ſed & is qui, ff. ex quibus cau. in poſ. ea facit regu.
iuncta. glo. in c. cōſultationibus, de offi. dele. & per Inno.
in c. dilecto, de uerbo. ſignifi. ſed in caſu noſtro dictus dñs
Guido, cum eſſet tpe ſecundi decreti condēnatus, & ban
nitus pro crimine læſæ maieſtatis, non latitabat ꝑꝑ ipſos
creditores fraudandos, ſed ꝑꝑ timorem mortis ſe abſen-
tauerat à toto territorio Senenſi. ergo non potuit illud
ſm̄ decretum tanquā in cōtumacem interponi eo modo,
quo interpoſitū fuit. Præterea & ſecundò cū ſua bona ua
carent tum ꝑ ſuam abſentiā, tū propter condēnationē de
eo factam, debuit ſaltē dari curator bonis. non aūt debuit
procedi per ſolam citationē domi factā, cum ibi non ha-
bitaret, nec habitare potuiſſet, ut no. Bar. in d. §. Iulianus;
facit. l. ab hoſtibus, ff. ex quibus cau. ma. §. j. Pręterea & ter
tio fortius & apertiſſimè probat̄ nullitas dicti ſecundi de
creti. debet. n. ſecūdū decretū interponi circa bona ipſius,
ut in d. l. cum ꝓponas, & auth. ei qui iurat, &. ff. de bonis.
autho. iud. poſ. per totum: ſed in caſu nr̄o oīa bona dicti
Guidonis erant publicata tēpore ſecūdi decreti; ergo nō
potuit interponi ſm̄ decretum in bonis quondam ipſius:
facit. d. l. cum unius, in ſi. cū. l. ſeq. ff. de bo. autho. iud. poſſ.
Nec primū decretum potuit impedire publicationem il-
lorum bonorū: tùm quia non ualuit, ut ſupra dictum eſt:
tùm qa præſuppoſita ualiditate nō potuit impedire trāſ-
lationem dñij; quia cū eſſet interpoſitū ſuper actione per
ſonali, nō fuit tranſlatum nec dñium, nec uera poſſeſſio,
ſed cuſtodia duntaxat, ut in l. is cui, ff. ut in poſſ. le. & l. ſi fi
nita. §. ſi quis aūt, ff. de dam. infec. Sola ergo cuſtodia illi
data non potuit impedire publicationem dñij: quinimò
nec uera potuiſſet impedire, cū nihil cōe habeat ꝓprietas
cū poſſeſſione. l. naturaliter. § nihil cōe, ff. de acqui. poſſ.
facit optimè. l. ſi conuenerit, ff. de pigno. act. debuit ergo
dictus. Minus ꝓcurator, facta bonorū publicatione: inten
tare actionē ſuam perſonalē contra fiſcū, qui tenetur re-
ſpōdere creditoribus cōdemnati, ut legitur & no. in l. ij.
C. ad legem Iul. de vi publica, uel priua. quinimò regula
4 riter † iudicium inchoatum contra condēnatum expirat
facta publicatione. nā nō debet agi contra fiſcum, qui hēt
ſuos iudices ſeparatos, ut notabiliter ꝓbatur ſm̄ cōem
intellectum. l. ſi conſtante. §. ſi. ff. ſolut. matr. Reſpectu ue-
rò fructuū perceptorū ex dictis bonis dico, ꝙ recepti poſt
primū decretū, & ante interpoſitionē ſecūdi, indubitāter
ueniunt reſtituēdi: qa miſſus in poſ. ex actione ꝑſonali nō
facit illos ſuos, niſi iudex ob nimiam cōtumaciā rei illud
in ſnīa miſſionis decreuiſſet; quod hic minimè factū fuit,
ut eſt tex. no. in. l. Fulcinius, ff. ex. quib. cau. in poſ. ea. no. in
d. §. Iulianus, & in c. qm̄ in alijs, ut lite nō cōte. Circa per-
ceptos poſt interpoſitionē ſecundi decreti pōt probabili
ter dubitari: quia mater dicti Mini fuit in bona fide, licet
errauerit in iure; & error iuris licet impediat uſucapionē.
l. nunquā, ff. de uſucapio. no. in c. apoſtolicæ, de dona. ta-
men non impedit, quin poſſeſſor bonæfidei faciat fructus
ſuos, ut in l. ſed & ſi. §. ſcire, ff. de peti. hære. no. glo. in. l. ſi
fur, ff. de uſuca. no. Di. in regula, poſſeſſor, de reg. iur. lib.
vi. & Bar. in l. ex diuerſo, ff. de rei uen. & do. in d. c. grauis;
& hoc uidetur uerū. Sed dubium eſt, an teneatur illos re
ſtituere per iudicis officiū, cū licet ſint conſumpti; facta ta
men fuit locupletior, cum illos cōuertit in rem ſuā, gloſ.
in d. l. ex diuer. dicit quod no. ex quo non ſuperſunt; idem
glo. inſt. de offi. iud. poſt prin. & in §. ſiquis à non domino,
inſti. de re. di. ſed Bar. in d. l. ex diuerſo, tenet contrarium:
qa ex quo facta fuit locupletior de his, qui debiti erant,
æquum eſt, ut teneatur reſtituere per condictionē ſine cā
ex diſpoſitione. l. ſi me & Titiū, ff. ſi cer. pe. & idē uidetur
ſequi dominus Ant. in d. c. grauis, & mihi etiam placuit,
ut plenè ibi ſcripſi. Concludo ergo, ꝙ tenetur reſtituere
omnes

omnes fructus perceptos, uel æſtimationem; ſi non ſu-
perſunt. NIC. ABB.

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*FACTI contingentia in effectu ſic proponitur. Quidam Do
minicus de Cortuna futurus maritus cuiuſdam dominæ Albiſſimæ
Cortun. fuit ſollenniter coram notario, & teſtibus confeſſus, ſe ha
buiſſe, & recepiſſe pro dote dictæ mulieris florenos. 340. ducentos
quinquaginta uidelicet à dicta domina Albiſſima, & nonaginta
à fratre carnali dictæ mulieris: & promiſit ſolenniter dictam
quantitatem dotis reſtituere in omnem euentum dotium reſtituen
darum &c. denique eadẽ die, & hora coram eiſdem teſtibus præ-
dicti. ſ. domina Albiſſima, & eius frater carnalis promiſerunt di
cto Dominico ſoluere dictam quantitatem. 340. flor. ad eius requi
ſitionem occaſione dictæ dotis, non obſtante confeſſione per prius
de recepto per dictum Dominicum facta, demum matrimonium
inter prædictos ſequutum extitit: nec poteſt apparere, quòd dos
prædicta ſoluta fuerit: apparet tamen quædam tranſactio facta
inter dictos coniugales elapſis xx. annis a tempore matrimonij cõ
tracti, in qua inter cætera dicitur, quòd cum dictus Dominicus de
dote promiſſa à dicta domina Albiſſima eius uxore non habuerit
niſi 180. flor. & pro illis habendis oportuerit eum litigare contra
hæredes primi mariti dictæ dominæ Albiſſimæ in tãtum, quòd de
ſuis proprijs pecunijs expenderit. 19 flor. Præterea cum dictã uxo
rem ſuam alimentauerit per x. annos dote integra non ſoluta, &
ſic dicta domina Albiſſima erat dicto Dominico obligata in di
ctis 19. floren. & in reſiduo dotis per eam promiſſæ, & pro alimẽ
tis habitis & habendis; ideo cum dicta domina Albiſſima non ha-
beret, unde ſolueret, uenerunt ad iſtam tranſactionem, quòd dicta
domina abſoluebat eum à dicta quantitate dotium recepta, ut ſic
in euentum dotis reſtituendæ non teneretur dictus Ser Dominicus
uel eius hæres aliquid reſtituere: & dictus Dominicus abſoluit di-
ctam ſuam uxorem ab omni obligatione facta & contracta occa
ſione dotis promiſſæ & alimentorum habitorum, & habendorum
Nouiſſimè deceſſit dictus Dominicus, prius decedente dicta domi-
na Albiſſima, hæredes illius dominæ repetunt integram dotem ab
hæredibus dicti Dominici, contra quos excipitur, quod non conſtat
de receptione dotis. Præterea obſtat tranſactio ſuperius recitata.
Quæritur nunc quid iuris.*

### CONSILIVM. LXXXV.

1 *Dos promiſſa ſi non ſoluitur uiro, licitum eſt ei uxorem a ſe repel
lere, & denegare ſibi alimenta.*
2 *Teſtator ſi in teſtamento confeſſus fuit ſe debitorem Titij ex cer-
ta cauſa, præſente parte, & acceptante, per illam confeſſionem
in teſtamento habitam probatur debitum.*
3 *Naturali ratione tenetur quis impendere neceſſaria ſeruo, uel æ-
quo commodato.*
4 *Maritus in defectum dotis, et patrimonij tenetur alere uxorem ex
debito coniugali*
5 *Vxor non poteſt conueniri ad ſolutionem dotis promiſſæ ultra,
quàm facere poteſt.*

OMnipotentis Dei poſtulato ſuffragio, Vi-
detur primò, q hrdes dictæ
dñæ Albiſſime non ſint audiendi multiplici ra-
tione: quia mulier uel ipſius hæres non poteſt repetere
dotẽ, niſi probet illam ſolutam fuiſſe, ut in l. j. C. de dote
cau. non numera. & in l. antepe. & ulti. C. ſol. ma. facit l. uni
ca, C. de rei uxo. actio. Sed in caſu noſtro non probatur, di
ctam dotem fuiſſe ſolutam; ergo repeti non poteſt. nec ob
ſtat confeſſio prius de dote habita facta: tum quia confeſ
ſio de ſe nõ probat in caſu noſtro: quia potuit fieri ſpe fu
ture numerationis, ut. C. de dote cau. nõ nu. per totũ: tum
quia confeſſio fuit immediatè ſecuta in ɔ̃triũ p dictam Al
biſſimam, & fratrem ipſius, & q̃ incontinenti fiunt, uident
ineſſe l. lecta, ff. ſi cer. pe. & in c. officij, de ele. Nec obſtant
uerba poſita in dicta trãſactione: quia illa uerba fuerunt
prolata non principaliter pp ſe, ſed pp tranſactionem fiẽ
dam, & ſic fuerunt uerba enuntiatiuè prolata pp aliud, ſ.
ad finem tranſactionis fiendæ, quare uident facere fidem
de centum octuaginta flor. ad finem duntaxat tranſactio
nis. nõ autem ſi principaliter agatur de ipſorum receptio
ne ad finem illos repetendi, ſicut agitur in caſu noſtro; de
hoc uñ tex. iuncta gl. in l. optimam, C. de contrahen. & cõ-
mit. ſtip. ad idem tex. iuncta gl. in uerbo, donationem, in
c. illud, de præſumptio. Præterea præſuppoſito, q de illis
centum octuaginta florenis fieret fides per illã trãſactio
nem: tñ uigore trãſactionis fuit ſublata omnis petitio, ut
1 in illa patet. Quòd aũt tranſactio ualuerit, pbat. † Nam
quandocunque dos promiſſa uiro ſibi non ſoluitur, lici-
tum eſt uiro uxorem a ſe repellere & denegare ſibi alimẽ
ta, ut probari uidetur in c. per tuas, de don. inter ui. & ux.
firmat Bal. in l. quod in uxorem, C. de neg. geſt. allegat gl.
in aut. de non eligen. ſecundo nu. §. pe. col. j. potuit ergo li
citè ſecum tranſigere ſuper alimentis ſibi præſtandis, di-
minuendo, uel ſibi ſatisfaciendo de parte dotis ſibi ſolu-
ta. nam rectè cõſtante matrimonio ſoluit uxori dos a ma
rito, ut alat parentes, uel fratres ſuos inopes, ut notanter
probatur in l. quamuis, ff. ſol. matri. ergo fortius poteſt ſi
bi ſolui, ut ſeipſam allat. ¶ Et quãquam prædicta in fauo-
rẽ mariti prima frõte urgere uideantur: tñ ɔ̃riã partẽ ar-
bitror de iure ueriorem, uidelicet q per ea, q̃ geſta ſunt
in dicta tranſactione, plenè probetur dictũ Dñicum rece
piſſe nomine uxoris titulo dotis. 180. flore. & q illa tran-
ſactio non ualuit in præiudiciũ mulieris, uel eius hæredis.
Et q p uerba habita in dicta tranſactione probetur dictæ
quantitatis ſolutio, patet expreſſè in inſtrumento tranſa
ctionis, in quo non ſolum denuntiatur dicta ſolutio ad fi-
nem tranſactionis: ſed principaliter dictus Dñicus in præ
ſentia mulieris fuit primò confeſſus ſe recepiſſe dictã quã
titatẽ, & ſubiunxit, q pro dicta quantitate recuperãda ab
hrdibus primi mariti oportuerit eum exponere 19. flore.
in quibus dicebat ſuã uxorem ſibi obligatã: ipſa ẽt uxor
in præſentia mariti recognouit illos. clxxx. flore. fuiſſe ſo
lutos ex bonis ſuis &c. ut ſerioſius in illo inſtrumento ɔ̃ti
netur; & demum uenerũt ad illam tranſactionem. cum er
go dictus Dñicus fuerit hoc confeſſus coram uxore, quæ
pro ſe illam cõfeſſionem acceptauit; ergo ex dicta confeſ-
ſione oritur plena probatio, ut in c. fi. de confeſſis; & l. ge
neraliter, C. de non nu. pe. & l. certum §. ſi quis abſente, ff.
de confeſ. & quod ibi not. Præterea de hoc uideretur tex.
maximè iunctis ibi no. per Bar. in l. cum quis decedens, ff.
2 de leg. iij. ubi patet, † q ſi quis teſtando fuit confeſſus ſe
debitorem Titij ex certa cauſa, præſente parte, & acce-
ptante, per illam confeſſionem in teſtamento habitam p-
batur debitum; ita, q potuit peti tanquàm debitum prin
cipaliter agendo, & non eſt neceſſarium, ut petatur tan-
quàm legatum, ad idem text. & quod ibi no. in l. hæredes
palam, ff. de teſta. ubi patet q etiam in ultima uoluntate
poteſt contrahi; non eſt ergo dubitandum, quin per illa
uerba habita in dicta tranſactione probetur dictæ quan-
titatis ſolutio. & facit ad idem, quod hr in l. publica. ff. de
poſi. Nec obſt. prædictis dicta l. optimam; quia loquitur
qñ quis ſtipulando alteri abſenti dixit ſe ſeruum illius
non enim p hoc probatur ille ſeruus, ſi principaliter age
retur de ſeruitute, ſed in caſu noſtro iſte Dominicus fuit
confeſſus in præſentia uxoris, & per ſe prius dixit in præ-
fatione



fatione recepiſſe pro dote uxoris illam quãtitatẽ; & quæ
dicuntur in præfatione, faciunt fidem, arg. in. l. fi. ff. de hæ-
re. inſti. & per Barto. in l. liberorum, ff. de uerbo. ſigni. &
hoc quo ad primum. Quòd aũt tranſactio nõ præiudicet
mulieri, probatur optima ratione & multiplici. Et primò
licet admitti poſſit, q uir non teneatur alere uxorẽ, ſi nõ
ſoluatur dos promiſſa, ut prædixi: tamen, ex quo maritus
duxit uxorem, & ſimpliciter eam alimentauit, ut contin-
git in caſu noſtro, non poteſt poſtea de iure repetere ali
menta à patre uxoris, uel ab ipſa uxore: quia, ex quo non
abſtinuit ab obſequio uxoris: imò habuit eam iugiter in
ſuo ſeruitio, tenetur eam alimentare, ut expreſſè firmat
Bar. in l. quod in uxorẽ, preal. C. de neg. geſt. pbatur in
3 ſim. p. l. in rebus. §. poſſunt, ff. cõmo. Vbi patet, † q natura
li ratione tenetur quis impendere neceſſaria ſeruo, uel
equo cõmodato, ex quo habet illũ in ſuo ſeruitio, & etiã
tenetur ad medicinas modici pretij, ergo fortius tenetur
alere, uxorem, quantumcunq; indoratã, ex quo hẽt eã in
ſuo obſequio. Item propter affectionem cõiugalem uidet
ſibi donaſſe illa alimenta, ẽt in caſu, quo potuiſſet repete
re, ex quo nõ fuit de cõtrario p teſtatus, ut uidetur text.
in d. l. quod in uxorẽ. ad idem. l. ſi paterno affectu, C. eo.
titu. ubi uitricus certo caſu tenetur gratis alimentare pri
uignũ, ex quo nõ fuit proteſtatus de contrario, ergo for-
tius hoc dicendũ in uxore, maximè ubi uterq; uidet cõfeſ
4 ſus q uxor non habebat, unde ſe aleret. † Nã in defectũ do
tis & patrimonij tenetur maritus ex debito cõiugali ale-
re uxorẽ, ut no. glo. & Bar. in l. ſi cũ dotẽ. §. ſinautem in ſe
uiſſimo, ff. ſolu. mat. & no. per Inn. in d. c. p ueſtras, de do-
na. inter uirũ & uxo. optimè facit tex. in l. q ſi nulla, ff. de
5 reli. & ſump. fune. Nec † uxor põt conueniri ad ſolutionẽ
dotis promiſſæ ultra, quã facere põt, ut dicit tex. nota. in.
l. cũ poſt mortẽ, ff. de admi. tuto. Sed in caſu noſtro nõ ap-
paret, q dictus Dominicus fecerit aliquã pteſtationem,
ſed ſimpliciter uxorem alimẽtauit per. 20. annos uſq; ad
tempus trãſactionis, utẽdo ſemper obſequio uxoris; ergo
nõ potuit poſteà alimenta repetere: tũ qa, ut dixi, tenebat
ad hoc: tũ quia eſto, q non fuiſſet obligatus, uidetur nõ p
teſtando liberaliter donaſſe. Præterea & fortius maritus
non poteſt aliquid petere occaſione dotis retardatæ, niſi
quatenus probaret ſuum intereſſe, ut not. maximè per
Ant. de But. in c. ſalubriter, de uſu. Sed in caſu noſtro non
probat intereſſe illius dominici. Nã licet debitor nõ ſol-
uat debitũ creditori: non tñ per hoc infertur, q fuerit paſ
ſus dãnum, adeò q poſſit agere contra debitorem. aliàs eſ
ſet uſura recepta, ratione retardatæ ſolutionis. oportet
ergo, quòd pbet intereſſe, puta quòd erat ſolitus merca
ri, & qd certũ cõiter in anno lucrari, uel erat ſolitus de-
ponere pecuniã apud mercatorẽ, & de honeſto lucro par
tẽ recipere. tunc. n. põt petere intereſſe: alias nõ, ut plenè
no. in l. cõqueſtus, de uſu. & l. curabit, C. de act. emp. & per
Bar. in l. ij. C. de uſu. & Inno. in c. ſacro. de ſentẽ. excõmu.
nec põt dicere maritus, q intereſſe p̃tendit rõne alimẽto
rũ præſtitorũ: qa hoc eſt falſum: quia nõ fruſtra oĩno im-
pendit alimenta, cũ uteretur ſeruitio, & obſequio uxoris.
& licet poſſit maritus abſtinendo ab obſequio denegare
pariter alimenta, ut ſuprà dixi: tñ, ex quo tenuit uxorem
penes ſe, nõ põt p̃tendere, niſi intereſſe retardatæ ſolutio
nis dotis promiſſæ; & in caſu noſtro fuit tranſactum nõ ſu
per intereſſe, ſed ſuper alimentis, quæ nullo modo pote-
rant repeti. ¶ Præterea & fortius dico, quòd nec etiam in-
tereſſe aliquod in caſu noſtro poterat peti: quia non appa
ret, quòd maritus conſtituerit uxorem aliqñ in mora. nã
in promiſſione dotis nõ fuit appoſita certa dies, p ipſius
ſolutione; ut ſi dicamus quòd dies interpellabat pro ho-
mine iuxta id quod habetur in l. magnam, C. de contra-
hen. & cõmit. ſtip. & c. potuit de loc. ſed fuit pmiſſa ad re
qſitionẽ ipſius Dominici, & ſic ad conſtituendã uxorẽ in
mora opus erat interpellatione, ut plenè no. in l. mora, ff.
de uſuris, & l. ſi ex legati cã, ff. de uerb. obl. ſed in caſu nro
nõ apparet aliqua interpellatio; ergo nulla mora, & per
conſequens nullũ poterat peti intereſſe; ergo tranſactio
fuit calũnioſa, ut clarè colligitur ex rationibus præmiſſis.
Nã trãſactio debet fieri ſup re dubia, & lite incerta, ſi. n.
fiat ſup eo, qd eſt notoriè indebitũ, nõ ualet tanquã calũ
nioſa, ut. l. in ſumma, & l. eleganter, ff. de condi. indebi. &
l. j. ff. de tranſa. & c. ſup eo, & c. j. de trãſa. & l. ſub prætextu,
C. eo. ti. ſed alimenta in caſu nro notoriè repeti nõ pote-
rant, ſed mulier ignoranter fuit decepta, ut patet clarè
ex. ſ. deductis; ergo dicta tranſactio nõ ualuit. Et p̃ſertim
pcedunt p̃dicta, eo attento, q tacitè uidet actũ, ut dos ili
cõ ſolui nõ deberet. nã ſi debebat ſolui ilicò, ad quid pri
mò ille Dominicus fuiſſet cõfeſſus, ſe dotem recepiſſe, &
hoc non ob. recepit cõfeſſionem, & pmiſſionẽ de ſoluẽdo
à muliere, & eius fratre? unde uidetur uoluiſſe hẽre no-
mẽ mulieris, & fratris eius in dotem iuxta no. p Bar. in l.
pen. ff. ſol. mat. imputetur ergo ſibi, ſi non excuſſit nomen
uxoris & fratris ipſius. ¶ Cõcludo ergo hæredes dicti Do
minici teneri & obligatos eſſe ad reſtituendã dictã quan-
titatẽ. clxxx. Florenorũ, & ẽt aliã quantitatẽ, ſi de illa ha
beat pbatio ſolutionis, reſeruato tñ ſibi lucro debito, ui
gore ſtatuti municipalis, ex quo alimentauit uxorẽ; & ca
uendũ, qa ubi denegata fuiſſent alimẽta, nihil debet mari
tus lucrari de dote, licet ſtatutũ ſimpliciter loquatur, ar
gu. optimũ in l. ſi ab hoſtibus. §. ubi, & ibi hoc notãter fir
mat Bar. ff. ſolu. mat. Et maximè prædicta procedunt in
caſu nro, in quo non fuit retardata ſolutio totius dotis,
ſed certæ partis, unde hoc dico propter not. in ſimili per
Bart. in l. Iulianus. §. offerri, ff. de act. empt. Et hæc ſuffi-
ciant. NICOLAVS ABBAS.

### CONSILIVM LXXXVI.

1 *Plurimi ſi fuerint ſocij, poſt mortẽ unius in totũ rũpitur ſocietas.*
2 *Stipulari alteri licet quis non poßit directè, poteſt tamẽ alterius
nomine ſtipulari, & ualet ſtipulatio illo ratificante.*
3 *Omnis obligatio regulariter actiuè, & paßiuè trãſit in hæredes.*
4 *Statuto ſi caueatur debitorem poſſe capi pro debito, tale ſtatutum
extenditur ad hæredem.*
5 *Contractus non poteſt fieri directè nomine ſocietatis.*

VIſis capitulis initis inter magnificum cõmune
Senarum ex una parte, & quondam Ange
letum Hebræum ſuo nomine, & ſociorũ ex alia,
contingit de tribus dubitare. ¶ Primò an per mortem
dicti Angeleti extinctus ſit contractus initus inter di-
ctum commune, & Angeletum. ¶ Secundò præſuppoſi-
to contractu in uita, an per mortem dicti Angeleti ſit
ſoluta ſocietas inter eum, & quondam ſocios ſuos con-
tracta. ¶ Tertiò an ſoluta dicta ſocietate, uel non, li-
ceat ſocijs remanentibus plura loca ad præſtandum te-
nere. ¶ Et primò circa primum dubium uidetur dictum
contractum eſſe per mortem Angeleti extinctum: quia
dictus Angeletus contraxit ſuo priuato noĩe, & ſociorũ
eius, à quibus nõ habuit mandatum, nec eis ſtipulari po-
tuit, p̃ſertim cũ tunc nõ eſſent ſocij, ut in l. ſtipulatio iſta.
§. alteri, ff. de uerbo. obligatio. remãſit ergo cõtractus ua
lidus dũtaxat pro parte Angeleti, ut in l. ſi mihi, & Titio,
ff eo. ti. ergo dicta obligatio extincta fuit p mortẽ dicti
Angeleti, ſaltẽ quo ad illos, quos poſtea ſocios nomina-
uit.

uit. Prætereà obligatio illa fuit ↄ̃cta cũ cõi ſuo noĩe, &
ſociorũ,& ſic intuitu ſocietatis, cũ ſub noĩe appellatiuo il
los expreſſiſſet, argu.in l.ſi ſeruus cõis, ff.de ſtip. ſer. &.c.
qm̃ abbas, de offi.deleg. ¶Secundò quia per morté dicti
Angeleti fuit dicta ſocietas diſſoluta, nec tranſire potuit
in hæredes, quantũcunq; de eis in cõtractu ſocietatis mẽ
tio facta fuiſſet, ut ꝓbatur in l.nemo,&.l. adeò,&.l. cum
duobus.§.idẽ reſpondit, ff.pro ſocio,& inſti.e.§. ſoluitur.
1 ubi patet†, quòd etiam ſi plurimi fuerint ſocij, attamen
poſt mortem unius ſocietas in totũ rumpitur; ergo dicta
obligatio, ſeu contractus cum cõi initus non potuit tranſi
re in ſocios dicti Angeleti, cum non poſſint amplius dici
ſocij; facit quod habetur in l.item Mela, ff.de alimen.& ci
ba.lega. ¶Tertiò & fortius facit contra quondã ſocios An
geleti,& hæredes dicti Angeleti, quod habetur in xx. ca-
pitulo.ubi habetur, ꝙ illa capitula debent habere obſer-
uantiã quo ad ſocios duntaxat dicti Angeleti, & durante
illa ſocietate: ſed certum eſt, ꝙ per mortem dicti Angele
ti deſierunt eſſe ſocij dicti Angeleti, nec amplius durat
dicta ſocietas, ut.s̃.oſtenſum fuit; ergo cõe non remanſit
obligatũ ad dictorum capitulorũ obſeruãtiam. ¶Sed his
non obſtantibus contraria ſñia de iure uerior eſt.ſ.ꝙ di-
cta obligatio cũ cõi contracta, non ſit extincta per morté
Angeleti,& fortius nec per mortem quorundã aliorũ ex
ſocietate prędicta. Probatur primò ex eo, quia dictus An
geletus cõtraxit ſuo priuato nomine, & uice, & nomine
ſociorũ ꝑ eum declarandorum, ſuorũque hęredum, ut pa
tet in principio dictorum capitulorum, quos quidem ſo-
cios poſteà declarauit, qui iuxta cõpoſitionẽ inter cõmu-
ne,& Angeletum habitam uenerunt,& approbauerunt co
ram notario contractum initum per dictum Angeletum
eorum nomine; ergo dictus contractus tenuit quo ad eos
ꝑ ratihabitionem ſequentẽ. Trahitur.n. ratihabitio in cõ
tractibus retrò,& cõparatur mandato, ut in l.fi.C.ad Ma
ce.facit.l.licet,& quod ibi no.ff.de iudi.& l.ſi abſentis, C.
ſi cer.pe.l.mater, C.de rei uen.& regula, rati.de regu.iur.
2 lib.vj.in quibus habetur, ꝙ† licet non poſſit quis directè
alteri ſtipulari, poteſt tamen alterius nomine ſtipulari, &
ualebit ſtipulatio illo ratificãte, ut in l.actione, ff.de neg.
geſt.no.Bar.in d.§.alteri.ergo ex prædictis clarè conclu-
ditur, dictum contractũ habuiſſe ualiditatem, ẽt in ꝑſona
ſociorum. ¶Secundò uidendum eſt, an cõtractus fuerit ex
tinctus per mortem dicti Angeleti;& profectò dico, ꝙ nõ:
quia illa obligatio fuit contracta, ut s̃.dixi, non ſolũ no-
mine Angeleti & ſociorum, ſed ẽt pro eorum filijs & hæ-
redibus, ut patet in principio capitulorũ, & in c.xx. ergo
debet tranſire ad hæredes, cũ materia ſit tranſmiſſibilis
ad hæredes; ad hoc.l.ueteris, C.de contrah. & cõmit.ſtip.
3 & l.ſi pactum, ff.de proba.ubi patet, †ꝙ regulariter omnis
obligatio actiuè,& paſſiuè tranſit in hæredes, ẽt ſi de il-
lis non fuerit facta mentio in cõtractu, dũmodo materia,
ut dixi, ſit in hæredes tranſmiſſibilis, ut no.Bar.in l.iij.ff.
de uerb.obli.& facit optimè, quod ipſe no.in l. poſtulãte,
4 ff.ad Trebe.ubi dicit, †ꝙ ſi ſtatuto caueatur debitorẽ poſ
ſe capi pro debito, ꝙ tale ſtatutum extẽditur ad hæredẽ,
licet in cõtrariũ in hoc ultimo poſſet allegari, quod ipſe
no.in l.ſi deceſſerit, ff.qui ſatisda.cogã.ſed rectè intuẽdo
illa dicta non ſunt contraria, nec aliter inſiſto: quia non
multum urgent in materia noſtra. fortius ergo in caſu no
ſtro dicta obligatio habuit in hæredes iſtorũ contrahen-
tium tranſire, cũ de illis fuit expreſsè facta mentio. Nec
ob.ſi dicatur, ꝙ nomine ſocietatis fuit contractus initus,
quæ iam eſt extincta per mortem Angeleti. Dico.n.con-
trariũ eſſe uerũ, cũ in dicto cõtractu fuerit facta mẽtio de
eorũ hæredibus; ergo nõ cõtraxerunt noĩe ſocietatis, cũ
certum erat ſocietatem nõ trãſire in hæredes. Prætereà,
5 ut notanter dicit Inno.in c.dilecta, de exceſ.præl.† cõtra-
ctus nõ põt fieri directè noĩe ſocietatis: quia ſocietas non
eſt corpus, ſeu collegiũ: aliàs ſequeret̃, ꝙ oĩbus mortuis,
reſideret ius ſocietatis in uno, ut.l. ſicut, ff. quod cuiuſq;
uni.& c.gratum, de poſtu.ꝓla.qđ eſt falſum, ut patet ex ꝓ-
dictis: q̃a imò ſoluitur ꝑ morté unius.iõ, ẽt ſi fuiſſet expꝓ-
sè dictũ, noĩe ſocietatis: debet tñ intelligi ſ̃m eũ, ut cõtra
ctus ualeat.i.noĩe ſociorũ.nã uerba improprian̄t, ut ↄ̃ctus
ſeu diſpoſitio non corruat in odioſis,& his quæ ſunt ſtri-
cti iuris, ut no.probatur in c.ſi ſñia, de ſen. excom.lib.vj.
& l.ſi ſtipulatus fuero per te, ff.de uer.obli. Nec ob.ꝙ ſti-
pulatio fuit facta ſub noĩe appellatiuo, ſ.ſociorum &c.q̃a
dico, ꝙ per hoc non ſequitur, ꝙ ille contractus ſequatur
ſocietatem per id, quod de ipſorum hæredibus s̃ dixi. Itẽ
ſatis eſt, ꝙ tunc eſſent ſocij, & ſic ꝙ illa qualitas affuerit
tempore contractus: quia qualitas appoſita in aliqua ora
tione debet intelligi ſecundum tempus uerbi, ad quod re
fertur, ut in d.l.item Mela, ut no.Bar.in l. ex facto, ff.de
uulg.& pup.uidelicet.in.j.reſponſo. Prætereà actum fuit,
ut dicti ſocij nominarentur intra certum tempus,& ꝙ de
berent uenire,& ratificare dictum cõtractũ; & ita tẽpore
conuento fuerunt nominati, & uenerunt ac proprijs,&
priuatis nominibus per ſe,& ſuos hæredes dictum cõtra-
ctũ eorum nomine initum ratificauerunt, ut patet in in-
ſtrumento ratificationis; ergo non põt dici, ꝙ nomine ſo
cietatis, ſeu ꝙ tanq̃ ſocij hoc fecerunt. Expreſſius hoc idẽ
probatur in xx.c.ubi inter cætera dr̃, ꝙ dicta capitula de
beant obſeruari ꝑ tẽpus decem annorum pro ipſis & eo-
rum filijs,& hæredibus. ergo non expirant per mortẽ quo
rundã, ſeu ſocietate diſſoluta Non ob.quòd dicatur in fi-
ne dicti xx.capituli, durãte ſocietate prędicta &c.dico.n.
quòd uerba debent impropriari ſ̃m naturam contractus,
ut ꝓbatur in l.ſi uno.ff.loca facit quod in ſimili no. Bart.
in l.cotẽ ferro.§.q maximos, ff.de pub.& quod no.glo.in
l.j.ff.de ſuperfi.& qualitas pactorũ non minus ex uerbis,
quã ex mẽte ſtatuentiũ elicienda eſt, ut notãter dicit tex.
ſatis bonus ad ꝓpoſitũ in l.iuriſgentiũ.§.pactorũ, cũ ſeq̃n.
ff.de pact.ſubijciens, quòd licet prima ꝑſona inſerat̃, nõ ꝑ
hoc pactũ ſemper eſt perſonale q̃a plerunq; perſona ex-
primitur, ut demonſtretur, cũ quo pactum factũ eſt; ita di
cẽdũ in propoſito, cum.n.ut patet ex p̃dictis, materia obli
gationis eſſet tranſmiſſibilis ad hæredes, ac ſi expꝛsè fuiſ-
ſet actũ, ut trãſiret ad hæredes,& propter hæredũ ſuper-
uenientiã diſſoluat̃ ſocietas, ergo nõ uero ſimile, quod di
cta uerba ſtent ꝓpriè: q̃a inſurgeret q̃dã cõtrarietas, q̃ nõ
eſt incontinenti p̃ſumenda, ut.l.nõ ad ea, ff.de condi.& de
mon.intelligantur ergo illa uerba durante ſocietate p̃di
cta.i.durantibus illis de illa ſocietate, ſicut.s̃.dixi in ſimi
li poſt Inno.quaſi dicat, ꝙ ad alios, quam ad filios,& ſuos
hæredes nõ poſſint dicta capitula extendi,& facit ad hoc,
quòd hẽtur in d.xx.c.& in c.xvij. Ex his cõcludo dictũ cõ
tractum non fuiſſe extinctum ꝑ mortẽ Angeleti,& quorũ
dam aliorũ ſociorum: imò remanſit in perſonis aliorum,
& tranſiuit in hæredes morientium, qui omnes tenentur
ex debito per dictum tp̃s decem annorum obſeruare cõ-
munitati Senarum, qui ꝑ ſe & ſuos hæredes promiſerũt.
¶Ex prædictis etiam remanet ſolutum ſecundũ dubiũ, nũ
quid ꝑ mortẽ dicti Angeleti fuit dicta ſocietas diſſoluta,
& dicendũ indubiè quod ſic ꝑ prædicta. ¶Condeſcẽdo igi
tur ad tertiũ, nunq̃d liceat dictis Hebræis hẽre mẽſas plu
res, ſeu plura loca ad præſtandũ;& profectò credo indubi
tãter ꝙ ſic, ſiue uelint ſocialiter exercere, ſiue ſeparatim
& priuatis noĩbus. hoc aptiſſimè probat̃ ex c.j.& xvij.&
xxv.ſi diligenter põderentur. nam in c.j.dicit̃, liceat eis in
uno



uno uel pluribus locis mutare,& in c.17.dr̃, ꝙ nõ poſſint
facere in aliquo loco concurrentiam in illo quęſtu, niſi in
loco eſſent illi præſtitores, qui fuerunt expreſſi in dicto
contractu. ipſi ergo poſſunt cõcurrentiam facere,& ſic in
eodem loco plura præſta tenere In ca.21.adhuc expreſ-
ſius dicit̃, ꝙ licitum fuit dicto Angeleto, & cuilibet illo-
rum, qui per eum fuerint nominati, præſtare in uno, uel
pluribus locis per totum comitatum,& diſtrictum Senen
ſem &c.& ponderanda diligenter ſunt illa uerba,& cuili-
bet illorum. faciunt enim ꝓ his, quæ ſupra dixi, ꝙ ẽt diui
ſa ſocietate, poſſit quilibet illorum præſtare in uno uel
pluribus locis per totum diſtrictum Senenſem, exprimun
tur.n.& datur eis poteſtas etiam ſingulariter;& ſic nõ exi-
gitur neceſſariò, ꝙ fiat ſocialiter; poſſunt tamẽ (ut prædi-
xi) etiã ſociabiliter facere, ſi uellent ſocialiter; imò fuit
de mente, ut exercerent, ſicut uellet, ut patet ex prædi-
ctis. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

CONSILIVM LXXXVII.

1 *Societas poteſt tacitè contrahi per actus, qui tacitè ſocietatem inferunt.*
2 *Hæredes ſociorum omnium, ſi ſocietatem inierint nouo cõſenſu, ex poſteà geſtis obligantur tanquam ſocij.*
3 *Finito tempore locationis, ſi quis ſtet in re locata, uidetur de nouo conduxiſſe.*

QVidam fecerunt, & contraxerunt inter ſe
quãdam ſocietatem ad
certum tempus, demum contingit, q̃d deceſſerũt
aliqui de ſocietate, remanentibus eorum hæredibus; qui
ſcientes ſocietatem prędictam poſt mortem parentum nõ
abſtinuerunt a nouiter gerendis: imò cum pecunia com-
muni pluries,& ſæpenumerò contraxerunt, ſicut fecerant
eorum parentes, ponendo lucrum in cõi; quæritur, an ui-
deantur ſocietatem de nouo contraxiſſe, ſeu confirmaſſe,
ut ſic ex facto ſuperuenienti dicat̃ ſocietas antiqua recen
1 ſita,& renouata. Et breuiter arbitror ꝙ ſic. Nã certũ eſt† ꝙ
ſocietas poteſt tacitè contrahi per actus, qui tacitè ſocie-
tatem inferunt, ẽt ſi nulla per prius præceſſit ſocietas; ad
hoc.l.coiri, ff.pro ſocio,& melius in l.denique, ff.e.ubi ꝓ-
batur, ꝙ ſocietas poteſt tacitè diſſolui; ergo & cõtrahi, ar
gu.in regula, omnis res, de re.iu.& in l.nihil tam natura-
le, ff.de reg, iu.quod expreſsè firmat Bar.& Bald.& alij in
l.ſi patruus, C.communia utriuſque iu. & in tractatu de
duobus fratri. Prætereà ego adduco tex.expreſſum in ter
2 minis noſtris in l.planè, ff.pro ſocio.ubi dicit̃, † ꝙ ſi hære-
des ſociorũ omniũ, ſocietates inierint, quòd nouo conſen
ſu ex poſteà geſtis obligantur tanquam ſocij,& debet ille
tex.iudicio meo intelligi in terminis noſtris, qñ tacitè cõ
ſenſerunt continuando priora geſta; quod innuit text. in
uerbis illis, animum inierint ſocietatis &c. fruſtra.n. pon-
deraretur animus, ſi expreſsè ſocietatẽ ↄ̃xiſſent, ar.l. La-
beo, ff.de ſup.le.nemo enim pręſumitur dicere, ꝙ mente
non cõcepit,& etiã tex.in d.l.planè, ibi, quod poſtea geſſe
rint,& ſic ponderantur geſtare ſuperuenientes. Item lex
debet intelligi in caſu dubio, ut in l.ꝙ Labeo, ff.ad Carb.
& l.j.in fi ad muni.& c.cũ in iure, de offi.deleg. ſed cui du-
biũ erat, ꝙ hr̃des poterant nouiter per expreſſum conſen
ſum contrahere ſocietatẽ? debet ergo intelligi quando ta
citè contraxerunt modo prędicto. Ad idem optimè facit
3 l.itẽ quæritur.§.qui impleto, ff.loca.ubi patet, † ꝙ ſi, fini-
to tempore locationis, quis ſtet in re locata, uĩ de nouo
cõduxiſſe; ergo idem dicamus in propoſito, ꝙ ſi finita ſo
cietate per mortem hæres ſtet in eadem ſocietate, ſicut
defunctus, ꝙ uideatur ſocietas de nouo ↄ̃cta, cũ in utroq;
caſu ſufficiat conſenſus abſque alia ſolennitate, ut in l. cõ
ſenſu, ff.de act.& obl.& hæc uidentur de mẽte Bar.& Bal.
in dicto trac.de duobus fratribus,& d.l.ſi patruus. uolunt
enim, ꝙ poſt mortem patris, cuius quis erat ſocius, reman
ſit in rebus cõibus, in illis noĩe ſocietatis ↄ̃hendo, ꝙ uĩ ta-
citè contrahere de nouo, conſilio defuncti, etiã ſi ſit pu-
pillus, dummodò tutor tacitè conſentiat. ita & fortius di
cendum in propoſito, cum in caſu noſtro filius defuncti
ſit .xviij.annorum, qui poteſt ſe obligare, & ipſe per ſe
nomine ſocietatis contraxit de nouo poſt mortem pa-
tris. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

CONSILIVM LXXXVIII.

1 *Legato fundo cum inſtrumento, ueniunt duntaxat ea, quæ pertinent ad culturam dicti fundi.*
2 *Maſſaritiæ uulgariter idem important, quod ſupellectilia.*
3 *Vaſa apta ad coquendum ueniunt appellatione inſtrumenti poſſeſſionis, ſi erant ibi ad coquẽdum ad uſum dictæ poſſeſſionis.*

IN Chriſti nomine. Caſus in facto ſic propo-
nitur. quondã dñs Antonius Mat-
thæi in ſuo teſtamẽto inter cætera fecit legatum
infraſcripti tenoris, uidelicet. Itẽ reliquit & legauit Gui-
nocio Thomę nepoti ſua poſſeſſionem eiuſdem teſtatoris
ſitam &c.cum omni ſua iuriſdictione & pertinẽtia,& cum
omnibus & ſingulis maſſaritijs pertinentibus ad dictã poſ
ſeſſionem; etiam, ſi mediarij dictę poſſeſſionis haberẽt ali
quod debitum cũ dicto teſtatore, remaneat, & ſit dicti
Guinocij &c.& poſt quædam adiecit: Item reliquit, & le-
gauit dicti Guinocio flore.ducentos auri, quos uoluit di-
ctus teſtator, ꝙ intelligantur eſſe pro reſto omnis admini
ſtrationis, quã feciſſet idẽ teſtator hinc retrò dictorum
dñæ Chriſtoforæ & Guinocij. Cum hoc ꝙ dicta domina
Chriſtofora mater dicti Guinocij, & ipſe Guinocius de-
beant remanere taciti,& contenti ſupra dictis legatis, ui-
delicet ꝙ ulterius non petant, ac petere poſſint in bonis
ſuis: alias non ualeant &c. contingit nunc uiſis,& pondera
tis uerbis dicti teſtatoris de duobus principaliter dubita
re. ¶Primum dubium, nunquid lecti, ſeu culcitræ exiſten-
tes in domibus dictæ poſſeſſionis legatæ, quas teſtator lõ
go tempore ibi tenuit pro uſu ſuo,& ſuorũ, quando ibant
ad illam poſſeſſionẽ, ueniant in dicto legato. ¶ Secundum
dubium, an dictus Guinocius poſſit, uoluntate dicti teſta
toris minime repugnante, uendicare,& petere quædã ſup
pellectilia, ut lecticas capſas,& ſimilia pertinentia ad do
miniũ ipſius, quæ de præſenti ſunt in domo dicti teſtato-
ris,& quæ ibidem exiſtebant tempore uitæ dicti teſtato-
ris,& multa ſuppellectilia eorum, quę fuiſſent ibi addu-
cta. ¶Circa primum dubium uidetur prima fronte dicen-
dum, ꝙ dicti lecti, ſeu culcitræ non ueniant in dicto lega
to, per l.Item pictoris.cum l.ſeq.ff.de fund.inſtru.ubi pa-
1 tet, † ꝙ legato fundo cũ inſtrumento ſuo ueniunt dunta-
xat ea, quæ pertinent ad culturam dicti fundi; unde aſina
molendinaria ibidem exiſtens non compræhenditur idẽ
uidetur cum legatur inſtrumentum alicuius artificij, ut
ſolum ueniant pertinentia ad illam artem, ſeu artificium
ſed lecti non pertinent ad culturam agri; ergo illi non cõ
prehenduntur in dicto legato, ueniant ergo ligones, ſeu
zappe,& tinæ,& ſimilia, quæ propriè concernant ipſũ fun
dum. ¶Sed hoc non ob. contrarium arbitror de iure pro
cedere. Moueor principaliter, quia in legato prædicto nõ
fuit dictum ſimpliciter de inſtrumento fundi: imò teſta-
tor legauit poſſeſſionem cum omnibus,& ſingulis maſſa-
ritij

tiitijs pertinentibus ad dictam poſſeſſionem, certum autẽ
eſt, quod illud uenit appellatione maſſaritiarum, qđ ue-
2 nit appellatione ſuppellectilium.† nam maſſaritiæ uulga
riter idẽ important, qđ ſuppellectilia, ut not. Bar. in l.j. ff.
de ſupel.leg. Sed certum eſt, qđ appellatione ſuppellecti-
lium, etiam in legatis, ueniunt lecti, & culcitræ, ut eſt tex.
no. in l. ſuppellectili legata, ĩ prin. ff. eo. & no. ibi Bar. ergo
in caſu noſtro certiſſimè tenendum eſt, ꝙ appellatione
maſſaritiarum ueniunt lecti & culcitræ; & idem in ſimili-
bus ſuppellectilibus dicendum eſt, ut ſunt capſæ, ſcanna,
& ſimilia. Aduertendum tñ, ꝙ teſtator legauit non ſimpli
citer maſſaritias ibidem exiſtentes, ſed maſſaritias perti
nentes ad illam poſſeſſionem; ueniunt ergo maſſaritiæ,
ſeu ſuppellectilia, quæ teſtator deputauerat, ut in dicta
poſſeſſione ſtarent ꝓ uſu ſuo, & ſuorũ, cũ irent ad dictam
poſſeſſionem; ad hoc tex. bonus in arg. in l. quòd conclaue,
ff. de dam. infec. unde plus dico, ꝙ ſi plurima ſuppellecti-
lia erat ſolitus teſtator ibi tenere reſpectu illius poſſeſſio
nis, licet pro aliquali, & temporali neceſſitate inde aliqua
aſportaſſet, ex quo non fecit animo ut perpetuo inde amo
ueret; puto quod comprehendantur in dicto legato, q̃q̃
ibi non eſſent tꝑe mortis teſtatoris, uel teſtamenti condi
ti; ad hoc adduco bonum tex. in l. quæſitum, ff. de leg. 3. &
l. generali. §. uxori, ff. de uſufr. leg. quinimò poteſt dici, ꝙ
ẽt ſi dixiſſet teſtator, lego poſſeſſionem cum inſtrumento
ſuo, ꝙ nihilominus ueniant dicti lecti, & alia ſuppellecti-
lia, quæ teſtator ibi habebat cauſa fundi duntaxat ꝑ tex.
in l. cum de lanionis. §. de putatoribus, & in §. aſinam, uer.
3 item cacabos, de fun. inſtru. ubi patet, † ꝙ uaſa apta ad co-
quendum ueniunt appellatione inſtrumenti poſſeſsionis
ſi erant ibi ad coquendum ad uſum dictæ poſſeſsionis; er
go idem de lectis, & alijs maſſaritijs ibidem exiſtentibus
ad uſum dictæ poſſeſsionis. Concludo ergo quo ad primũ
dubiũ, ꝙ in dicto legato ueniunt omnes maſſaritiæ, ſeu
ſuppellectilia, quæ teſtator ibi tenebat occaſione dictæ
poſſeſsionis, ſiue ſint lecti, ſiue aliæ maſſaritiæ. Circa ſe-
cundum dubium, an dictus Guinocius poſsit ſuppellecti-
lia, ſeu exiſtentia in domo quondam dicti dñi Antonij uẽ
dicare, & petere uoluntate dicti teſtatoris minimè refra-
gante; puto breuiter ꝙ ſic. nam de iure eum poſſe indubi-
tati iuris eſt. l. in ciuile, C. de fur. inſt. de act. poſt prin. & l.
ſiue poſsidetis, C. de proba. & l. mater, C. de rei uend. cum
multis ſimi. Videndum igitur reſtat, an uoluntas teſtato-
ris reſiſtat. profectò arbitror ꝙ non: quoniam teſtator aſſe
ruit illos ducẽtos florenos legaſſe pro reſto omnis admi-
niſtrationis, quam ipſe teſtator feciſſet de bonis dicti Gui
nocij, & ſic in compenſationem redituum & fructuũ, quos
ipſe adminiſtrando bona dicti Guinocij percepiſſet: uel
ſi quoquomodo teneretur ex mala adminiſtratione: ſed
dicta ſupellectilia non ueniunt nomine adminiſtrationis,
& illa non dicitur adminiſtraſſe, cũ fuerũt ſimplr illata in
domum dicti Antonij tanquam ad domũ cõiũcti; ergo nõ
uř legatum factum in compenſationem illorũ ſuppellecti
lium, cũ adminiſtratio bonorum, & ſuppellectilia in do-
mum illata pro illorum conſeruatione ſint prorſus diuer
ſa, arg. in l. iij. de ſupel. leg. diſpoſitio ergo facta ſuper una
ſpecie non debet extendi ad aliam, quæ nunquam fuit
in adminiſtratione, arg. in l. licet, C. de iudi, & l. j. C. ſi ad-
uer. rẽ iud. Et præſertim hoc dicendum in teſtamentaria
diſpoſitione, quæ debet latè intelligi in fauorem legata-
rij. l. in teſtamento, ff. de reg. iur. & c. cum dilecti, de dona.
& quòd hoc fuerit de mente teſtatoris, quæ debet princi-
paliter attendi l. in conditionibus, ff. de condi. & demon.
oſtenditur clarè per uerba dicti teſtatoris. nam cum præ-
miſiſſet, ut dictus Guinocius eſſet contentus prædicto le-
gato, adiecit declarando uerba prædicta, uidelicet ita, ꝙ
nihil poſsit petere in bonis dicti dñi Antonij: ſed certum
eſt, ꝙ uendicando bona propria non dř aliquid petere in
bonis dicti dñi Antonij: non enim illa ſuppellectilia Gui-
nocij ſunt in bonis dicti domini Antonij, ut. l. Quintus, ff.
de au. & argen. leg. & l. bonorum, ff. de uerb. ſig. Itẽ dictus
Guinocius uendicando ſuppellectilia ſua non dicit domi
nũ Antoniũ, uel eius hæredem eſſe, uel fuiſſe ſibi obliga-
tum actio enim iſta realis competit circa rem, & non cir-
ca perſonam, ut inſti. de act. poſt prin. maximè coniuncta
gl in uer. nullo iure; & præſertim prædicta procedunt, at-
tento quòd dictus teſtator nunquam de illis ſuppel lectili
bus fecit controuerſiam, nec unquam negauit illa pertine
re ad dictum Guinocium. NIC. ABB.

## CONSILIVM LXXXIX.

1 *Eccleſia, uel capella, ſeu oratorium non poteſt erigi, ſiue conſtrui ſine authoritate diœceſani.*

2 *Conſtruens eccleſiam, uel capellam, ſeu altare, obligatur ipſo facto ad dotationem, nu. 8.*

3 *Epiſcopus non debet ordinare aliquem in clericum, niſi prius aſſignet beneficium, unde uiuere poſsit.*

4 *Vacante eccleſia ſi capitulum aliqua de bonis eccleſiæ alienauerit ſine ſuperioris authoritate, relinquitur optioni futuri epiſcopi, an uelit ratificare dictam alienationem.*

5 *Sententia lata contra minorem ſine curatore eſt nulla: ſecus tamen ſi lata eſt pro eo.*

6 *Presbyter habens populum, tenetur habere clericum.*

7 *Habens beneficium requirens miſſarum ſolennitatem, tenetur habere clericum.*

9 *Debitor ſi donat bona ſua in præiudicium & fraudem creditorum non ualet talis donatio.*

IEſu Chriſti ſaluatoris inuocato præſi-
dio, Ex themate propoſito multa poſſent dubia elici: ſed quia il
lorum plurima remanent deciſa per diſcuſsionem aliquo
rũ; ideò aliqua duntaxat amplectar. ¶ Et primo uidendũ,
an dicta dña Vanucia legitimè potuerit dictum altare cõ
ſtrui facere de licentia duntaxat prioris eccleſiæ Sancti
Saluatoris de Reate. ¶ Secundũ dubiũ ꝑſuppoſito, ꝙ po-
tuerit, uel nõ, an dicta dña Vannucia teneatur per ſe, &
hæredes ſuos dictã capellam dotari facere. ¶ Tertiò præ-
ſuppoſito, quod teneatur ad dotem dictæ capellæ, an dos
debeat eſſe ſufficiens pro præsbytero inſtituendo in dicta
capella duntaxat, an ẽt ꝓ clerico, qui iuuare debet ad di-
uina celebranda. ¶ Quartũ dubiũ, utrũ præſuppoſita obli
gatione dictæ dñæ Vanutiæ ex ſola fundatione, reddať di
cta obligatio inefficax per donationẽ bonorũ ſuorum fa-
ctam altari cuidam S. Dominici de firmo ante quam deř
dicta donatione conueniretur. ¶ Circa primum dicẽdum
uř dictam dñam Vãnuciam non potuiſſe dictũ altare eri-
gere, ſeu erigi facere ex ſola licentia, & conſenſu dicti dñi
1 prioris: † quia nõ põt eccleſia, uel capella, ſeu oratorium
erigi, & conſtrui ſine licentia diœceſani in loco non exem
pto. Si autem locus eſt exemptus, requiritur licentia ſe-
dis apoſtolicæ, ut probatur in c. authoritate, de priuile.
l. vj. & in auť. ut nul. fac. ora. do. poſt prin. col. v & in auť. de
ecc. ti. §. ſinautem; ad idẽ de cõſ. di. j. c. nemo. Dictus prior
nõ eſt diœceſanus in loco, cũ eccleſia ſit ſubiecta abbatiæ
S. Saluatoris; ergo de conſenſu illius abbatis, qui dicitur
diœceſanus in loco rõne plenæ ſubiectionis, debuit dictũ
altare cõſtrui; ad hoc qđ no. gl. in cle. j. de reb. ecc. nõ alie.
& Innocen. in cap. ſtatuimus, de tranſac. cum ergo dictum
altare



altare non fuerit legitimè cõſtructum, debet deſtrui, ar.
in c. j. de no. ope. nun. facit tex. in dicta auth. ut nullus fa.
ora. do. poſt prin. & quod ꝯ legem factum eſt, non debet
habere effectum aliquem. l. non dubiũ, C. de leg. & 10. di.
c. uides fili, & regula, quę contra ius fiunt, de reg. iu. lib. 6.
¶ Sed his non obſt. arbitror de iure ſic eſſe dicendum, ꝙ
aut dictus abbas, cui illa eccleſia eſt pleno iure ſubiecta,
non uult habere ratam conſtructionem dicti altaris; &
tunc procedat, quod ſupra dictum eſt, ut dictũ altare poſ
ſit deſtrui, ſeu detineri in iuriſdictione eccleſiæ, abſq; eo
ꝙ dicta dña Vannuccia, ſeu eius hæres poſſit ius patro-
natus, uel aliquod aliud ſibi ĩ illo uendicare, arg. 12. q. 2.
c. apoſtolico, & in d. auť. de eccl. ti. §. ſi quis autem in ſua
domo. Si uerò dictus abbas ratum habuit, uel habere uo
luit conſtructionẽ dicti altaris, eo ipſo puto dictam do-
minam Vãnuccciam obligatam fuiſſe ad dotandum dictũ
2 altare. Moueor principaliter, † ꝙ conſtruens eccleſiam,
uel capellam, ſeu altare, obligatur ipſo facto ad dotatio
nẽ, ſicut obligatur pater naturalis dotare filiam. 16. q. 7.
c. piæ mẽtis. no. gl. in c. nemo, de cõſec. diſt. 1. & idem gl. in
c. cum ſicut, de conſe. eccle. uel alta. quatenus tñ illa gl.
dicit, prius debet dari actio in conſecratorem, qui con-
ſecrauit eccleſiam ſine dote, & in effectu debet dari in
fundatorem, & eius hæredem illa tñ gl. in ea parte cõiter
non teneť, à doctoribus ibi dicentibus, ꝙ imò prius ĩ fun
datorem per illum tex. & idẽ tenuit gl in d. c. nemo. Nec
ob. ſi dicatur dicta cappella non fuit conſtructa cum cõ-
ſenſu diœceſani: quia dico, ꝙ licet debuerit adhiberi cõ
ſenſus diœceſani: tamen illud fuit introductum in fauorẽ
eccleſiæ, ne contingeret opus inchoari, & non conſum-
mari: uel non ſufficienter poſtmodum dotari, ut quia for
te uires patrimonij ædificatoris minime ſufficiant; unde
id, qđ fuit ſtatutũ in fauorẽ eccleſiæ, nõ debet retorque-
ri ĩ ipſius læſionem ut in l. qđ fauore, C. de leg. & c. qđ ob
grãm, de reg. iu. li. 6. & qđ in fauorẽ eccleſię hoc fuerit cõ
ſtitutũ, probať apertè in d. auť. ut nullus fa. ora do. poſt
prin. d. c. nemo. Et multa poſſunt ſiĺia ad cõfirmationẽ ad
3 duci. Primò patet in ordinatione clericorum. † non. n. de-
bet epiſcopus aliquem ordinare in clericum, niſi prius aſ
ſignet beneficium, unde uiuere poſſit, ut in c. 1. & 2. 70. di.
tñ ſi ordinauerit, tenetur epiſcopus prouidere de ſuo, do
nec ſibi prouiderit de beneficio, ut in c. cum ſecundũ apo
ſtolum, & c. ep̃s, de præben. Ad idem bonus tex. in c ſi qua
4 de rebus 12. q. 2. ubi dř, † ꝙ ſi uacante eccleſia capitulũ
aliqua de bonis eccleſiæ alienauerit ſine ſuperioris au-
thoritate relinquitur optioni futuri ep̃i, an uelit ratifi-
care dictã alienationẽ: quia forte utilius eſt eccleſiæ ha-
bere pretiũ, q̃ rẽ; & ſic alienatio nulla tanq̃ facta ſine ſolẽ
nitate, de qua 12. q. 2. c. ſine exceptione, põt haberi rata
tractu tꝑis: quia nullitas inſurgit fauore eccleſiæ: iõ non
debet retorqueri in ipſius lęſionẽ, ſi ꝑlatus futurus uide-
rit illã eſſe eccleſiæ utilẽ; & hoc firmauit expreſsè gl. in
c. j. ne ſede uacan. ad idem bo. tex. in l. non eo minus, C. de
5 procur. ubi patet, † ꝙ licet ſñia lata ꝯ minorem ſine cura
tore ſit nulla: ſecus tñ eſt, ſi fuit lata pro minore; ad id qđ
in ſiĺi no. gl. & Bar. in l. ſi tutor, C. in qui. cau. in inte. reſt.
non eſt neceſ. & l. ſi mater. §. hoc iure, ff. de excep. rei iudi.
& quod no. doc. in c. cauſam, de iudi. Præterea illud, quod
fuit ſtatutum in odium & pœnam ædificantium eccleſias
uel capellas ſine authoritate diœceſani, ut ĩ auť. de eccle.
tit. §. ſi quis autem, cum ſeq. non debet cedere in eorum fa
uorem, ut in c. ſi neceſſe, de dona. inter ui. & uxo. & c. ij.
de transla præla. & l. Papinianus exuli, ff. de mino. Et ꝑ
hæc remanet deciſum etiam ſecundum dubium. ¶ Ex q-
bus omnibus concluditur dictam dñam Vannuciã fuiſſe
ex conſtructione capellæ ſeu altaris obligatam ad dotan-
dum illud ſufficienter, abbate prædicto habente ratã cõ-
ſtructionem dicti altaris. ¶ Venio nunc ad tertium dubiũ,
an ad ſufficiẽtiã dotis requiratur, ꝙ inde poſſit uiuere ẽt
clericus ultra ſacerdotem. Et uidetur primò ꝙ nõ per. c.
6 ut quiſque presbyter, de ui. & hone. cle. ubi innuitur, † ꝙ
presbyter habens populum tenetur habere clericum: ſe-
cus ergo in habente altare: contrarium alias tenui in le-
ctura dicti cap. ut quiſque, & nunc etiam confirmo: quia
certum eſt, ꝙ miſſarum ſolẽnia non debent celebrari
ſine ſuffragio clerici, ut in c. propoſuit, de fil. presby. er-
7 go † quilibet habens beneficium requirens miſſarum ce-
lebrationem, tenetur habere clericum, licet non ſit alias
curatum; quod uideť fuiſſe de mente gl. in d. c. ut quiſque;
& bene facit tex. iuncta gl. in cle. ne in agro. §. ad hæc, de
ſtat. regu. Aedificando ergo altare ſacerdotale, uidetur
ſe obligaſſe ad dotem dandam pro neceſſariis concurren
tibus ad miſſarum ſolẽnia. nam qui uult unũ, uidetur uo-
luiſſe oĩa, perquæ peruenitur ad illud, ut l. oratio, ff. de
ſpon. & l. ad rem mobilẽ, & l. ad legatum, ff. de procu. &
c. prudentiam, & c. præterea, de offi. deleg. facit. l. illud, ff.
de acqui. hære. Cõcludo ergo in hoc tertio dubio, quòd
dos dicti altaris debet eſſe ſufficiens pro presbytero ibi-
dem inſtituendo, & pro clerico, qui habet præſtare ſuf-
fragium ad miſſarum ſolẽnia; facit dictum c. nemo, & in
dicta auť. ut nullus fa. ora. do. poſt prin. ¶ Ad quartum &
ultimum dubium, an dicta obligatio reddatur inefficax
per donationem omnium bonorum poſtea alteri factam.
Et uidetur primò quod ſic: quia per conſtructionem alta
ris non apparet, ꝙ bona cõſtruentis ſint tacitè obligata:
imò uidetur ſola obligatio perſonalis orta, ſicut patet ĩ
uouẽte aliquam rem. non. n. obligatur res ante, q̃ tradať,
ſed perſona tm̃, ut in l. ij. ff. de polli: ſed perſona nihil ha-
bet ſaltem ſufficienter per donationem alteri factam; er-
go obligatio remanet inefficax. inanis eſt. n. actio, quam
inopia debitoris excludit, ut in l. nam is, ff. de dolo, & c.
olim, el 2. de reſt. ſpo. ¶ Sed contrarium arbitror de iure
8 procedere. Moueor primò † quia cõſtruens eccleſiã, uel ca
pellã obligať ad dotandã, ſicut pater tenetur dotare filiã
ut ſenſit gl. in d. c. cum ſicut, de conſe. eccle. uel alta, & in
d. c. nemo, de conſe. diſt. 1. ¶ Sed ſi pater facit immenſam
donationem uni ex filiis, quæ tendit in præiudicium al-
terius filij quo ad partem ſibi debitam, reuocatur dicta
donatio tanquam inofficioſa, ut l. ij. C. de inoffi. dona. &
quod ibi no. ergo idem dicendum in caſu noſtro. Nã iſta
altaria uidentur fuiſſe loco filiarum contemplatione aĩæ
ipſius dñæ Vannucciæ, ar. in c. in præſentia, de proba. &
corum, quę no. Bar. in auť. ſi qua, C. de ſacroſ. eccl. & facit
in ſimili ibi tex. & qđ legitur & no. 19. q. ultima. c ſi qua
mulier. ¶ Præterea & alia ratione incõuincibili, ubicũq;
9 † debitor donat bona ſua in præiudicium & fraudem cre
ditorum, debet talis donatio reuocari, etiam ſi fuit facta
ignoranti in fraudem, ut probatur in l. j. iuncta. l. qui auť.
§. ſimili quoq; modo, ff. de his, quæ in frau. cre. ergo dicta
donatio debet reuocari: quatenus uenit in præiudicium
altaris, cui dicta Vannucia erat debitrix reſpectu dota-
tionis. Poſſet addi & tertia conſideratio, ſi ponatur, ꝙ di
cta Vannucia donauerit ſecundo altari omnia bona ſua
præſentia & futura. nam talis donatio non tenet, tenẽdo
opi. Ang. de Peru. ualde æquam, quam poſuit in ſua diſpu
tatione, quæ incipit, in refulgenti, reprobando Bar. in l. j.
C. de pac. q tenuit, ꝙ ſimiliter ualet donatio oĩum bono-
rum præſentium & futurorum, ſed Ang. contra: ſed non
intendo ad præſens diſcutere, quæ opi ſit uerior, cum ſa-
tis ſit per præmiſſa altari priori cõſultum, nec in caſu no-

ſtro dicitur, quòd donauerit præſentia & futura. dicta er-
go donatio nõ reddit primã obligationem inefficacem,
tñ qa non potuit ſe liberare ab obligatione prius contra-
ctatum quia uidetur facta in fraudem creditoris. Ex præ
dictis omnibus concludo, ꝙ dicto abbate ratificante dictã
altaris conſtructionem, debet prius dictũ altare ſufficien
ter dotari pro ſacerdote, & pro clerico, & reſiduum, ſi qđ
erit, applicabitur ſecundo altari, cui ſecundo loco fuit
facta donatio, uel ultima diſpoſitio. Et hæc ſuffi-
ciant. NIC. ABB.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVIDAM *Antonius habens Franciſcum eius filium legiti-
mum & naturalem infantem in eius poteſtate conſtitutum, con-
didit teſtamentum ſolenne, in quo dictum Franciſcum hæredem
inſtituit uniuerſalem, & talem fecit inſtitutionem, uidelicet, &
ſi dictus Franciſcus deceſſerit in pupillari ætate, uel poſteà quan-
docunque ſine filijs, ſubſtituit Paulum Petri ipſius teſtatoris auũ
culum uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & dictum
Paulum dicto ſuo filio tutorem dedit. Tandem mortuo dicto teſta
tore, dictus Franciſcus ſuperuiuens tribus menſibus cum dimidio
deceſſit infans ſuperſtite dicto Paulo ſubſtituto, & matre ipſius
infantis. modo mater quondam infantis mouit quæſtionem dicto
Paulo ſubſtituto poſſidenti uigore dictæ ſubſtitutionis hæredita-
tem olim dicti Antonij, & ſucceſſiuè Franciſci, aſſerens ad ſe ſuc-
ceſſionem dicti Franciſci ſui filij infantis defuncti ſpectare, & di
cit dictum Paulum ſubſtitutum fore excluſum; quia ipſis non aſ-
ſumpſit in iudicio tutelam dicti Franciſci, nec alium tutorem con
feſtim dari petijt, nec ſe excuſauit intra l. dies a morte teſtatoris.
Pro parte uerò dicti Pauli ſubſtituti dicitur dictam ſucceſſionem,
& hæreditatem ad ſe ſpectare uigore dictæ ſubſtitutionis, adi-
ciens, quòd ipſe tutor conſtitutus in teſtamento dicti Antonij,
licet non fecerit inuentarium pro dicto infante: tamen dictum in-
fantem nutriri fecit, & adminiſtrauit eius tutelã tam in ſoluendo
collectas & debita, quàm etiam ſoluendo ſalarium dictæ nutrici,
& adminiſtrando & gubernando, & coli faciendo bona dictæ
hæreditatis dicti Antonij, cum ſciuit ſe tutorem in dicto teſtamen
to datũ. Et poſito ſine ueritatis præiudicio, quòd non adminiſtraſ
ſet, nec tutelam geſſiſſet, nec alium dari petiiſſet, nec ſe excuſaſſet,
non propterea debet priuari dicta ſucceſſione, & quòd nulla
mora ve negligentia eſt ſibi imputanda eo, quod dictus Franci-
ſcus ſuperuixit patri tribus menſibus cum dimidio tantum, & iu
ra uidentur dare annum ſubſtituto ad petendum tutorem; unde,
cum mors ſuperuenerit dicto Franciſco in tam breui tempore,
non poteſt dici, quòd ipſe fuerit negligens, ut ſucceſſione priuari
debeat; quid iuris quæritur.*

CONSILIVM XC.

1 *Non gerere, & ſine ſolennitate debita gerere, paria ſunt.*
2 *Mater non excuſatur, quin priuetur ſucceſſione pupilli, ſi cum de-
bita ſolennitate non aſſumpſit tutelam.*
3 *Gerens negotia pupilli non decreta ſibi tutela per iudicem, & in-
uentario prius non confecto, debet tanquam ſuſpectus accerri-
mè puniri.*
4 *Tutor teſtamentarius, ſeu datiuus, non excuſando ſe intra quin-
quaginta dies poſt, quàm ſciuit ſe tutorem deſignatum, uidetur
ſe aſtringere, & acceptare tutelam.*
5 *Subſtitutus licet recuſet tutelam, non per hoc excluditur à ſuc-
ceſſione.*

OMnipotentis Dei poſtulato ſuffragio,
Duo ad deciſionem
huius q̃onis uerè examinanda incumbunt. ¶ Pri-
mũ eſt, an dictus ſubſtitutus excuſet̃ ex eo, qa tutor in te-
ſtaméto deſignatus geſſit negotia pupilli, tutela tñ non aſ
ſumpta cũ ſolénitate debita. ¶ Scđm præſuppoſito, qđ ex
ſcđo capite nõ excuſet̃, an debeat priuari ſucceſſione pu-
pilli nõ petẽdo tutorẽ cõfeſtim, ex quo potuit facere hoc
in uita pupilli, anno nondũ elapſo. ¶ Circa primũ uꝛ̃ di-
1 ctum ſubſtitutum non excuſandũ, † quia paria ſunt nõ ge
rere, & ſine ſolénitate debita gerere l. fi. C. arb. tut. & l. iij.
C. de tuto. & cura. & l. 3. §. tutores, ff. de ſuſpec. tut. facit. l.
ſi unus, C. de teſta. & c. 2. de tranſ. præla. ¶ Scđo de hoc uꝛ̃
2 gl. no. in l. 2. §. ſi mater, ad Tert. q̃ dicit † matrẽ non excu-
ſari, quin priuetur ſucceſſione pupilli, ſi cum ſolennitate
debita nõ aſsũpſit tutelã, nec petijt tutorẽ dari filio, q̃q̃
ipſa uel alij geſſerint & adminiſtrauerũt bona pupilli, ſine
ſolénitate debita; & illã gl. ſequit̃ ibi Bar. & Bal. in matre
Tertul. ſed prædictus ſubſtitutus licet geſſerit negotia pu
pilli: non tñ hoc fecit legitimè: quia non fuit ſibi decreta
tutela per iudicẽ, prius cõfecto inuentario, ſicut fieri de-
buit, ut in l. fi. C. de arb. tutc. no. gl. & Bar. in l. legitimos,
ff. de legi. tut. nec alia fecit, q̃ in d. l. legitimos, notantur;
ideò non debet ex illa geſtione excuſari: imò magis debet
3 inculpari: † quia gerens negotia pupilli non decreta ſibi
tutela per iudicẽ, & inuentario prius non confecto debet
tanquã ſuſpectus acerrimè puniri, ut habet̃ in d. l. fi. C. ar
bi. tut. in fi. in d. l. 3. §. tutores, de ſuſpe. tu. ¶ Sed his nõ ob-
ſtantibus, poſſet attentari ꝯriũ. Moueor in hãc ſñiam prin
4 cipaliter, † quia tutor teſtamentarius, ſeu datiuus, nõ excu
ſando ſe intra quinquaginta dies poſt, quàm ſciuit ſe tuto
rẽ deſignatũ, uꝛ̃ ſe aſtringere, & acceptare tutelam, adeo,
ꝙ amplius ſe excuſare non ualet, & tutela incipit ſtare pe
riculo ſuo, ut ꝓbatur in l. ſi pater. §. oportet, & l. quinqua
ginta, ff. de excuſa. tut. facit l. j. in princ. ff. de admi. tut. er-
go dictus ſubſtitutus in teſtamento tutor datus, ſe non ex
cuſando intra quinquaginta dies poſt, quàm ſciuit ſe tuto
rem deſignatum, uidetur tutelam acceptaſſe, nec potuit
amplius ſe excuſare; ergo ꝑ cõſequens nec aliũ tutorem
dari petere potuit & per conſequens nõ poteſt puniri ex
eo capite, quia non petijt tutorẽ dari pupillo, pro quo fa
cit, quod no. Bal. in l. tutor, qui repertorium, ff. de admi.
tu. ubi dicit, ꝙ licet tutor non confecerit inuentarium: ni
hilominus tutor eſt, poteſt tamen repelli ab agendo, ut l.
tutor qui repertorium, & priuari officio tutelæ prorſus,
ut dicit tex. in d. l. fi. C. arb. tute. Reſtat ergo cõcludere, ꝙ
iſte tutor fuit in culpa ex eo duntaxat: quia adminiſtrauit
bona non decreta prius ſibi tutela per iudicẽ, nec confe-
cto inuentario: ſed ex hoc capite non reperitur iure cau-
tũ, ꝙ debet priuari ſucceſſione: ſed poterit alijs pęnis pu-
niri, de quibus in l. fi. iuncta glo. præalle. C. arbi. tut. Cum
enim iſta pœna priuationis ſucceſsionis non ſit in hoc ca-
ſu iure expreſſa, non debet imponi, ut no. glo. in c. fi. de iu
re patro. facit de pœni. diſt. j. c. pœnæ, & l. interpretatione,
& l. ſi præſes, ff. de pœnis; & facit in ar. l. amiciſsimos, ff. de
5 excu. tuto. ubi patet † quòd licet ſubſtitutus recuſet tute
lam, nõ per hoc excluditur a ſucceſsione. ¶ Tertiò facit ꝓ
iſto ſubſtituto, ut non priuetur, noua conſideratio: is qui
non petijt tutorem dari filio, priuatur ſucceſſione pupilli
ſed pupillus in caſu noſtro nihil habuit: quia non adiuit
hæreditatem, nec exiſtentia ſui hęredis habuit in caſu no
ſtro operari: quia ipſe pupillus licet eſſet ĩ poteſtate tpe
mortis, habuit tñ ſubſtitutum uulgarẽ, per cuius dationẽ
tollitur ſuitas ſ̃m cõmunem opin. per l. ſi filius, ff. de libe.
& poſth. tenet Bar. in l. ſi filius, q patri, ff. de vulg. & pup.
& Bal. in d. l. fratris, C. de iure delibe. not. glo. in l. Papi-
nianus, ff. de inoffi. teſtam. ergo ſuccedit iſte ſubſtitutus
patri, & non filio. eſt enim hæreditas patris, non filij, ut
d. l.



ſi filius, de libe. & poſth. Præterea non uꝛ̃ ſibi impu-
tandum, ſi non petiit tutelam ſibi decerni ꝑ iudicem, nec
confecit inuentarium: quia hoc nõ poterat de iure. cum
enim eſſet tutor teſtamentarius, non poterat aliquid fa-
cere, niſi prius adiretur hæreditas per pupillum: quia tu-
tela cõfirmatur ꝑ additionem hæreditatis, ut l. ſi nemo,
ff. de teſta. tut. nec exiſtentia ſui hæredis habet hoc caſu
confirmare tutelam: qa habebat inſtitutum vulgarem, ut
no. Bar. in d. l. ſi nemo. Et ſi dicatur, ergo eſt ſibi imputã-
dum, ſi non petiit interim, donec adiretur hæreditas tu-
torem dari filio per l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam.
tute. & inſti. de att. tute. poſt prin. ¶ Ad hoc enim põt re-
ſponderi dupliciter. Primò, quia licet ex hoc capite poſ-
ſit priuari ſucceſsione pupilli: tñ in caſu noſtro illa non
fuit vnquam pupilli, cum nõ adiuerit hæreditatem, & ha
buerit ſubſtitutum vulgarem. eſt n. hęreditas patris, & nõ
filij. nec poteſt mater petere legitimam: qa non poteſt fi-
lius repudiare hæreditatem patris, & petere legitimam.
habet. n. aut totam agnoſcere, aut totã repudiare, ut no.
Bar. in l. gerit, ff. de acquir. hære. Secundò põt principalr
reſponderi, intrando ſecundum dubium ſuprà formatũ,
ꝙ ꝓſuppoſito, ꝙ filius habuiſſet aliqua bona; tñ, ex quo
annus non erat elapſus ante mortẽ filij, non debet ſubſti-
tutus, uel alius, qui habebat ſuccedere ab inteſtato, ſaltẽ
citra matrem, priuari ſucceſſione pupilli de hoc enim uꝛ̃
tex. expreſſus in l. ſciant cuncti, C. de legi. hære. & optimè
facit tex. inſti. ad Tertul. in fi. tenuit Bal. & etiam Ange. in
l. ꝓdicta ſciant, & in l. matres, & Bar. in ſua ſolẽni repeti-
tione, in l. ij. ff. qui pe. tu. quãquam ipſe Bar. in l. ij. §. con-
feſtim, ff. ad Tertu. & in d. l. ſciant, poſt Rich. Malũ tenue-
rit ꝯrium dicens, ꝙ ſi non petiit tutorem intra quinqua-
ginta dies, uidetur in negligentia: quia debebat petere,
ſicut mater, citius q̃ poterat, ut de matre probari uꝛ̃ in d.
l. ij. §. ſi mater. & §. cõfeſtim. & ꝙ idem eſſet in ſubſtituto,
& alio, qui poterat ſuccedere ab inteſtato, inducebat. d. l.
ſciant, ibi, dum dꝛ̃ ſ̃m noſtram conſtõnem &c. quaſi dicat,
ꝙ dabatur annus tñ ſ̃m priorem conſtõnem, de qua in
d. l. ij. §. confeſtim, ut ſpectaret̃ confeſtim, i. q̃ citius fieri
poterat: ita tñ, ut annus non excederetur: tamẽ ipſemet
Bar. ut ſupra dixi, in ſua ſolẽni repetitione diligẽtius exa-
minãdo hunc artic. tenuit ꝯriũ, ſ. ꝙ ſubſtitutus, uel alius,
qui habebat ſuccedere pupillo ab inteſtato, habet annũ
integrum per d. l. ſciant, & l. ij. ſpãliter faciunt iſtã; olim
ante legem. C. non erat prouiſum, ꝙ aliquis ſubſtitutus,
uel alius conſanguineus non teneretur ex neceſsitate pe-
tere tutorem pupillo, licet ſpõte potuiſſet, niſi in matre;
& libertis, ut in l. ij. ff. qui pe. tu. & in d. l. ij. ad Tertu. ergo
lex. C. ſuperueniens imponens neceſsitatem petendi, de-
bet ſtrictè intelligi, ut. ſ. annus detur integrè & abſolutè
aliis, qui perprius non erãt ad hoc neceſsitati. cum. n. ſit
illa lex odioſa, præſertim in eo, ꝙ priuat ſucceſsione ab
inteſtato, & ex teſtamento, debet ſtrictè intelligi, ut no.
probatur in c. ſtatutum, de elec. lib. 6. facit. c. cum in cun-
ctis, de elec. & regula, odia, & regula, in pœnis, iuncto c.
ſi cõpromiſſarius, eo. ti. lib. 6. & l. ſi præſes, ff. de pœn. nec
prædictis obſt. tex. in d. l. ſciant, quatenus dicit ſ̃m noſtrã
conſtitutionem &c. quia, ut dicit Bar. & bene in d. l. ij. il-
la uerba non debent referri ad Tertul. ſed alia iura, quæ
diſponunt, quales debeant eſſe tutores, ut ſit ſenſus, ꝙ &
tutor debet ab iſtis peti intra annum ſ̃m diſpõnem lega-
lem. Præterea mater tenet̃ ex duplici capite petere tu-
torem filio. Primò propter pietatem maternam, ut l. ma
tris pietas, C. qui pe. tu. ¶ Secundò propter ſpem futuræ
ſucceſsionis. d. §. confeſtim. In aliis autem habẽtibus ſuc-
cedere ex teſtamento, uel ab inteſtato non ſubeſt niſi vna
cã, ſ. ſpes ſucceſsionis; ergo mitius fuit procedendũ cum
eis, q̃ cũ matre, arg. in l. re coniuncti, ff. de leg. iij. & in aut.
ceſſante, C. de legi. hære. quinimo poſſet attentari, ꝙ etiã
mater non priuetur intra annum ꝑ textũ, qui hoc apertè
innuit, inſti. ad Tertull. in fi. & ad illum tex. poſſet reduci
tex. in d. §. confeſtim, ut ſic ex legis interpretatione dicat̃
facere confeſtim petendo intra annũ: uel dicamus, ꝙ con
feſtim, i. q̃ citius põt, debet petere tutorem: non tñ puni-
tur, niſi negligat per annum, ut uoluit tex. præal. Et cum
ſumus in materia odioſa, melius & ęquius eſt dicere, ꝙ
d. l. ij. intelligitur ſ̃m tex. inſti. ad Tertul. in fi. q̃ è contra,
arg. in l. placuit, C. de iud. ſentit Bar. in d. l. ſciant, & l. ma
tres. Ex his oĩbus concludo, dictum ſubſtitutum non de-
bere in caſu noſtro ſucceſsione priuari, ſiue ſit hæreditas
patris, ſiue pupilli. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

QVIDAM *Sempronius de læſæ maieſtatis crimine condẽ-
natus, bonis ſuis expreſſè publicatis, ante, quàm præfatum de-
lictum committeret, & ſententiam reportaret, certa bona do-
nauit quibuſdam fratribus carnalibus ad eorum uitam dunta-
xat: ita tamen, quòd vnus alteri ſuccederet, & omnibus mor-
tuis, dicta bona recta uia ad eundem donatorem redirent; &
adiectum fuit in principio donationis, quòd de prædictis bo-
nis donatis facerent in eorum uita quicquid eis placuerit ſine
alicuius contradictione. In fine uerò inſtrumenti dicitur, quòd
ſupradictam donationem fecit præfatus donator ſub his condi-
tione, tenore, lege & pacto, uidelicet quòd præſens donatio ua-
leat, & effectum ſortiatur uſque in uitam tantùm dictorum do
natariorum, & cuiuſlibet eorum, non ultra: & quòd ipſi dona-
tarij, uel aliquis eorum non poſsint neque debeant ipſa bona do-
nata in toto, nec in parte ullo tempore alicui perſonæ, uel vniuer
ſitati uendere, donare, uel alienare, cambire, obligare, nec ali-
ter baratare, nec tranſlatare, cum aliter præfatus donator non
feciſſet, nec facturus fuiſſet, nec pro facta vult haberi præ-
ſentem donationem: ſed vult præſentem donationem, quoties-
cunque ſecus fieret, non ualere, nec tenere, nec effectum ſortiri
debere, & ipſo iure ius & dominium ipſorum donatorum in to-
tum perueniat in præfatum donatorem. Hæc ſunt uerba for-
malia, poſita in fine dicti inſtrumenti. Contingit, quòd poſt
ſententiam condemnationis prædictæ, & bonorum publicatio
nem factam dicti donatarij, ſeu aliqui eorum, qui ſupererant
uendiderunt dicta bona donata ſub conditione prædicta cuidam
Senenſi ciui pro certa pecuniæ quantitate ad eorum uitam dũta-
xat. Nunc quæritur, an cõmune Senenſe, cui bona dicti donato-
ris fuerunt confiſcata, poſsint illa bona donata uigore publicatio-
nis, & dicti pacti in donatione appoſiti uendicare.*

CONSILIVM XCI.

1 *Vſufructuarius, qui non tranſmittit ius ſuum in hæredem, poteſt
nihilominus uſumfructum alij uendere.*
2 *Lex, ſiue teſtator, ſiue pactio contrahentium ſi inhibuerit alie-
nationem, uidetur prohibita, non ſolum dominij tranſlatio,
ſed uſuſfructus.*
3 *Prohibitus uendere non poteſt etiam locare ad magnum tempus.*
4 *Vſufructuarius non prohibetur alienare ius, quod habet.*

SAluatoris inuocato ſuffragio, Videtur pri-
mò ꝙ non per uerba priora appo
ſita in inſtrumento, ꝙ fuit dictum, ut de prædi-
ctis bonis donatis facerent in eorum uita quicqd eis pla-
ceret, ergo poſſunt diſponere in eorum uita. etiam uen-
1 dendo. Videmus. n. † ꝙ cum uſufructuarius, qui non trãſ-

mittit ius ſuum in hæredē, poteſt nihilominus uſumfru-
ctum alij uendere;nec mirum,quia,ut dicit iuriſc. Qui p̄-
tio fruitur, ipſa re frui uidetur, ut habetur in l.non ute-
tur, cum l.ſequen.ff.de uſufructu. Ita dicendum in pro-
poſito. ſatis enim iſti utuntur rebus donatis in eorum
uita, ex quo utuntur pretio. Prætereà alienare eſt con-
tractus, per quem transfertur dominium, ut l. j. C. de
fun.dota. ſed prædicti donatarij uendiderunt ad uitam
eorum dūtaxat, ergo illa non poteſt dici alienatio, ma-
ximè ad incurrendum pœnam priuationis. Sed contra-
riam ſententiam arbitror de iure ueriorem. Et primò
probabo, quòd dicti donatarij ceciderunt à iure eorum.
Secundò, ꝙ dicta bona deuoluta ſint ad cōmune Senen-
ſe. probatur per text. apertè, qui cauillari non poteſt. l.
2 fin. C. de rebus alien. non alien. ubi dicitur, † quòd ſi-
ue lex, ſiue teſtator, ſiue pactio contrahentium inhibue-
rit alienationem, uidetur prohibita non ſolùm dominij
trāſlatio, ſed uſusfructus, & pignoris: ſed negari non po-
teſt, quin dicti donatarij alienauerint, ſaltem uſusfru-
ctus dictarum rerum; ergo uenerūt contra pactum in do
natione appoſitum. Secundò hoc probatur expreſsè ex
tenore dictæ donationis in eo, quòd expreſsè fuit prohi-
bitum, ne dicta bona obligarent, uel baratarent, ſeu trāſ-
latarent: ſed negari non poteſt, quin per illam uenditio-
nem tranſlatauerint, ſeu obligauerint dicta bona; ergo
ceciderunt dicta bona in commiſſum: quinimò plus dico,
3 † quòd prohibitus uendere non poteſt etiam locare ad
magnum tempus: quia per talem locationem conſtitui-
tur ius in re, & ſic fit quædam alienatio rei, ut not. Bart.
& Din. in l.codicillis. §.à ſubſtituto, ff.de legat.ij. licet
glo. ibi aliter firmet: quæ tamen communiter ibi in hoc
damnatur, & primum tenet glo. in clemen.j.de rebus ec-
cleſiæ non alienan. & optimè facit ibi text. ¶Prætereà &
tertiò donator prohibuit ſimpliciter illa bona uendi. ſed
negari non poteſt, quin donatarij illa uendiderint, & do
minium tranſtulerint in emptorem, ut patet ex inſtru-
mento uenditionis inde confecto. nec obſtat, ſi dicatur,
quòd ad eorum uitam dūtaxat uendiderint: quia per hoc
non poteſt negari, quin uenditio fuerit facta, licet ad tē-
pus. Nam & prohibitio uenditionis non poterat intelli-
gi, niſi de temporali uenditione: quia de perpetua non
erat dubium, cum donatio fuiſſet facta ad uitam eorum
dūtaxat; vnde ceſſante illa prohibitione, non potuiſſent
uendere ultra eorum uitam: quia nemo poteſt in alium
plus iuris trāsferre quàm ipſe habeat. cap.nuper, de do-
natione inter virum & vxorem, & l.traditio, ff.de acqui-
ren.rerum domi. non debent ergo uerba intelligi, in quo
poſſunt aliquid operari, ut in cap.ſi Papa, de priuileg.li-
bro 6. & l.ſi quando, C.de inoffi.teſtamen. & l.quòd La-
beo. ad Carbo. ꝙ autem per dictum pactum impediatur
dominij tranſlatio, & deuolutio fiat ad donatorem, pro-
batur in cap.cæterum, de donatio. & in l.ea lege, C.de
conditione ob cau. & expreſſius tenet Barto. in l.filius,
§.diui, ff.de lega.j. quòd autem hæc bona ſint communi
quæſita, probatur, quia per dictam ſentētiam omnia bo-
na fuerunt confiſcata; ergo & iura omnia cōpetentia con
demnato, ut l.iij. C.ad legem Iuliam.maieſt. coniuncta.
l.bonorum, ff.de uerborum ſign. ius ergo reſeruatum di-
cto donatori tranſiuit in dictum cōmune per dictam con
fiſcationem: quinimò poteſt dici, quòd non ſolùm fue-
rint bona publicata, ſed etiam perſona fuit ad mortem
condemnata; quo caſu ueniunt in publicatione, etiam
bona poſteà quæſita, ut in l.ij. C.de bon.proſcri.not. in
l.certa forma, C.de iur.fiſ. libro 10. Conclude ergo ex
omnibus prædictis, quòd dicti donatarij uendendo, licet
ad eorum uitam, ceciderint à iure eorum; & bona do-
nata reuerſa ſunt ad commune Senen. quod poteſt tan-
quam propria illa uendicare. Ad contraria ſupra for-
mata faciliter reſponderi poteſt. nam priora uerba de-
bent intelligi ſecundum ſequentia. l. ſi ſeruus plurium,
ff.de leg.j. & ſic facerent de illis bonis, quicquid eis pla-
ceret, non tamen alienando ſeu tranſlatando; quia ſpe-
cialia derogant uerbis generalibus. cap.j.de reſcript. &
l.quæſitum, in fine. ff.de fun.inſtru. & regula, generi, de
4 regulis iuris lib.6. ¶Ad ſecundum reſpondetur, † quòd
uſufructuarius non prohibetur alienare ius, quod habet:
ſed in caſu noſtro expreſsè fuit eis hoc inhibitum. uoluit
enim donator, ut tenerent penes ſe. d.l.finali, C.de rebus
alien.non alien. ¶Ad tertium reſpondetur dupliciter.
Primò, quòd procedit, quando alienatio capitur ſtrictè.
Sed in prohibitione facta pacto contrahentium debet ca
pi largè, ut d.l.finali, & ibi notat Bald. Prætereà & ſe-
cundo ſatis facta eſt huius dominij tranſlatio, licet ad
tempus, ut patet in dicta uenditione, ergo &c. Et hæc
ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM XCII.

1 *Legatum factum filiæ pro dote eſt purum, & non conditionale.*
2 *Statutum non poteſt in totum tollere legitimam.*
3 *Mulier poteſt prorſus legitima priuari propter familiam do-*
*mus conſeruandam.*
4 *Statuto ſi caueatur, quòd quandiu extiterit maſculus, fœmina*
*non ſuccedat, filia excluditur uiuente maſculo dūtaxat; ſed,*
*illo mortuo, debet admitti.*

IN Christi nomine amen. Illud idubitati iu
1 ris eſt, quòd mero iure communi inſpecto † le-
gatum factum filiæ pro dotæ eſt purum, & non conditio-
nale, cum non excedat legitimam ſuam. vnde poteſt ili-
cò poſt mortem patris per ipſam filiam peti. nec eſt ne-
ceſſe expectare tempus nuptiarum, præſertim in caſu no-
ſtro, in quo filia fuit in ipſa dote inſtituta per patrē; vn-
de ſicut ipſa legitima non capit dilationē, uel aliud gra-
uamen. l.quoniam in prioribus, C.de inoffic. teſtamen.
& in authen. ut cum de appella. §.aliud quoque capitu-
lum, ita nec ipſa dos, quæ ſuccedit loco legitimæ, cum
ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubro-
gatur, ut in c. eccleſia, ut lite pend. & l.quia qui pretio, ff.
de uſufr.cum ſimi. Et hanc opi. ut ilicò poſſit peti, firmāt
cōiter doct. maximè Bar. in l.Titio, §.Titio genero, ff.de
cond.& demō.poſt Rich.Malūb. & alios in l.generaľr, C.
de epiſ.& cle. & ad tex.d.§.Titio genero, qui uidet̃ uelle,
ꝙ legatū dotis ſit condōnale, & ꝙ debeat differri exactio
in tēpus matrimonij contracti, reſpondetur multipľr, ut
ibi not. & d.l.generaliter. ¶Sed dubium inſurgit in caſu
noſtro occaſione ſtatuti Tridentini, in quo inter alia ca-
uetur, ꝙ extantibus maſculis, filia fœmina non ſuccedit;
quo caſu dixit Bar. in d.§.Titio genero, ꝙ legatum dotis
factum filiæ eſt conditionale, ſicut ſi fieret extraneo; ita,
ꝙ non poteſt peti, niſi tempore matrimonij: quia dos nō
eſt ſine matrimonio. l.ij. ff.de iu.dot. habet ergo in ſe tale
legatum tacitam conditionem; & ſic ſi moritur ante, ꝗ̃
nubat, non tranſmittit legatum in hæredes. d.§.Titio ge
nero; quod etiam uidetur uelle Cyn. in l.ſancimus, C.de
nupt. Et quāquam Rich.Malūb. tenuerit contrarium, ut
2 refert ipſe Bar. in d.§.Titio, motus, † quia ſtatutum non
pōt in totū tollere legitimā, licet poſſit diminuere, quod
etiam uẽ ſentire Di. in regula, indultum, de reg.iu.lib.6.
ergo cum hoc caſu dos ſuccedat loco legitimæ, non reci-
pit grauamen, uel dilationem, ſicut nec ipſa legitima, in
iuribus ſ̃ all. Bar. tñ ſequendo Cy. tenuit primū mouetur,
q̃a p̄ſuppoſita ēt opi. Rich. ꝙ ſtatutū poſſit diminuere, li-
cet nō tollere: tñ ſicut pōt diminuere, ita uẽ, ꝙ poſſit illā
differre ad certū tp̄s, puta tp̄s nuptiarū, cū ſit quædā dimi
nutio, ar. in l.minus, ff.de re.iu. ſed Bal. in d.l.ſancimus, ſe
quit̃ opi. Rich. reꝓbata opi. Cy. & Bar. mouet̃, q̃a ſi poſſet
ſtatutū differre in tempus matrimonij, poſſet ſeq. ꝙ iſta
filia moreretur ante matrimonium, ut contingit in caſu
noſtro, & ſic nihil tranſmitteret ad hæredes, & per conſe-
quens ex toto priuaretur legitima; quod eſt contra præ-
ſuppoſitum, quod facit Bar. conſentiendo opi. dicti Rich.
quòd in totū nō poſſit tolli. Et profectò iudicio meo hæc
conſideratio Bal. fuit optima, ſi uera ſimpliciter eſſet illa
opi. quòd legitima nō pōt in totum tolli: ſed cum ipſemet
Bal. ſentiat contrarium in l.cum lege Leonina, C.de epiſ.
3 & cle. ubi firmauit † quòd propter familiam domus con-
ſeruandam poteſt prorſus mulier priuari legitima, cū ſit
de iure poſitiuo. dicit tamen, ꝙ reſeruatur ſibi ius petendi
alimenta, quaſi illa ſint de iure naturali j.di.c.ius natura-
le; ergo fundamentum ſuū non procedit, cū ſtatutū uidea
tur mulieri ſeruare alimenta, donec nupſerit; ergo potuit
ſimpliciter eam excludere ab omni ſucceſſione, præſertim
reſeruando dotem in euētum matrimonij; ergo legatum
dotis debet intelligi purè. ¶Sed his non ob. puto, quòd
in caſu noſtro heredi prædictæ filiæ ſit tripliciter conſul-
tum. Primò. n. clarè conſultum, tenendo illā opi. ꝙ legiti
ma poſſit in totū tolli etiā ad tempus, quā uẽ tenuiſſe col
lector deciſionū Rotæ deci.xix. qui relatis uarijs opi. te-
nuit ſtatutum ualere, dummodò in totū non auferat, uel
multum abſorbeat. Et idē uidetur uelle Ant.de Bu. in ca.
Raynaldus, de teſta. ſed in caſu noſtro in totum abſorbe-
ret, ſi primò diminueret, reducendo illam ad dotem tan-
tum, & poſteà differendo in tempus contracti matrimonij
adeo, ꝙ poſſet contingere, ꝙ in totum priuaretur, ſicut cō
tingit in caſu noſtro, cum iſta filia fuerit mortua ante ꝯ-
ctum matrimoniū. Et profectò hæc opi. mihi placet in ca-
ſu noſtro, in quo ſtatutum expreſsè nō tollit in totū: imò
dat dotem quaſi pro matrimonio ipſius mulieris. l.3. ff.de
mino. ſapit ergo ipſa dos naturam legitimæ, ne filia dece
dat prorſus ſine hærede, & ſine aliquibus bonis; facit qḋ
in ſimili no. in c.ex inſinuatione, de appel. ubi dicit, quòd
ſi terminus præfigitur appellanti ab homine, ꝙ talis ter-
minus ſuccedit in locum termini iuris: q̃a ſubrogatum de
bet ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, ut ſ̃
dixi & hæc interpretatio tanquam benignior eſt in dubijs
recipienda, ut in regula, odia, & regula, in pœnis, li.6. & l.
interpretatione, & l.ſi preſes, ff.de pœ. ¶Secunda uia eſt,
ut uirtute ſtatuti Tridentini cōpeterit ſimpliciter ius pe
tendi ilicò dotem relictā, coniuncta ſaltem uoluntate te-
ſtatoris. Statutum. n. diſpoſuit, quòd ſi pater diſpoſuit de
filio in teſtamento, debeat filia eſſe contenta diſpoſitione
paterna; ita, ꝙ ſi ſibi reliquit dotem, ſit illa contenta, & ul
tra illam quātitatem nil petere poſſit. uidetur ergo ſtatu
tum uelle, ꝙ ſi dos eſt filiæ relicta in teſtamento, ꝙ poſſit
quantitatem ſibi relictam ilicò petere per ꝯrium ſenſum
qui ſatis ualidus eſt l.cum inter. §.inter ſocerum, ff.de pa.
do. & ꝑ Bal. in l. cōuenticula, C.de epiſ.& cle. ad hoc facit
uerbum illud, quantitatem &c. non. n. retulit ſe ſimplici-
ter ad dotem, ſed ad quātitatem relictam pro dote. ¶Præ
tereà ſtatutum in caſu, quo pater reliquit dotem filiæ in
teſtamento, nō ꝓuidit de alimētis, donec fuerit marita-
ta: ſed ſolum prouidit in caſu, quo pater fuit mortuus ab
inteſtato; ergo ſimpliciter diſponendo, ꝙ filia ſit contenta
dote ſibi relicta, & quòd aliquid ultra non poſſit petere,
uẽ uoluiſſe, ꝙ ipſa dos ſit patrimoniū filiæ, & ſic debeat ſi
bi ſuccedere loco legitimæ, & per conſequens debet ilicò
mortuo patre competere, præſertim cum pater nil dixit
de alimentis interim filiæ præſtandis; & ſtatutum dicit, ꝙ
filia debet eſſe contenta diſpoſitione paterna. unde ſi dice
remus ꝯrium, ſequeretur, ꝙ ſtatutum poſſet priuare filiā
alimētis, & omni ſucceſſione; qḋ eſt ꝯ cōem opi. & ꝯ l.cum
rō, ff.de bo.dā. Et hæc interpretatio per maximè ſumen-
da eſt in caſu nr̄o, in quo pater nō ſolum reliquit dotē fi-
liæ: imò in illa quantitate eā hæredem inſtituit; ergo uo-
luit eā prorſus excludere à ſucceſſione; ¶Tertia uia con-
ſulendo hæredibus dictæ filiæ pōt ſubtiliter iudicio meo
obijci uerbis ſtatuti moderni, ex quo in principio euiden
ter oſtenditur, ꝙ filia nō ſimpliciter excludit̃ à ſucceſſio-
ne parentis, exiſtente maſculo, ſed ad tp̄s duntaxat, ſ. ma-
ſculo ſuperſtite. non. n. ſtatutum ſimpliciter dixit, ut extā
tibus maſculis fœmina non ſuccedat: ſed dicit, ꝙ fœmina
non ſuccedat, nec audiat̃ agendo, uel excipiendo, ſuꝑſtite
maſculo, unde illa uerba, ſuperſtite maſculo, cum ſint ab-
latiui caſus faciunt conditionē, ut l.à teſtatore, & ibi per
Bar. ff.de cōd.& demō. & qualificant uerba ſequentia, non
audiatur &c. Eſt ergo ſenſus, quòd mulier non debet au-
diri ſuper ſucceſſiōe patris, ſuperſtite maſculo; ergo poſt
eius mortem debet audiri. uerba. n. qualificata debent in-
telligi ſ̃m tempus uerbi, ad quod referuntur, ut no. Bart.
in l.ex facto, ff.de uulg.& pupil. & l.præcipimus, C.de ap-
pel. & Bal. in l.generaliter, C.de epiſ.& cle. & glo. in c.ſta-
tutū, in uerbo, canonicis, in fi. de reſcri. lib.vj. Ad prædicta
optimè facit, quod no. Bart. in l.fi. ff.ad Tertul. ubi dicit,
4 † quòd ſi ſtatuto caueatur, ꝙ quandiu extiterit maſculus
fœmina non ſuccedat, ꝙ filia excluditur, uiuente maſculo
duntaxat: ſed illo mortuo debet admitti: quia ꝑ illud ad-
uerbiū, quandiu, uẽ ſtatutū uoluiſſe facere hr̄dē maſculū
ad tp̄s; & ibi plenius habetur per eum. idē ergo dicamus
in propoſito, cum ſtatutum dicat, non audiatur agendo, &
excipiendo ſuperſtite maſculo; ergo illo mortuo debet
audiri. agendo uel excipiendo. ualet. n. contrarius ſenſus
in ſtatuto, præſertim cum iuri cōi concordet, ut eſt in ca
ſu noſtro, ut no. Bar. in l.oēs populi, ff.de iuſti. & iure, &
plenius Bal. in d.l.conuenticula. Nec ob. ſi dicatur ſtatu-
tum ēt uti uerbo, ſuccedat, quo caſu tenuit Bar. in l. fi. ꝙ
fœmina nō admittit̃, mortuo maſculo, cum tractet̃ nunc
de hæreditate filij, & nō patris, ex quo non fuit adiectum
illud aduerbium, quandiu, uel ſimile, qḋ ēt uẽ tenere Io.
An. in add. Spe. in ti.de ſucce. ab inte. ſuper rubri in 3. col.
quia dico illud procedere, ſi ſtatutum ſimpľr dixiſſet, ex
tante aliquo maſculo, fœmina non ſuccedat. nam tūc fœ-
mina ſimpľr excluditur, & hæreditas defert̃ maſculo; me
ritò poſt mortem maſculi nō pōt filia petere hr̄ditatē pa
tris: q̃a iā deſijt eſſe patris, & eſt nūc filij, licet hoc caſu qui
dā antiqui uoluerint ꝯriū, ut no. Ioan. An. in addi. prædi-
cta: ſed primum uerius. Sed in caſu noſtro fuit adiecta illa
determinatio, non ſuccedat nec audiatur maſculo ſuper-
ſtite. Præcedentia. n. uerba determinantur per ſequentia
ut l.fi. §.cui dulcia, ff.de uino, triti. & oleo leg. & de.exiuis,
de uerbo. ſigni. & l.ſi ſeruus pluriū, de leg.j. & l.nūmis, de
leg.iij. & hunc intellectum plurimum adminiculātur alia
uerba ſtatuti, quatenus prouident mulieri, ut ſol.mat. per
eam contrahendo poſſit redire ad domū maſculi hæred-
dis, & ibi percipere alimenta; & ſic uidetur excludere fæ-
minam ſtante maſculo: ſed illo mortuo ceſſat illud refu-
gium, maximè in caſu noſtro, in quo bona patris deberit
diſtribui in pauperes. Ex quibus omnibus concludit̃, ꝙ di
ctæ filiæ ſtatim cōpetit ius petendi legatum ſibi à patre

factum tanquam purum, ꝙ tranſiuit in ſuos hæredes legi
timos.l.unica,C.de cadu.tol.Itē ꝙ mortuis maſculis, ſta-
tim competit ius petendi legitimam; ita, ꝙ eſt in optione
hæredum ipſius, an petant legatum, an legitimam, qua-
tenus plus eſt in legitima, quā in legato, iuxta id, quod le
gitur, & no.in l.ſcimus,C.de inoff. teſt.in §.repletionem.
Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM XCIII.

1 *Cauſa non debet delegari aut ſubdelegari authoritate ſedis apo*
*ſtolicæ, niſi habenti dignitatem, perſonatum, aut canonicatum*
*in eccleſia cathedrali.*
2 *Epiſcopo ſi aliquid relinquatur, expreſſo dumtaxat nomine di-*
*gnitatis, à proximo, ſeu conſanguineo, uidetur relictum fa-*
*ctum perſonæ contemplatione propter qualitatem relinquētis,*
3 *Miles ſi dixit, ſe uelle teſtari iure communi, & nō potuit perficere*
*teſtamentum, ualet teſtamentum iure militari.*
4 *Nomen proprium, et appellatiuum, quando exprimuntur in diſpo*
*ſitione, debet diſtributio attribui qualitati prius expreſſæ.*

CHriſti Saluatoris ex corde prius ꝑſidio
inuocato, In q̄ōne, quæ
ad præſens uertitur inter capitulum Toregeñ.
& epm Curancñ. ex altera ſuper executione cuiuſdā ſen-
tentiæ latæ à quodam theſaurario, & canonico eccleſiæ
Subiccn. uigore ſubdelegationis ſibi factæ per quendam
propoſitum Vricien. conſeruatorem, & delegatum ī cau-
ſis capituli à ſede apoſtolica deputatum in & ſuper eo, ꝙ
negatur ex parte dicti epi, dictū theſaurariū habuiſſe iu-
riſdictionē, cū cōmiſſio fuerit facta expreſſo noīe ꝓprio,
& noīe appellatiuo ipſius theſaurariæ: de qualitate autē
canonicatus nulla fuit penitus ī ſubdelegatione facta mē
tio: theſauraria aūt negatur, ꝙ ſit dignitas, uel ꝑſonatus
in illo loco. Præſuppoſito igitur ſine ueritatis ꝑiudicio,
ꝙ in illis partibus theſauraria non cenſeat̄ dignitas, uel
perſonatus, an dicta ſnīa poſſit ſuſtineri ex eo, ꝙ dictus
theſaurarius erat ēt canonicus eccleſiæ cathedralis: hoc
erat in loco notiſſimū: imò in facto præſupponitur ſtatu-
tū uigere in eccleſia, ut nemo poſſit ibidem obtinere di-
gnitatē, perſonatū, aut officiū, niſi canonicus ipſius eccle
ſię. ¶Et primò uidetur dictam ſnīam ex iuriſdictionis de-
1 fectu minimè ualuiſſe: † quia cā non debet delegari, aut
ſubdelegari authoritate ſedis Apoſtolicæ, niſi habēti di
gnitatem, perſonatum, aut canonicatū in eccleſia cathe-
drali, ut in c.ſtatutum, in prin.& ī §.ī nullo, de ꝑſcr.lib.6.
& quicquid fuerit attentatum, eſt ipſo iure irritū & ina-
ne, ut probatur in fi.dicti.c.ſtatutū, per quē dixit gl.ī uer
bo, cōmittatur, ꝙ proceſſus agitatus per aliquas ꝑſonas,
eſt nullus, licet ꝯ delegatū, aut ſubdelegatū nō fuerit ex-
ceptū. Sed in caſu noſtro cā fuit ſubdelegata theſaurario
& ſic officio theſaurariæ, non aūt canonico, cum autem
de qualitate canonicatus nulla fuerit facta mentio; ergo
ſnīa non debet tenere. differentia.n.eſt inter dignitatē,
perſonatū, & officium, ut in c.j.de conſue.lib.6.& ibi per
Arch.& no.in c.de multa, de præb.& de theſauria tenuit
maior pars dominorum de Rota, ꝙ niſi aliud habeat loci
reputatio, de iure cōi uidetur ſimplex officiū, ut plenè no
ꝑ eos deciſ.166. Non ob.ſi dicat̄ dictū theſaurarium eſſe
pariter canonicū: qa licet iſtæ duę qualitates cōcurrerēt
in ipſius ꝑſona: commiſſio tamē vr̄ facta qualitati expreſ
ſæ, non aūt tacitæ, ut c.qm̄ abbas, de offi.deleg.ea.n.quę
ſubticentur, non uident̄ conſiderata, imò neglecta, ꝑſer-
tim cū ſpeciali nota ſint digna, ut in caſu noſtro per c.q̄-
nis, de ꝑben.lib.6.& l.ſi repetendis, C.de cond.ob cām.l.
Labeo, ff.de ſupel.leg.& id quod exterius agitur, interio
rē mentis diſpoſitionē, & habitū repræſentat, ut in cle.exi
ui, de uer.ſi.facit.l.non alr̄, ff.de leg.iij.& c.fi.de uer.ſign.
¶Sed his non obſtantibus, contrariā ſnīam arbitror in ca
ſu noſtro præualere, ad quā tenendam multa me impel-
lunt. Et primò theorica Io.An.in regula, priuilegium,
de reg.iu.lib.6.in Mercu.quæ uidet̄ ēt de mente Bar.in l.
quia, ff.de iuriſ.om.iud.& l.ſi ſeruus cōis, ff.de ſtip.ſer.&
probatur expreſsè per iura.j.alleganda, uidelicet ꝙ ad
cōiecturādā diſpoſitionis ſeu cōmiſſionis qualitatē, non
debemus ſimpl'r & principaliter cōſiderare, an ſit ī ea ex-
preſſum nomē ꝓpriū, an appellatiuū: imò illa cōſideratio
eſt adhibenda uelut ultimū refugiū: ſed primò recurrere
ad ſubiectā materiā. Si uerò materia proportionat̄ perſo
næ, & non dignitati uel potius perſonæ, quam dignita-
ti, iudicare debemus diſpoſitionem potius perſonalem,
quàm realē: & ita è contra, licet ſit expreſſa dignitas, &
nō nomen propriū, uel è ꝯ, hæc probant̄ ī c requiſiſti, de
2 teſt.& c.pōtifices.12.q.3.in quibus patet, † ꝙ ſi aliq̄d relin
quat̄ epo, expreſſo dūtaxat noīe dignitatis, à ꝓximo, ſeu
cōſanguineo, vr̄ relictū factū cōtēplatione ꝑſonæ ꝑꝑ qua
litatē relinquentis. ſi aūt fit ab extraneo, vr̄ factū contem
platione eccleſiæ, licet ſit expreſſum nomē propriū, ut ibi
& l.annua.§.à Titia, ff.de ann.leg.hinc dixit gl.no.in c.2.
de teſta.lib.6.ꝙ ſi quis prælatus fuit deputatus executor
teſtamentarius, expreſſo noīe dignitatis tm̄, ꝙ illo, mor-
tuo, non per hoc officium tranſibit in ſucceſſorē, ſi ꝑlatus
erat propinquus teſtatoris. ſolet.n.iſtud officium deferri
rōne amicitiæ & propinquitatis. ita dicendum in propo
ſito. quāquā.n.in cauſa noſtra fuerit expreſſa qualitas the
ſaurariæ: tn̄, quia etiam fuit expreſſum nomen proprium
& in perſona cōcurrebat qualitas canonicatus, debemus
interpretari, ꝙ cōmiſſio fuerit facta perſonæ ꝑꝑ qualita
tē canonicatus concurrentem, & non officio theſaurariæ,
cū materia ſubiecta, i.ipſa ſubdelegatio non proportiona
retur ipſi officio theſaurariæ, unde uidetur expreſſa illa
qualitas cā magis demonſtrandi perſonam, cui fiebat cō-
miſſio; ſicut in ſimi.dixit tex.in l.iuriſgētiū.§.pactorū, ff.
de pac.ꝙ ad cōſiderandū, an pactum ſit perſonale, an rea
le, non debemus ſimpl'r conſiderare, an ſit expreſſa ꝑſo-
na, uel ne. plerūque.n.perſona pacto inſeritur, non ut pa-
ctum factum ſit in rē, aut in perſonā; ſed ut demonſtret̄,
cū quo pactū eſt factū; quod nō minus ex uerbis, q̄ ex mē
te conuenientiū æſtimandū eſt: qa.n.officiū theſaurariæ
ſolet magis æſtimari, quā ſimplex canonicatus; iō theſau
rarius canonicus ſolet denoīari ab officio theſaurariæ,
ēt in materia ſpectāte & concernēte ipſum canonicatum,
ſicut ſ̄.dixi in epo ꝙ in diſpoſitione concernente perſo-
nam ſolet denominari per nomen dignitatis, cauſa hono
ris, & propter conſuetudinem, ad maiorem demōſtratio-
nem.d.l.relatum, & aliis iuribus ſuperius allegatis. ad
idem facit.c.dilecti, de fo.comp.ubi reſcriptum impetra-
tum expreſſo nomine proprio ipſius prælati, in cauſa ta-
men concernente ipſam eccleſiam, tranſit in ſucceſſorem
in dignitate ita, ꝙ ratione materiæ concernentis eccle-
ſiam tantum, reſcriptum cenſetur reale, & non perſonale
licet qualitas dignitatis fuiſſet expreſſa. uerba enim de-
bent deſeruire rebus, & intentioni, & non è contra: quia
lex eſt impoſita rebus, & non uerbis, ut ī c.ij.requiris, de
appel.& c.cōmiſſa, de elec.lib.6.& l.ij.C.cōia de leg.ecce
ergo, ꝙ qualitas oīnò ſuppreſſa habet̄ ꝓ expreſſa ꝓpter
materiam ſubiectā; ita dicamus in propoſito. Et ꝑdictis
addo tex.cum gl.in c.aduerſus, de immu.eccl.& in c.j.de
offi.uic.lib.6.in q̄bus iuribus no.legitur. & no.quòd ex-
cōicatio lata in aliquem officialē, expreſſo dūtaxat noīe
officij,



officij, non tranſit in ſucceſſorem in officio: quia propter
ſubiectam materiam cenſetur ſnīa perſonalis, & nō rea-
lis: quia excōicatio non ꝓportionatur officio, ſed perſo-
næ, cum feratur ꝓpter contumaciam, q̄ ſequitur ꝑſonā.
ita in ꝓpoſito ſubdelegatio non pōt competere officio
theſaurariæ, ex quo nō eſt dignitas, uel perſonatus; ergo
cenſetur facta perſonæ, ꝑſertim cum ſit expreſſum nomē
proprium ꝓpter qualitatem canonicatus concurrentem
in perſonam. nec habet obſtare, ꝙ qualitas canonicatus
non fuerit expreſſa: quia nullo iure cauetur, ꝙ in delega
tione debeat exprimi qualitas, propter quā perſona red-
datur habilis. ſatis enim eſt eam eſſe habilem: qa iura nō
requirūntur, niſi ꝙ qualitas dignitatis, perſonatus, uel ca
nonicatus concurrat tempore cōmiſſionis, ut probatur ī
d.c.ſtatutum, in prin.hinc uoluit ibi gl.no.ſuper uerbo, ca
nonicis, ꝙ ſufficit, ꝙ tēpore dationis, ſeu cōmiſſionis quis
ſit canonicus, licet tēpore præſentationis, ſeu ꝓſecutio-
nis deſinat eſſe canonicus: quia illa decretalis req̄rit exi-
ſtentiam qualitatis tēpore dūtaxat cōmiſſionis. ſecus er-
go eſt, ſi tunc abfuiſſet, ꝙ expreſsè tenuit Bal.in l.gnal'r,
C.de epiſ.& cle.quia ſm̄ eum, & bene illa qualitas requi-
ritur ꝓpter præſumptionem literarum, rōne canonica-
tus, q̄ non deſinit eſſe, licet deſinat eſſe canonicus; facit
theorica Bar.in l.ex facto, ff.de vulg.& pup.& l.præcipi-
mus, C.de appel. Præterea tex.ur̄ in d.c.requiſiſti, & c di
lecti, præal.ubi non requiritur, ut qualitas exprimatur,
ad hoc ut diſpoſitio ſit realis, uel perſonalis. ſatis.n.eſt, ꝙ
ex ſubiecta materia hoc poſſit percipi. & præſertim hoc
procedit in caſu noſtro, in quo qualitas canonicatus erat
notoria. Commiſſio.n.non fit canonicatui, ſed perſonę ca
nonici, ut patet ex prædictis; ideò ſufficit, ꝙ cōmiſſio fiat
perſonæ habenti qualitatem ipſam ꝑſonam habilitātem.
¶Moueor ſecundò principaliter, quia uigore ſtatuti il-
lius eccleſiæ nō poteſt quis habere dignitatem, perſona-
tum, uel officium, niſi ſit canonicus; ergo cōmittendo cau
ſam theſaurario illius eccleſię, ſatis ur̄ cōmiſſa canonico.
ex quo enim vnum non pōt eſſe ſine alio, exprimendo vnū
tacitè, uidetur exprimere aliud, ut in c.ſi quis obiecerit
1.q.3.facit.c.trāſlato, cum ibi no.in gl.de conſti. ¶Tertiò
3 optimè facit in arg.l.iij.ff.de mili.teſta. ubi dicitur, † ꝙ
ſi miles dixit ſe uelle teſtari iure cōmuni, & nō potuit ꝑ-
ficere, ualet teſtm̄ iure militari: quia non uidetur ꝑ hoc
renuntiare beneficio militari, reddens ibi tex.optimam
rōnem: quia in dubio non uidetur quis elegiſſe uiam, ꝑ
quā iudicium ſuum poſſet impugnari. hinc dixit ibi Bar.
ꝙ in dependētibus à nuda uoluntate uidetur quis feciſſe
actum meliori, modo quo pōt, ut probatur ꝑ illum tex.
ita dicamus in ꝓpoſito, ꝙ ſubdelegatus uideatur in du-
bio uoluiſſe delegationē facere meliori modo, quo po-
terat, nec exprimendo qualitatem theſaurariæ credēdus
eſt elegiſſe uiam, per quā ſua uoluntas poſſet irritari. in
dubio enim debemus interpretationem facere, ut res po
tius ualeat, q̄ pereat, ut in c.abbate, de uerb.ſign. & ff.de
uerb.ſig.l.quoties. ¶Quartò principal'r facit.l.qui habe-
bat, cum ibi no.ff.de reb.dub.ubi dr̄, ꝙ ſi quis habēs duos
ſeruos, quorum vnus erat fullo uocatus Flaccus: alius pi-
ſtor, uocatus Stichus, errauit in legando; puta, quia le-
gauit Stichum fullonem, cùm eſſet piſtor, & nō fullo. ꝙ ſi
habebat noīa ſeruorum nota, ur̄ legaſſe, habito reſpectu
ad nomen ꝓprium, & non ad appellatiuum; & iō legata-
rio debetur Stichus piſtor, & ſic ꝑ illum tex.patet ꝙ qua
litas expreſſa non habet uitiare diſpoſitionem, licet falsò
ſit expreſſa. ergo idem, & fortius dicendum in caſu no-
ſtro, in quo nō fuit erratum in qualitate, ſed fuit expreſ-
ſa talis qualitas, quæ non requirebatur ad ualiditatē cō-
miſsionis, nec erat capax ipſius cōmiſsionis, cum perſona,
cui fiebat cōmiſsio, erat nota ipſi ſubdelegāti, & notoriè
conſtabat, ipſam eſſe capacem rōne canonicatus. Ad ꝑdi-
cta optimè faciunt no.per Inn.in c.ſignificante, de reſcr.
ubi dicit, ꝙ ſi reſcriptum fuit conceſſum ꝯ V. diœceſis
Remenſis, & pōt per alia conſtare, ꝙ ſenſit de V. diœceſis
Leodeñ. ꝙ non debet uitiari cōmiſsio. ſatis.n.eſt, ꝙ pro
alio poteſt cōmiſsio ſuſtineri, & certificari. Idem dicunt
domini de Rota, deciſ.126. Si fuit erratum in noīe, uel
cognomine, & tenet Hoſt.in ſum.de reſcr.§.poſſunt ob-
iici, uerſi.idem ſi in noīe. quod procedit etiam in literis
gratioſis: ut uoluerunt idem domini de Rota, deciſ.269.
in antiquis. ergo idem, & fortius dicendū in caſu noſtro,
ubi nullus error fuit cōmiſſus, ut ſuſtineatur ſubdelega-
tio facta perſonę, ex quo eſt capax rōne qualitatis ſibi in-
hærentis, licet non fuerit expreſſa. ¶Quintò faciunt no.
per Bar.in l.ſi ſeruus cōmunis, ff.de ſtip.ſer.ubi firmat, ꝙ
ſi in diſpoſitione fuerunt expreſſæ duæ qualitates, & ſm̄
alteram diſpoſitio eſſet inefficax, debet diſpoſitio guber
nari, & regulari ſm̄ aliam diſpōnē, ut res potius ualeat;
altera uerò qualitas habetur ꝓ nō expreſſa. ita dicamus
in propoſito, ꝙ ubi ſm̄ qualitatē theſaurariæ expreſſam
diſpoſitio redderetur inutilis, uideatur ſubdelegatio fa
cta perſonæ. pōt.n.fieri perſonæ, ex quo aliàs eſt capax
ſubdelegationis: imò, ut ſ̄ dixi, cum cōmiſsio fit canoni-
co, ſequitur perſonā, & non canonicatum; hinc eſt ꝙ pōt
iudicare, licet deſierit eſſe canonicus, ut ſ̄ dixi. Et hæc eſt
optima conſideratio. ¶Sextò & ult. faciunt no.per glo.in
l.cum ita.§.j.ff.de condi.& demon. & Pet. & Bart. in l.&
4 quia, ff.de iur.om.iu.ubi dicunt, † ꝙ qn̄ in diſpōne expri-
mitur nomē proprium cum appellatiuo, debet diſpoſitio
attribui qualitati prius expreſſæ. vnde, ſi præcedat no-
men proprium, cenſetur facta perſonæ, & non dignitati, q̄
poſteà ſubiicitur, ut ur̄ probari in l.ſi cōis ſeruus, ff.de ſti
pu.ſer. & hoc dictum debet limitari, qn̄ diſponens habe-
bat notam perſonam: alias cōſiderari debet nomē appel-
latiuum per l.qui habebat, præal. ita notanter limitauit
no.Bar.in d.l.ſi cōis ſeruus. Et aduertendum, quia iſti lo
quuntur, qn̄ diſpoſitio poterat eſſe ſalua, ſiue eſſet rea-
lis, ſiue perſonalis; fortius ergo debet procedere in caſu
noſtro, in quo primū fuit expreſſum nomen ꝓprium, nec
pōt ſubdelegatio eſſe ſalua, ſi intelligeretur contēplatū
officium theſaurariæ. ¶Ex præmiſsis oībus concludo, ꝙ
ex quo ipſi uel deleganti notum erat illum ſubdelegatū
eſſe canonicum, iudicādum eſſe cōmiſsionem ualuiſſe, li-
cet expreſsiſſet qualitatē theſaurarię cum noīe proprio,
& tacuerit qualitatem canonicatus. NIC. ABB.

## CONSILIVM XCIIII.

1 *Clericus ſi ædificat in ſolo proprio de pecunia eccleſiæ, ſolum ce-*
*dit iure ſingulari ædificio.*
2 *Papa poteſt ſicut alius utendo iure priuati præſcribere.*
3 *Legatus ſi dicit ſe habere ex ſpeciali commiſſione aliqua ultra*
*comprehenſa in generali legatione, non eſt ſibi credendum.*
4 *Impetrans priuilegium contrarium præſcriptioni, uidetur re-*
*nunciare præſcriptioni.*
5 *Dominus ſi non dat feudum promiſſum, uaſallus non tenetur*
*ſeruare iuramentum fidelitatis.*

CHriſti nomine inuocato, In quæſtione hære-
dum quōdam domini Petri de Claua-
ualle plurima ueniunt ad ipſius luculentam de-
ciſionem examināda. Primò ad quē pertinebat, ſeu per-
tinet directum dominium illius palatij cū poſſeſsionibus



UNIVERSITA DE

adiacentibus,an,ſ.ad hanc ciuitatem Tudertinam,an ue-
rò ad Romanam eccleſiam, cui illa ciuitas Tudertina in
tẽporalibus,& ſpiritualibus eſt immediate ſubiecta. ¶Se-
cundò an conceſſiones de illo palatio factæ dicto dño Pe
tro,& ſucceſſiuè ſuis filiis poſt eius mortẽ,uel earum ali-
qua ualuerit. ¶Tertiò utrũ conceſſio facta per Romanũ
Pontificẽ cuidam tertio, non facta mentione de iure cõ-
petenti dictis filiis ualuerit. ¶Quartò præſuppoſito,ꝙ iu
re nõ ſubſiſtat,an ſaltẽ ratione p̃ſcriptionis poſſit tertius
poſſeſſor ſe tueri cõtra filios dicti dñi Petri. ¶Quintò an
filij dicti dñi Petri poſſint dicta bona à poſſeſſoribus uen
dicare. Circa primum,quia non conſtat mihi ex cuius pe
cunia ciuitas illa Tudertina dictum palatiũ emerit, an,ſ.
ex bonis ipſius uniuerſitatis,an uerò ex reditibus regali-
bus, cum tempore emptionis dicta ciuitas ſubtraxerat ſe
à deuotiõe,& fidelitate eccleſiæ,& gubernabat ſe popula
riter,& liberè, ac ſi ipſa ciuitas haberet ſuipſius iura im-
perij. Diſtinguerẽ ſic,ꝙ aut dicta ciuitas emerat dictũ pa
latiũ ex reditibus ipſius uniuerſitatis;& tunc ꝑtinebit di-
ctum palatiũ ad ipſam uniuerſitatẽ Tudertinam, & nõ ad
Romanã eccleſiã:quia ſicut priuatæ ꝑſonæ poſſunt habe-
re rerum dñia, de quibus non poteſt princeps pro ſuæ uo
luntatis libito diſponere, cum dñia ſint de iure gẽtium.
1.diſt.c.ius gentiũ, & l.ex hoc iure,ff.de iuſt.& iu.& inſt.
de iu.natu.gen.& ciui.§.ſed naturalia, & inſtitu.de leg.
agna.ſuc.ĩ fi & l.diſt.in prin.no.Inn.in c.quæ ĩ eccleſiarũ,
de cõſti.Cy.in l.p̃ſcriptione, C.de preci.impe.offe.& Bar.
ĩ l.fi.C.ſi ꝯ ius, uel uti.pub.& in proœmio ff.uete.aliquid
in l.Antiochenſium, ff.de priui.credi.& l.j.§.per hanc,ff.
de rei uen.ita & uniuerſitas, quæ tenet uicem perſonæ.l.
mortuo,ff.de fideiuſſor. poteſt habere aliqua bona par-
ticularia diuerſa prorſus à camera fiſcali, de quibus põt
ipſa ciuitas diſponere, & alienare poteſt, quemadmodũ
ſibi uidetur expedire, ut in l.in tm̃.§.uniuerſitatis, ff.de
rerum diui.& l.fi.C.de uen.re.ciui.lib.11.Si uerò dictum
palatium fuiſſet emptũ ex reditibus regalibus occupatis
per dictã ciuitatẽ t̃pe rebellionis,tunc dicerẽ dicta bona
ꝑtinuiſſe ad eccleſiã Romanã.Primò ex cõi Theorica gl.
utriuſq; iuris,ſ.ꝙ ſi ex pecunia eccleſiæ emat̃ aliqua res,
dñiũ utile illius rei ipſo iure ꝑtinet ad eccleſiã iure ſpe-
ciali, ſicut dicimus in pupillo & militibus,ut no.gl.in l.ſi
ut proponis,C.de rei uen.& in c.inquirendũ,de pecu.cle.
& in c.apoſtolicos.12.q.2.& q̃q̃ Bar.in d.l.ſi ut proponis
limitando dixerit illud procedere in pupillo.& eccleſia,
qñ res fuit empta per adminiſtratorem pupilli, uel eccle
ſiæ,ſi aũt ꝑ tertiũ,tũc dicit ꝙ demũ ĩ ſubſidiũ efficit̃ eccle
ſiæ per l.filiæ;ff.de ſolu.cuius dictum non placuit ibi Bal.
dicenti,ꝙ ſi pecunia pupilli ematur per aliũ, q̃ per ſuum
adminiſtratorẽ certa res ꝙ etiã in ſubſidiũ nõ efficit̃ pu-
pilli: ſed bene illa res eſt obligata pupillo pro ſua pecu-
nia; allegat bonum tex.in l.iij.in prin.ff.de reb.eo.& idẽ
ſub dubio fortè dixit tenendũ in eccleſia, quæ fungit̃ iu-
re minoris, ut in c.j.de in integ.reſt. Mihi tñ plus placet
ſimplr in eccleſia dictũ gl.ut indifferenter dñium utile
acquirat̃ eccleſiæ,quicquid ſit in pupillo: quia ſimiles ſe-
culi habent illud priuilegiũ indiſtinctè.d.l.ſi propoſitis,
quod indubitanter eſt extendendũ ẽt ad clericos reſpectu
ſuorum patrimoniorũ,cũ ſint milites,per gl.no.quam ſe-
quitur ibi Bar.& communiter alij doc.in l.miles,ff.de re
iud.& l.ſtipendia,C.de execu.rei iud.& Bar.ĩ l.miles ita.
§.mulier,ff.de mili.teſt.& l.affectionis,ff.de dona.fortius
idem dicendum in ipſis eccleſiis,cum non debeat ſic gau-
dere minori prærogatiua eccleſia in rebus ſuis, quàm mi
lites ſeculi,uel Dei ĩ rebus eorum, imò maiori iuxta no.
in c.fi.de uita & hone.cleri.& per gl.in c.unico, de in in-
teg.reſt.& c.quãquam,de cẽſi.lib.6.& 16.q.4.c.poſſeſſio-
1 nes;facit ad idem gl.ſing.in d.c.apoſtolicos,quæ dicit,† ꝙ
ſi clericus in proprio ſuo ædificat de pecunia eccleſiæ,ſo
lum cedit iure ſingulari ędificio,arg.in illo tex.Secundò
principaliter, & fortius dico,dictum palatiũ cum poſſeſ-
ſionibus adiacentibus fuiſſe,& ꝑtinuiſſe ad eccleſiã Rom.
& hodie etiam pertinere reſpectu dñij directi alia & cla-
riori cõſideratione,uidelicet q̃a ciuitas Tudertina emit
tanquã camera fiſcalis ſui ipſius; unde illa bona fuerunt
effecta fiſcalia, & imperialia,cum tempore emptionis di-
cta ciuitas haberet oĩa regalia in dicta ciuitate,& oĩa tã-
quã habens ſui ipſius imperium faciebat, arg.eorum, q̃
legunt̃ no.in l.unica,C.de bo.uac.& maximè ibi per Bar.
ꝑ eundẽ in l.cunctos populos,C.de ſum.tri.& in l.hoſtes
ff.de cap.& poſtli.re.& l.infamẽ,in fi.ff.de publ.iud.trãſ-
ferendo ergo poſtea ſeu recognoſcendo ſummum impe-
rij ius, pertinens in dicta ciuitate ad Romanã eccleſiam,
& recognoſcẽdo Papã in dñm etiam in t̃palibus,uidetur
tranſiuiſſe,& recognouiſſe etiam reſpectu bonorum fiſca
lium,quæ ſunt acceſſoria ad ipſum ſupremum dominiũ,
arg.in c.tranſlato, de conſti.& 8.diſt.c.quo iure, & c.uni-
co, quæ ſunt rega.col.x.& in d.l.unica, de bo.uacan.& in
l.deprecatio,ad legem Rho.de iactu,& l.bene à Zenone,
C.de quadri.præſcr.cum ibi no. Et populus Tudertinus
patiendo dictũ palatiũ cũ poſſeſſionibus concedi,& diſpo
ni per Romanum pontificẽ,tanquã bona fiſcalia,uidet̃ ta
citè fuiſſe confeſſus illa ad Romanam eccleſiã rõne p̃di-
cta pertinere, arg.in l.ſi filius, C.de peti.hære.In dubiis
enim recurrendum eſt ad coniecturas,ĩ c.in ambiguis,de
reg.iu.& tenendum eſt, quod eſt uerisimilius, & plerũq;
fieri cõſueuit.ut in regula, inſpicimus in obſcuris,de re-
gu.iu.lib.6.cũ ſimi.Et per hæc concludo,ꝙ alio non appa
rente,p̃ſumendum eſt dictum palatium pertinere ad Ro-
manã Eccl.& hoc hodie uidetur tenẽdum indiſtinctè ſal-
tem rõne præſcriptionis,cũ Romana Eccl.per ſe, uel aliũ
tanto t̃pe illud poſſederit bona fide & iuſto titulo ueriſi-
militer præſumpto, ꝙ illud præſcripſerit; ad hoc, quod
2 no.in c.cum nobis, de præſcrip.& l.Celſus,ff de uſucap.&
ꝑ Inn.ĩ c.bonæ,el j.de poſtu.p̃l.ub i firmat, † ꝙ Papa põt
ſicut alius, utendo iure priuati præſcribere, ex quo hoc
nõ faciat ex plenitudine poteſtatis,& idẽ Archid.16.q.4.
c.uolumus,& Ant.de Bu.in c.cum nobis:ſecus,ubi utere-
tur plenitudine poteſtatis; & hoc caſu põt intelligi Spe.
qui uidetur ſentire cõtrarium in Spe.in tit.de præſcrip.
uer.illlud aũt; & puto,ꝙ per decenniũ potuerit præſcri-
bere cũ illo titulo præſumpto per ea q̃ no.Ioan.And.in
regula,qui ad agendum,de reg.iu.lib.6.in Mercu.& per
gl.& Bar.in aut̃.quas actiones, C.de ſacroſ.eccl. ¶Venio
ad fin, an,ſ. cõceſſiones factæ quõdam domino Petro,&
eius filiis ualuerint, an ſaltem illarũ aliqua habeat uigo
rem. Et primo uidetur,ꝙ prima conceſſio facta per quen
dam dominum.P.Cardinalem tunc vicarium generalẽ,
& legatũ in patrimonio,& ſpecialiter ĩ dicta ciuitate Tu
dertina de iure ualuerit per id, quod no.Bal.in l.exem-
plo,C.de proba.ubi dicit, ꝙ ſi legatus Cardinalis dixit ĩ
aliqua conceſſione ultra comprehenſa in generali lega-
tione ſe habere ad hoc ſpecialẽ conceſſionẽ à Romano
Põt.ꝙ ſibi credendum eſt, dummodo publicè illud agat,
& cõſueuerit illud facere;allegat no.in c.cum ex literis,
de in integ.reſt.ad idẽ quod no.Spe.in ti.de leg.§.ſupeſt,
& uer.quid ſi de legati iuriſdictione.ubi dicit, ꝙ raro, &
quaſi nunq̃ dubitat̃ de ipſius ptãte, & ꝙ nõ cõſueuit lega
tus Cardinalis fidem facere de ſua poteſtate: cõtrarium
tñ tenet Io. An. poſt Hoſt.in c.j.de offi.leg.lib.vj.firmat
3 † ꝙ ſi legatus dicit ſe habere ex ſpãli cõmiſſione aliqua
ultra



ultra cõprehenſa in generali legatione,ꝙ ſibi non eſt cre
dẽdum; & hoc puto uerius,præſertim in caſu noſtro, ubi
agitur de alienatione utilis dominij in præiudicium Ro
manę Eccl. Requiritur.n.ad hoc ſpãle mandatum,arg.in
l.ꝓhibere.§.planè,ff.qđ ui aut clam, & firmat Bar.ibi, &
Spe.in ti.de leg.§.nunc dicendum,uer.pen. Nec debet p̃-
ſumi mandatum,ſaltem reſpectu alienationis fiẽdæ, arg.ĩ
l.ꝯ iuris regulas, ff.de pac.l.filiusfa.ff.de dona. & allego
gl.no.in c.ſicut,de ſent.excõ. quæ apertè ſentit allegãdo
c.nobiliſſimus.98.diſt.ꝙ nunquam ſufficit honeſtas,& di
gnitas perſonæ,ut ſibi ſoli credatur in alterius p̃iudiciũ;
facit.c.cũ à nobis, de teſti. & optimè.l.vnica,C.de ſuper-
indi.lib.10.per quem tex.dixit ibi Bar.nunquã eſſe alicui
credendum,quãtũcunq; in dignitate poſito, dicenti ſe ha
bere poteſtatem ad faciẽdum aliqua dependentia à prin
cipis poteſtate; & p̃ſertim hoc dicendum in caſu noſtro, ĩ
quo nõ apparet,ꝙ ille talis vicarius cõſimiles alienatio-
nes de rebus ſpectantibus ad Romanam Eccl. cõſueuerit
facere, licet aſſeruerit ſe habere ad hoc poteſtatẽ ſpãlẽ;
& ſic etiam ſumus extra opi.Bal. ¶Ad dictum Spe.dicen-
dum,ꝙ ipſe retulit ſe non ad ius,ſed ad factum.In hoc tñ
non puto multum inſiſtendum: quia Papa Grego.poſteà
nouiter creatus dedit p̃fato vicario ſpãle mandatum ad
illam conceſſionem faciendam; vnde uigore ſpãlis man-
dati dictus vicarius p̃fatam conceſſionem de nouo firma
uit, & eidem innouatũ de nouo conceſſit feudum. ꝙ aũt
Papa poſſit aliqua bona tẽporalia eccleſiæ concedere
laicis in feudum, non eſt hæſitandum ꝑ c.ad audientiam,
& c.ſi diligenti,de p̃ſcr. & ea quę no.Hoſt.in c.à nobis,dę
deci. nec etiã in iſta conceſſione, licet iure ualuerit, eſt
multum inſiſtendum:q̃a fuit ab illa receſſum cõmuni ta-
cito conſenſu in eo,ꝙ mortuo dicto do.Petro filij eius p̃-
dicti,cum eſſent in poſſeſſione dicti palatij,& poſſeſſione
de facto ſpoliati tẽpore guerrarũ impetrauerunt ab eo-
dem,cũ eſſet Tuderti, illa bona ſibi cõcedi in emphyteo-
ſim uſq; ad ſecundam g̃nonem ꝓ annua penſione, & pro
executione poſſeſſionis datus fuit ab eodẽ Papa execu-
tor, licet nõdum habuerit effectum ꝓpter guerrarum di
ſcrimina. cum aũt iſte ꝯctus non poſſit cõcurrere cum p̃-
cedenti,ur̃ à priore receſſum,arg.optimũ in l.ſi q̃s antea,
ff.de acqui.poſ.& l.quod in hæredem.§.eligere, C.de tri
bu. & c.ut q̃s duas, de elec.lib.6. & optimè facit tex.in c.
4 ueniens,in fi.de præſcr.ubi patet, † quod impetrãs priui-
legium ꝯrium præſcriptioni,ur̃ renuntiare pręſcriptioni.
hæc ergo cõceſſio in emphyteoſim, tanq̃ ultima, & facta
ab habente poteſtatem tenuit mero iure.nec curo de cõ-
ceſſione facta per cõmune Tuderti, q̃ præceſſit iſtam cõ-
ceſſionem factã in emphyteoſim: q̃a illa põt multiplr im
pugnari, cum fuerit facta à non habente poteſtatẽ à ciui-
tate, q̃ ſibi uiolenter occupauerat dñium ſpectans ad Ro
manam Eccl. non.n.ualent geſta à tyranno,præſertim in
p̃iudicium eccleſiæ,ut in l.decernimus,C.de ſacroſ.eccl.
facit quod no.Bar.in l.omnes populi,ff.de iuſt.& iu. & in
d.l.prohibere.§.planè,quod ui aut clam, & pro non dato
habetur,qđ ab illo datur,q de iure donare nõ põt,ut in
c.quod autem, de iure patro.& 1.q.7.c.didici. facit l.tra
ditio,ff.de acqu.re.do. & c.nuper,de dona.inter ui.& ux.
Nec obſt.ſi dicatur, ꝙ Papa approbauit tractu temporis
oĩa ſtatuta,conſtõnes,& ordinamenta facta à populo Tu-
dertino: quia dico,ꝙ in illis uerbis generalibus nõ uenit
confirmatio alienationis factæ de bonis ſpectantibus ad
Romanam Eccl. requiritur.n.ibi ſpecialis confirmatio,
ſicut à principio requiritur ſpecialis conceſſio;ita,ꝙ ſub
uerbis,quãtũcunq; generalibus, non uenit poteſtas alie-
nandi.d.l.contra iuris regulas,ff.de pac.& d.l.ſi filiusfam.
ff.de dona.ſed ſi ponamus dicta bona pertinuiſſe ad com-
mune Tudertinum modo prædicto, & nõdum fuiſſent ꝑ
Papam præſcripta, ualuiſſet dicta conceſſio, dũmodò le-
gitimę ſolẽnitates in illa conceſſione interuenerint, ſal-
tem ſm̃ conſuetudinem loci.l.j.cũ ibi no.C.de emã.libe.
l.ij.C.quẽad.teſt.ape.cum ſimi.& tũc recipiendo ꝯceſſio-
nem in emphyteoſim à Papa non perdit ius,qđ prius ha-
bebat à uero dño,ꝑ tex.in l.neq; pignus,ff.de reg.iu. & l.
ei à quo,in fi.ff.de uſucap.& l.q rem ꝓpriam,C.loca. Ex
his oĩbus patet reſponſum ad ſecũdum. Dico.n.filios di-
cti do.Petri,habere ius in dicto palatio,& poſſeſſionibus
aut ex conceſſione ſibi facta in emphyteoſim per Papam
Grego. aut ex conceſſione ciuitatis Tudertinæ, ſi pona-
mus modo prædicto illa bona de iure pertinere ad dictã
ciuitatem. ¶Quo ad tertium,an ſit iuri ipſorum præiudi-
catum ꝑ conceſſionem alteri factam ꝑ Romanum Pont.
de ipſorum iure mentione non facta; & indubitãter dico
ꝙ non ex defectu poteſtatis,tum ex defectu p̃ſumptæ uo-
luntatis. Primum probatur,q̃a etiam princeps obligatur
ex ꝯctu inito cum ſubdito,nec põt contractum illum ſine
iuſtiſſima cã infringere, ut in c.j.de proba.per Io.And.in
c.ſignificaſti,de fo.compe. per Bart.in l.quod ſemel,ff.de
decr.ab ord.fa. probatur etiam in c.j.de feu.ſine culpa
non amit.& c.vno.de ſuc.feu.col.x. & ſic non põt emphy-
teota renuntiare rei emphyteoticariæ,inuito domino,ut
no.gl.in c.j.de uaſa.qui contra cõſti. Lo.feu.alie.in fi.col-
la.x.facit.quod no.Bar.in l.is cum quo,ff.de aqua plu.ar.
ita non debet dominus poſſe emphyteotam ſuo iure pri-
uare, & in alium trãſferre. ſunt.n.contractus à principio
uoluntarij, & ex poſt facto neceſſitatis.l.ſicut, C.de act.
& obl. Secundùm ꝓbatur,quia omnis conceſſio facta per
principem, non facta mentione de iure tertij, non ualet,
ut in l.j.ff.de nata.reſt. & l.ij.§.ſi quis à principe, ff.ne qđ
in loco publ. & c.ſuper eo, de offi.dele. & c.cum noſtris,
de conceſ.præb.cum ſi. ¶ Nec obſtat, ſi dicatur dictos fi-
lios fuiſſe omnibus bonis priuatos,eo ipſo,ꝙ erexerũt ſe
cum aliis ꝯ ſtatum eccleſiæ, ꝑ l.quiſq̃s,C.ad leg.Iul.ma-
ie. quia dico,ꝙ reſtituti fuerunt pleniſſimè per Martinũ
Papam:reſtitutio aũt refertur ad omnia bona in alios nõ
alienata tẽpore reſtitutionis.l.j.C.de ſen.paſ. & ꝑ Bar.in
l.fi.eo.tit.dicta uerò conceſſio facta in tertium non præ-
ceſſit dictam reſtõnem,ſed fuit ſubſecuta;& ſic fuit facta
eo tẽpore, quo iam illi erant reſtituti ad eorum iura per
reſtõnem,q̃ cum ſit in priſtinum ſtatum repoſitio.d.l.ij.&
2.q.3.c.Euphemium.§.notandum, debet intelligi de bo-
nis emphyteoticariis,& omnibus quibuſcunque:quia qui
omnia dicit, nihil excludit 19.diſt.c.ſi Romanorum, & c.
ſolitæ,de maio.& obe. & l.de pretio, ff.de publ. Nõ obſt.
ſecundò, ſi dicatur illos filios iã cecidiſſe ab eorum iure,
cum nunquã ſoluerint penſionem.c.potuit,de loca.& l.ij.
de iu.emph. & ſic nõ erat neceſſe de ipſorum iure facere
mentionem;facit quod no.Bal in d.l.ij.quia dico ꝯria ꝓ-
cedere, qñ iſti habuiſſent poſſeſſionem uigore illius cõ-
ceſſionis emphyteoticariæ: ſed cum dñs Papa per ſe uel
alium nunquã tradidit eis poſſeſſionem, non tenebantur
ſoluere pẽſionẽ,arg.in l.Iulianus.§.offerri,ff.de act.emp.
apertè ſentit Bal.in l ſolẽnibus,C.de rei uend. in fi.excu
ſatur enim,quãdiu tertius facit ſibi q̃nem,nec põt poſſeſ
ſionem cõſequi,arg.in l.quãdiu,C.qui admit.ad bo.poſ.
facit optimè.l.j.ff.de act.emp.& uend. & tenet gl.in c.fin.
5 de noua forma fide.col.x. q̃ dicit, † ꝙ ſi dñs non det feu-
dum promiſſum,non tenetur uaſallus ſeruare iurm fide-
litatis, ad idem.l.quæro.§.inter locatorem, & quod ibi
no.Bar.ff.loca.& potiſſimè hoc ꝓcedit,qñ alius recogno
ſcebat à Papa, per tex.ſingularem in l.forma.§.ſi cũ ipſe,
ff.de

ff.de cenſi. & ꝑ Bal.in d.l.ſolẽnibus. Et ꝑ hoc patet quid
dicendũ ad tertium.¶Venio nunc ad quartũ dubiũ,an ſal
tem obſtet filijs dicti dñi Petri pręſcriptio, cum ferè lap
ſi ſint quinquaginta anni uel ultra,quòd dictum palaciũ,
cum poſſeſſionibus non poſſederũt Credò ꝙ nõ,primò ex
defectu bonefidei. non.n.ualet hodie aliqua pręſcriptio
cum mala fide,pręſertim in terris eccleſiæ,ut in c.uigilan
ti,& c.fi.de præſcri.Inn.in c.ſi duobus,in fi.de appe. Idem
tñ eſt in foro ciuili intèr laicos etiã in terris Imperij: qa,
ubi peccatũ imineret,ſtãdũ eſt iuri canonico,& nõ ciuili,
ut ꝓſertĩ ĩ materia ꝓſcriptionis no.Bar.in l.priuilegia,C.
de ſac.ecc.& gl.in regula, poſſeſſ.de re.iu.li.vj.Et no.in c.
ij.de no.ope.nũt.& d.c.fi.de præſc.mala fides aut ꝓbat̃ in
caſu nr̃o ꝑ famã, q̃ uulgariſſima erat in loco illo, ꝙ dicta
bona erãt cõceſſa dictis dño Petro & filijs;unde iſti poſſeſ
ſorès,qui erant in loco,præſumũtur illud ſciuiſſe, ut in c.
quoſdã,& c.quanto,de præſump.facit qđ no.Bar.in l.j. ff.
ſi cer.pet.& quod per hunc modum probetur malafides
ſufficiens ad pręſumptionem impediendam;apertè tenuit
Bart.in l.Celſus,ff.de uſu c.& no.in c.ſi diligenti, de præ-
ſcrip. Idem eſt,ſi ſubſint aliquæ aliæ coniecturæ, ꝙ poſ-
ſeſſores ſciebant illa bona pertinere ad dictos filios dñi
Petri;puta,quia ipſi habuerunt hoc dicere:uel fuit eis de
nuntiatum à principio l.ſi fundum,C.de rei uend. & not.
in iuribus proximè all.& maximè per Bar.in d. l. Celſus.
Secundò principaliter obſtat præſcriptioni:quia dicta bo
na fuerunt inuaſa tpe ſeditionis factæ in dicta ciuitate,ꝑ
quã dicti filij dñi Petri una cum multis alijs ciuibus fue-
runt de dicta ciuit.Tudertina expulſi;ideò illa bona, tan-
quam uitio affecta,nõ potuerunt præſcribi nec per occu-
patores,nec per illos,in quos illa tranſtulerunt,iuxta id,
quod legitur.& no.in l.uicia,C.de acq.poſſ.& inſti de uſu
ca.§.furtiuæ.¶Tertiò principaliter obſtat dictæ præſcri-
ptioni:quia nemo poſſedit illa bona tanto tempore,ꝙ ſuf
ficiat ad pręſcriptionem tranſiuerunt enim illa bona per
multas manus;nec eſt caſus,in quo unus poterat uti acceſ
ſione temporis alterius iuxta ea,quæ habentur in l.de ac
ceſſionibus,cum ſeq.ff.de diuer.& temp.præſcrip.¶Quar
to,quia quando tanta eſt hoſtilitas ſeu mortalitas in lo-
co,ꝙ ius non redditur in loco,non currit ꝓſcriptio, ut in
c.ex tranſmiſſa,de præſcri.no.Bar.in l.naturaliter,ff.de u
ſuc.ſed filijs do.Petri tanquam expulſis ius non reddeba-
tur in dicta ciuitate Tudertina:uel ſi teneremus quod ꝓ-
ſcriptio curreret,daretur tamen reſtitutio ex clauſula ge
nerali,ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur &c.ff.ex quib.cau.
maior.l.j.& l.ſed & ſi per prætorem,eo.tit.no.Bar.in d.l.
naturaliter.Illud etiam certum eſt, ꝙ qui non ualet præ
ſcribere per ſe ex defectu bonæfidei;nec ſuus hęres poteſt
præſcribere,ut l.cum hæres,ff.de diuer. & temp. præſcri.
Ex his ergo põt dicta præſumptio multis & uarijs conſi-
derationibus infringi.Nunc autem prædictis diſcuſſis re-
ſtat quærere,an filijs dicti domini Petri habentibus con-
ceſsionẽ ualidã fuerit aliquod dñiũ acquiſitũ adeo ꝙ poſ
ſint dicta bona à poſſeſſoribus uendicare? Et primo uĩ ꝙ
nõ quia traditione,& nõ ſolũ tituli interuẽtione acquirit̃
dñiũ,ut l.traditionibus,C.de pact.ante.n.traditionem cõ
petit ſolum actio perſonalis ꝯ cõcedẽtẽ,ut aſſignet poſſeſ
ſionem uacuam l.j.ff.de act.empt.cum.n.poſſeſſores cum
iſtis non ꝯxerint,non poſſunt ab eis conueniri actione ꝑ-
ſonali,nec ẽt reali,cum illa non cõpetat, ex quo dñiũ nõ
fuit tranſlatũ l.in rem actio,ff.de rei uend.& ſine actione
nemo experitur l.ſi pupilli, ff.de neg.geſt. Nec obſt. ꝙ ꝯ-
ctus fuerit initus cũ principe:qa in dubio uĩ princeps uel
le contrahere ſecundum ius commune,ar.in l.digna uox,
C. de leg. & apertè hoc firmauit Bald. in cap. ſecundo
de noua for.fide colla.x.in ij.col.ubi dicit, ꝙ ex contractu
inito cum principe,alio extrinſecus non accendente, non
transfertur dñiũ ſine traditione,& intelligit l.omnes,& l.
bene a zenone,C.de quadr.pręſcr. ꝙ ibi interceſſerat tra
ditio.¶Sed his non obſtantibus, contrarium puto in caſu
noſtro ex duplici capite dicendum. Primò quia filij dicti
domini Petri habuerũt poſſeſſionem,& etiam dominium
utile ex priore conceſsione facta eis in feudũ per uicariũ
Papæ habẽtem ad hoc ſpeciale mandatũ. Per ſolam.n.in
ueſtiturã feudi transfertur dñiũ,& ius ſaltẽ ad rem, ut no
ta Bar.in d.c.ij.de noua.for.fide. Prætereà indubitanter
quæſiuerũt ius in re, & dñiũ utile ꝑ traditionẽ poſſeſſio-
nis eis factã prædicto ti.ut in c.unico,in quibus caſib.feu.
amit.col.x.in fi.per gl.& Bal.in c.uno,de cap.Conra.eadẽ
col.tenet gl.fi.in c.cũ Bertoldus,de re iud.& Inn.in c.ſi di
ligenti,de præſcrip.& c.ad apoſtolicæ,de re iud.l.6. quod
quidem dominium utile non perdiderunt,licet a poſſeſ-
ſione ceciderint:quia dominiũ retinetur ſolo animo, l.ſi
quis ui.§.differentia,de acq.poſ.nam nihil cõe habet pro
prietas cum poſſeſſione.l.naturaliter.§ nihil cõe,ff.e. Vn
de rõne dñij remanentis poteſt is,qui cecidit a poſſeſſio-
ne,ꝯ poſſeſſorem rei uendicatione utili agère,ut l.j.& ij.
ff.ſi age.uect.nec acquirẽdo nouũ titulum,ſ. emphyteoti-
carum, perdiderunt primũ dñiũ habẽtes ex titulo feuda
li;quia cum uterque ꝯctus ad hoc tendat, ut habeatur uti
le dominiũ d.l.j.& ij.ſi age.uectig.ꝑ interuẽtum ſcđi nõ ꝑ
ditur dñium,ſeu poſſeſſio habita ex primo unde poteſt re
tineri dominium habitũ ex primo ꝯctu uigore ſcđi ſine
aliqua traditione fienda ex ſcđo,ut apertè ꝓbatur,inſt.de
rerum diui.§.interdũ,& in l.ſi quis antea,ff.de acq.poſſ.&
qđ ibi no.Bar.in fi.& melius ꝑ eũ in l.ſi ꝓprietarius,ff.de
dã.inf.unde ſi habens pignus agat poſteà perſonali,& fa-
cit ſe poni in poſſeſsionem ex primo decreto per iudicẽ,
non per hoc perdit poſſeſſionẽ, quã prius habebat,ſed ex
preſsè directò conſequitur pignus prætorium ſine aliqua
traditione:quia ſufficit iam facta ex priori cõuentione,li
cet alias pignus prætorium non ſufficiat ad tranſlationẽ
poſſeſsionis,ut in l.nõ eſt in fi.de pig.act. Et hoc ultimum
tenet Bart.in d.l. ſi quis antea.Idem dicimus,qñ uſufru-
ctuarius mittitur ex primo decreto in poſſeſsionem pro
prietatis.non enim requiritur aliqua traditio,ex quo res
detinetur ꝑ uſufructuarium,ut ĩ d.l.ſi ꝓprietarius ita in
propoſito,ex quo dñium utile habebat̃ ꝑ primum ꝯctum
ſeu feudi cõceſsionẽ,nõ fuit opus, ꝙ ex ſcđo ꝯctu emphy-
teoticario interuenerit traditio.ſed põt nunc teneri,& e-
xerceri uigore ſcđi ꝯctus;& hoc eſt ueriſsimum. Scđo ca
pite dñr filij do.Petri habere utile dñium,ẽt ſi nunquam
habuiſſent priorẽ conceſsionẽ feudalem : qa habuerunt
dicta bona in emphyteoſim à Papa ꝑ uiã ſupplicationis
& cuiuſdã priuilegij & gratiæ,ut patet ex tenore conceſ-
ſionis;quo caſu per talem conceſsionem transfertur uti-
le dominium ſine traditione,arg.c.ſi tibi abſenti, de præ-
ben.lib.6.& hoc firmat Bal.in c.ij.de noua for.fid.in x.co.
Idem dicendũ,ſi conceſsio non fuit facta per uiam ſuppli-
cationis,ſed Papa in ipſa conceſsione uſus fuit uerbis ap-
ptis ad tranſlationẽ dñij,ut quia dixit,damus,aſsignamus
& transferimus,uel quid ſimile.nã ſicut põt lex transfer-
re dñium ſine traditione.l.commiſſa,ff.de pub no.in l.tra
ditionibus,C.de pac.ita põt princeps,cum ſit lex anima-
ta in terris,in aut.de conſt. in fi.ix.q.iij.ca.ipſi ſunt;facit,
qđ no.Inn.in c.fi.de accu.& in c.Raynaldus,de teſt.& hãc
theoricam expreſſe firmauit Bald.in d.c.fi.de noua for.fi
de.& optimè faciunt ad prædicta no.per Hoſt.& Io.An.in
c.continebatur,de his quæ fi.a præla. Ex prædictis conclu
do,quòd dicti filij domini Petri poſſunt prædictum pala
tium



tium cum adiacentibus poſſeſſionibus ſibi conceſſis uen-
dicare à quibuſcunq; poſſeſſoribus iniuſtè detinentibus
utili rei uẽdicatione. Et hæc ſufficiãt. NIC. ABB.

## CONSILIVM XCV.

1 *Donatio facta inter coniuges,an confirmetur iuramento.*
2 *Iuramentum in præiudicium futuræ ſucceßionis contra legem ciuilem ualet.*
3 *Donatio excedens quingentos aureos, non inſinuata confirmatur iuramento.*

IEſu Chriſti nomine factũ ſic proponitur.
Quædam domina B. coniuga
ta ſuum ſolẽne condidit teſtamentũ,& inter cæte
ra marito legauit ſub hac forma,uidelicet. Item reliquit
& legauit Franciſco eius uiro præſenti, & recipienti, &
mihi notario tanquã perſonæ publicæ recipienti,& ſtipu-
lanti pro do.Franciſco Florenos centũ;quod legatum di
cta domina B.uoluit habere,& tenere uim donationis in-
generaliter.§.cùm autem,C.de inſti.& ſubſt.cum ſim.Itẽ ſolent ubi plurimum ſuffragia ꝓ mortuis domeſticis citius facere in eccleſiis,in quibus corpora ſepulta ſunt,q̃ alibi;quod uľ iuri conſonum,arg.in d.c.cùm grauia,cùm ibi no.in gl. ergo de illa teſtator ſenſiſſe uľ,arg.in d.reg. inſpicimus, & in l.ſemper,ff.de uerb.ſig. ſed ſi ibi nõ poſſint cõmodè celebrari pro ipſius defuncti anima, debent etiam in aliis eccleſiis celebrari, arg.opti.in c.nos quidẽ, de teſta. & l.legatum,ff.de uſufr.leg. & in auť.de ecc.tit. §.ſi quis autem vnum ſanctorum.col.ix. cùm Deus ubiq; ſit,1 2.q.2.c.ubicũque,cum ſimi. Et hęc de ſecundo. Cõcludo ergo, ꝙ in eccleſia, ubi corpus dicti teſtatoris eſt humatum,dictæ miſſæ celebrandæ ſunt: & ſi ibi non poſſint cõgruè celebrari,iuxta ea,q̃ dixi ſ̃ in præced.dubio, & ea quæ dicam in ſequenti,celebrabunť in aliis eccleſiis.

¶Nunc tertium dubium aggrediendo uľ primò ſufficere, ꝙ ꝑ presbyteros aliàs beneficiatos, & aſtrictos ad celebrãdum in dicta eccleſia ualeant legitimè dictæ miſſæ,teſtatoris uoluntate minimè refragante,celebrari; ita,ꝙ poterunt in numero illarum cõputari per c.non mediocriter,de conſe.diſt.5.ubi dicit S.Hieronymus,ꝙ cùm ꝓ cũctis animabus pſalmus,uel miſſa dľ,nil minus,q̃ ſi ꝓ vnoquoq; ipſorum diceretur,accipitur;qđ uľ ſpeciale in ſacramentis ſm quoſdam, ut ibi no.in gl.ꝑꝑ Spiritumſanctum, qui non datur ad menſuram, ut in c.quẽquam, de cõſe.diſt.4. cum.n.ualor orationis, & aliorum ſuffragiorum plurimum conſidereť ex parte charitatis, arg.1.q.1. c.ipſi ſacerdotes,charitas aũt non minuitur,ſi affectus diſtribuatur in multos, imò potius augetur. (non.n.charitas eſt inuida,nec quærit q̃ ſua ſunt,de pœni.diſt.2.c.charitas,& de pœ.diſt.6.c.j.uerſi.credendum) ergo tm̃ ualet ſi celebretur ꝓ multis,q̃ ſi pro vno tm̃; & per conſequẽs oportet concludere,non eſſe curãdum,an dictæ miſſæ celebrentur per alios beneficiatos,qui ſunt obnoxij ad celebrandum in dicta eccleſia,an per alios nulli obnoxios.

¶Secundò poſſet adduci vna conſideratio vulgaris. nam ſi in vna die concurrant duæ uel tres cauſæ ieiunandi,ſicut contingit hoc anno in menſe Febr. (occurrit.n.eadẽ die ieiunium quadrageſimale, quatuor tẽporum, uigiliæ S.Matthæi) vnico ieiunio pôt omnibus ſatisfieri; ad hoc c.ij.de obſer.ieiu.uo. Io.An.in c. cũ in cunctis,de celebr.miſſ. & facit, qđ ipſe no.in confuſione pœnarum cõcurrentium eodem tpe,& ꝑ gl.in c ij.de magi.¶Tertiò facit præſumpta teſtõris uolũtas, ut miſſæ prædictæ dicanť in eccleſia ſepulturæ,ut dixi in præced.dubio; qđ de facili non poſſet contingere niſi dicerenť per ibidem beneficiatos. nec uľ dicendum,ut clerici ibidẽ beneficiati excludantur ab illa eleemoſyna,cũ teſtator præſumatur ad illos habuiſſe affectionem,ſubmittendo corpus ipſius eccleſiæ,& ꝑ ꝯñs eorum orationi,arg.in d.c.nõ æſtimemus, & c.cùm grauia,præal. ¶Sed profectò contrariam ſniam puto oĩno ſuſtinendam, ut.ſ per illos, qui aliàs ſunt illa die obligati ad celebrãdum, nullo modo dictæ miſſæ debeant celebrari, ſed per illos,qui abſoluti ſunt; ita ꝙ ſpecialiter, & intuitu teſtatoris dũtaxat ſacrificium offerãt. hoc primo probo per uerba dicti teſtatoris in eo, ꝙ mandauit,ꝙ pro anima ipſius dictæ miſſæ celebrarentur. ſed ſi celebrarentur per ſacerdotes aliàs obligatos ad celebrandum,non celebrarentur pro anima ipſius teſtatoris, imò principalr̃ pro anima illorũ, qui dicta beneficia inſtituerũt,cum illa obligatio præceſſerit, arg.in l.q prior, ff.de iud. & l.cum ex pluribus,ff.de ſol. & opti.per Inno. in c.cum iãdudum,de præben.cũ ſimi. Vel ſi poneremus, ꝙ pariter pro utroq; celebraretur, non tamen eſſet uerũ dicere,ꝙ ꝓ anima teſtatoris celebraretur; ad hoc bonus tex.in ſimilibus in c.cum in illis,de præben.lib.6. in fin. ubi dicitur,ꝙ ſi mandetur prouideri de beneficio ſpectãte ad collationem vnius, non pôt impleri mandatum in beneficio, cuius collatio ad eum ſimul cum alio ꝑtinet; ad idem facit tex.in l.ſi fuerit,ff.de reb.dub. ubi dicitur, legatum impediri factum vni ex cognatis,qui primus capitolium aſcenderit,ſi ſimul duo ueniſſe dicãtur: uel fuit factum illi,qui monumentum fecerit,& plures feciſſe dicãtur; & facit quod plenè no.Bar.in l.hoc art.ff.de hære. inſt. Præterea & fortius quis in dubio præſumiť elegiſſe uiam,per quã ſit pinguius prouiſum, arg.in l.iij.ff.de mili.teſt. facit c.ſuper hoc, de renun. & l.cum de indebito, ff.de prob.cum ſimi. ſed certum eſt,ꝙ quatenus ſuffragia conſiderantur ex parte ſatisfactionis, magis proſunt, qñ fiunt pro vno,q̃ ꝓ pluribus:quia quatenus ſuffragium eſt ſatisfactorium,habet efficaciam finitam; ergo minus ꝓdeſt,cum in plures diſtribuitur, arg.in c.cum M.de conſti. & c.j.de inſti.cum ſimi. Et hanc partem tenuit B.Th. ſuper 4.ſenten.diſt.45.q.4.art.1.& 2. & firmat Io.And.& Cald.poſt eum,& cõmuniter ibi alij doc.ſeq.in c.fraternitatem, de ſepu. & uidetur de mente Archi.in d.c.non
6 mediocriter. ubi firmat, † ꝙ miſſa magis prodeſt vni,qñ fit pro eo ſpecialiter,ſeu ipſius intuitu dũtaxat,q̃ quando pro omnibus, uel pluribus ſimul. ergo dictus teſtator uidetur uoluiſſe,ut ſpecialiter ꝓ eo dicerentur dictæ miſſæ,& non ſimul ꝓ aliis,præſertim cum uerba ſua ſatis clarè hoc innuant,cum uoluerit,ut pro aĩa ſua celebrarenť; ergo ꝓ ipſius anima,& ipſius intuitu dũtaxat; ad hoc bonus tex.in c.cùm Apoſtolica, iuncta gl.pœnul.de conceſſ. præb. Et hæc cõſideratio uľ oĩnò hanc partẽ concludere. ubi.n.uerba & res clara ſunt,non eſt opus interpretatione.l.ille aut ille, ff.de leg.iij. & c.ſi.de uer.ſig. & d.l.non aliter,de leg.iij. Item & tertiò beneficiati ſunt aſtricti ad dicendum miſſam de die ſm contingentiam: ſed teſtator uoluit,ut celebrarẽtur miſſæ defunctorum ꝓ.anima ſua. ergo per illos nõ poteſt uoluntati teſtatoris ſatisfieri, ut colligitur ex his,quæ plenè dixi in primo dubio. Quartò facit tex.in l.reipublicæ cauſa, ff.ex quib.cau.ma. ubi dľ, illos ſolos dici abeſſe reipublicæ cauſa,qui non ſui cõmodi cauſa abſunt,ſed coacti abſunt; ad idem.l.ſi cui,eo.ti. ſed cùm dicti beneficiati aliàs teneantur celebrare rõne beneficiorum ex cõmoditate, quam percipiunt; ergo nõ dicerentur celebrare pro anima teſtatoris, ex quo coacti celebrant ex commoditate beneficiorum, quam habent.

¶Quintò & ult.faciunt multa iura, quæ innuunt, quem non uideri ex certa cã aliquid facere,qñ illud tenebatur ex alia cã facere,ut ꝓbatur in l.ſed & ſi.§.j.ff.ad exhib.& ff.de peti.hære.l.ſed & ſi.§.quod ait, & ff.de rei uend.l.ſi res,& facit. quod no.gl.in c.cum ab omni, de uita & hon. cle. & in c.ſtatutum. §.inſuper, de reſcr.lib.6. ergo non poſſent iſti beneficiati dicere,ꝙ celebrarent ꝓ aĩa defuncti,ex quo aliàs ad hoc tenebantur rõne beneficiorum facere. Ad contraria ſ̃ formata pôt faciliter reſponderi. Et primò ad c.non mediocriter, dico,ꝙ illud c.multiplr̃ intelligitur,ut ibi no.in gl. & ꝑ Arch. & placet mihi illa ſol.ut illa uerba referanť ad ipſos ſacerdotes, ut tm̃ ualeat eis celebrare ꝓ vno, ſicut ꝓ centum; uel intelligiť, qñ ſacerdos miſſam dicit pro ſingulis, & cum triſtitia, & anxietate. nam non minus ualet vna miſſa cum hilaritate cum bona deuotione dicta ꝓ centum, q̃ ſi ꝓ quolibet diceretur cum anxietate. Et iſtæ ſol. multum conueniunt menti illius.c.& uerbis ibi præced. Vel tertiò & ultra gl. poteſt intelligi,quatenus conſideratur ſuffragium reſpectu charitatis:ſecus aũt,quando eſt ſatisfactoriũ,ut uoluerunt B.Tho.in loco præalleg. & doct.noſtri communiter in d.c.



fraternitatem. ¶Ad ſecundum motiuum, ꝙ unico ieiunio poteſt ſatisfieri pluribus cauſis ieiunandi,rñdeo, ꝙ procedit,qñ quælibet illarum cauſarum concernit certum diem. iõ oportet, ꝙ ſatisfiat eo die, meliori modo, quo poteſt.Sed in caſu noſtro ceſſat hæc ratio,cũ per plures ſacerdotes poſſit ſatisfieri eodẽ die uolũtati teſtatoris.¶Ad tertiũ & ult dico,ꝙ licet teſtator præſumatur diligere clericos illius eccleſiæ ſepulturæ:tñ præſumiť magis diligere aĩam ſuã,arg.in c.licet,ĩ ſi.de reg.& de pœni. diſt.4.hæc quæ de charitate. Nullam.n.commutationem hõ facere debet pro anima ſua,ut in c.Matthæus,de ſponſa.ergo præſumendũ, ꝙ ſenſerit de eo modo, per quem pinguius, & citius poſſit conſuli aĩæ ſuæ. & eodem modo dico reſpectu eccleſiæ,ꝙ cæteris paribus,fateor,ꝙ vř ſenſiſſe de illa eccleſia. Sed in dicta eccleſia ex ſacerdotũ aptorũ penuria non pôt ſibi ita bñ conſuli.uideť uoluiſſe, ut ubicũq; dicerẽtur:quia loca nõ ſanctificant, ſed merita.60.diſt.c.non loca,& c.multi; & ob hoc fortè teſtator minimè reſtrinxit ſe ad certã eccleſiã.ſed locutus fuit generaliter.& oẽs eccleſiæ ſunt membra unius eccleſię uniuerſalis,cuius Chriſtus Ieſus ſponſus eſt,ut in c.firmiter. §.una,de ſum.tri.& c.Nouatianus epiſcopus.7.q.1.& c.loquitur,& c.pudẽda.24.q.1.Et hæc ſufficiãt. NIC. ABB.

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

ILLVD *in dubium reuocatur,an eximius artium, & medicinæ doctor, magiſter Ioannes de Salmoneta potuerit allibrari, ſeu in æſtimo poni in ciuitate.Senen.in qua aliqua bona poſſidet, & uxorem duxit,& ultra decennium moram traxit, præſertim reſpectu exercitij perſonalis, ſeu eorum,quæ lucratur cauſa diſciplinæ,ſeu intuitu & induſtria perſonæ.*

## CONSILIVM C.

1 *Collectæ imponi non poſſunt forenſibus habitantibus in loco, quem nondum conſtituerunt.*

SAluatoris Ieſu Chriſti inuocato præſidio, Videtur primò dicendum, ꝙ ſic, quãquam.n.ciuis huius præclaræ ciuitatis Senarum non ſit per id, quod leg.& no.in l.ciues, C.de incolis,lib.x.eſt tñ huius ciuitatis incola.domiciliũ nãq; incolam facit.d.l.ciues. Quòd autem domicilium cõſtituerit in dicta ciuitate,euidenter probatur ex eo: quia per decennium,& ultra ibidem habitauit,ex tanta.n.mora,etiã ſtudentes domicilium ſortiri cenſentur, ut probatur in l.ij.in prin.C.eo. Et hoc tenendum in caſu dubio firmauit Bar.in l.lex Cornelia.§.ſi domum, ff.de iniu. & Ioan. An.poſt Aegid.in procemio Greg.& c.qđ clericis, de fo. compe. Incollis autem poſſunt munera,ſeu collectæ,quæ imponuntur perſonis pro rebus iniungi,ſicut ciuibus, ut probatur in l.incola,ff.ad municipi.& l.reſcripto, in ſi.ff. de mu.& ho.quinimò dixit gl.no.in d.l.incola, ꝙ poſt impoſitionẽ collectæ non pôt incola mutare incolatũ inde recedẽdo in præiudiciũ muneris iniuncti,cum iã ꝑuentus ſit,arg.in l.ſi quis poſtea,ff.de iudi.& l penul.ff.de iuriſd. omnium iud.& c propoſuiſti, de fo.comp.& præſertim uidetur probare aĩum domicilium in dicta ciuitate conſtituendi, acquiſitio bonorum immobilium, & traductio uxoris in dicta ciuitate;facit.l.ciues §.j.¶Sed his non obſtantibus contrarium arbitror de iure procedere in caſu
1 noſtro. Primo nãq; certum eſt,† ꝙ forenſibus habitãtibus in loco,qui nondum conſtituerunt ibi domiciliũ,non poſſunt munera perſonalia imponi,nec collectæ,quæ imponuntur perſonis pro rebus etiam ibi exiſtentibus. iſta.n. imponi non poſſunt,niſi ſubditis;tex.eſt apertus in d.l.reſcripto, ff.de mu.& ho.& ibi apertius hoc firmat Bar.dicens,ꝙ ob iſtam cãm,quia clerici non ſunt laicis ſubiecti nõ poſſunt eis tales collectæ imponi.& idẽ firmauit.l.placet,C.de ſacroſ.eccl.& l.unica,C.de mulic.& in quo loc. mu.lib.x.Bal.in d.l.placet,& facit quod ipſe no.in auť.itẽ nulla cõitas,C.de epiſ.& cle.& Can.ĩ c.ſi.de ui.& ho.cle. & cle.pñti,de cẽſi.& in c.j.de immu.eccle.lib.6.Solum ergo reſtat examinare, an dictus magiſter Ioã.conſtituerit domicilium in loco ratione prædictorũ,ut ſic dicatur incola. Et primò dico,ꝙ licet in dubio qs per morã.x.ann. dicať conſtituere domicilium in loco habitationis,ut in d.l.ij.illud tñ procedit, niſi aliæ coniecturæ militent in contrarium,quæ declarent, ꝙ alia ex cã ibidem toto tẽpore habitauerit,quibus concurrentibus, ẽt ſi per centũ annos in loco habitauerit, non dicitur per hoc domicilium ibi conſtituere, ut leg.& no.in l.quæſitũ, in prin.de leg.2.domiciliũ.n.conſtituitur ex aĩo,ut in l.ſi quis inſtructus,ff.ad municip. ut puta conſtituit ibi larẽ animo inde non diſcedendi,ut d.l.ciues. animus aũt ex cõiecturis ꝓbať, ut in l.licet imperator,ff.de leg.j.& in cle.exiui, de uer.ſig.& c.ij.de renũ.lib.6.& l.dolũ, C.de dolo, cũ ſi. In caſu aũt noſtro occurrũt plurimæ cõiecturæ, ac ẽt probationes euidentiſſimæ, ꝙ dictus magiſter Ioannes non habuit aĩum conſtituendi Senis domiciliũ. Primò quia ad hanc ciuitatẽ Senarũ uenit tanquã forenſis, cõductus ad legendũ medicinã,quemadmodũ alij forẽſes, & finita prima cõducta fuit recõductus iterũ, & ſæpenumero ſucceſſiuè tanquã forẽſis,ut forẽſis in quantitate ſalarij tractatus iugiter,& ſp in ſua recõductione habuit dixiſſe,ꝙ niſi cũ cõpetẽti ſalario recõduceref, intendebat inde recedere, ſicut faciunt alij forenſes.Ex his.n.ſatis aĩus declarať ipſius magiſtri Ioãnis, ꝙ non intendebat ex illa mora hic conſtituere domiciliũ, arg.opti.in l.Neſennius,ff.de neg. geſt.quinimò uoluit do. Ant.de But.in proœ.Gre.præal. ꝙ in ſtudente ſufficit ſola cõiectura ſtudij ad declarandũ aĩum,ꝙ nõ ſteterit tãto tpe cã ibidẽ conſtituẽdi domiciliũ. De quo tñ dicto poſſet dubitari ꝑ d.l.ij.C.de incolis, q̃ loquiť in ſtudẽte.ſed in caſu nřo,in quo ꝑdictæ cõiecturæ,& probationes animi cõcurrũt,no puto aliqualr̃ heſitandum. Præterea nunq̃ in tpe habitationis ſubiit aliqua onera tanq̃ ciuis, uel incola, quod huic nřæ cõcluſioni ꝑſtat adminiculũ maximũ arg in l.j.ad muni. acquſitio autẽ ſeu emptio bonorũ immobiliũ per dictũ magiſtrũ Ioã. facta in dicta ciuitate Senarũ non ſufficit, ut ad munera ꝑſonalia teneanť, ut eſt tex.apertus in l.libertus.§.ſola domus,ff.ad munici.& ibi firmat Bar.ꝙ ẽt collectæ nõ poſſint imponi poſſeſſoribus forenſibus ꝑ ea,quę ſ̃ dixi. Nec ẽt ob.ꝙ in hac ciuitate duxit uxorẽ. nã traductio uxoris nõ inducit ciuilitatẽ in loco,nec incolatũ,ut ĩ d.l.ciues: quinimò dico,ꝙ ipſa uxor efficiť incola, ſeu ciuis originis mariti,& ibidẽ,& nõ in loco ſcdæ originis debẽt onera patriæ ſubire, ut eſt tex.in l.ſi.§.idẽ reſcripſerũt, ff.ad muni.& ibi ꝑ Bar.& ꝑ gl.in l ciues, & l.origine, C.de mune.& hono.lib.x.Vxor aũt mutat forũ, ſaltẽ quo ad onera;& non uir: quia uxor tenetur ſequi maritum, & non è conuerſo, ut in c.unaquæq; mulier.13.q.2.leg. & no.in c.j.de cõiu.lepro.cũ ſimi. Et hæc ſufficiãt. NIC. ABB.

### CASVS CONSILII SEQVENTIS.

FACTVM, *ſuper quo conſilium petitur,in terminis infraſcriptis proponitur,uidelicet eps Spirenſis ad ipſius poſtulationẽ, & inſtantiam tranſlatus extitit per Martinum Papam V. ad*

*ſedem Treuerenſem archiepiſcopalem, eo prius, ut moris, & iu-
ris eſt, abſoluto à uinculo Spirenſis eccleſiæ, cui erat obnoxius,
& de eccleſia ut uacante per tranſlationem præfatam proui-
ſum fuit per eundem Martinum viro illuſtri domino Adolpho de
Alamania, nunc in decretis licentiato. deniq; poſt dictas proui-
ſiones dictus trãſlatus ad eius poſtulationem obtinuit per eundẽ
Romanum Pont. pallio archiepiſcopi decorati. poſtremò cõtingit
dictum tranſlatum nequiuiſſe dicti archiepiſcopatus corporalem
poſſeſsionem nãciſci ob cuiuſdam reſiſtentiam, qui ſe de facto ar
chiepiſcopatui intruſit. propter quod dictam eccleſiam Spirẽſem
nititur ut prius obtinere, contradicente ipſo do. Adolpho, & di-
cente dictam Spirenſem eccleſiam ſibi de iure tanquam de ea le-
gitimè prouiſum relaxandam. Quæritur quid iuris?*

## CONSILIVM CI.

1 *Epiſcopus ſi aliquis fuerit ordinatus, & nõ recipitur ab eccleſia,
ad quam ordinatus fuit, non debet eiici à priori dignitate.*
2 *Papa ſi aliquem epm tranſtulit in ſedem Archiepiſcopalem, eo
prius à uinculo prioris eccleſiæ abſoluto, epiſcopatus nõ uacat
ilicò per illam abſolutionem & trãſlationem, ſed incipit uaca-
re poſt, quàm epiſcopus tranſlatus præſtitit conſenſum.*
3 *Beneficia electi, & confirmati in epiſcopum non uacant, niſi poſt
plenam tranſlationem, quæ cauſatur per conſecrationem, &
corporalem poſſeſsionem.*
4 *Actus ſpirituales non recipiunt conditionem.*
5 *Princeps agendo actum ſcienter contra legem uidetur circa il-
lam diſpenſare.*
6 *Papa poteſt ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione vni duos
epiſcopatus conferre.*
7 *Epiſcopus non poteſt alium epiſcopatum acquirere de iure cõi.*

SAluatoris Ieſu Chriſti, eiusq; glorio-
ſiſſimæ matris
præſidio ex corde humiliter inuocato, Videtur
primò dictum trãſlatum minimè de iure arctandum fore
ad relaxationem Spirẽſis eccleſiæ, niſi prius corporalem
poſſeſſionem eccleſię Treuerenſis pacificè obtineat, uel ꝑ
eum ſtet, quominus ipſam poſſeſſionem nanciſcatur. Ec-
cleſia.n.prima uacat per trãſlationem ad ſecũdam, ut in
c.ij.de trãſla.præla. & c.bonæ.ij.de poſtu.præl. & 21.q.2.
c.ſi quis iam trãſlatus. ſed non dr̃ quis propriè trãſlatus,
niſi primò habuerit poſſeſſionem ſecundæ ecclĩæ, ut dicit
gl.no.in d.c.ſi quis iam trãſlatus, facit opti.c.cum in cun-
ctis.§.cũ uerò, de elec. ergo nõ debet iſte uerbo trãſlatus
conſtringi ad priorem ecclĩam dimittendam, niſi primò
nanciſcatur corporalẽ poſſeſſionẽ ſecundæ. Secundò prin
cipalr̃ ur̃ probari ꝑ tex.no. maximè iũcta gl.ſi quis 13.di
1 ſtin.ubi dr̃, † ꝙ ſi quis fuit Eṗs ordinatus, & non recipit
ab eccleſia, ad quam ordinatus extitit, non debet eiici à
priori dignitate, etiam ſi interim fuit alteri collata ſm
gl.ibi no.quæ addit ad illum tex.hoc ultimum, ar.d.c.cũ
in cunctis. & 7.q.1.c.eos, & C.de repu.hære.l.ult. Et pon
derandum, qđ tex.ibi loquit̃. etiam ſi primum beneficiũ
foret dignitas. igitur idem dicendum in caſu noſtro. ui-
detur ergo ibi caſus iuncta glo. de qõne noſtra. ¶Tertiò
opti.facit in arg.c.ſi beneficia, de præben.lib.6.ubi habe-
tur.ꝙ ſi quis dimiſit beneficium ſuum propter aliud ſibi
collatum, quod poſteà reperitur alteri debitum, põt re-
peti, dũmodò ſm alteri debitum ſine difficultate dimit-
tat. ecce ergo, ꝙ beneficium alteri legitimè collatum po
teſt repeti, ex quo ſm non poteſt legitimè retineri. Idem
ergo dicamus in caſu noſtro, ut non obſtante prouiſione
do.Adolpho facta poſſit tranſlatus retinere priorem ec-
cleſiam, ſ.Spirenſem, ex quo non poteſt ſecundæ eccleſiæ
poſſeſſionem apprehendere. uidetur.n.tranſlatus, & abſo
lutus à uinculo prioris eccleſiæ ſub quadam tacita condi
tione, ſ.ſi poſſeſſionem ſecundæ eccleſiæ potuerit adipi-
ſci, arg.d.c.ſi beneficia. cum.n.hæc tranſlatio fuerit in fa-
uorem dicti trãſlati facta, non debet in eius læſionem, &
diminutionem honoris redundare, arg.in reg.qđ ob gra-
tiam, de reg.iu.lib.6. & l.qđ fauore, C.de legi.facit qđ in
ſimili no.Ioã.mona.in c.generali, de elec.lib.6. cuius di-
ctum retulit Io.An.nec illud reprobauit in d.re. quod ob
2 gratiam, in Merc.dixit.n.† ꝙ ſi Papa aliquem epm trãſtu
lit in ſedem Archiepiſc. eo prius à uinculo prioris ecclĩę
abſoluto, ꝙ epatus non uacat ilicò ꝑ illam abſolonem, &
trãſlationem, ſed incipit uacare poſt, q̃ eṗs trãſlatus pſti-
tit conſenſum: qa ur̃ ſub tacita condõne abſolutus, ſ.ſi cõ-
ſenſum pſtiterit, & reddit rõnem: qa cum hæc tranſlatio
fiat in illius fauorem, non debet in illius læſionem redũ
dare. idẽ conſuluerunt d.Fr.Zab.Card.Flor.& multi alij
doct.in caſu epi Florẽ.quem Papa, eo abſoluto à uinculo
epatus, ꝓmouit abſentem in Card. concluſerunt.n.epatũ
non uacare, niſi à tẽpore, quo dictus eṗs præſtitit conſen
ſum, & ob hoc ille eṗs ante conſenſum præſtitum admini
ſtrauit in epatu ferè per annum. Idem dicendum in caſu
noſtro, ut dicta trãſlatio, & abſolutio uideant̃ factæ ſub
tacita condõne, ſ.ſi poſſeſsionem ſecundæ eccleſiæ potue
rit adipiſci, cum tunc dicat̃ ꝓpriè trãſlatus, ut no.in d.c.ſi
quis iam trãſlatus: aliàs cederet trãſlatio in ipſius læſio-
nem; quod non eſt dicendum. ¶Quartò faciunt ad hanc
partem multa iura, q̃ per adeptionem ſecũdi beneficij in-
compaſsibilis inducunt uacationem primi, nõ à tempore
prouiſionis ſecundi, ſed poſt habitam pacificam, & corpo
ralem poſſeſsionem ipſius, ut in c.licet eṗs, de pręb.lib.6.
& cle.ſi plures, eo.ti. & c.cõmiſſa, de ele.lib.6. & d.c.ſi qs
iam trãſlatus, iuncta gl.cum ſimi.& ur̃ de caſu noſtro tex.
quaſi expreſſus in c.cum in cunctis, præal.in §.cum uerò.
3 ubi patet, † ꝙ beneficia electi, & confirmati in epm non
uacant niſi poſt plenam trãſlationem ad epatum, q̃ cau-
ſatur ꝑ cõſecrationem, & corporalem poſſeſsionẽ, ut ibi.
ecce ergo ꝙ beneficia incõpaſsibilia cum epatu non ua-
cant ꝑ ſolam ꝓuiſionem de epatu: ſed oportet ꝙ prius ha
beatur corporalis poſſeſsio ipſius epatus. ergo idem di-
cendum in caſu noſtro, quãquam.n.duo epatus ſint in ea-
dem perſona de iure cõi incõpaſsibiles.21.q.2.c.ſicut in
vnaquaque, & 7.q.1.c.ſicut. tñ non debet in effectu indu
ci uacatio primi, niſi poſt habitam poſſeſsionem ſecundi.
& ꝙ ille tex.ꝓcedat in duobus epatibus, ur̃ tacitè uelle
gl.in c.relatio.21.q.1. quæ in duobus epatibus alleg.illũ
tex. nec ob.ſi dicatur ꝙ ex hoc contingeret iſtum tranſ-
latum habere duos epatus eodem tẽpore: quia non uidet̃
abſurdum, ꝙ primum habeat habitu & actu, & ſecundum
habeat reſpectu tituli, ex quo non põt ipſius corporalem
poſſeſsionem habere, ut probat̃ in c.paſtoralis.7.q.1. ubi
eſt tex ad hoc notabilis. ¶Sed prædictis non obſtantibus,
quæ caſui noſtro minimè obſtãt, contrarium arbitror de
iure procedere. puto n.illam eccleſiam Spirenſem ſimpli
citer uacaſſe per abſolonem, & tranſlationẽ prius factas,
& de ea fuiſſe dicto do.Adolpho legitimè prouiſum, & ꝑ
conſequens dictum trãſlatum fore iuris remediis cõpel-
lendum ad eccleſiam Spirenſem liberè relaxandum ꝑ d.
Adolphum gubernandam, & diſponẽdam, uti per uerum
ipſius eccleſiæ paſtorem. Moueor primò in hanc ſenten-
tiam principalr̃ per illam iuris regulam, quicunque vult
conſequens, ur̃ uelle antecedens, ut in c.cum M. de conſt.
& l.illud, ff. de acq.hær.c.ex parte, de ſponſa.c.prudentia.
c.præterea, de offi.deleg. & l.ad legatum, & l.ad rem mo-
bilem, ff.de procu. ſed olim eṗs Spirẽſis inſtitit apud do-
minum



minum Papam, ut ſibi prouideretur de archiepatu Tre-
ueñ.ergo uidetur uoluiſſe, & conſenſiſſe, ut ante omnia
abſolueretur à uinculo, quo eccleſiæ Spirenſi tenebatur,
non.n.poterat de iure ẽt uerbo transferri ad aliã ſedẽ, ni
ſi prius abſolueretur à priori; & ita etiam eſt de more Ro
manæ curiæ ab antiquo ſeruato, ut ꝓbat̃ in d.c.ij.de trãſ-
la.præla.& c.bonæ.ij.de poſt.pla.Io.mona.in d.c.genera-
li, & Ioan.An.in d.reg.quod ob gratiã, in prin.qõ.cũ ergo
fuerit ſuo cõſenſu ab illa priori eccleſia abſolutus, & ſic ꝑ
cõſequens uacauerit.vij.q.j.ſicut, el.j.& in.§.ecce, non põt
per caſum de facto ſuꝑuenientẽ, ipſam priorẽ eccleſiã re
tinere, pſertim poſt ꝓuiſionẽ alteri factã: qa renũtiãtibus
iura ſua expſsè, uel tacitè nõ datur ad illa ĩgreſſus, nec eſt
locus pœnitentiæ, ut in c.quã periculoſum.vij.q.j. & c.ex
tranſmiſſa, de renun. & c.ex ore, de priuile. & actio ſemel
extincta nõ reuiuiſcit, de cõſe.diſt.iiij.c. q̃ris, & l.q res.§.
areã, ff.de ſolu. Nec põt dictus trãſlatus allegare, ꝙ huic
actui cõſenſerit ſub tacita cõditione ſecundæ eccleſiæ adi
4 piſcendæ: tũ † quia iſti actus ſpirituales nõ recipiunt condi
tionẽ; ut in c.ij.de elec.lib.vj.& in reg. actus legitimi, de
reg.iur.lib.vj.& qui renunciat bñficio, debet pure & oĩno
renuntiare, ut in. c.ex parte.ij.iuncta gloſ. de offi. dele.tũ
quia nullam conditionẽ expreſſit, dum ꝑ ſe, ſeu per aliũ 5
inſtitit apud Papã Martinũ, ut de archiepiſcopatu ſibi ꝓ-
uideretur. ergo nulla cõditio debet ſubintelligi, ut in.c.
unico, in fi.32.q.8. Præſertim in materia nr̃a, quæ de ſui
natura debet eſſe pura, & ſimplex, nec conditio mente re
tenta releuat, ut in l.ſi repetendi cãm, C.de cõdi. ob cau.
Præterea nullũ iuris refugiũ põt dictus tranſlatus in hoc
reperire, cum pallium archiepale obtinuerit, quod non
ſolet per eccleſiam Romanam tradi, niſi fortiter, & ſæpe
poſtulanti, ut in c.Priſca.c.diſt.no.in c.ſignificaſti, de ele.
ergo conſenſit abſolutioni prius de eo factę quo ad eccle
ſiam Spirenſem, præſertim cum pallium poſtulauerit poſt
prouiſionem factã de eccleſia Spirenſi dño Adolpho. tñ
per hunc actum archiepo conuenientẽ uidetur apertiſſi
mè conſenſiſſe non ſolùm abſolutioni prius factæ, ſed ẽt
ꝓuiſioni dñi Adolphi, argu.opti.in d.c ex ore, de his quę
fi.à maio.par.capi. & c.ſolicitudinẽ, de appel.& l.ubi re-
pugnantia, ff.de reg.iur. & c.cum M.de conſti.uacauit er-
go dicta Spirenſis eccleſia per illam tranſlationem modo
prędicto factam purè & abſolutè. Et hanc partem apertè
ſenſit Io.Mona.ſi bene ponderetur in d.c.generali, & Ioã.
And poſt eum in d.reg.ꝙ ob gratiam, dum dicunt, ꝙ ſi pa
pa transfert abſentem, ẽt fauore perſonæ, non uacat pri-
mus epiſcopatus, niſi à tempore conſenſus præſtiti ꝑ trãſ-
latum. in caſu autem noſtro dictus translatus pluries con
ſenſit, ut patet ex pdictis. Idem uidetur ſenſiſſe Egid. Cre
mon.in ſua diſpu. ut refert Io.An.in d.reg. quod ob gra-
tiam, qui plus dixit, uidelicet ꝙ primus epatus uacabat
ilicò poſt tranſlationem per papam factam, non expecta-
to tranſlati conſenſu: quia illius conſenſus dependet à pa-
pæ uoluntate, facit.vij.q.j.c.ſcias, & Io.An.uidet̃ ibi aper
tè approbare uacationem ſaltem eo caſu, quo epiſcopus
fuit poſtulatus per capitulũ in archiepiſcopum.& ipſe li-
cet non conſenſerit.tñ non contradixit, ſed uoluntati dñi
Papæ ſe ſubmiſit. ſecuta enim tranſlatione ꝑ papam de
abſente, firmat Io.An.ꝙ ilicò uacauit epiſcopatus, cũ non
fuerit facta omnino ſine ſuo conſenſu multo ergo magis
debuit ilicò uacare epiſcopatus Spirenſis in caſu noſtro
per illam tranſlationem uerbotenus factam, cum dictus
epiſcopus Spirenſis apertè illi conſenſerit à principio, &
pallium petendo, & fortiter inſtãdo pro ſua ꝓuiſione. er
go per prædicta apertiſſimè uidetur iſte caſus deciſus in
fauorẽ domini Adolphi prouiſi. ¶Nec obſt.ſi dicatur, ꝙ
dictus tranſlatus remanet ſine epiſcopatu: tùm quia impu
tandum eſt ſibi, quaſi hoc quæſiuerit. potuit.n.ab initio
cogitare, ꝙ iſtud impedimentum euenire poterat, arg.bo
num in l.ſi quis domũ, ff.loca.præſertim cum à patre in-
truſi diceretur palàm Romæ, ꝙ aliùs præter illum intru
ſum nõ eſſet potens ad poſſeſſionem archiepiſcopatus ha
bendã: tùm qa non oĩno dr̃ ſine archiepiſcopatu; quia qui
actionẽ ad rem conſequendã hẽt, ipſam rem habere uide
tur.l.qui actionem, de regu.iur. agat ergo iuris remedijs
ad poſſeſſionem nanciſcendam, & relaxet epiſcopatũ, quẽ
ſine aliquo titulo poſſidet, ut ex prædictis clarè conſtat.
Item cum dictus papa ex certa ſcientia de epiſcopatu Spi
renſi tãquã uacanti prouidiſſet dicto domino Adolpho,
non erat locus diſpoſitioni.c.cum in cunctis.§.cum uerò,
præal.præſuppoſito ſine ueritatis pĩudicio, ꝙ illud.c.ha-
beret locũ in pluribus epiſcopatibus. Videt̃.n. Papa nõ ex
pectando, ꝙ ſecundi epiſcopatus haberetur prius poſſeſ-
ſio, diſpenſare uoluiſſe ꝑ ꝯrium actum contra illius iuris
diſpoſitionem, ut in l.idem Vlpianus, ff.de execu. tut. &
quod no.Bar.in l.quidã conſulebant, ff.de re iud.& Inno.
in c.ueniens, de filijs presby.& Hoſt.in c.diuerſis fallacijs
de cle.coniu.& Bal.in repe.l.Barbarius, ff.de offi.præſi.in
5 quibus iuribus cõmuniter legitur, & no.ꝙ † princeps agen
do actũ ſcienter contra legẽ, uidetur circa illam diſpẽſa
re. conſtabat aũt in caſu nr̃o de certa ſciẽtia papę, ꝙ prius
ipſe epm Spirenſem abſoluit à uinculo ipſius eccleſiæ: &
de illa eccleſia facto eius uacante prouidit domino Adol
pho, unde in facto proprio non poteſt, præſertim in prin
cipe, niſi ex certa ſcientia præſumi, ut in cle.unica, de pro
ba.cum ibi no.facit quod no.glo.in cle.j.de iudi.& in cle.
paſtoralis.§.pręterea, de offi.dele.& per Inn.in c.ſtatutũ,
quod olim incipiebat, præſertim, de reſcrip. lib.vj. papa
autem potuit per illum abſolutionis actum puram indice
re eccleſiæ uacationem per id quod glo.ſing.no. in c. per
principalem.ix.q.iij. Videtur autem uoluiſſe, ex quo poſt
illum actum proceſſit ad prouidendum de illa tanquã ua
cãte dicto domino Adulpho, arg.in l.Labeo, ff.de ſuppel.
lega.& c.dilecti, de appel.& ix.q.iij.æſtimat. ſciebat.n. pa
pa, ꝙ de eccleſia pure nõ uacante, maximè epiſcopatu, nõ
debet fieri alteri ꝓuiſio, cũ immineret ibi adulteriũ ſpi-
rituale.vij.q.j.c.ſicut.xxi.q.ij.c.ſicut in una, & huic cõclu-
ſioni clarè aſſiſtit. Ioan. An in c.ex ore, de his, q̃ fi.à maio.
par.ca.ſuꝑ uerſi.confirmat̃, in ult.ſolu. cũ dicit, ꝙ ibi fuit
collata præpoſitura electi in epm, & cõfirmati ante cõſe-
crationem ex certa ſcientia papæ. ideo ualuit collatio, nõ
obſtante ꝙ tẽpus cõſecrationi pfixũ lapſum non eſſet, qa
uidetur ſuꝑ illud ius diſpenſaſſe, argu.c.propoſuit, de cõ-
ceſ.præben.quod eſt no. Ita dicendũ in ſimili, præſuppoſi
to ſine ueritatis pĩudicio, ꝙ primus epiſcopatus pure non
uacaſſet ante adeptam poſſeſſionem ſecundi, tamen, ex
quo papa ſcienter de primo epatu prius prouidit alteri,
tenet prouiſio, nec debet ex facto ſuꝑueniente ipſius effe
ctus impediri, cũ iam matrimoniũ ſit initiatum & confir-
matum inter eccleſiam Spirenſem, & dictum Adolphũ,
de tranſl.præla.c.ij.in fin.& c.cũ inter, de elec.cum ſimi.
¶Vlri.ꝓ domino Adolpho faciunt oẽs iuris regulæ, cer-
tũ eſt.n.ꝙ ex quo papa ſciẽter abſoluit epm Spirenſem à
uinculo, quo ipſi eccleſiæ erat aſtrictus, fuit ipſa eccleſia
Spirẽſis ſoluta prorſus à lege ipſius epi, quare meritò po
tuit cuicũq; libere nubere.vij.q.j.c.in apibus.§.ecce. & c.
ſicut, & de ſecũ.nup.c.pe.& ulti. ergo prorſus ſine titulo
tenet nunc dictã eccleſiã Spirẽſem occupatã. Et ſi dicere-
mus ꝯrium, ſequeret̃ abſurdũ, ꝙ idẽ eſſet archieṗs, & eṗs
diuerſarũ eccleſiarum, & ſic læderet ſpirituale matrimo-
niũ, quod inter epiſcopũ & eccleſiã cõtrahitur, in cuius ſi-

 gnum

gnum defert annulũ, ut no.in c.clerici,de uit.& ho.cle.&
7.q.1.c.ſicut, & c.2.de trãſla.præla. Nec ob.c.paſtoralis,
ea.cauſa,& q.in contrarium allegatum.ibi.n.Papa ex cer
ta ſcientia contulit ep̃atum expulſo à propria ſede nulli
6 alij debitum.†poteſt.n.Papa ex certa ſcientia, & cum cau
ſæ cognitione uni duos epiſcopatus cõferre,ut eſt tex.no.
in c.relatio,præall.21.q.1.Sed in caſu noſtro Papa nõ cõ
tulit iſti trãſlato de nouo in Spirenſem eccleſiã. imò illũ
abſoluit ꝑ prius à iure illius eccleſiæ, præterea eccleſia
Spirenſis fuit alteri collata,ſ.dño Adolpho.unde cùm al
teri ſit deſponſata, nõ debet per iſtum tranſlatum ut ſcor
tum ſine aliquo tit.detineri ꝯ.d.c.ſicut. cõmittit.n.adul-
terium ſpirituale, cum alterius eccleſia iniuſtè detinet,
ſicut cum alterius coniuge committitur adulterium car-
nale.d.c.ſicut in una.21.q.1.& 2.cum ſimi.Fundata eſt er-
go euidentiſſimè ex præmiſſis dñi Adolphi electi Spiren
ſis intentio.¶ Reſtat nunc,ut ad ea quæ.ſ.in diuerſam par
tẽ adduxi : rñdeamus. ad quæ,ſi præmiſſa diligenter põde
rentur,facillima erit rñſio. Et primo dũ dr̃,ꝙ nõ dr̃ quis
plenè tranſlatus ante, q̃ poſſeſſionem corporalem nãci-
ſcatur per d.c.ſi quis iã tranſlatus; rñdeo, ꝙ propriè non
dicitur plenè tranſlatus, cum uacatio Spirenſis eccleſiæ
fuit inducta per abſolutionem prius à Papa,ipſo ep̃o Spi
renſi conſentiente, factam,ut ſ.dixi,præſertim cum poſt
prouiſionem dño Adolpho factam inſtanter pallium ar-
chiep̃ale petierit in pontificalis officij plenitudine, cum
archiep̃alis nominis appellatione conferatur,ut in c.niſi
de autho.& u ſu pal.& c.ꝙ ſicut,de elec.& ſic apertiſſimè
approbauit trãslationem de eo factam,& abſolutionẽ p̃-
cedentem,ac prouiſionem dñi Adolphi inde ſecutam.Nõ
ob.ſm̃ motiuum de c.ſi quis.92.diſt.loquitur enim non
in epiſcopo tranſlato,ſed in nouiter ordinato,qui nõ de-
bet abiici à priori dignitate, ſi non poteſt poſſeſſionem
ep̃atus nãciſci. hoc.n.iuris eſt,ut probatur in c.cum in cũ
ctis.§.cum uerò; de elec.licet interim fuerit ſua prima
dignitas alteri collata,ut dicit ibi gl.quod intelligo, qñ
præter conſenſum ipſius fuit alteri collata ante,q̃ poſſeſ
ſionem ep̃atus haberet;quod fuit contra.c.cũ in cunctis,
p̃al. ſecus.n.puto,ſi ſuo conſenſu fuiſſet alteri collata:qa
tunc ꝑꝑ reſiſtentiam ſuperuenientem non debet prima
collatio legitimè facta retractari per id, quod habetur.
in c.poſt electionem, de conceſ.præben.iuncta gl.j.& di.
c.ex ore. facit reg.factũ legitimè. & reg.ſciẽti & cõſentiẽ
ti,de reg.iu.lib.6. Et diuerſitatis rõ inter minora bene-
ficia, quæ prius obtinebant, & ep̃atum prius habitũ eſt:
quia minora beneficia non uacant per prouiſionem factã
de ep̃atu,niſi prius plenum ius conſequatur prouiſus ſeu
electus, ut puta ꝙ fuerit conſecratus, uel lapſum ſit tem
pus de conſecrandis ep̃is,& poſſeſſionem corporalem epi
ſcopatus fuerit nactus,ut probatur in d.§.cum uerò; me-
ritò; ſi non poteſt habere poſſeſſionem epiſcopatus, non
debet deiici à priori dignitate,ut in d.c.ſi quis, cuius ad-
huc titulum obtinet. ſed in caſu noſtro ante tranſlationẽ
fuit inducta uacatio Spirenſis eccleſiæ per abſolutionem
à Papa factam,& per ipſum Papã fuit alteri,ſ.dño Adol-
pho facta prouiſio. quæ quidem uacatio non deſinit eſſe
propter reſiſtentiam de facto contingentem circa ſedem
Treuerẽſem;nec collatio,ſeu prouiſio alteri facta debet
retardari,ſeu caſſari,cum hoc nullo iure caueatur.Præ-
tereà in minoribus beneficiis prius habitis non eſt neceſ-
ſe, ꝙ prius interueniat abſolutio. quia cum illis non con
trahitur ſtrictè matrimonium ſpirituale, ut no.in c.cleri
ci,de ui.& ho.cle.& c.ſi.de poſtu præla.unde non eſt incõ
ueniens,ꝙ habens beneficia minora,promoueatur illorũ
titulo durante ad ep̃atum,cum ẽt poſt ep̃atum adeptum
poſſit ep̃s ex cauſa acquirere de nouo minora beneficiã
iuxta id,quod legit̃ & no.in c.cum noſtris, de conceſſ.p̃-
ben.& in c.poſtulaſti,eo.tit.& c.cũ in eccleſia,de præben.
7 lib.6. † ſed ep̃s non põt alium ep̃atum acquirere de iure
cõi,niſi prius à priori abſoluatur: quia cũ ſit perſona ec-
cleſiaſtica matrimonialiter obligata,nõ põt,durãte prio
ri uinculo, conſentire alteri matrimonio ſpirituali:alias
contingeret adulteriũ ſpirituale,ut in d.c.ſicut, de trãſla.
p̃la.per totum. meritò de iure, & de more Romanæ ec-
cleſiæ eſt transferendus ad aliam ſedem, abſoluto prius
à priori uinculo.d.c.2.de tranſla.præla.& c.bone.2.de po
ſtu præla.no.Io.mo.& Io.An.in locis ſuperius p̃all.& ꝑ
hoc eſt ẽt reſpõſum ad c.cũ in cũctis,& ad alia iura, q̃ in-
ducunt uacationẽ priorũ beneficiorũ per adeptionẽ cor-
poralẽ ſecundi,& non prius.loquuntur.n.in inferioribus
beneficiis citra ep̃atũ, à qbus nõ eſt neceſſe abſolutionẽ
facere rõne prædicta:ſecus ubi prius intercedit abſolu-
tio,& ꝑ cõſequẽs uacatio fruſtra.n.expectatur corpora-
lis poſſeſſionis adeptio,cũ abſolutio ſit facta ꝑ prius an-
te tranſlationẽ ẽt uerbalem; & hoc uidetur in ſe clariſſi
mũ & oĩ rationi conſentaneum.Et ut clarius hoc liqueat
uideamus unum ſimile in matrimonio carnali. pone n.ꝙ
ſponſus de præſenti,mr̃imonio non cõſummato,facit ꝓ-
feſſionẽ in manibus alicuius abbatis,& ſic matrimonium
fuit ſolutum per c.ex publico,de conuer.cõiu.demũ mo-
naſteriũ reſiſtit de facto illius receptioni;unde nõ uult il
lum monaſteriũ recipere.dicemus ne,ꝙ iſte, q iã profeſ-
ſus eſt monachus,poſſit per hanc reſiſtentiã facti, priorẽ
coniugẽ repetere,præſertim ſi alteri poſt illius profeſſio
nẽ fuit nupta? certè nemo ita ſupinus hoc diceret.fuit.n.
illa ſponſa ſoluta à lege per profeſſionem iſtius; meritò
non debet primum matrimoniũ reintegrari ſine nouo cõ
ſenſu, præſertim impediente profeſſione ita dicendum in
hoc mr̃imonio ſpirituali, arg.c.ij.de tranſla.p̃la.& ꝑ hoc
ẽt eſt reſpõſum ad gl.c.relatio:quæ tamẽ intellecta,ut ia-
cet,facit pro concluſione prius facta. uoluit.n.ꝙ eoipſo,
ꝙ qs conuolat ad ſcd̃m ep̃atum,uacet primus: qđ tamen
procedit intelligẽdo,ut ſ.dixi,ad c.ſi beneficia,põt reſpõ
deri,ꝙ loquit̃,quãdo quis iuſta ignorãtia ductus,accepta
uit beneficiũ alteri debitũ,cuius cõtẽplatione dimiſit ꝓ-
priũ; unde,ne ſit oĩno ſine beneficio,& ne iuſta,& ꝓbabi-
lis ignorãtia ſibi noceat, emanauit ex maxima æquitate
ꝯ rigorem,ut ibi no.illius.c.diſpoſitio,& ut poſſit ad pri
mũ,dimiſſo ſine difficultate ſecũdo,redire.Sed ĩ caſu no-
ſtro noſtro aliud eſt:qa eccleſia Treuerẽſis nõ eſt alteri de
bita:ſed iſtius trãſlati,licet de facto poſſeſſionẽ corpora-
lẽ habere nõ poſſit. inſtet ergo,ut illa habeat, unde non
remanet ſine titulo ſuo:imò illã eccleſiã habere uidet̃,ex
quo ad illã conſequendã actionẽ habeat d.l.qui actionẽ
habet.ff.de reg.iu.& qa,ut dixi,potuit ueroſimiliter co-
gitare hoc euenire potuiſſe; õ non debuit inſtare,nec ꝓ-
uiſionẽ alteri factã approbare,petendo palliũ inſtanter,
ut ſ. plenè dictũ eſt; & per hoc patet ad oĩa contraria re-
ſponſio. concludo ergo ex oĩbus prædictis, eccleſiam Spi
renſem de iure relaxandã liberè & abſolutè dicto domi-
no Adolpho de ea prouiſo,& minimè tenendum ꝑ quon
dam epiſcopum Spirenſem tranſlatum,quãquam eccleſiæ
Treuerenſis poſſeſſionem propter facti reſiſtentiam mi-
nimè conſequi poſſit. Laus Deo. NIC. ABB.

## CONSILIVM CII.

1 *Offerendi plures modi ponuntur.*
2 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum facta ec-*
*cleſiæ ualet.*

Con-



3 *Conuerſus eccleſiæ ſi aliquis efficiatur poſt impoſitionem colle-*
*ctarum, præſumitur hoc facere in fraudem.*
4 *Appellatione bonorum, quando tractatur de trãſlatione bonorũ,*
*& ſic de magno præiudicio, non ueniunt futura.*
5 *Priuilegia omnia tributa eccleſiis, regulariter ſunt proroganda*
*ad hoſpitalia.*
6 *Fiſcus occupans bona alicuius propter delictum, tenetur credi-*
*toribus pro rata bonorum, quæ ad illum peruenerunt.*

IN Trinitatis nomine amẽ. Circa perſo-
narum & bonorum oblationes, q̃ ſepenumero,
& frequenter fiunt excellentiſſ.& famoſo hoſpitali S.Ma
riæ della Scala ciuitatis præclare Senenſis circa tria con
1 tingit principaliter dubitare. † Nõnunquam.n.qs offert
bona ſua hoſpitali ſine ſe. Qñq; uerò offert ſe ſine ſuis.
Qñq; ſe & ſua, & in his præſertim uerſatur dubium, an,
& qñ,& ad qđ obligatur ex debitis ante oblationem,uel
poſteà ꝯctis per ipſos offerẽtes,ſeu oblatos. Et primò at-
tingam iuxta ordinẽ, primum mẽbrum, cum qs uidelicet
offert bona ſua ſine ſe, & hoc mẽbrum poteſt ſubdiuidi.
Nã qñ quis offert oĩa bona ſua præſentia & futura. Qñq;
bona ſua præſentia tm̃. Qñq; bona ſua ſimplr̃. Qñq; cer
tam partem bonorũ. Primo caſu,cum ſit oĩum bonorum
præſentium & futurorum donatio,dubitari ꝓbabilr̃ põt,
an talis donatio teneat. Nam Bar.in l.ſi.C.de pac.tenuit
2 † talem donationem eccl̃iæ, uel pio loco factam ualere:
ſed aliud tenet, cum ſit priuatæ perſonæ, mouetur prin-
cipalr̃, quia eccl̃iæ ſeu pio loco qs donare põt ſe, & ſua,
ut in c.præſentia,de proba. & in aut̃.ingreſſi, & aut̃.ſi qua
mulier,C.de ſacroſ.eccl.& 19.q.ult.c.ſi qua,& c.qa ingre
dientibus. ergo fortius põt donare ſua ſine ſe. Sed qñ ſit
priuatæ perſonæ,non tenet donatio;qa ſaltem indirectè
impeditur libera teſtamenti factio, cũ ſine bonis nõ poſ-
ſet,ſaltem cũ effectu teſtari,cum nemo ex tali teſtõ uellet
eſſe hæres.ergo talis donatio non ualet, cum & ſtipl̃o nõ
ualeret.l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff.de uerb.obl.
& hoc ultimum firmauit idem Bart.etiam in l.prædicta,
ſtipulatio hoc mõ,& in l.ſi quis,in prin.ff.de leg.iij.& fa-
cit,qđ ipſe no.in l.Seius & Augerius,ff.ad leg.Fal.hoc ẽt
ultimum firmauerunt Iac.de Are. Pet.& Cy.in d.l.fin.C.
de pac. Bal etiam ibi uĩ ſequi,dicens hanc eſſe cõem opi.
Expreſsè tñ iſti præter Bar.non attingunt, qñ talis dona
tio fieret eccl̃iæ,ſeu pio loco: hanc tñ partem aliàs con-
ſului, qñ talis donatio fieret priuato,ut patet in lib.con-
ſiliorum meorum cõſi.143. Sed circa donationem factã
eccleſiæ,uel pio loco reperio dominum Fran.Zabar.Car
din.Floré. quõdam profectò doctorem excell. & præce-
ptorem meum in canonibus grauiſſimè ſenſiſſe cũ Bar. ut
talis donatio ualeat. ſed Ang.de Peruſio in quadam ſua
diſput.q̃ incip. In refulgenti palatio, tenuit totum oppo-
ſitum eius, quod tenuit Bar.dicens,ꝙ talis donatio facta
priuato,tenet:ſecus,ſi fiat eccl̃iæ, uel pio loco. mouetur
inter cætera: quia qñ ſit priuato,non tranſit ex ſolo do-
nationis titulo dñium rerum donatarũ, p̃ſertim futura-
rum in priuato,ſed requirit̃ traditio, ut l.traditionib.C.
de pac.vnde donator retinet dñium rerum, de qbus te-
ſtari poterit, licet hæres ſuus poſt ipſius mortem poſſit
cõpelli ad bonorum traditionem in executionem dona-
tionis iam factæ ꝑ defunctũ. Item qa quilibet eſt rei ſuæ
legitimus moderator,& arbiter.l.in re mãdata,C.mand.
& talis donatio non reperit̃ alicubi interdicta. ſed qñ ſit
eccleſiæ,uel pio loco,non habet firmitatem ſm̃ eum: qa
penes donatorem nunquã cõſiſteret alicuius rei dñium,
cum ex ſolo titulo dñium acquiratur eccl̃iæ ſine tradõne
ut in l.fin.C.de ſacroſ.eccl. no.in c.ij.de conſue. & ſic non
haberet iſte facultatem teſtandi,cũ nihil haberet ĩ bonis,
quod uĩ ꝯ bonos mores.l.ſtipulatio hoc modo,præalleg.
Nec obſt.ſm̃ eum,motiuum Bar.quia aliud eſt dare ſe, &
ſua monaſterio, ſeu loco pio, aliud ſua tm̃. nam primum
approbatur ab eccleſia:qa tranſit de uia actiua in contẽ-
platiuam: ſed qa exiſtens in ſeculo,remanet prorſus ſine
bonis, etiam præſentibus & futuris, uĩ quid indecens, &
uĩ hæc ſua ult.conſideratio ſatis ſubtilis. Mihi tñ placuit
quo ad priuatum dictum Bar. quia licet non impediatur
teſtari, p̃ſertim cum hæreditas ſit nomen iuris, & poſſit
eſſe ſine rebus,& aliqua utilitate,ut in l.hæredis appella
tio,ff.de uerb.ſig. & l.hæreditas,de peti.hære.tamen de-
fectus bonorum impedit directè facultatem hæredis ha-
bendi,cum ſciẽs bona ad alium ꝑtinere, repudiabit de fa
cili talem hæreditatẽ;inſti.ad leg.Fal.in prin.nec curan-
dum,ꝙ iſte donator nõ perdit dñium rerum donatarum
ſine traditione: tũ quia ſatis eſt,ꝙ hæres ſciat ſe affectum
ad tradendum ad hoc,ut hæreditatẽ repudiet: tũ quia in
uita poſſet donator ſtatim cõpelli, etiam ꝑ acquiſita, ad
traditionẽ, ſi donatio teneret,ex quo donat inter uiuos.
vnde talis donatio reperit̃ indirectè ꝓhibita per id,qđ le
gi. & no.ĩ d.l.ſtipulatio hoc mõ. ſed reſpectu donationis
factæ eccl̃iæ, uel pio loco magis dubito. Et ꝓ opin.facit
æquitas,& eccl̃iæ fauor. multa.n.in fauorem religionis ꝯ
iuris regulas recepta ſunt,ut in l.ſunt ꝑſonæ,ff.de reli.&
ſump.fu.in ꝯrium facit tex. Aug. 7.q.4.c.ſi. ubi dr̃,ꝙ, ex-
hæredato filio,vult eccl̃iam hæredem facere,alium quæ-
rat,q̃ Augu. imo Deo ꝓpitio neminem inueniet. ſi ergo
eccleſia non deberet recipere oĩa bona alicuius,exhære-
dato filio;ergo fortius cum qs vult ſeipſum appropriare
in p̃nti,& in futurum,ſtatu aliter non mutato. fauore tñ
eccleſiæ ſequerer Bar.pro quo facit qđ no.Bal. in aut̃.in-
greſſi,C.de ſacroſ.eccl.& apertiſſimè ꝙ talis donatio te-
neat,uoluit idẽ Bal.in aut̃.ſi qua mulier, co.ti.in ult.col.
ubi dicit hoc indubitatũ in eccl̃ia; alle.l.iubemus nulli,
poſt prin.C.eo.ubi tex.optimè facit. item qa uoluntaria
paupertas ꝑꝑ Deum,etiã ſtatu ſeculari nõ mutato,nõ eſt
à iure reprobata,imò ab ipſo Chriſto Saluatore, & magi
ſtro noſtro cõmendata,& cõſulta,dũ in euãg.dixit, Si uis
perfectus eſſe, uade, & uende oĩa q̃ habes, & ſequere me.
& alibi, Niſi qs renuntiauerit oĩbus, q̃ poſſidet, non põt
meus eſſe diſcipulus. hinc.n.in eccleſia primitiua tẽpore
Apl̃orum oẽs conuerſi ad fidem Chriſtianam, quãtũcũq;
laici,uendebant oĩa, & pretiũ ponebant ante pedes Apo-
ſtolorum,ut no.12.q.1.in ſum. & in c.dilectiſſimis, ea cã
& q. quicquid.n.donatur eccleſiæ,dicitur Deo conſecra-
ri, & ad diuinos uſus deputari.12.q.2. c.nulli liceat, & in
c.mancipia,cum ſeq.de re.permu.cum ſimi. non ergo de-
bet talis donatio improbari, cum oĩa ſint Dei, de deci.c.
tua; & ſic talia bona donata redeunt ad naturam ſuam:
ſecus,cũ donatio ſit priuato,cum tunc poſſit notari ꝓti-
nacia donationem recipientis. Ex his concludo,talem do
nationem poſſe ſuſtineri,cum ſit hoſpitali,arg.l.oĩa priui
legia,C.de epiſ.& cle. Raro tamẽ hæc qõ cõtingit hoſpi
tali:qa ut plurimum cum qs dat oĩa bona ſua hoſpitali p̃-
ſentia & futura,ſemꝑ retinet ſibi uſumfructũ illorum bo
norum,aut aliqđ annuum paciſcit̃ ſibi ab hoſpitali tradẽ
dum;quo caſu ſm̃ oẽs talis donatio ualet, cũ in bonis re-
ſeruatis habeat liberã teſtãdi facultatẽ, ut no.cõiter ꝑ le
giſtas ĩ d.l ſi.C.de pac. Hoc ergo caſu,cũ quærit̃ an hoſpi
tale teneat̃ creditoribus iſtius donatoris, cõcludo ſicut
quæritur de debitis ꝯctis poſt talẽ donationẽ; & indubi-
tãter dicẽdũ hoſpitale nõ teneri, cũ bona ſint trãſlata in
hoſpitale per prius non potuit iſte donator ꝑ ꝯctum ſuũ,

poſteà initum hoſpitali præiudicare, cùm regulariter ex
ꝯtractu alterius quis ꝯueniri non poſſit, ut in l.fi.C.ne uxo.
ꝓ mari. dico tñ, ꝙ ex quo donatio fit ita ampliſsimè, te-
netur hoſpitale alere illum donatarium inopē, ut plenè
no.ꝑ Cy.in l.fi.C.de reuo.do. & ꝑ Cano.in c.fi.de dona.
nec hoſpitale ęquiparatꝰ hoc caſu hæredi ꝑꝑ vniuerſita-
tem bonorum, cum fuerit facta trāſlatio per ꝯtractum, ſtatu
donatoris non mutato, iuxta no. per Bal.in aut.ingreſsi,
præal.arg.l.ſi mulier.§.ex aſſe,ff.de iu.dot. Aut quęritur
de debitis ante donationē ꝯtractis; & tunc conſiderandi ſunt
plures caſus. Aut.n.erant bona illa prius ꝓ debitis ꝯtractis
obligata expreſsè, uel tacitè; & tranſeunt illa bona cum
onere obligationis, ut in c.ex literis, de pig. & c.paſtora-
lis, de deci. & l.ſicut.§.non uꝛ, ff.quib.mo.pig.uel hypot.
ſol. Præcedens.n hypotheca, etiam tacitè ꝯtracta, præfertur
nedum donatariis, ſed etiam aliis creditoribus habenti-
bus perſonalem uel hypothecam tacitā, uel expreſſam, ut
no. Dy.in reg.q prior eſt tpe, de reg.iu.lib.6. & uꝛ proba
ri, ꝙ etiam fiſco præferatꝰ habens priorem tacitam, ut l.j.
in ij.rñſo, C.rem alie.gerē. licet gl.ꝯ fiſcum dubitet, ff.q
potio.in pig.ha.in l.Titius, in prin.§.negotiari, licet ſm
quoſdam ſpāle ſit in muliere circa dotem ſuā habente hy
pothecam, de quo dicendum, ut in l.aſsiduis, C.qui po.in
pig.ha. ſed non facit ad ꝓpoſitum noſtrum. Aut illi debi
tores habebant ſolùm perſonalem obligationē; & tūc hō
ſpitale non tenetꝰ ex eo capite, ꝙ cenſeatꝰ hæres ꝑꝑ trāſla-
tionem bonorum vniuerſalē, ut ſ dixi. An aūt teneatur
reuocatoria, ut ſic bona poſsint reuocari, quaſi alienata
in fraudem creditorum, eſt diſtinguēdum, ꝙ aut hòſpita
le recepit bona illa ex cā non lucratiua, puta qa aliquid
dedit in recōpenſationem, uel ꝓmiſit ſe daturum; & non
debet fieri reuocatio bonorum, ſi hoſpitale nō fuit frau-
dis cōſcium, ut l.q autem.§.hoc edictum, in fi.de his q̃ in
frau. nec ī dubio debet ꝓſumi in fraude.l.quoties.§.q do
lo, ff.de ꝓba. Aut hoſpitale habuit illā bona ex cā merè
lucratiua; & tūc tenetꝰ hoſpitale, quatenus bona ſufficiūt.
debet.n.fieri reuocatio: qa præſumitur in fraudem cre-
ditorum donatio facta, ex quo donator nō habet tāta bo
na, ex qbus poſsit ſuis creditoribus ſatisfacere; nec curatꝰ
hoc caſu, an hoſpitale fuerit in dolo, cùm ſolū certet de
lucro captādo. ſatis.n.eſt, ꝙ donator fuerit in fraudem,
& præſumitur in fraudē, ex quo, ut dixi non habet tot bo-
na, ꝙ poſsit creditoribus ſatisfacere, & ſic ſciebat ſe non
eſſe ſoluēdo, ut in l.ſi qs cum haberet, ff.de his q̃ in frau.
& ibi expreſsè no.hoc Bar.& facit qđ ipſe no.in l.incola,
3 ff.ad munic.ubi dicit, † ꝙ ſi qs poſt impōnem collectarum
efficitur conuerſus eccłiæ ꝓſumitur hoc facere in frau-
dem. & hoc de primo mēbro principali, cùm.ſ.donauit qs
oīa bona ſua hoſpitali ꝓſentia & futura, ſtatu aliter non
mutato. Poſſet tñ circa iſtud mēbrum dubitari. ¶Quid
ſi ſimpl̃r donauit bona ſua, uel certam partem bonorum.
dico, ꝙ reſpectu, creditorum dicendum eſt, ut in ꝓceden.
concluſum eſt: qa non pōt diuerſitatis rō aſsignari, ſi iſte
donator non eſt ſoluendo: ſed ubi eſſet ſoluendo, debe-
ret prius ipſe conueniri, q̃ hoſpitale, licet creditores ha-
buerint hypothecā, etiam expreſſam, ut in aut.hoc ſi de-
bitor, C. de pign. Sed dubitari poſſet, an, bonis ſimpl̃r
hoſpitali donatis, tranſeant tm̃ bona præſentia, & q̃, an
bona etiam futura? & dico, ꝙ, ex quo iſte donator rema
net in ſtatu ſuo, tranſeunt ſimpl̃r bona præſentia, qua-
liacūq; ſint, non aūt futura, arg.in l.bonorum, ff.de uerb.
ſig.coniuncta.l.ſi mandauero.§.is cuius, ff.mandati, & c.
4 fœlicis.§.uerum, de pœnis, lib.6. ubi patet, † ꝙ, ubi tra-
ctatur de trāſlatione bonorum, & ſic de magno ꝑiudicio,
nunquā appellatione bonorum ueniunt futura: ſecus, ubi
tractaretur de modico ꝑiudicio, ut puta obligatione pi-
gnorum; quo caſu ueniunt futura; ita loquitꝰ l.fin.ff.q res
pig.obl.poſſ. Et prædicta ꝓcedunt, etiam cū donatio fit
eccłiæ, ut ſentit gl.& clarius Arch.27.q.1.c.ut lex ꝯtinen
tiæ, & Bal.& Bar.in aut.ingreſsi, C.de ſacroſ.eccl.facit et
in ar.17.q.4.c.fi. ſi aūt dixit, dono bona mea mobilia & i-
mobilia, an ueniant iura, & actiones, dicendum, ut plenè
no.ꝑ Bar.in l.mouentium, ff.de uer.ſig.& melius in l.pen.
de autho.tut. Venio nunc ad ſcđm principale mēbrum, ſ.
cùm qs offert ſe hoſpitali ſine ſuis; qđ fieri pōt, cum ho-
ſpitale non habeat in ſuis fratribus religionē ſtrictè ſum
ptam. poſſunt.n.fratres ipſius uti mr̃imonio, ſaltē prius
ꝯtracto, & poſsidere ꝓpria, ergo nō ſunt religioſi, nec dicun
tur ꝓpriè habere regulam, ex quo nō ꝓfitentur illa tria
ſubſtantialia cuiuſcūq; religionis, de quibus in c.cùm ad
monaſterium, in fi.de ſtatu mona. ſed potius dicuntꝰ habe
re quendā modum uiuendi, ut dicit gl.not.in cle.j.de re-
li.do.& in cle.pen.de ſen.exc. poſſunt ergo iſti offerre ſe
hoſpitali, & ꝓmittere obedientiam, ſicut clerici ſecula-
res, & tenere nihilominus bona ſua, ſicut cōuerſus eccłię
ſecularis iuxta no.ꝑ gl.& doc.in d.c.ut lex ꝯtinentiæ, & ꝑ
Bar.& Bal.in aut.ingreſsi, præal.& in illis bonis poterunt
teſtari; quo caſu pōt intelligi.l.gñali, C.de ſacroſ.eccl.&
no.in d.c.ut lex continentiæ. Et ſi quæratꝰ, an hoc caſu ho
ſpitale teneatꝰ ex debitis ꝑ iſtos fratres uel oblatos ꝯtractis,
dico, ꝙ ex debitis ante oblationem ꝯtractis indubiè non te-
netur: tū quia bona ad hoſpitale nō peruenerunt: tū quia
eccleſia non debet teneri ex ꝯtractibus aliorum, præſertim
qui contraxerūt ante oblationem: Tenentur aūt ipſi obla
ti ſatisfacere, & poſſunt efficaciter conueniri, ex quo re-
tinent bona iuxta no.per Io.An.& Inn in c.vnico, de obl.
ad ratio. & per doct.in aut.cauſa, quæ fit cum monacho,
C.de epiſc.& cle. nam & monaſterium hoc caſu non tene-
retur de antea contractis per monachum, ex quo nō ha-
bet ipſius bona, ut no.ī iuribus ꝓal. fortius nec hoſpitale,
cū ipſi oblati, uel fratres nō poſsint dici ſtrictè religioſi,
ut ſ dixi. An aūt teneatur hoſpitale de debitis poſt obla
tionem ꝯtractis, dico ꝙ ſic, ſi habuit mādatum ſuper illis ꝯ-
hēdis ab hoſpitali: aliàs ſecus, niſi quatenus illa eſſent cō-
uerſa in utilitatē hoſpitalis, ut legitꝰ & no.in c.ꝙ qbuſdā,
de fideiuſ. Et uidendum de materia ꝑ Inn.in c.cùm olim
ij.de priui.in ij.col. & facit qđ no.Bar.in l.ſi cōis ſeruus,
ff.de ſtip.ſer. Si aūt hoſpitale conſequeretꝰ bona oblati ex
teſtō ſuo, tunc teneretur tanquā hæres: dico tñ, ꝙ non te-
nebitur creditoribus ultra uires hæreditatis, etiam ſi nō
confeciſſet inuentarium. eccleſia etiam non teneretur ul
tra uires hæreditarias, ſicut nec fiſcus, ut no.Bal.in l.fin.
C.de iu.delib. & Bar.in l.j.C.de ſacroſ.eccl. licet gl.taci-
tè ſentiat ꝯrium in c.j.de teſta. Sed primum cōmunius &
uerius. Bona.n.intelliguntur delata eccłiæ, inquantum
non ſint oneroſa, ne indirectè alienētur bona eccleſiæ, ut
in aut.ſicut, C.de ſacroſ.eccl. Et idem dicendum in hoſpi
5 tali: † quia regulariter oīa priuilegia tributa eccleſiis,
ſunt ꝓrogata ad hoſpitalia, ut in d.l.oīa priuilegia, ut ibi
per Bar.C.de epiſ.& cle. Et facit quod no.Io.An.in c.ij.
de in integ.reſt.lib.6. Si aūt in uita daret iſte oblatus bo
na ſua hoſpitali poſt oblationem, uel partem bonorum;
dicendum eſt, ut ſ dixi in primo mēbro. Et hæc breuiter
de iſto ſecundo mēbro. ¶Nunc attingam tertium & ulti-
mum mēbrum, cùm.ſ.quis obtulit ſe, & ſua hoſpitali; & in
hoc poſſunt duo conſiderari. Primò circa efficaciam trāſ-
lationis bonorum. Secundò circa onera creditorum. pri
mo caſu dicendum, ut dixi in primo membro, cum.n.ho-
ſpitale non ſit religioſum, offerendo quis ſe & bona ſua
ſimpliciter, non ueniunt futura, ſed præſentia tantum,
ut no.



ut no.ī d.c.ut lex cōtinētiæ, & ꝑ Bar.& ꝑ Bal.in d.aut.in-
greſi, niſi aliud haberet hoſpitalis cōſuetudo, ut no.dicūt
Hug.& Arch.in d.c.ut lex.contractus.n.in dubio uidetur
fieri ſm loci conſuetudinē, ut in l.quod ſi nolit.§.quia aſſi
dua, ff.de ædi.edic.facit qđ no.Bar.in l.nemo eſt qui ne-
ſciat, ff.de duo.re. ¶Circa ſecundū, an teneatur hoſpitale
hoc caſu ad onera debitorum, diſtinguo, ꝙ aut quæritur
de debitis contractis ante oblationem, aut de ſuperue-
nientibus. Primò caſu puto hoſpitale teneri, quatenus bo
na ſufficiunt: aut cedat illis bonis habitis: quia cum in ho
ſpitale tranſiuerit uniuerſitas bonorum, ſtatu perſonæ
quodammodo mutato, debet teneri tanq̃ uniuerſalis ſuc
ceſſor, ſicut in monaſterio reſpectu ingredictis no.Hoſt.
in c.unico, de obli.ad ratio.& gl.& Bal.in aut.ingreſſi, C.
de ſacroſ.eccl.& facit quod no.in c.in pręſentia, de prob.
6 facit.l.ij.C.ad l.Iul.de ui pub.ubi patet, † ꝙ fiſcus occu-
pans bona alicuius ꝑꝑ delictū, tenetur creditoribus ꝓ ra
ta bonorū, q̃ ad illū perueniūt. Si uerò dedit ſolū partem
bonorū; & tunc dicendū, ut dixi.ſ.in j.mēbro. Aut quæritꝰ
de debitis poſt oblationē ꝯtractis, & diſtinguēdū eſt, ut dixi.
ſ.in ſcđo mēbro principali. Idē.n.eſt dicendū, ſicut cū ſe
ſine ſ.is dedicaſſet: quia non potuit ꝯhere in ꝑiudiciū ho
ſpitalis ſine mādato.d.c.ꝙ quibuſdam, de fideiuſſ.cū ſimi.
Et per hoc clariſsimè patet, qd dicendū in oībus mēbris
præmiſsis, & caſibus, qui poſſunt de facto contingere.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

FACTVM *contingens in his conſiſtit terminis. Syndicus conuentus, & capituli monaſterij S. Mariæ ordinis Seruorum, debitis ſolennitatibus præmiſsis, quandam poſſeſsionem eiuſdem monaſterij titulo locationis conceſsit Meo & Bartoccio fratribus carnalibus cum certis pactis, & conditionibus, de quibus in inſtrumento dictæ locationis. & inter cætera fuit expreſsè actū, & dictum, quòd poſt uitam prædictorum amborum, ſcilicet Mei & Bartoccij, dicta poſſeſsio pleno iure deberet redire ad prædictum conuentum, ut prius erat, libera & expedita, prout in quibuſdam aliis ſcripturis continetur, & uidetur notarius, ſe uoluiſſe referre ad formam poteſtatis ſibi parum ante traditæ per conuentum dicti monaſterij, in qua quidem conceſsione fuit dictum, ut dictus ſyndicus poſſet nomine conuentus locare dictam poſſeſsionem Meo, & Bartoccio prædictis ad uitam dictorum Mei, & Bartoccij, & non ultra; & ſubiiciunt ibidem hæc uerba, uidelicet cum pacto, quòd locatio facienda nullo modo tranſeat in hæredes dictorum Mei, & Bartoccij, ſed ſolummodò ad uitam eorum, & cuiuſlibet eorum, et non aliter, uel alio modo, pro annua penſione &c. Contingit tractu temporis poſt dictā locationem factam et completam, quòd dictus Meus, alter ex contrahentibus, diem ſuum clauſit extremum. Reuocatur nunc dubium, an dicta poſſeſsio, uel ſaltem medietas, quæ contingebat dicto meo, debeat redire ad dictum monaſterium: an uerò debeat expectari etiam mors dicti Bartoccij.*

## CONSILIVM CIII.

1 *Duobus fratribus ſi fuit feudum conceſſum, uno mortuo, an pars ſua accreſcat alteri fratri, & nu.3.*

2 *Teſtator, ſi dixerit, ſi tales deceſſerint, uolo quòd omnia bona mea deueniant in talem, non uidetur ſubſtitutus uocatus, niſi cum ambo inſtituti deceſſerint.*

SAluatoris poſtulato ſuffragio, uidetur pri-
mò, ꝙ pro dimidia contingēte di
ctū Meum debeat dicta poſſeſsio redire ad mo-
naſterium: quia in contractibus, non habet locum ius ac-
creſcendi; iō pars deficiens debet redire ad dñm poſſeſ-
ſionis, ut leg.& no.maximè per Bar.in l.ſi mihi & Titio,
ff.de uerb.obl. & per Bal.in l.una.C.quando non peten.
partes, & Spe.in ti.de loca.§.nunc aliqua, uer.69.& uide-
tur tex.in d.l.ſi mihi & Titio, & in l.per ſeruum.§.quòd
unus, & in terminis uidetur caſus in conceſsione feudi in
c.uno, de fratribus de no.benc.inuc.col.x. ubi dicitur,
1 † ſi duobus fratribus fuit feudum conceſſum, uno mor-
tuo, pars ſua nō accreſcit alteri fratri: ſed redit ad dñm;
& ratio, quia in contractibus non habet locum ius accre
ſcendi; plenè no.per Bar.in d.l.unica. ¶Sed his non obſtā
tibus, contrarium in caſu noſtro de iure uidetur proce-
dere, uidelicet ꝙ dictū monaſteriū nihil poteſt de dicta
poſſeſsione petere, uiuēte dicto Bartoccio, præter pēſio-
nem conuentam. Moueor principaliter ꝑꝑ uerba apposi
ta in inſtrō conceſsionis. non enim locatio fuit facta ſim-
pliciter Meo, & Bartoccio; quo caſu procederent ſupe-
rius in contraria parte allegata: ſed fuit ſpecificè adie-
ctum, ꝙ poſt uitam amborum, ſ.Mei, & Bartoccij, dicta
poſſeſsio deberet redire ad conuentum dicti monaſterij.
unde ponderanda ſunt illa uerba: poſt uitā amborum &c.
quæ clarè innuunt, ꝙ altero uiuente, monaſterium nihil
petere poſsit; pro hoc.l.fi.ff.in ius uo.ut eant.ubi dicitꝰ, ꝙ
ſi quis in iudicio duos homines ſiſtere promiſit, alterum
exhibet, & alterū non, promiſsioni non vr̃ ſatisfactum; ad
idem.l.pe.C.de impu.& aliis ſubſti.ubi habetur, ꝙ ſi qs,
duobus filiis impuberibus inſtitutis, adiecit, ꝙ ſi uterq;
impubes deceſſerit, talis ſit hæres, non uocatur dictus
ſubſtitutus, niſi poſt mortem utriuſque; & multi caſus cō
ſimiles poſſunt ad idem adduci, maximè quod leg.& no.
in l.ſi fuerit, & l.ſi quis ducenta.§.utrū, ff.de reb.dub.& c.
olim, de reſcrip. Prætereà nō eſt à uerbis ꝯhentiū recedē
dū niſi conſtet de mente.l.ſp in ſtipulationibus, ff.de reg.
ius facit.l.Labeo, ff.de ſupel.leg.& c.fi.de uer.ſig.& c.ciui
tate, de uſu.cum ſimilibus. ſed in dicto contractu fuit ex-
preſsè dictum, ut poſt mortem amborum dicta poſſeſsio
rediret ad monaſterium; ergo non ſufficit mors unius,
ut in iuribus præall. Et hanc qōnem quaſi in terminis ꝓ
iſta parte dicit Spec.in loco præall. & ita dicit multos
doctores conſultos reſpondiſſe. Hanc etiam partem ui-
detur tenere Bar.in l.quidam teſtamento, ff.de uulg.&
pup.ubi arg.illius.l.dicit, † quòd teſtator ſic dicit: ſi ta-
2 les deceſſerint, uolo ꝙ omnia bona deueniant in talem,
non uidetur ſubſtitutus uocatus, niſi cum ambo inſtituti
deceſſerint, hoc enim importat ſignificatio uerborum,
licet quandoq; aliud ſeruetur ex præſumpta mente teſta
toris; quo caſu procedit.l.hæredes mei.§.cum ita, ff.ad
Trebel.ut ibi no. In caſu autem noſtro non conſtat de cō
traria mente contrahentium; ergo ſtandum propriè ſigni
ficationi uerborum.l.non aliter, de leg.iij. Prætereà, qđ
hoc fuerit etiam de mente contrahentium, ut uiuente il
lorum altero, nihil poſsit de dicta poſſeſsione conuen-
tus petere, expreſsè probatur per illa uerba ſyndicatus
in eo, ꝙ dederunt poteſtatem locandi illis; ita, ꝙ locatio
non tranſeat ad eorum hæredes, ſed ſolummodo ad ui-
tam eorum, & cuiuſlibet eorum. ponderanda.n.ſunt dili-
genter hæc ultima uerba: & cuiuſlibet eorum. apertè.n.
innuunt, ꝙ dicta locatio durat nedum ad uitam amborū,
ſed cuiuſlibet eorum; & ex quo uerba clara ſunt, non eſt
opus interpretatione, ut in l.ille aut ille, ff.de leg.iij.nec
ad iſta uerba fieri poteſt aliqua cauillatio, niſi manifeſtè
friuola. Et facit pro hoc quod in ſimili notat Bal.in d.l.
unica, C.quando non pe.part. ubi dicit, ꝙ ſi conceſſa fuit
res in emphyteoſim duobus fratribus inſolidū, uidentur
hæc uerba importare, ꝙ poſt mortē unius nō debet poſſeſ
ſio, uel ipſius pars redire ad dñm proprietatis, ſed de-
bet

bet expectari mors utriuſq; ita,quòd hoc caſu habet locū potius ius non decreſcendi,quam accreſcendi, ut ibi plenius per eum nota. ¶Concludo ergo ex omnibus prædictis,ꝙ,uiuente dicto Bartoccio,non poteſt conuentus dicti monaſterij petere dictam poſſeſſionem,uel ipſius partem,ſed debet eſſe contentus perceptione penſionis ſtatutæ.Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

FACTVM *in effectu in his terminis proponitur.Cōe montis ſanctæ Mariæ uenit ad obedientiam ciuitatis Rachanati cum certis pactis;quibus inter cætera continetur,quòd dicta terra mōtis ſanctæ Mariæ,& eius curia,& fortia,& diſtrictus perpetuo ſit,& eſſe intelligatur de diſtrictu comitatu,& iuriſdictione Rachanati certis modificationibus,& pactis.& inter cætera fuit actum quòd dictū cōe & homines de monte ſanctæ mariæ habeant in dicta terra,curia,& diſtrictu merū,& mixtū imperiū,et plenam iuriſdictionem in uniuerſis,& ſingulis,quæ non ſint in præiudicium cōis Rachanati prædicti,ſeu contra formā capitulorum inter dictas terras habitorum,poſſintq; leges, & ſtatuta condere illis modis,& diſpoſitionibus,de quibus eiſdem placebit,dummodò non ſint contra honorem,& ſtatum dicti cōis Rachanati, aut contra huiuſmodi capitula &c.Demum contingit, quòd dictum cōe terræ ſanctæ Mariæ conceſſit poteſtatem cuidam notario exercendi in dicta terra artē notariæ.dicitur,quòd non potuerit hanc poteſtatem illi tradere,obſtantibus quibuſdam reformationibus ciuitatis Rachanati,quibus continetur,quòd nullus notarius audeat exercere artem notariæ in comitatu,& districtu Rachanati,niſi prius talis notarius ſit approbatus,& matriculatus in uniuerſitate notariorum dictæ ciuitatis Rachanati,ut plenius patebit ex infrà dicendis.*

## CONSILIVM CIIII.

1 *Vigore arbitrij generaliter aliquibus officialibus conceſſi non uidetur data poteſtas diſponendi contra ſtatuta,& ordinamenta ciuitatis iam facta.*

2 *Dominus habens iuriſdictionem,poteſt nedum aliàs notario concedere,ut exerceret artem notariæ in territorio ſuo ſed etiam de nouo ibidem creare notarium.*

3 *Vniuerſitas alicuius terræ poteſt ſtatuere aliquid contra ius publicum in præiudicium ipſius terræ.*

4 *Priuilegium generaliter per principem conceſſum debet latiſſimè interpretari in præiudicium ipſius concedentis.*

CHriſti Saluatoris, eiuſque pijſſimæ matris pſidio prius inuocato,Vr̄ primò ꝙ non liceat dicto notario exercere in dicto caſtro ſanctæ Mariæ uigore dictæ poteſtatis artem notariæ:quia cum ſpecialiter eſſet prohibitum per ſtatutū dictæ ciuitatis Rachanati,ut nullus notarius poſſit in ſuo comitatu,& diſtrictu exercere artem notariæ, niſi prius foret approbatus, & matriculatus in uniuerſitate notariorum dictæ ciuitatis Rachanati,non licuit dicto communi ſanctæ Mariæ uigore poteſtatis generaliter ſibi conceſſæ aliquid diſponere,ſeu ſtatuere ↄ̄ ſtatuta ſpecialia dictæ ciuitatis Rachanati,arg.l.bonorum,ff.de iure fiſci,& eorū q̄ no.Bar. in l.ambitioſam,ff.de decr.ab ord.
1 fa.& in proœ.C.ubi dixit † quod uigore arbitrij generaliter aliquibus officialibus conceſſi non ur̄ data poteſtas diſponendi contra ſtatuta,& ordinamenta ciuitatis iam facta;pro hoc,quia non eſt uerosimile, ꝙ quis conceſſerit in ſerit in gn̄e id,qđ nō fuiſſet in ſpē uerosimiliter conceſſurus,ut in regula in gn̄ali,de re.iu.lib.6. Præterea & ſcđo nō licet inferiori diſponere ↄ̄ ius ſuperioris, ut in cle. ne Romani,de ele.& C.de uſur.l.eos.§.ne liceat.Sed hoīes dicti caſtri ſunt ſubiecti, illis de comitatu ciuit.Rachanati;ergo nō licuit eis illā ptātē tradere, aut circa hoc ſtatuere ↄ̄ illas reformationes ſui ſuperioris.Tertiò hoc ſuadent exceptiones factę in datione illius poteſtatis.Fuit.n. hominibus illius terræ datū merū & miſtum imperiū, & poteſtas legis condendę,dummodò illā poteſtatē nō exercerēt in præiudiciū,ſeu ↄ̄ honorem,& ſtatum dictæ ciuitatis Rachanati.ſed conceſſio illius poteſtatis exercendi artem notariæ in dicta terra uenit ↄ̄ honorē & in præiudicium dictæ ciuitatis;ergo non licuit dictā poteſtatem tradere.Quòd aūt ſit in præiudicium,& ↄ̄ honorē dictæ ciuitatis Rachanati,patet ex eo,quia illæ reformationes nō fuerūt ob aliā cauſam factæ,niſi quia notarij non approbati,& matriculati ab uniuerſitate ciuitatis ſæpe faciebant inſtrumēta falſa,& fictitia,ac ſimulata,& nōnūquam ꝑꝑ ipſorū notariorū ignorantiā corruebāt inſtrumēta ↄ̄ uoluntatē ↄ̄hētiū:q̄ oīa indubitanter uident̄ tendere in ꝑiudiciū,& ↄ̄ honorē dictæ ciuitatis,cùm talia illicita committant̄ in ſuo territorio,& comitatu,arg.in l.congruit,ff de offi.præſi.& 43.diſt.c.ſi inimicus.¶Sed his non obſtantibus, ↄ̄riā ſnīam puto firmiter de iure ueriorē. ¶Moueor
2 principaliter,quia terra,uel † dn̄s habens iuriſdictionem, pōt nedū al̄s notario dare ptātē exercendi artē notariæ in ſuo territorio,ſed ēt de nouo ibidē creare notariū.Sicut.n.loci cōſuetudo hoc pōt,ut in c.cū dilectus,de fide inſtru.ita fortius loci ſtatutū,arg.l.de quibus,ff. de legi. Et hāc partē tenuit Hoſt.& cōiter doct.ſequunt̄ in c.cū P. tabellio,de fide inſtr.quicquid ibi in ↄ̄riū dixerit Inn.Hanc ēt opinionem tenuit Bar.in l j.ff.de offi.proconſ.in l. hac aūt,de adop.ſentit Bar.in l.cunctos populos,C.de ſum tri ni.ubi apertè hoc idem firmauit Bal.& Spe. in ti.de inſtr. edi.§.reſtat,uerſi.ſed quis pōt.Sed prædicta terra montis ſanctæ Mariæ habuit ptātē cōdendi ſtatuta.Itē merum,& miſtū imperiū,& iuriſdictionrm,quæ nō ſolū pōt in dicta terra dare ptātē al̄s notario,ſed ēt de nouo notarios ibi creare.De iure ergo uigore dictæ poteſtatis ſibi reſeruatæ,uel conceſſæ potuit dicto notario illā ptātē cōcedere, & ꝑ ↄ̄n̄s debent ualere oīa inſtrumenta cōfecta , & conficienda ꝑ dictū notariū.Solum autem reſtat uidere, nunquid reformationes factæ per ciuitatem Rachanati, ſeu reſeruationes,uel exceptiones factæ in tranſlatione dictæ poteſtatis habeant obſtaculum præſtare. Et profectò firmiſſimè credo ꝙ nō.primo.n.non obſtant reformationes quia ex quo princeps dat poteſtatèm populo certæ terræ condendi ſtatuta,ur̄ dare poteſtatem faciendi in illa terra ēt ↄ̄ legem gn̄alem ſuperioris,niſi uellet ſtatuere ↄ̄ bonos mores naturales,aut ↄ̄ ſpecialiter principi reſeruata in ſignum ſupremæ ptātis,ut no.concludit Bal.in l.oēs populi,ff.de iuſti.& iur.& in l.repetitione in uer.tertiò iuxta prædicta quæritur &c.& probari ur̄ in d.l. oēs populi: quinimò notanter dixit glo.in l.neque pignus.§. priuato
3 rum,ff.de reg.iu.† ꝙ uniuerſitas alicuius terræ pōt ſtatuere aliquid ↄ̄ ius publicū in præiudiū ipſius terræ,ſeu habitātiū ibidē,licet nō poſſit in præiudiciū publicū gn̄aliter, ſed in caſu noſtro permiſſio exercendi artem notariæ in dicta terra non eſt ↄ̄ bonos mores naturales: imò conuenit bonis moribus, ex quo alias ſunt adepti officium notariæ legitimè. ita contingit in caſu noſtro.nam & iura in uenerunt uſum,& exercitiū notariorū,ut de fide inſtrum. per totum,& in aut. de tabel de fide inſtru.nec a iure requiritur,quod debeat eſſe approbatus ab uniuerſitate notariorū,uel aliter matriculatus,ut ſupra dixi.nec iſtud eſt de reſeruatis ciuitati Rachanati in ſignum ſupremè ptātis,licet enim ꝓhibuerit in ſuo comitatu,& diſtrictu exercitium ſine approbatione,& matriculatura; non tn̄ reſeruauit ſibi poteſtatem duntaxat faciendi contrarium,uidetur enim prohibuiſſe quo ad ſubiectos ſuos generaliter, qui aliter nō ualent ſtatuere,nec ſtatuerunt:nō aūt extenditur ad loca,in quibus ſunt ſtatuta legitimè edita in contrarium,ſicut apparet in lege principis generaliter diſponente:qua non obſtante pōt terra habens iuriſdictionē à principe uel præſcriptam,ſtatuere cōtrariū, ut in d.l.oēs populi,& quod ibi no.& in d.l.cūctos populos,C. de ſum. tri. Et præſertim hoc ꝓcedit in caſu noſtro, cū exercitiū officij iſtius notarij nō tendat in inuitum,ſed in uoluntariū tm̄,& concernit hoīes illius terræ tm̄,uel ibidem uoluntariè cōtrahētes;facit quod in ſimili no. Bar.in l.iij.ff. ad l.Iul.repe. Pręterea parū prodeſſet poteſtas gn̄aliter dictæ terræ tradita,ſi nō poſſet ſtatuere contra prouiſa ſpecialiter ꝑ ciuitatem Rachanati,cū dictæ ciuitatis ſtatuta in oībus caſibus cōiter cōtingentibus prouideant,unde illa poteſtas eſſet fruſtratoria;quod nō eſt dicendum, argumen.l.j.in ſi.ff.ad muni.& in l.quod Labeo,ad Carb. & l.ſi quando,C.de inoff.teſta.iuncta glo.& in c.j. de priui.lib.vj.cum ſimil.Itē poteſtas fuit dictis hominibus tradita generaliter,ut poſſent ſtatuere,& leges facere ſuper omnibus,quæ eis placerent. ergo non intelligitur dictus caſus exceptus,uel cōſimilis: quia q oīa dicit, nihil excludit.l.de pretio,ff.de pub.& in c.ſi Romanorū.19.diſt. & c.
4 ſolitæ,de maio.& obe.†& priuilegium generaliter ꝑ principem conceſſum debet latiſſimè interpretari in præiudicium ipſius concedentis,ut in c.olim de uerbo.ſigni.ubi ꝑ Inn.in l.ſi.ff.de conſt.prin.ubi per Bar.& contra eum debet fieri interpretatio,q potuit legem apertius dicere,ut in regula,cōtra eū;de regu.iu.lib.vj. Vltimò hoc probant expreſsè exceptiones factæ in tranſlatione illius poteſtatis,quæ profectò uidentur fundare intentionem cōitatis dictæ terræ,licet prima fronte uideantur facere pro ciuitate Rachanati.Nā,ex quo generaliter tribuit illi populo merum,& miſtum imperiū,& iurisdictionē,ac ſpecificā poteſtatem condendi leges,& ſtatuta,& duo caſus duntaxat fuerunt excepti;uidetur firmaſſe, & tranſtuliſſe poteſtatē generaliter in oībus nō exceptuatis, ut in c.dn̄s.32. q.7.& c.ij.de cōiu.le.& l.ſi uero.§.de uiro,ff.ſol.matr. Videamus ergo nunc,an iſte caſus cōprehendatur in illis caſibus exceptis,& certè dico ꝙ nō.Primus.n.caſus exceptus fuit,cū uellent exercere poteſtatem in præiudiciū dictæ ciuitatis Rachanati: ſed permiſſio exercitij illius officij in terra eorū duntaxat non uenit in præiudicium ciuitatis Rachanati,imò nullū præiudicium ex hoc pōt prætendere,cum de iure,ut prædixi,poſſunt in eorū iurisdictione,& terra de nouo creare notarios.nec notarij exercent ſuū officium contra aliquos inuitos:imò oportet,ꝙ ab eis regentur,ut not.in c.j.de fide inſtr.per Inn.& præiudiciū ſapit diminutionem patrimonij,quæ nullo modo contingit in caſu noſtro:aliàs ſequeretur,ꝙ nullus citra principem poſſet creare tabellionem in ſua iurisdictione, cùm non liceat ſubiectis ſtatuere in præiudiciū principis,ut in c.uenientes,de iureiur.cuius contrariū eſt uerum, ut ſuprà probatum eſt.Secundus caſus exceptus fuit, cùm uellent facere ſtatutum contra honorem & ſtatum dictæ ciuitatis Rachanati,ſed quis mentis compos dicet illā permiſſionem exercendi ibidē officiū notariæ tendere cōtra honorem, & ſtatum principis? ꝑſertim cū de iure non ſit neceſſaria alia licentia,& ciuitas Rachanati illas reformationes fecerit principaliter ad cōmodum ſubiectorum tn̄ ſi iſti de terra montis ſanctæ Mariæ habentes poteſtatem condendi legē,uolunt in eorū præiudiciū aliter prouidere,mos eſt eis gerendus,cum poſſint in eorū præiudicium, ut prædixi, etiam ſtatuere in præiudicium iuris publici, quod plus eſt, ut no.in d.§. priuatorum; facit l.circa.ff.de proba.Præterea,ſi iſtud tenderet contra honorē,& ſtatum principis,nō liceret inferiori creare notarios in ſua iurisdictione,cuius contrarium eſt uerum, ut prædixi.Nō obſtant cōtraria ſupra pro oppoſita ſnīa formata. patet.n.ex prædictis ad omnia,præterquam ad primum,reſponſio;ad quod dico,ꝙ procedit,qn̄ in eadē terra datur arbitriū reſpectu certæ facultatis.tunc.n.non licet contra ſpecialiter ibi prouiſa ſtatuere. ſed nos loquimur,cum datur generaliter poteſtas,& iurisdictio in una terra,& ſiunt ibi ſtatuta in præiudiciū illius terræ duntaxat,non aūt contra iura edita in alijs terris concedentis. Ex oībus prædictis concludo,ꝙ ex præſeruatione,ſeu cōceſſione prædictæ poteſtatis licuit cōi dictæ terræ dare illam poteſtatē notario exercendi artē notariæ in illa terra,& per conſequens ualent omnia inſtrumēta per illum notariū edita,& conficienda:quinimò(ut prædixi)puto ꝙ poſſit dicta cōitas creare de nouo notarios quo ad exercendū officiū notariæ in dicta terra, abſq; eo,ꝙ talis notarius aliter probetur,uel matriculetur in uniuerſitate notariorū ictæ ciuitatis Rachanati. Et hæc ſufficiant.

NICOLAVS ABBAS.



## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

CASVS *in facto ſic proponitur.Quidam nomine Migliore de Paulużo habens uxorem legitimam,& duas filias ſuperſtites ac duos nepotes ex filia præmortua, in ægritudine corporis conſtitutus,aſſerens ſe nolle inteſtatus decedere,incæpit facere teſtamentum ſuum,& antequam aliquem hæredem inſtituerit, incæpit facere quædam legata tàm dictis nepotibus,quàm filiabus,& quibuſdam alijs,& dum eſſet in diſpoſitione legatorum etiam antequam illa perficeret,inuaſit dictum teſtatorem magna debilitas;ita, quòd ab illa coactus eſt deſiſtere à factione & perfectione dicti teſtamenti,& ſic illo imperfecto deceſſit.demum deceſſit una ex filiabus,quæ bona ſua omnia matri reliquit. Nunc quæritur,an de iure teneant dicta legata, præſertim nepotibus facta,& qualiter dicta hæreditas debeat diuidi.*

## CONSILIVM CV.

1 *Voluntas defuncti ex imperfecto teſtamento non ualet, niſi inter liberos.*

2 *Legatum libertatis debetur ex teſtamento imperfecto.*

3 *Teſtator ſi incepit & expreſſit,quòd inſtituebat pauperes Chriſti,& nō perfecto teſtamento ſuperuenit phreneſis,uel mors, talis inſtitutio non ualet,etiam fauore liberorum.*

OMnipotentis Dei poſtulato ſuffragio,uidet̄ primò dicta legata ſaltem facta inter filias & nepotes ex filia præmortua ualere:qa minus ſolennis uolūtas inter filios habita, ualet & tenet inter eos, de quo uidet̄ tex.in l.hac conſul-
1 tiſſima.§.ex imꝑfecto,C.de teſta.ubi dr̄, † ꝙ ex imꝑfecto teſtamento nō ualet uoluntas defuncti,niſi inter ſolos liberos.Si uerò in huiuſmodi uoluntate ſit liberis admiſta aliqua extranea ꝑſona,non ualet uoluntas quo ad illam: ſed illius portio liberis accreſcit ergo dicendū,ꝙ legata alijs facta accreſcunt dictis filiabus, & nepotibus, & inter eos dictū teſtamentū imperfectum ualere cēſendū ſit. Nā noīe liberorū ueniunt nō ſolū filij,ſed ēt nepotes,& pronepotes,& alij deſcendentes,ut in l. liberorum,ff.de uer. ſign. habebunt ergo iſtæ filiæ & nepotes bona prælegata

ab

ab inteſtato,& reliqua bona,de quibus non fuit diſpoſitũ,
diuident inter ſe non.n.utile per inutile uitiatur, ut in re
gula,utile per inutile,de reg.iu.lib.vj.& uidetur ad præ-
dicta optimè facere tex.ſingularis in materia in l.teſtamẽ
2 to,ff.de fideic.lib.& q ibi no.Bar.ubi uř probari,† q lega
tum libertatis debeatur ex teſtamento imperfecto ;& uř
ibi ſentire Bar.idem in legato ad pias cauſas;& facit quod
ipſe no.in l.fideicommiſ.§.quoties,ff.de leg.iij.ubi ſentit,
licet ſub dubio,tale teſtamentum imperfectum ualere in-
ter liberos.Sed,his non obſtantibus,arbitror de iure ſen-
tentiam contrariam ueriorẽ,ſ.ut ẽt inter liberos talis uo
luntas imperfecta non ualeat.Et primò hoc probo per rõ
nes,& per iura. Secundò per authoritates uirorũ elegan-
tiſſimorũ,q in iſtam ſñiam cõiter inclinarũt. Et uř primò
tex.expreſſus,præſertim iuncta gl.in l.is qui,ff.de teſtam.
ubi dř,q ſi quis incœpit facere teſtamentum, & non perfe
cit,talis uoluntas pro nihilo eſt.Ad idem text.bonus in d.
l.fideicommiſſa.§.quoties,præallegata, & præſertim hoc
tenendum in caſu noſtro,in quo nondum fuerat facta hæ-
redum inſtitutio,ergo non poteſt dici teſtamentum,licet
habuerit uoluntatem teſtandi,ut patet ex caſus poſitione
ad hoc inſti.de lega.§.ante hæredis inſtitutionem, & me-
lius in §.in primis inſti.de fideic.hære.ubi dř teſtamẽtum
eſſe inutile,in quo nemo hæres inſtituitur.Nec obſtat di-
ctus.§.ex imperfecto in contrarium allegatus:quia debet
intelligi de imperfectione reſpectu ſolennitatis,non autẽ
reſpectu uoluntatis:quia etiam ratione naturali non po-
teſt quid conſiſtere,ex quo non apparet de abſoluta,& ex
pedita uoluntate diſponentis,arg. optimum in l. contra-
ctus,C.de fide inſtru.& alibi dicit tex. q nihil actum eſſe
uř,cum aliquid ſupereſt ad agendum, ut in l.pe.C.ad Syl
la.facit c.j.de ſucceſ.ab inteſt.in uerbo perfecerint.Potuiſ
ſet enim teſtator in proceſſu teſtamenti illa legata limita
re,& temperare,uel reuocare.Præterea uidemus, q ſi ex
teſtamento non adeatur hæreditas,legata non debentur:
quia teſtator non egit aggrauare uenientes ab inteſtato,
ſed hæredem ſcriptum,ut in l.ij.C.ſi omiſ.cauſa teſta.ubi
ſingulariter probatur,quòd etiam libertates legatæ non
debentur hoc caſu;fortius ergo dicendum , cùm teſtator
morte præuentus teſtamentum non perfecit , præſertim
cum non peruenerat ad hæredis inſtitutionem , ut conti-
git in caſu noſtro.Et hanc partem,ut non ualeant legata,
etiam inter liberos,tenuit apertiſſimè in terminis noſtris
Bal.poſt Guil.de Cu.in fi.C.fami.erc. Et idem firmauit in
d.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto,C.de teſt.mouetur
principaliter:quia is qui non perfecit morte præuentus ,
nõ dicitur teſtatus,ſed teſtari uoluiſſe; & illas leges,quæ
uidentur innuere contrarium,intelligit (ut ſupra dixi) in
imperfectione reſpectu ſolennitatis quia nõ fuit teſtatus
coram ſeptem teſtibus,tunc enim tenet teſtamentum in-
ter liberos,qui erãt ſucceſſuri ab inteſtato, cùm appareat
de uoluntate defuncti per duos teſtes. Hanc eandem opi-
nionem firmauit Bar.in d.l.fi.& in d.§.ex imperfecto,licet
uideať uacillaſſe,& dubitaſſe in §.quoties,& d.l.in teſtamẽ
to.Hanc ſententiam expreſsè fuit ſecutus dñs Pet.de An-
3 cha.in c.ij.de teſta.ubi plus dixit † q ſi teſtator incepit te
ſtari,& expreſſit q inſtituebat pauperes Chriſti,& non p-
fecto teſtamento ſuperuenit phreneſis, uel mors, q talis
inſtitutio,& alia,quæ expreſſit,non ualent , etiam fauore
liberorum per ea,quæ notantur in iuribus ſuperius alle-
gatis.Item contrariũ uř ſentire do.Anto.de But.in c.j.de
ſucceſ.ab inteſt. Non ob.d.l.in teſtamento.ad illam.n. re-
ſpondet Bal.in l.cùm quis,C.de iur.& fac.igno.in 3.col.in
uerſi.tu diſtingue, in fin.ubi dicit, q ibi ponitur quędam
æquitas non ſcripta,ſeu iuriſconſultus ibi perſuadet, non
diſponit,uel aliter, prout ipſe idem Bal.reſpondet in l. ſi
iure,C.de teſta.manu.ubi dicit caſum illius legis proce-
dere ratione magnæ affectionis,quam habet teſtator ad
illam alumnam,ut colligitur ex uerbis illius;unde non eſt
trahenda ad conſequentiam ſm eum;pro hoc d.l. ſi iure.
ubi dicit,q ſi iure teſtamentum non ſubſiſtit, non deben-
tur ex eo etiam libertates.Concludo ergo ex prædictis ,
dicta legata minimè deberi inter liberos: ſed in bonis di-
cti teſtatoris ſuccedendum eſſe ab inteſtato. Quo ad ſm
qualiter dicta hæreditas deferatur ab inteſtato, dico, q,
mero iure cõi inſpecto,debent ſuccedere filiæ dicti teſta-
toris una cum nepotibus ex filia pręmortua, qui ſuccedũt
in locum eorum matris,& capiunt tertiam portionem tan
tum,ſicut cepiſſet eorum mater . Aliæ uerò duæ portio-
nes ueniunt ad filias,ut probatur in authentica, ceſſante,
C.de legi.hæredi.& inſti.de ſucceſſione,quæ ab inteſt.de
ferum.§.cum filio,Portiò uerò illius filiæ,quæ deceſſit,in
ſtitu.matre,peruenit ad ipſam matrem:potuit enim illam
inſtituere,poſtpoſitis ſorore,& filijs ſororis præmortuæ,
ut in l.fratris uel ſororis,C.de inofficioſo teſtamento.Ma
tre autem mortua, debet illa portio accreſcere ipſis hæ-
redibus,ſalua tamen legitima debita filiæ ſuperſtiti, & ne
potibus ex filia,ut in c.Raynutius,de teſtam.& ſi eſt mor-
tua ab inteſtato , accreſcunt bona matris filiæ pro unica
portione,& nepotibus ex filia pro alia ut patet ex iuribus
ſuperius allegatis. Et hæc ſufficiant.

## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*CASVS, ſuper quo conſilium de iure poſtulatur, in terminis
infraſcriptis proponitur, uidelicet eccleſia ſanctæ Mariæ de Mar-
monia diœceſis Senenſis fuit, iam ſunt cc.anni. & ultra, conſtru-
cta, & conſecrata, unà cum tribus altaribus, uno uidelicet in me-
dio, principaliori, duobus uerò à lateribus pro ornamento dictæ ec
cleſiæ, ut populis conuenientibus ad diuina, facilius poſſent miſſa-
rum ſolennia celebrare, ut ſatis colligi poteſt ex ſcriptura eccleſiæ
& dictorum altarium, & ex ſcriptura antiqua edita ſuper conſe
cratione dictorum altarium eodem tempore facta nec aliqua dos
fuit tempore conſtitutionis dictis altaribus ſpecialiter aſſignata:
quinimò ante xl.annos dicta altaria, nulla bona dotis nomine, aut
alio ti.obtinebãt, nec cẽſebãtur capellæ diſtinctæ à corpore eccleſiæ
Sed plebanus dictæ eccleſiæ pro tẽpore exiſtẽs quãdoq; per ſe quã
doque per alios in dictis altaribus celebrãs populo confluẽti ad di
ctam eccleſiam ſatisfaciebat. demum a lx.uel.l.annis citrà qua-
dam bona fuere dictis altaribus a lateribus conſiſtentibus per non
nullos parochianos dictæ eccleſiæ legata, ſeu donata, & prætextu
harum rerum dicti parochiani arbitrantes ſe eſſe patronos, non-
nullos clericos ad dictas capellas ponebant & conſtituebant cùm
conſenſu plebani dictæ eccleſiæ; & talis conſtitutio durauit ferè,
per xxx.annos, quibus elapſis, dicti parochiani exiſtimantes, ut
ſupra, ſe fore patronos, incœperunt præſentare capellanos ad di-
cta altaria domino epiſcopo Sen. à quo ſic præſentati ferè per xxx
annos inſtitutionem conſecuti ſunt. Nuperrimè autem plebanus,
de nouo in dicta eccleſia canonicè inſtitutus, dicit dictas capellas
unà cum bonis eis legatis, & donatis ad ſe pertinere, quemadmo-
dum & alia bona; negando patronatum aliquem de iure dictis pa
rochianis competere. dicti uerò parochiani contrarium aſſeuerant
& ad eorum intentionem fundandam ſuper dicto patronatu alle-
gant donationem dictorum bonorum per eorum maiores factam,
& quandam ſpecificè factam, ut populus dictæ eccleſiæ præſenta-
tionem capellanorum ad dicta altaria obtineret. Quæritur nunc
quid iuris? Et conſequẽter dubitatur de quadam capella parochia
li poſita intra limites dictæ plebis, quæ olim erat de menſa pleba-
ni dictæ eccleſiæ, demum diuiſa extitit a dicta plebe, per quendam
epiſcopum Senenſem ſine ſui capellani conſenſu, reſeruato quinque
librarum*



*librarum ceræ cenſu annuatim perſoluendo dictæ eccleſiæ: ac etiã
patronatum dictæ capellæ dictus epiſcopus quibuſdam laicis con-
ceſſit, nulla tamen bona per dictos laicos illi capellæ conceſſa fue
runt. Nunc dictus plebanus prætendit diuiſionem fore nullam, di
cens eius ius patronatus ipſis laicis minime potuiſſe concedi, &
nomine eccleſiæ ſuæ uendicat dictam capellam tanquàm menſæ
ſuæ unitam, ſeu membrum dictæ ſuæ eccleſiæ S.Mariæ.*

## CONSILIVM CVI.

1 *Ius patronatus, ſeu ius præſentandi poteſt populo ex antiqua
conſuetudine competere.*
2 *Conſtruens eccleſiam efficitur patronus.*
3 *Inſtitutio beneficiorum pertinet ad ſolum epiſcopum de iure cõi.*
4 *Vnio, uel diuiſio eccleſiarum non poſſunt fieri ſine conſenſu capi-
tuli.*

CHriſti, eiuſque matris præſidio inuocato,
prius iuxta ordinem tangam primũ
punctum, deinde ſecundũ. Et circa primũ uideť
dictum plebanum iniuſta petitione moueri:qm ius patro
natus acquiritur non ſolum conſtructione, & fundatione,
ẽt dotatione.xvj.q.vij.c.filijs ac nepotibus,no.gl. in c. piæ
mẽtis eadẽ cauſa,& q.lxiij.diſt.in ſumma per Inn. in rub.
de iure patronatus,per Io.An.in c.j.eo.tit.ſed per dictos
parochianos fuit dictis capellis dos collata; ergo acquiſi
uerunt ius patronatus.Præthereà præſuppoſito, q titulus
acquiſitionis illius iuris patronatus non fuiſſet à princi-
pio omnino legitimus:dedit tamẽ cauſam dictis parochia
1 nis præſcribendi.†Nam ius patronatus, ſeu ius præſentan
di poteſt populo ex antiqua conſuetudine competere , &
ſic per populum præſcribi , ut uidetur prima fronte tex.
in c.quærelam,de elec.nota.ibi Io. And. & plenius ſuper
regula,q alicui gratioſè,de reg.iur.lib.vj.in Mercu. Sed
dicti parochiani fuerunt quaſi in poſſeſſione præſentandi
ferè p lx. annos;ergo dictum ius præſcripſerunt, cũ ẽt cõ
tra eccleſiã ſufficit præſcriptio. lx.ann.ut c.de quarta , de
præſcr.& in c.j.in vj.cum ſimilibus.Itẽ tertiò,ex quo non
conſtat aliquos fuiſſe patronos dictarum capellarum , &
populus tanto tempore exercuit præſentationis actũ,de-
bemus præſumere parochianos fuiſſe conſtructores dicta
rum capellarũ,cũ certum ſit eccleſiã non naſci , ſed acci-
dentaliter conſtrui.ergo iſti parochiani, qui exercuerunt
actum præſentationis,debẽt præſumi patroni,ex quo alij
non ſunt in poſſeſſione aliorũ iurium cõpetentium patro
nis. Ad hoc c.j.de reli.domi.& quod ibi not.Inno.& facit
quod no.Io.And.ſuper dicta regula,quod alicui,in fi.quę
ſtionis.Præthereà & quartò facit,quod no.Ioan.And.in c.
2 nobis de iure pat.ubi concludit,q †conſtruens eccleſiam
efficitur patronus,& habet p cõſequens præſentationem
non ſolũ principalis rectoris ipſius eccleſiæ,ſed ẽt capel-
lanorũ inſtituendorũ in capellis.¶Sed his nõ obſtantibus,
quæ diligenter ponderata nõ obſtant, contrariũ puto de
iure tenẽdũ,uidelicet q dicti parochiani ius patronatus,
ſeu ius præſentandi minimè ex prædictis uendicare poſ-
ſunt,& q dicta altaria cum bonis ſibi donatis liberè ad
diſpoſitionem plebani dictæ eccleſiæ pertinent. Moueor
multiplici conſideratione.& primò,quia ex quo dicta al-
taria non fuerunt conſtructa à dictis parochianis, nõ poſ
ſunt prætendere in illis ius patronatus. Nã ratione con-
ſtructionis,uel fundationis non,nec ratione dotis. Nã ex
dotis aſſignatione conſequitur quis ius patronatus,quan
do exercuit hunc actum tempore conſecrationis. Sed ex
quo capellæ ſunt fundatæ,& conſecratæ,nõ poteſt de no-
uo acquiri ius patronatus,niſi plura concurrant. Primò
enim requiritur,q bona fuerint ei collata , non ſimplici
titulo donationis,nam ex ſimplici titulo dicitur quis po
tius benefactor,quàm patronus,ut no.Io.An.in c.j.de iu-
re patro.oportet ergo,q bona conferantur in dotem.Itẽ
quòd capellæ ſint ſine dote,& q acquiſitio iuris patrona.
fiat de conſenſu epiſcopi,q cũ capella ſit conſecrata, non
poteſt hæc ſeruitus loco ſacro imponi ſine conſenſu epi-
ſcopi,ut per Io.And.in d.c.j.Inn.ſuper rubr.eiuſdem titu
li:quinimò gl.in d.c.piæ mentis xvj.q.vij. nullo modo uo
luit fateri,q ex aſſignatione dotis poſt quàm eccleſia eſt
conſecrata,poſſit acquiri ius patronatus. Illa tamẽ gloſſ.
limitatur ſm prædicta.ſed in caſu noſtro illa bona nõ fue
runt collata in dotem.Item non interuenit epiſcopi con-
ſenſus in acquiſitione illius iuris patronatus; ergo ex illa
tali donatione bonorum,etiam ſi fuiſſet facta titulo do-
tis,non potuiſſet ius patronatus acquiri. nec debet epiſco
pi conſenſus præſumi,cùm ſit quædam ſolennitas extrin-
ſeca,quæ non præſumitur,ſicut in ſimili authoritas tuto
ris non præſumitur interueniſſe in contractu pupilli.l.
quæcunq;,ff.de publiciana;not.gloſſ.& Bar. in l. ſciendũ,
ff.de uerb.obl.not.Inn.in c.innotuit,de eo,qui fur. or.re.
bene facit.c.j.de re.eccleſiæ non alie.lib.vj.ubi in aliena-
tione epiſcopi non præſumitur conſenſus capituli for-
tius hoc caſu ipſius epiſcopi conſenſus præſumi nõ debet.
Præthereà & ſecundò dico,q etiam ſi illa altaria fuiſſent
conſtructa p parochianos dictæ eccleſiæ : ex quo tñ non
fuerunt per eos dotata,nõ fuit acquiſitũ ius patronatus.
Ad hoc gl.ſingula.in c.quicunq;.ij.xvj.q.vij.q̃ dicit,q do-
nans dotẽ modicã,nõ efficiť patronus,multo fortius nec
ille,q nullã contulit.Quod.n.dř,q qs efficitur patronus
ex cõſtructione,& fundatione,debet intelligi, qñ alij con
currunt cũ eo dotando.nã poſſunt tres effici patroni eiuſ
dẽ bñficij,ut ſi unus cõſtruit,aliàs fundat,& tertius dotat
ut in glo.lxiij. diſt.in ſumma,& d.c.piæ mentis:ſecus , ubi
unus ſolus cõſtruit ſine dotis aſſignatione. Nec ob.ſi dica
tur,q poſteà dotarunt:qa,ex quo tñ tþs fluxit à tpe con
ſtructionis,& nũquã præſentarunt, nõ uideñ cõſtruxiſſe
aĩo acqrendi patronatũ,ſed q dicta altaria eſſent libera,
& ad ornatum dictæ eccleſiæ. Et præthereà, ex quo dictæ
capellæ ſteterunt,per cẽtum quinquaginta annos ſine ali
qua inſtitutione capellanorũ,fundatores illarũ pdiderũt
oẽ ius,quod habebant,& eccleſia præſcripſit illorũ liber-
tatem;facit c.ſignificauit,& quod ibi no. de teſti. Nã per
non uſum perditur ſeruitus,ut in l.ſi ſit cõſtituta,ff. quẽ-
admo.ſerui.amit.facit c.de quarta , & qď ibi no.per Inn.
de præſcr.fuit ergo noua acqſitio patronatus per colla-
tionẽ illorũ bonorũ præſumpta. ¶Secundò principaliter
contra dictos parochianos facit : qa neq; titulũ legitimũ
probant,neq; canonicam præſcriptionem.nam primò ti-
tulus legitimus non probatur,ut patet ex ſupradictis.Nã
non probãtur conſtruxiſſe , nec competenti tempore, &
cum legitima ſolennitate dotaſſe,nec etiam probant præ
ſcriptionem cauſatam:quinimò tenendo opi. Archi. quæ
uidetur ueriſſima in c.hortamur lxxj. diſt. non habet in
hoc caſu locũ præſcriptio. tenuit .n. poſt longã indaginẽ
ius patronatus nõ poſſe per laicum præſcribi,licet Ioan.
And.conetur ipſum reprobare in dicta regula, qď alicui
gratioſè.Sed mihi plus placet opi. Arch.ut plenè tetigi in
quadã diſputatione,q̃ incipit, Augerio rñdẽdo aptiſſimè
ad c.q̃relã,de elec.ſup quo fundať opinio Io.An.ꝯria.Sed
præſuppono ſine ueritatis præiudicio,q opi.Io.An.ſit ue
rior:nihilominus dico dictos parochianos debere ſuccũ-
bere:qa minimè probare poſſunt præſcriptionẽ cauſatã.
Primò qa cũ iſta præſcriptio ſit cõtra ius,reqritur aut ti
tulus legitimus,aut præſcriptio tanti temporis, de cuius
initio

initio non extat memoria,ut in c.ſi diligenti,de præſcr.&
clarius eo.ti.lib.vj.c.j. Sed in caſu noſtro non currit præ-
ſcriptio tanti tēporis,cū de eius contrario non eſſet me-
moria,nec titulus legitimus ſufficiens ad pręſcribendum.
Nam titulus donationis præallegatæ eſt contrarius: quia
ut ſuprà,non ſufficit ſola bonorū, uel dotis collatio ſine
epi cōſenſu.unde dicti parochiani errāt in iure: ſed error
iuris impedit præſcriptionem: ita, ꝙ talis titulus non eſt
ſufficiens ad præſcribendū,ut in c.dudū,iuncta gl. de de-
cimis.l.nunq̄,de uſuca.not glo.in c.apoſtolicæ, de dona.
Prætereà præſuppoſito ſine ueritatis p̃iudicio, ꝙ ualuiſ-
ſet præſcriptio prædicta,non tñ fuit tanti tp̄is,ꝙ ſufficiat
ad præſcriptionē cauſatā complendā.non.n.acquirit̃ qua
ſi poſſeſſio iuris pręſentandi,niſi ſubſequatur inſtitutio ſu
perioris;ad hoc quod no.Inno.& Io. An.in c ij.de integ.
reſt.& per eundem Io.An.ſuper dicta glo.regulæ,qđ ali-
cui in fine q̄ſtionis.ſed in caſu nr̄o ſolū per xxx.ann.ulti-
mos fuit ſubſecuta inſtitutio ep̄i; ergo non fuit completa
præſcriptio.xl.quæ ſola currit cōtra eccleſiā, ut in d.c.de
quarta,& authen.quas actiones,C.de ſac.ſan.eccle.¶Nec
obſtat inſtitutio,ſeu cōſenſus plebani præſtitus in priori-
bus.xxx.annis:qa ad plebanū nō ſpectabat inſtitutio.hinc
eſt,ꝙ poſteà fuit habitus recurſus ad ep̄m loci;facit quod
no.gl.in c.quanquā,de ele.lib.vj.& quod no.Io.An.in di-
3 cta regula,quod alicui.ubi patet †quod ad ep̄m ſolū ꝑti-
net de iure cōi inſtitutio bñficiorum,ut eſt tex. in c.cū ex
iniuncto,in fi.de hære.Prætereà & ultimò non pōt allega
ri pręſcriptio,ēt ſi fuiſſet continuata per tēpus ſufficiens:
quia eccleſia uacauit ꝑ tempus lv.annorū. Nā plebanus,
qui erat tēpore concurrentis præſcriptionis,non habebat
titulū legitimū,& ſic erat intruſus,cū eſſet priuatus ex le
gitima cauſa titulo eccleſiaſtico. unde uerius dicebatur
fur,& latro,in c.dudū.ij.de elec.ſed tempore uacationis
eccleſię nō currit præſcriptio,ut no.Inno.in c.olim,de re
ſti.ſpo.ubi ſingulariter dicit,ꝙ ēt eccleſiæ inferiori uacā
ti.nō currit præſcriptio:qa nō eſt legitimus, & immedia-
tus defenſor,q iura eccleſiæ poſſit tueri, & repetere. Nā
iſti intruſi timentes repelli,nō audent bona inuaſa repe-
tere,nec habent dilectionem ad eccleſiam: ſed ſolū nitun
tur rapere,unde paria ſunt nullum habere rectorem,uel
intruſum habere,ut in c.ij.de tranſla. præla. facit, quod
no.gl.in c.j.de in integ.reſti.li.vj.& tex.cum gl.in c. ſacer
dotes.xvj.q.iij.Et ex prædictis oībus concludo dictos pa
rochianos minimè poſſe ſibi uēdicare ius patronatus,ſeu
præſentandi ad dictas capellas,& ꝙ dictæ capellæ ſpectāt
ad diſpoſitionē plebani unà cū bonis collatis,nec potue-
runt parochiani bona ꝑ eorū maiores donata repetere:
qa donatio ſemel ꝑfecta reuocari non pōt, ut l.fin.C.de
reuo.do.c.fi.de don. ēt ſi bona collata fuiſſent p̃textu cāæ
minus legitimæ:quia cauſa minus legitima habetur pro
non adiecta,& remanet donatio pura, ut ꝓbat.x.q j.c.ij.
ubi tex.no.cū glo. facit quod legi. & no. in c.ſignificatū,
de præb.Dico tñ,quod ſi populus parochiæ erat in poſ-
ſeſſione pręſentandi bona fide,nō debet remoueri ad prę
ſentationem populi inſtitutus,ut in c.quærelā,preal.& c.
conſulta,de iure patro.ſed populus erat in mala fide,ut
no.Inn.in c.ij.de in inte.reſti.c.ex literis,de reſti.ſpo.&.c.
cū eccleſia Sutrina, de cā poſ.& propri. & d.c.conſulta-
tionibus.Et per prędicta patet ad contraria reſponſio.Et
per hoc patet reſponſio ad.j.q. ¶Nunc ſ̃m dubium ingre
diendo.ſ.an dicta diuiſio per ep̄m facta de iure ſubſiſtat,
uidetur primò quòd ſic.nam ep̄s pōt unire eccleſias mino
res,ut in c.ſicut unire,de exceſ.prela.& c.uacante, de p̃b.
ergo & diuidere,ut in c.ſicut duo.xv.q.j.& no.in d.c.ſicut
unire;facit regula prima,de regu.iur.Nam omnis res per
quaſcunq; cās naſcitur,per eaſdē diſſoluitur, ut ibi. ¶Sed
his non obſtan.contrarium puto de iure procedere quo
ad caſum noſtrū.Corruit.n.ipſo iure ipſa diuiſio ex mul-
tiplici cā.¶Primò quia fuit facta ex cā notoriè iniuſta.Aſ
ſeruit enim ep̄s in dicta diuiſione,illam facere ꝑ ꝑ tenui-
tatem redituū illius eccleſiæ S.Mariæ. Nam hæc cā nō in
ducit facultatē diuidendi eccleſiā ſibi annexam, ſed po-
tius de nouo ſibi uniendi,ut in c.expoſuiſti,& c. uacan. de
p̃b.& no.in d.c.ſicut unire,& x.q.iij.c.unio. Prætereà quē
admodū ſine cā legitima nō poſſunt iura eccleſiæ aliena-
ri,ut in c,ſine.exceptione.xj.q.ij.& in c.j.de reb.eccl. non
alie.lib.vj.ita nec diuiſo dictæ annexionis ſine cauſa legi
tima fieri debuit,cū nulli dubiū ſit dictā diuiſionem per-
tinere ad alienationem iuriū dictæ eccleſiæ S. Mariæ;fa-
cit quod leg.no.in c.conſtitutis,de ele.Prætereà dicta di-
uiſio corruit ex defectu ſolēnitatis omiſſæ. Non.n.fuit fa
cta cū conſenſu capituli,nec tractatu p̃cedente:qm̄ quem
4 admodū unio†non pōt fieri ſine cōſenſu capituli,nec ua-
let conſuetudo in cōtrarium,ut eſt tex. iuncta gl.in cle.ſi
una,de reb.ec.nō ali.ita fortius nec debet fieri ſine dicta
ſolennitate diuiſio,arg.in dicta regula prima.Et qa,ut di
xi,ꝑ hāc diuiſionē alienant̃ iura illius eccleſiæ ſanctæ Ma
riæ,unde ēt tractatus p̃cedere debuit, ut in c.tua, de his
q̄ fiunt à prela.in c.j.de reb.eccle.nō alie.lib.vj.Prætereà
in dicta diuiſione fuit ius patronatus cōceſſum quibuſdā
laicis,q nec cōſtruxerunt,nec fundauerunt,nec dictā ca-
pellā dotauerunt,ergo eis tale ius ꝑ ep̄m nō potuit cōce-
di,p̃ſertim cū dicta capella eſſet iā conſtructa, & dotata
tp̄e cōceſſionis dicti iurispatrona.nec.n.pōt ep̄s rei ſacræ
ſine cā legitima hanc ſeruitutē imponere, ut no. gl.in d.
c.piæ mentis. 16.q.7.& Io.An.in c.j.de iur.iur.& Inno.ſu
ꝑ rub.eiuſdē titu.facit quod leg.& no.in c.cū dilectus,de
cōſue.& c.ij.de iudi.Ex q̄bus oībus euidenter cōcludit̃ in
hoc ſecundo dubio,dictā diuiſionē minimè de iure ſubſi
ſtere.nec cōceſſionē dicti iuris patronatus ualuiſſe: ſed ꝙ
dicta capella pōt uēdicari ꝑ plebanū dictæ eccleſiæ S.Ma
riæ tanquā ab antiquo unita,& annexa eccleſiæ ſuæ tan-
quā mēbrū ꝑtinens ad menſam dicti plebani. Et quāquā
de dicta unione,ſeu incorporatione ꝑꝑ tp̄is antiquitatē
inſtrumenta nō exiſtant:attamen ſufficit, ꝙ dicta capella
fuerit tenta per dictū plebanū noīe ſuæ eccleſię tanquam
unita,& incorporata eccleſię ſeu menſæ per tm̄ tēpus, de
cuius initio memoria non exiſtit;ad hoc tex. iuncta gl.in
cle.j.de exceſ.prela.& diſputando cōcludit Io. And. in re-
gula,qui contra iura lib.vj.in Mercu.pōt ēt attentari,ꝙ ſi
ne aliqua p̃ſcriptione,ſeu unione dicta capella pertineat
ad plebanū:qa fuit ædificata intra limites parochiæ ſuæ,
& eſt uicina dictæ plebi.unde debet præſumi cōſtructa,&
dotata ex bonis dictæ plebis,ex quo tanto tēpore hoc iu
re fuit à dicta plebe poſſeſſa,cuius nō eſt memoria in con
trariū:pro hoc gl.ſingula.in c.eā te,de æta.& quali. & qđ
ſuper eo no.Io.An.& facit ꝙ p̃ſumatur dotata & cōſtru-
cta ex bonis dictæ plebis:qa non apparet aliū fuiſſe funda
torē,ſeu patronū,& oīa iura illius capellæ ſemper fuerūt
poſſeſſa per plebanū dictæ eccleſiæ;ad hoc qđ no. Io.An.
in regula,quod alicui,de reg.iur.li.vj.in Mercu.in fi.quæ
ſtionis,& facit quod not.in c.j de relig.domi. Et hæc di-
cta ſufficiant. NICO. ABBAS.

## CONSILIVM CVII.

1 *Donationes plures in eadem perſona ad hoc ut ualeant requiri-
tur,quòd per diuerſa tempora fiant.*
2 *Solennitas inſinuationis non fuit inducta in fauorem donan-
tis,ſed in odium recipientium clandeſtinas donationes.*
3 *Iuramentum ubicunque eſt turpiter receptum, debet relaxari.*
4 *Abſolutio debet fieri,ubicunque quis iurat contra diſpoſitionem le
gis communis,uel ſtatuti.*
5 *Filia ſi ob metum & reuerentiam paternam renuntiat cùm iura
mento ſucceßioni,poteſt petere abſolutionem a iuramento.*
6 *Iuramentum præſtitum ſuper contractu ſolenniter inito,tollit be-
neficium prætoris in obtinenda reſtitutione in integrum.*
7 *Dolus præſumitur in enormißima læſione.*
8 *Contractus iuratus quando poteſt argui de dolo, poteſt minor
prius petere abſolutionem, & poſteà petere reſtitutionem in
integrum.*

IEſu Chriſti redemptoris præſidio ex cor-
de inuocato, quatuor ſunt in
cauſa dominæ.Baptiſtæ filiæ quondā Andreæ Io
annis,& nūc uxoris Franciſci dñi Cyni ad ipſius plenā di
lucidationē indaganda.¶Primò,nunq̄d donatio per eam
facta fratri carnali ex defectu inſinuationis corruat,qua-
tenus excedat ſummā quīgētorū aureorū,nō obſtāte ꝙ in
dictæ donationis inſtrumento ſit appoſita illa clauſula,
quod tot ſint donationes,quot ſunt capita,& ſic liceat no
tario de ea rogato de unoquoque capite conficere inſtru
mentum donationis ita,ꝙ nō excedat,nec excedere poſ-
ſit ſummam quingentorum aureorum,&c. Item nō obſtā-
te iuramento præſtito ꝑ dictā dñam Baptiſtā ad dictę do
nationis ualiditatē.¶Secundò præſuppoſito, qđ ſaltē iu-
ramentum eam obliget ad nō cōtraueniendū,an poſſit ꝑ
eam peti abſolutio ab illo iuramento.¶Tertiò,an præſti-
ta abſolutione,poſſit dicta bona per eam donata uendi-
care tanquàm ſua,nulla prius petita in integrum reſtitu-
tione.¶Quartò,præſuppoſito,ꝙ inſinuatio ex aliquo ca-
pite, puta conſuetudinis,uel alterius occaſionis nō fuerit
neceſſaria,an ſaltem rōne læſionis poſſit ꝯuenire petendo
abſolutionem a iuramento,& poſteà in integrū reſtitutio
nem aduerſus donationem,cum tp̄e donationis fuerit mi
nor,& nunc exiſtat intra tp̄s reſtitutionis in integrum pe-
tendæ.¶Poteſt addi & quintū dubium qđ debet eſſe pri-
mū in ordine,nunquid dicta dña Baptiſta poſſit à ſucceſ-
ſione materna,de quorū bonorum donatione agit̃,exclu-
di uirtute cuiuſdā ſtatuti Senenſis poſiti ſub rubr. ¶Qđ
mulier nupta non ſuccedat,extātibus maſculis; in quo ſic
cauetur,quatenus facit ad propoſitum noſtrū, uidelicet,
Mulier nupta dotata à patre,fratre,ſeu patruo matri ſuæ
ab inteſtato non ſuccedat, quamdiu fuerint filij maſculi
ex ea &c.Mater autem dñæ Baptiſtæ deceſſit, etiam ma-
ſculo ſuperſtite,cui donationem dicta dña Baptiſta fecit
de illis bonis maternis ipſam quoquomodo cōtingētibus.
¶Venio ad primū,& ur̃ ꝙ dicta donatio ualuerit ſine inſi
nuatione ex duplici capite.¶Primò ꝑꝑ illam clauſulā,ut
tot intelligantur donationes,quot ſunt capita,& ꝙ liceat
notario de unoquoque facere inſtrumentum donationis
ꝑ ſe.Nam hæc uerba innuunt,plures eſſe donationes, qua
rum nulla excedit ſummam quingentorum florenorum,
arg.in l.ſcire debemus,ff.de uerb.oblig. & hoc ur̃ ſentire
Spec.in tit.de inſtrum.edi.§.porrò,uer.donatio, præſer-
tim cum res donatę ſunt enumeratæ;& hoc caſu firmauit
idem Spec.donationem ualere in dicto loco,& clarius in
tit.de don.§.j.uerſi.quòd ſi aliquis.Sed in caſu noſtro poſ
ſunt dici numeratæ,cum fuerit data facultas notario con
ficiendi inſtrumentum de unoquoque capite,ita ꝙ nulla
donatio excedat ſummam quingentorum aureorum. er-
go dicta donatio non pōt infringi ex inſinuationis defe-
ctu.¶Sed his non obſtantibus,in ꝯrium ſe habet ueritas
per tex.apertum in l.ſancimus.§.quis autem per diuerſa,
1 C.de dona.ubi expreſſe innuitur† quòd ad hoc ut ualeāt
plures donationes in eadem perſona factæ,requiritur, ꝙ
per diuerſa tp̄a fiant:ſecus aūt,ſi eodem tp̄e, ſicut conti-
git in caſu noſtro.Nam tunc illa clauſula ur̃ appoſita in
fraudem legis;& ideò nil debet operari.Cum. n.fiunt plu
res donationes eodem tp̄e eidem perſonæ, non minus ꝑ-
ſona donatoris poteſt decipi,q̄ ſi eſſet unica donatio; un-
de lex eſſet impoſita uerbis,& non rebus,contra.c.commiſ
ſa,de ele.lib.6.& l.ij.C.communia,de leg.& ꝑ illū. §. quis
autem,præal.Bar.reprobauit dictum Spec. in l. Modeſti-
nus,ff.de donatio.& in §.ſi quis autem,& Ioan.And.in ad
ditio.Spec.ſuper dicto uerſi.donatio,& ſentit Bal.in l.il-
lud,C.de ſacr.ſan.eccl.Concludo ergo,ꝙ ex capite illius
clauſulæ non ſuppletur inſinuationis defectus. Sed maius
dubium eſt circa iuramentum,nunquid.ſ.ſuppleat inſinua
tionis defectum.Bal.in d.l illud,firmauit,quòd nō,dicens
ꝙ ex tali donatione,etiam iuramento interpoſito, nulla
oritur obligatio,etiam naturalis,mouetur, quia inter cæ
tera,ad hoc,ut iuramentum obliget,requiritur,q res,ſu-
per qua præſtatur non ſit à iure prohibita,ut l. ſi quis in-
quilinos.§.fi.de lega.j.ſed talis donatio ſine inſinuatione
eſt prohibita,ut l.donatio ſiue C.de dona. addunt etiam
quia legi inducenti ſolennitatem non poteſt renuntiari,
2 ff.de leg.j.l.nemo poteſt.†Item quia ſolennitas inſinuatio
nis non fuit inducta in fauorem donationis,ſed in odium
recipientium clandeſtinas donationes,& ne quis prodiga
liter re ſua utatur.adducit etiam ad prædicta, quod nota
Cy.in l.j.C.de ſac ſan.eccl & Bart.in l.ſi quis pro eo, ff.
de fideiuſſ.ſed Ioan.Andr.intelligit latius hunc articulū
tàm reſpectu renuntiationis huius ſolennitatis, quàm re-
ſpectu iuramenti,in addi.no.Specu.in tit.de inſtru.edi. §.
porrò,præall uer.item no. uidetur,licet clarè non loqua
tur,inclinare,in partē,ut ſimplex renuntiatio non ualeat,
licet Gui.de Cu.tenuerit contrarium in d. l.illud,& reci-
tat Io.And.in loco præalleg.ſed iuramētum ſic, ſi fuit nō
ui,nec dolo præſtitum,nec metu ad hoc adducunt iura, q̄
approbant iuramentum in multis caſibus a iure prohibi-
tis pręſtitum,ut in c.cum contingat,de iureiur.& c.licet,
eo.ti.lib 6.& c.quamuis,de pac.eo.lib.& authen. ſacramē
ta puberum,C.ſi aduer.uen.cum ſimi. & iudicio meo idē
uidetur ſenſiſſe Bar.in d.l.Modeſtinus,in fin.iunctis not.ꝑ
eum in l.ſi quis pro eo,ff.de fideiuſſo.ad quam l. ſe remit
tit in dicta.l.Modeſtinus.Et hanc opi.tanquàm tutiorem
ego approbo;tamen quia in caſu dubio debemus ſemper
ſtare pro iuramento,ne ex contrauentione quis incurrat
periurium,argu.c.iuuenis,de ſpon.& quod ibi no.gloſſ in
c.uno, de ſcruti.& in concernentibus periculum animæ
pars tutior tenenda eſt,ut not. in iuribus præalleg. & eſt
tex.magis apertus in cle.exiui,de uerb.ſig.Prætereà cer-
tum eſt,ꝙ hæc inſinuatio non concernit principaliter cō-
modum publicum,ſed priuatum ipſorum donatorum, li-
cet in conſequentiam concernat publicum, intereſt enim
reipublicæ ne quis re ſua malè utatur,inſti.de his,q ſunt
ſui,uel alie.iur.§.ſed hoc tempore,& in auth.ut iudi. ſine
quoquo ſuf.ualet iuramentum in contrarium,ſiue ſit pro
hibita principal̃r in fauorē donatoris ꝑ c.cū cōtingat,p̃al
le.ſiue ſit ꝓhibita talis donatio in odiū recipiētiū clande
ſtinas donationes ꝑ tex.in c.ſignificāte,de pig.ꝑ quē text.
confunditur iudicio meo opi.Bal. Nam pactum legis com
miſſoriæ reprobatur principaliter in odium creditorum:
& tamen iuramentum obligat iurantem,ut legitur & no.
in d.c.ſignificante.& per illum text.uoluit Bar.in d.l.ſi q̄s
pro eo,in uer.iij.prohibetur,dare regulam, ꝙ ubi prohi-
betur contractus in odium creditoris,iuramentum præſti
tum in contractu eſt ſeruandum,licet non firmet contra-
ctum,ſecundum eum.ita dicendum in propoſito, dictum
autem

autem Bald.& l.ſi quis inquilinos,allegata per eum procedit, quando aliquid prohibetur in fauorem publicum principaliter, uel quia illud eſſet contra bonos mores, quibus caſibus etiam de iure cano.non tenet iuramentũ, ut in c.ſi diligenti,de foro compe.& in regula, non eſt obligatorium,de reg.iu.lib.vj.& hoc caſu poteſt intelligi. l. non dubium,C.de legi.ſecus,quando in fauorem, uel odium priuatum,ut in authe.ſacramenta puberum, & in l.j.C.ſi aduer.uen.ex quo enim iuramẽtum iſtud poteſt ſeruari ſine periculo animæ iurantis,ſeruandum eſt,ut in ca. ſi uerò,& c.debitores,de iureiur.Vnde concludo, iuramẽtum obligaſſe dictam dñam Baptiſtam, ſaltem perſonaliter,ad non contraueniendum.¶Reſtat nunc examinare ſecundum dubium,An debeat audiri petens abſolutionem
3 a iuramento?indubiè credo,ꝙ ſic; † quia, ubicunque iuramentum turpiter eſt receptum,debet relaxari, ut legr. & no.in c.j.& in c.debitores,de iureiu. hoc autem iuramentum fuit turpiter receptum ex multiplici capite. Primò ꝯ legem diſponentem,ut abſque inſinuatione non fiat donatio excedens ſummam quingentorum aureorum.l. ſi quis pro redemptione,& l.donatio.C.de dona. Item interuenit magna læſio,& ſic dolus ſaltem re ipſa.l.ſi quis cum aliter,ff.de uer.obliga.Item uidetur dolus interueniſſe etiã ex propoſito ex eo,ꝙ tres conſanguinei adhibiti ad præſtandum conſenſum iuxta formam ſtatuti Senenſis iurarunt in præſentia ipſius dñæ Baptiſtæ,ꝙ credebant illam donationem cedere in utilitatem ipſius dñæ Baptiſtæ donatricis,cum ſit falſiſſimũ:quia donare nil aliud eſt,quàm perdere.l.filiusfa.ff.de dona.& ſic læſio erat patens in ꝯrium,ut dicit Ioan.An.in addi. Spec. prealle. loco. unde uidetur dolo fuiſſe inducta ad illam donationem. potuit n.hoc credere,cum eſſet minoris ætatis,& uideret conſanguineos ſuos in præſentia ſui patris hoc iurantes. & quòd hoc caſu,etiam ubi tanta non concurrerent, debeat fieri abſolutio à iuramento,uidetur ꝙ ſit cõis doctorum concluſio.primò.n.hoc tenuit conſulendo Fede.de Se. conſil. cclxiiij.ubi concluſit † abſolutionem debere fieri, ubicun-
4 que quis iurauit contra diſpoſitionem legis cõis,uel ſtatuti;quia contrahens uidetur turpiter recepiſſe iuramentũ contrahendo contra diſpoſitionem legis. unde debet potius puniri,quàm aliquod commodum reportare. 8.diſti. c.quæ contra,& in c.ſi neceſſe,de dote poſt di.reſti. Idem uidetur tenere Vinc.Ioan.An.ipſum recitando in ca.cum contingat,de iureiu.ubi dixit,mulierem in caſu illius ca. poſſe inſtare,ut a iuramento abſoluatur; ergo fortius in caſu noſtro debet talis abſolutio fieri.Hanc eadem opi.ſecutus eſt Anto.de Bu.in c.cum contingat,quando concurrit enormis læſio:quia tunc præſumitur dolus,ar.in c.omnes.§.Lutius,ff.de his,quæ in fraudem credi. Hic autem contingit enormiſſima læſio: quia donauit omnia bona materna perſonam ſuam contingentia, quæ aſcendebant ad ualorem duorum millium florenorum.Idem uĩ quaſi ĩ terminis noſtris conſuluiſſe in hac ciuitate Senarum bonæ memoriæ do.Pet.de Anch.ut ipſe refert in repetitione ca. canonum, de conſtitu. præſertim habito reſpectu: quia cum enormi læſione concurrit legis prohibitio,minor ætas,& ſexus fragilitas,ut in dictis locis pleniſſimè iſta concluſio examinatur.Non autem curo latius hic procedere:quia cõis opi.doct.in hac concluſione iuridica concurrit.Non enim debet iuramentum eſſe iniquitatis uinculum,ut in c.quanto,de iureiur.& in c.j.e.ti.li.6.eſſet autem iniquitatis uinculũ,ſi detineret indiſſolubiliter puellam enormiſſimè læſam,& deceptam,& dolo inductã,ſaltem re ipſa uinculatam eſt enim fraudibus obuiandum,& non indulgendum,ut in c.ſedes,& c.ſuper literis,de reſc.

Hunc articulum poſt longam indaginem ſic decidi in lectura mea ſuper d.c.cum contingat.ubi pleniſſimè patent motiua,& rationes huius paſſus ad idem,quod no.Bal. in
5 l.pactum.C.de colla.ubi dicit † ꝙ ſi filia ob metum,& reuerentiam paternam renuntiauit cum iuramento ſucceſſioni,poteſt petere abſolutionem a iuramento,ar.ex not. in l.j.§.quę onerandæ,ff.quarum re.ac.non datur:ſed idẽ contingit in caſu noſtro, cum pater fuerit author huius donationis,ut tota hæreditas materna remaneret filio maſculo,unde uĩ ꝙ propter reuerentiam paternam hoc fecerit,maximè præcedente illo iuramento conſanguineorum præſentium,de quo ſuprà dixi.& hæc de ſecundo principali dubio.Ad tertium dubium,An,obtenta abſolutione ab illo iuramento,poſſit dicta dña Baptiſta uendicare illa bona tanquam ſua,nulla prius petita abſolutione ꝯ contractum Hunc etiam articulum plenè examinaui in d.c.cum contingat in lectura,& ut ibi dixi do.Ant.de Peruſio in quodam ſuo conſilio,quòd incipit, Dña Catharina,in hoc articulo ſenſit hanc diſtinctionem, ꝙ aut iuramentum ualidat contractum;& tunc non licet, abſolutione obtenta,uenire contra contractum:quia iam ualidatus fuit ex iuramenti interpoſitione, abſolutio autem prodeſt ſecundum eum hoc caſu,ut contraueniens non incidat in periuriũ,aut non ualidat contractum,ſed ſolum obligat iurãtem ad nõ cõtraueniendum:& tunc,facta abſolutione,ilicò remanet in priori ſtatu;& ſic ſentit, ꝙ in caſu noſtro nõ ſit neceſſe petere reſtitutionẽ in integrũ:ſed ſtatim, obtenta abſolutione à iuramento, poterit bona ſua uẽdicare.Nam in caſu nr̃o iuramẽtũ nõ hẽt firmare ꝯctũ, cũ donatio ultra ſummã quingentorum aureorum ſit prohibita in odium recipientiũ clandeſtinas donationes,ut ſupra dixi in præcedenti articulo poſt Bal.in d.l.illud,C.de ſac.ſan.eccl.ergo non firmatur iuramento per theoricam Bar.in l.ſi quis pro eo,ff.de fideiuſ.in uer. quartò prohibetur contractus &c.Et idem ſentit do.Anto.in c.cum cõtingat,præalleg.ubi idem firmauit in lec.& uĩ hoc probari in c.ſignificante,de pi.ubi pactum legis commiſſoriæ in pignoribus non ualidatur iuramento; ſed Papa ſolum ſe fundat ſuper iuramento perſonali,cui ſatisfacto non curatur amplius de pacto;quinimò Io Cal.& Pau.in quodam conſilio tenuerunt,ꝙ indifferenter, ſublato iuramento, reſcinditur ꝯctus;& illam opi.fuit ſecutus in d.c.cum contingat,qñ contractus erat nullus ſine iuramento:quia ſublato iuramenti fomento, remanet. contractus inefficax ſine aliquo ſuſtentaculo,ſicut ſublato fundamento tollitur ædificium.j.q.j.c.cum Paulus.Ex his cõcluditur,ꝙ in caſu præſertim noſtro,ſublato iuramento per legitimam abſolutionẽ,non eſt neceſſe petere reſtitutionẽ aduerſus dictã donationẽ,quatenus excedit ſummam quingentorum florenorum aureorum, cum talis donatio ſit nulla ſine iuramento,ut in d.l.ſancimus,& l.ſi quis pro redemptione, licet fuerit facta fratri carnali,ut l.datam,C.eo.ti.& de iſta inſinuatione,qualiter ſit fienda,plenè notatur per Io.An. in addi.Specu.in d.§.porrò;& per Bald.in d.l.illud,& Bartol. in l.Modeſtinus,ff.de ſol.¶Ad quartũ dubiũ,pſuppoſito ſine ueritatis præiudicio quòd dicta inſinuatio ex aliquo capite non fuerit neceſſaria,an ſaltem ratione læſionis poſſit dicta dña Baptiſta contrauenire petendo prius abſolutionem a iuramento, & poſteà reſtitutionem aduerſus contractum. Videtur primò,quòd non per tex. in l.j.C.ſi aduer.uend.per quem tex.dicunt ibi communiter
6 doc.& maximè Bartol.& Bald.† quod iuramentum præſtitum ſuper contractu ſolenniter inito tollit beneficium prætoris in obtinenda reſtitutione in integ.Sed profectò iudicio meo ille tex.non decidit qõnẽ noſtrã.loquitur.n. ſtante

ſtãte iuramento.Nã,durante uinculo iuramẽtali,nõ põt etiã reſtitutio in integrum, ſiue ſit cõtractus initus cũ ſolennitate, ſiue non; & pro hoc facit hodie auth.ſacramẽta pube.quæ uidetur hodie approbarę opi.Mar.de qua ibi, ut no.in d.l.j.& ĩ auth.ſacramẽta, & uidetur probari in c.cũ cõtingat, de iureiu.& hoc apertiſſimè innuit tex. in d.l.j.cũ dicit imperator. neq; perfidiæ neq; periurij me authorem futurum ſperare debuiſti &c. ſublato autẽ iuramento per legitimam abſolutionem,non põt notari periuriũ in concedenda,ſeu petenda in integrum reſtitutione: imò iuramentũ obſeruatur, ſi prius petat̃ abſolo, ut in c.uenerabilẽ, de elec.c.uerum.de iureiu.cũ ſil̃ibus. Et ideò notanter dixit Inn.in c.ij de iureiu.cum ſimi.ꝙ nulli contra iur̃m proprium datur in integrum reſtitutio, ſed abſolutio tñ contra iuramentum autem ab alio pręſtitum bene datur in integrũ reſtitutio; puta ſi minor fuit læſus deferendo alteri iuramentũ in iudicio, ut l.nã poſtea.§.ij.ff.de iureiu.unde uidendum eſt, nunquid poſſit hoc caſu peti abſolutio à iur̃o; & puto ꝙ ſic: quia data læſione enormiſſima cum minori ætate, & ſexus fragilitate,uidetur legitima,& iuſta cã petendi abſolutionem: quia iuramentum non debet eſſe iniquitatis uinculum.c. quanto,de iureiu.Sed cui dubium eſt, hoc eſſe iniquiſſimũ, ut iuramentum obliget ſine remedio abſolutionis unã puellam ad lęſionem enormisſimam tolerandã? arg.
7 in c.uerũ,de iureiu. † Præterea & fortius in enormisſima læſione pſumit̃ dolus, ut in l.Lucius.§.oẽs,ff.de his, quæ in frau.cre.& l.creditor.§.Lucius,ff.mãdati: quinimò in caſu noſtro intercesſit apertus dolus:quia cõſanguinei iurarũt, ꝙ credebant iſtã donationẽ cedere in utilitatem ipſius dñę Baptiſtę,quibus uero ſimiliter credere debuit, arg.in l.trãſactione,C.de tranſac.ergo iur̃m iſtud eſt remittendum per c.cũ contingat,in fi.& quod ibi no.præal. c.2.de pac.lib.6.Et hanc partem ſatis uidetur ſentire do. Ant.& Pet.de Anch ut dixi, in d.c.cum contingat,ſublato autem iur̃o, nõ uideo quid impediat dictam dñam Baptiſtam petere reſtitutionem in integrũ aduerſus lęſionẽ,cũ ſit adhuc intra tpa in integrum reſtitutionis petendæ,ut l.fi.C.de tempo.in integ.reſt.& hanc ſniam tenuit
8 apertè Bal.in d.l.j.in fi.C.ſi aduer.uen.ubi dicit, † ꝙ cum contractus iuratus poteſt argui de dolo,põt minor prius petere abſolutionem, & poſteà petere reſtitutionem in integrum; quod eſt æquiſſimum, & iuri conſonum; facit optimè.l.ſi ex falſis,C.de tranſac.ubi, non obſtante iur̃o, ſubuenitur dolum paſſo aduerſus contractum. fortius ergo hoc procedit, cum dolus fuit adhibitus contra minorem. Nec moueat quenquam,ꝙ donatio fuerit facta fratri carnali:quia iſta non eſt ſufficiens cauſa donãdi de bonis minoris,arg.in l.cũ plures, & quod ibi no.ff.de admi. tut.& ex iur̃o prius præſtito per conſanguineos patet, ꝙ dicta dña Baptiſta non habebat uoluntatem ſimpliciter donandi,maximè tantam quantitatem.¶Reſtat nunc deſcendere ad quintum,& ultimum,qd̃ erat prius examinãdum.Nã ſi excludatur prætextu ſtatuti à ſucceſſione materna, fruſtra diſcutitur,an donatio posſit impugnari; & profectò ſine alia argumentatione ad partes breuitatis cã puto firmiter dictam dñam Baptiſtam minimè fuiſſe excluſam à ſtatuto prædicto: quia ſtatutum loquitur dè muliere nupta, & dotata à patre &c. Sed dicta do.Baptiſta tempore mortis matris,quo fuit delata ſucceſſio non erat dotata,nec maritata;ergo non habuit in ea locũ dictũ ſtatutũ. cũ.n.ſtatutũ ſit odioſum tanq̃ excludens fœminas à ſucceſſione materna ꝯ.l.maximum uitium, C.de li.præte.debet ſtrictè intelligi; iõ non debet extendi ad caſum, in quo non reperitur qualitas à ſtatuto requiſita ut ĩ c.ſtatutũ,de elec.lib.6. nec debemus recedere a lege cõi,niſi quatenus reperitur in ſtatuto,ut in l.pcipimus,in fi.C.de appel.nec obſtat,ſi dicat̃, ꝙ tunc dicta dña Bapti. eſt dotata,& maritata à patre:quia dico ſtatutũ excludere fœminã,qñ tpe ſucceſſionis reperit̃ maritata, & dotata à patre,&c.non aũt ſufficit,ꝙ poſt hæreditatẽ delatam fuerit maritata & dotata. Nã qualitas appoſita in aliqua oratione intelligit̃ ſm tp̃s uerbi,ad qd̃ refert̃,iuxta theoricam Bar.in l.ex facto, ff.de uul.& pup.in d.l.pcipimus, C.de appel.& per gl.in c.ſtatutũ,in prin.ſuper uerbo, canonicis, in fi.de reſcr.lib.6.Illa aũt uerba ſtatuti, Mulier maritata,& dotata &c.referuntur ad uerbum, ſuccedat. debet ergo eſſe dotata tpe ſucceſsionis, non aũt poſtea unde ſtatutum uoluit excludere à ſucceſſione illam, cui erat prouiſum de marito,& dote,non aũt cui nondũ erat prouiſum, nec uoluit priuare hæreditate iã quæſita, ſed repellere ab acquirenda; & longa eſt differentia inter lucrum non capere, & quæſitum perdere, ut in l.ſi ſponſus. §.maritus,de do.inter ui.& uxo.quinimò ĩ hoc caſu, quo ſtatutũ eſt odioſum, appellatione maritatæ nõ uenit filia deſponſata tñ per uerba de futuro,ut no.doc.in l.nõ ſolũ, C.de bo.quæ lib.per quam l.no.conſuluit do.Pet.de Anch.ut ipſe refert in repe.c.canonũ, ſi ſtatuto cauetur, ꝙ filia maritata non ſuccedat patri una cũ fratribus; non debet uirtute ſtatuti excludi filia deſponſata. debent.n. uerba ſtatuti multum reſtringi, quatenus affert odium, ut no.in l.oẽs populi, ff.de iuſt.& iu.probat̃ in c.cũ dilectus,de conſue & in l.ij.C.de noua. NIC. ABB.

## CONSILIVM CVIII.

1 *Differentia nulla eſt inter puberem, & pupillum doli capacem reſpectu obligationis iuramentalis.*
2 *Pupillus doli capax efficaciter obligatur, ſi iurauit ſe operas præſtiturum.*
3 *Iudicis decretum de iure communi non requiritur in pace per pupillum fienda.*

ILlud in effectu de iure quæritur, An pax facta per pupillum,doli tñ capacem, iur̃o uallata cum tutoris authoritate, & ſine iudicis decreto,ualuerit,non obſtante ſtatuto,quo cauet̃,minorẽ non poſſe ſine decreto iudicis ꝯhere. ¶Et primò Chriſti Saluatoris præſidio inuocato, uidetur dicendũ ꝙ nõ: quia cũ pupillus obligetur ad pacẽ ſeruandã, præſertim in caſu noſtro, in quo fuit utriuſq; pœna appoſita, negari non põt,quin dicatur ꝯxiſſe, ut in l.oẽm obligationẽ, ff. de iudi.ubi dr̃,oẽm obligationẽ pre ꝯctu habendam, ut ubicũq; quis obligetur,ꝯhi uideatur &c.ergo ex defectu decreti dicta pax nõ ualuit;& præſertim hoc procedit,ſi teneamus opi.illorũ,qui dixerũt,ꝙ,etiã ceſſante ſtatuto, nõ poteſt tutor authorare ſuper pace per pupillũ fienda, ut no.in l.j.C.de in integ.reſt.mino.ubi per Cy.& Bal.in l.pactũ curatoris, C.de pac.ubi per Bal.& Iac.de Are.& per Spe.in ti.de homi.uer.illud,quaſi uideatur tutor ius pupilli liquidum, & clarum ſine cã remittere contra.l.pſes,C.de tranſac.& l.pactũ curatoris,pall.Sed his nõ obſtantibus,contrarium puto in caſu noſtro ex duplici capite decidendũ.¶Primò ratione iuramenti per pupillũ pſtiti,quod quidem iur̃m facit eũ maiorẽ,& ſupplet oẽm defectũ decreti,ſeu alterius ſolẽnitatis,ut legi.& not ĩ aut̃. ſacr̃a pub.C.ſi aduer.uẽ.& clarius in c.cũ cõtingat,de iureiu.& p Fed.cõſ.260.Nec obſtat, ſi dicatur,ꝙ aut̃.ſacramenta,loquitur in pubere,ſed nos loquimur in pupillo, quem iuramentum non aſtringit, ut ſentit gloſſ.in dicta

1 authẽ.& ſacramẽta,& clarius ibi Bal.& Cy. † quia dico,
ꝙ reſpectu obligationis iuramentalis non eſt differẽtia
inter puberem, & pupillũ doli capacem. ſicut.n.uterque
obligatur ex periurio, ut in c.j.de deli.puc.ita uterque
obligatur ex teſtamento.ſunt enim iſta correlatiua.& ꝙ
pupillus doli capax obligetur ex iuramento, allego gl.
no.& plenam in c.paruuli.22.q.5.& gl.i c.j.de deli.puc.
eſt etiam tex.no.de iure ciuili in l.ſi.§.in eum, ff de lib.
2 cau.ubi habetur,† ꝙ pupillus doli capax efficaciter obli
gatur ſi iurauit ſe operas præſtiturum,adeò, ꝙ etiam fa
ctus pubes poteſt ex illo iuramento conueniri, ut ibi no
tabiliter probatur, & illum tex.notanter ad hoc allega-
uit gl.in d.c.paruuli,& per illum tex.in l.fin.dixit ibi gl.
uolens ſaluare opi.ſuam in auẽ.ſacramenta, ꝙ in contra-
ctu iuramentum pupilli non eſt obligatorium,ſ per dictã
auẽ.ſacramenta: ſed in aliis ſic per d.l.ſi.ſed hæc diſtin-
ctio non probatur.non.n. apparet ratio diuerſitatis quo
ad eum,cui acquiritur primaria obligatio iuramenti,in-
ter unum contractum & alium, præſertim quia largo
modo, ubicũq; quis obligatur, uidetur contrahere, ut
in d.l.omnem obligationem ꝙ autem etiam in contractu
iuramentum obliget pupillum doli capacem,ego allego
tex.apertũ iuncta gl.ij.in c.ex literis.2.de ſpon.ubi iura-
mentũ obligat pupillũ in ꝯtu ſponſaliorum, ubi agitur
de pace ſeruanda, quæ eſt appetenda, & perſuadenda, &
meritoria,ut 90.diſt.per totum,maximè i c.placuit.Præ-
tereà Hoſt.Ioã.An.& cõiter Can.tenẽt in d.c.cũ contin-
gat, ꝙ dicta auẽ.habet locum ẽt in impubere doli capa-
ce,& ibidem Bar.dicens hoc cõiter teneri. vnde prędicta
debet tex.illius auth.ſuppleri,ut idẽ ſit in impubere doli
capace,cũ non ſit hoc nouũ,ut unũ ius per aliud ſuppleat
ut in c.cum expediat,de elec.lib.6.& l.unica,C.de moffi.
do.Supra autem induxi iura canonica & ciuilia,quæ uo-
lunt iuramentum illorum oĩno debere ſaluari. ¶Pôt ex
ſecundo capite dicta pax ſuſtentari, ẽt ſine iuri conſide-
ratione:quia cũ preall.ſtatutũ deuiet à regulis iuris cõis,
quatenus requirit in oĩ contractu minoris debere iudicis
decretum interuenire contra.l.interdũ.§.qui tutelam,ff.
de fur.cũ ſimi.debet intelligi,ut i c.cũ dilectus,de cõſue.
& l.ij.C.de noxa.Debet ergo intelligi de contractu ſtri-
ctè ſumpto.Cõtractus aũt propriè ſumptus,eſt qñ ultro,
citroq; naſcitur obligatio, ut in l.Labeo,ff.de uerb.ſig.
ſed in pace fienda, ſeu facta non propriè naſcitur hincin-
de obligatio: ſed potius eſt quædã reconciliatio, ut no.
Bal.in d.l.pactum curatoris, ſeu quædam iniuriæ remiſ-
ſio,ut in c.ſi illo, & c.ſi is, qui prælatus.23.q.4.& quod
utrobiq; no.ad idem quod no.gl.in c.Adrianus.63.diſt.
hinc uidemus ꝙ iniuria abolet animo abſq; alia obliga-
tione, ut inſti.de iniuriis,in fi.& C.de iniur.l.ſi non con-
uitij.hinc eſt,ꝙ poteſtas poteſt ad pacem compellere par
tes iuxta plenè notata per Bar.in l.congruit, ff.de offi.ꝓ-
ſid.eſt etiam.tex.iuncta gl.in c.placuit.90.diſt.non ergo
fuit mens ſtatuti requirere decretum iudicis ad id,ad qđ
poterat compelli: ſed ſolum uoluit ſtatutum, ne pupil-
lus ſe obligando minueret patrimonium ſuum. Fateor
tñ,ꝙ hoc caſu non ualeat pœnæ ſtipulatio: pax tamẽ re-
manet firma:quia in ſeparabilibus utile non uiciatur per
inutile, ut in regula, utile, de reg.iu.lib 6.cum gl.ſua. &
c.dilectus,primò de præben.ubi caſus. Et hac conſide-
ratione indubitanter dicendum eſt,iuramentum ualuiſ-
ſe per pupillum,doli capacem præſtitum per dictam.l.ſi.
ff.de lib.ca.& dictum c.ex literis. Et hæc opinio commu-
3 nior uidetur,†ut de iure communi non requiratur iudi-
cis decretum in pace per pupillum fienda, ex quo nõ eſt
damnoſa pupillo, ut no.in locis præall. & ſentit Io.An.
in addi.Spec.in §.j.in tit.de homici.in fin.& Iac.de Are.
& Bal.in l.j.C.de in integ.reſti.mino.& in d.l.pactum cu-
ratoris, & apud me hoc eſt indubitatum, arg.in l.pater,
ff.de leg.iij.cum ſimilibus. ¶Concludo ergo ex omnibus
ꝑmiſſis,dictam pacẽ ualere,& tenere,& minimè corrue-
re ex decreti defectu. Et hæc ſufficiãt. NIC. ABB.

## CONSILIVM CIX.

1 *Res poteſt uendicari ab eo, qui miſſus eſt in poſſeſsionem cauſa cuſtodiæ.*
2 *Miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto, an poſsit rei uendicatione conueniri.*
3 *Dolus non poteſt uerè probari,cum conſiſtat in animo.*
4 *Depoſui apud te ſacculum conſignatum: & tu non reſtituis, uel reſtituis apertum, propter dolum tuum præſumptum in non reſtituendo, uel aperiendo ſtabitur iuramento meo ſuper rebus, quæ ibi dicebantur eſſe.*

IN Chriſti nomine amẽ.Circa factum ſupra
narratũ, & conſultũ fiunt tria de
nouo ſatis bona motiua contra partem Guil.pri
mum, ꝙ cum Petrus conuentus non eſſet poſſeſſor, ſed ſo
lum cuſtos, ſeu detentor, cũ fuiſſet miſſus in poſſeſsionẽ
ex primo decreto in actione perſonali, quo caſu nõ poſ-
ſidet,ut l.is cui,ff.ut in poſſeſsionem lega.& l.ſi finita.§.ſi
quis autem poſſeſsionem, ff.de dam.infe.no.Spe.in tit.de
primo & ſecundo decreto.§ iam de effectu, uer.ſed utrũ
miſſus,& ſequenti,& no.in c.contingit, de dolo & contu.
ergo ꝯ eum non copetebat rei uendicatio, ut no.Inn.in
c.quoniam contra,de proba.¶Secundum motiuum,ꝙ ex
authoritate iudicis interponẽtis ſm decretum in uendi-
catione illarum rerum iſte Petrus excuſatur a dolo, li-
cet uendiderit poſt litem ſibi motam ſuper proprietate
illarum, in quarum poſſeſsionẽ fuerat miſſus authorita-
te alterius iudicis ;ergo nõ potuit aduerſario deferri iu-
ramentũ in litem per no.in l.in actionibus, ff.de in litẽ iu
ran.cum ſi'ibus. ¶Tertium motiuum,quia iurm in litem
eſt deferendum poſt ſententiam, & non ante iuxta no.ꝑ
Bar.in d.l.in actionibus,ff.de in litem iur. In caſu aũt ꝓdi
cto fuit iurm delatum ante ſñiam ; ergo nunc in ea cauſa
appellationis eſt pronuntiandum,bene appellatũ,& ma-
le iudicatum.Et quãquàm hæc motiua exquiſita uidean
tur ; ſi tamen omnia in hoc negotio geſta ponderẽtur, ac
iura in hac materia loquentia, minimè caſui noſtro ob-
ſtant.Et primò ad primum dico,ꝙ tex.in l.officium, in fi.
ff.de rei uen.apertè probat contrariũ.dicit.n.limitando,
uel corrigendo dictũ Pegaſij præcedens,ꝙ ab oĩbus, qui
detinent,& habent reſtituendi facultatem,poteſt res uen
dicari,& ipſe Bar.iuris ciuilis illuminator hoc apertiſſi-
mè uoluit, ẽt in caſu noſtro, ita intelligendo illã.l.quod
patet ex ſuo ſummario,ſummat.n.per hæc uerba, ꝙ hæc
ſcilicet rei uendicatio detur ꝯ eum,qui poſſidet, uel poſ
ſeſsionem cauſa cuſtodię, uel aliter detinet.Hęc ſunt for
maliter uerba Bar.hoc idem uoluit apertè Hoſt.in c.cõ
tingit, de dolo & contuma.in fi.& cũ eo trãſit Io.An.re-
1 citando dicens†ꝙ ab eo qui eſt miſſus in poſſeſsionem cã
cuſtodiæ,pôt res uendicari. Fateor tñ, ꝙ Inn.in caſu nro
aliud ſenſiſſe uidetur in d.c.qm contra. Sed profectò, ſi
bene ponderetur, aliud non ſenſit. Nam in terminis nris
Inn.tetigit qõnem iſtam in §.ꝙ ſi ſuper,in uerbo, poſſeſ-
2 ſionem,ubi tacitè quærit, †An miſſus in poſſeſsionem ex
primo decreto poſsit rei uendicatione conueniri, & re-
fert contrarias opĩniones.Nam quidam tenuerunt,quòd
poſsit: quia facultatem reſtituendi habet per l.officiũ,ff.
de rei uend.præall. ſed ipſe ſentit contrarium motus hac
ratione: quia facultatem reſtituendi non habet, quia tñ
cuſtodit,& tãquam cuſtos eſt nõnunquam detentor; & ita
etiam tranſit Spec. recitando Inn.in tit.de primo & ſecũ-
do decreto.§.iam in effectu,uerſi. ſed nunquid miſſus, in
fine: ſed diligenter eſt ponderanda ratio Inn. fuit.n.mo-
tus: quia regulariter paſſus miſsionem in actione perſo-
nali non expellitur de poſſeſſione, etiam naturali,ſed re
manet in poſſeſſione,& miſſus ſolùm habet cuſtodiam,ne
ille dilapidet,& ut tędio affectus,pareat iudici, ut in d.l.
is cui,& no.Spec.clarius in d.§. ſed nunquid miſſus, & ſe.
Sed tamen in caſu noſtro ceſſat hæc ratio: quia ille Pe-
trus miſſus in poſſeſſionem habebat liberam detentionẽ:
quia iudex ita decreuit propter abſentiam rei contuma-
cis; meritò ceſſat dictum Inn.ut in l.cum pater.§.dulciſſi
mis,ff.de leg.ij. Et iõ ſoluendo,& concordando has opin.
pôt dici, ꝙ aut miſſus in poſſeſſionem, nõ habet liberam
detentationem, ſed tñ cuſtodiam ; & tunc procedit dictũ
Inn.& Spec. ceſſat.n tunc ratio.l.officium, in fi. quia iſte
nõ habet facultatem rei reſtituendæ, iõ non poteſt ab eo
res uendicari. Aut habet liberam detentionem, ut habe
bat iſte Petrus in caſu noſtro;& tunc cõueniri pôt rei uẽ-
dicatione: quia pôt reſtituere, quod ipſe habet; & idem
dicendum in aliis detentatoribus,ut in depoſitariis & ſi-
milib. & ita concordando tenuit do.Ant.de But. ſolẽnis
doctor i c.examinata,de iud. Et ſentit in d.c.qm cõtra.§.
ꝙ ſi ſuper,ut lit.non conte. Fatendum eſt tñ,ꝙ ille,q de-
tinet nomine alieno,poterit,ſi vult,euitare iudicium no
minando dñm in iudicio iuxta beneficium.l.ij. C.ubi in
rem actio. & d.§.ꝙ ſi ſuper rebus. ¶Ex his clariſſimè in-
fertur ad deciſionem ſecũdi motiui,cùm.n.dictus Petrus
poſsit conueniri,ſequitur ꝙ non debebat, pendente lite,
alienare illas res;quod cum fecerit,præſumitur in dolo,
& hæc præſumptio doli probatur iure:quia,ex quo mer-
catus eſt contra legem, præſumitur in dolo, ut in l.quẽ-
admodum,C.de agri.& cenſi.lib.11.& in regula,qui ꝯ iu
ra,de reg.iu.lib.6. no.Bar.in l.ſed & ſi.§.ſcire, ff.de peti.
hære.nec excuſat eum authoritas iudicis: quia iudicẽ cir
cũuenit ꝑ obreptionem malicioſè ſubticendo litem ſuꝑ
illis rebus pendere ; meritò præſumitur in dolo,arg.in c.
cum dilecta, & quod ibi no. & c.ſuper literis, de reſcr. &
l.ſi quis obrepſerit,ff de falſis, & quod ibi no. Bar.in l.iu-
3 ſtè poſſidet,ff.de acq.poſſ. † dolus aũt non pôt uere pro-
bari, cum conſiſtat in animo: ſed ꝓbatur ex coniecturis,
ut in l.dolum,C de dolo, & in c.ij.de renũ:lib.6. Conie-
cturæ aũt,hic ſunt ſufficientes,& à iure approbatæ: tũ q a
uendidit ꝯ legem:tũ quia obrepſit iudici: tũ quia in prin-
cipio litis negauit illa bona detinere; & tñ poſteà, autho
ritate iudicis circũuenta,illa uendidit; ad hoc.l.pen.ff.de
rei uen. & in auẽ. item poſſeſſor,C.qui potio.in pig.hab.
Ad tertium & ult.reſpondeo,ꝙ iuramentũ in litem qñq;
defertur propter contumaciam in nõ parendo iudici; &
tunc defertur poſt ſentẽtiam iuxta.l.qui reſtituere, ff.de
rei uen. Qñq; defertur in locum probationis:quia ꝓpter
dolum aduerſarij redditur probatio difficilis;& tunc cùm
ſuccedat iuramentum loco probõnis, defertur ante ſen-
tentiam,& poſteà ſequitur condẽnatio,ut probatur in c.
ſi.ꝙ met.cau.ubi tex.apertus; & ideò dixit ibi Inn. & ſe-
4 quitur Bart. in d.l.in actionibus, † ꝙ ſi depoſui apud te
ſacculum ſignatum,& tu non reſtituis: uel reſtituis aper-
tum, ꝙ propter dolum tuum præſumptum in non reſti-
tuendo, uel aperiendo ſtabitur iuramento meo ſuper re
bus,quæ ibi dicebantur eſſe. Ita in propoſito propter do
loſam alienationem iſtius fuit Guidoni reddita probatio
dominij illarum rerum difficilis; meritò potuit ſibi de-
ferri iuramentum in litem,ut in l.iij ff.ad exhib.& poſteà
ſequitur condẽnatio,ut d.c.ſi.qđ me.cã. NIC. ABB.

## CONSILIVM CX.

1 *Verba, uidetur, &, placebit, ſapiunt arbitrium boni uiri.*
2 *Teſtator ſi dixerit, extremam uoluntatem meam tuæ diſpoſitioni committo, uidetur decedere teſtatus ad pias cauſas.*
3 *Epiſcopus non recipit quartam à locis exemptis.*
4 *Diſpoſitum ab executore, ſeu fideicommiſſario uidetur diſpoſitum a teſtatore.*

IN cauſa hoſpitalis S. Catharinæ de Tuderto
quo ad ualiditatem donationis ſibi
factæ per Iacobum Abramutij de bonis quõdam
Iacobi Maſſanutij quatuor ſunt, Chriſti nomine inuoca-
to, examinanda. ¶Primum, an dictus Iac. Abramutij po-
tuerit bona illius Iac.Maſſanutij teſtatoris tanquam ſibi
delata retinere: an uerò teneatur illa diſtribuere ꝓ aĩa
teſtatoris. ¶Secundum,præſuppoſito ꝙ illa diſpẽſare eſ-
ſet obligatus, an potuerit ſolus de illis bonis diſponere,
cum in teſtõ fuerint tres deputati,quorum duo uita fun-
cti ſunt ante illorum bonorum diſpenſationem.¶Tertiũ,
poſito ꝙ ſolus potuerit, utrum ualuerit illa bona dare
dicto hoſpitali poſt annum à tempore,quo debebat dicta
diſtributio fieri. ¶Quartum, ſi tenetur, ꝙ lapſus anni nõ
fuerit impedimento,an ſaltem ꝑꝑ litigium, ſeu ꝓceſſum
domini epi Tuder. dictæ donationis ualiditas impediat.
Quo ad primum breuiter dico, ꝙ illa bona non fuerunt
purè delata d.Iacobo,& aliis collegis, de quibus in teſta
mento, ſed fuerunt electi,& deputati per teſtatorem tã-
quam u'es fideicõmiſſarij ad diſpenſandum illa bona ad
pias cauſas. Hoc clarè probant uerba teſtatoris,quę talia
fuerunt, uidelicet, Reſiduum aũt hæreditatis, & bonorũ
meorum, dicta condõne adueniente, remiſi, & reliqui in
conſcientia dominę Lucretiæ,& do.Perinæ,& Iac.Abra-
mutij, qui de dicto reſiduo diſponant, & faciãt quicquid
eis uidebitur,& placebit;faciẽs eos in prædictis ſuos u'es
fideicõmiſſarios, &c. Primò.n.ponderanda ſunt illa uer-
ba: Reliquit in conſcientia &c. Non.n.reliquit eis bona
ſimpliciter, ſed in conſcientia, quaſi aggrauãdo illorum
conſcientiam; ad hoc quod no.in c.ſtatutum.§ aſſeſſorẽ,
iuncta gl.de reſcr.lib.6. iuncto eo,quod no gl.in cle.j.de
iure patr.in uerbo,oneramus. Secundò faciunt illa uer-
ba: Diſponant,& faciant,ut eis uidebitur,& placebit. Nã
1 illa † uerba, uidebitur,&,placebit,ſapiunt arbitrium bo
ni uiri, ut in l.fideicõmiſſa.§.quãquam,ff.de leg.iij. & in
l.Thais.§ ſororem,ff.de fideicõ.lib. no.gl.in c.ij.de cor-
po.uit.in uerbo, uiſum. no.Bar.in extraua.ad reprimen-
dum.l.alio,ff.de ali.& cib.leg. Prætereà qđ opus eſt alia
interpretatione, cùm poſteà teſtator in fine uerborũ ex-
preſsè dixerit, ꝙ illos faciebat ſuos u'es fideicommiſſa-
rios. cõmiſit ergo fidei illorum,ut illa bona diſtribuerẽt
arbitrio boni uiri; & in dubio debet intelligi, ſ.ad pias
cauſas; quia bonus uir ſic debet arbitrari, niſi per rõnes
legitimas oſtenderet contrarium. Et pro hoc intellectu
uidetur tex.ſm eõem lectu.in c.cum tibi,de teſta.ubi de-
2 ciditur, † ꝙ ſi quis dixerit extremam uoluntatem meam
tuæ diſpoſitioni cõmitto, uidetur decedere teſtatus ad
pias cauſas; fortius ergo hoc dicendum in caſu noſtro, in
quo teſtator uſus eſt uerbis clarioribus. hoc etiã uoluit
Bar.& Bal.in l.j.C.de ſacroſ.eccl. ubi Bar.plus dixit, ui-
delicet, ꝙ ſi quid relinquitur arbitrio alterius ſimpl'r,
nec dicatur ad quid, ꝙ in dubio intelligitur ad pias cau-
ſas per dictum c.cùm tibi:ſecus ſm eum,ſi diceret ad uo-

luntatem talis,nec exprimeret ad pias cauſas : quia tunc
per illud uerbum, ad uolũtatem, uidetur relinquere in
libera uoluntate illius,ut in d.§.quãquam. Et hoc eſt in-
dubitanter tenendum. Quare circa primum concludo,di
ctum Iacobum in effectu fuiſſe deputatum tanquam mi-
niſtrum & diſpenſatorem illorum bonorum ad pias cau-
ſas. ¶Ad ſecundum dubium, an potuerit ſolus illa bona
diſpenſare, ſeu dare hoſpitali; & credo ꝙ ſic : quia cũ iſti
fuerint,ut dixi,in effectu executores, & miniſtri dicti te-
ſtamenti,aliis collegis mortuis,& ſic non ualentibus ad-
implere uolũtatem defuncti,potuit ſolus exequi per c.ij.
§.j.de teſta lib.6. uidetur de mente Bar.in l.j.§.ſi plures,
ff.de exercito. in uer. ut igitur liqueat materiam, in fi.
facit,quod ponit Fed.de Sen.in ſuis conſiliis conſi.65. in-
ducitur.n.illud ſpeciale, ne uoluntas defuncti impediat,
ut ibi dicit. Et hoc de ſecundo dubio. ¶Quo ad tertium.
An potuerit dictus Iac.dicta bona dare hoſpitali poſt an
num à tẽpore exiſtentis condõnis appoſitæ in teſtõ,Vide-
tur primò ꝙ non:quia licet à iure detur annus ad exequẽ
dam uoluntatem defuncti à tẽpore monitionis fiendæ ꝑ
ſuperiorem, ut in c.nos quidem, de teſta. & in auth.hoc
amplius,C de fideic.lib.Tñ conſtitutio epi diœceſani mo
net,& ſtatuit annum à die diſtributionis fiendæ.certũ eſt
epm potuiſſe hoc facere:quia põt adiuuare canonem,im-
ponendo pœnam, & grauando factum, ut no.gl.in cle.ne
Romani,de elec.per Io.An.in c.ſi.de offi.arch. uidet tex.
in c.ij.de conſti.lib.6.& in terminis noſtris ſentit Fed.de
Sen.in ſuis cõſiliis conſi.124. ¶Sed, his non obſtan. puto
de iure contrariũ dicendũ in caſu noſtro. Moueor prin-
cipaliter: quia,ut prædixi, de iure cõmuni non eſt dictus
Iacobus priuatus poteſtate adimplendi uoluntatem de-
functi per lapſum anni, niſi lapſus fuerit poſt monitionẽ
ſibi factam, ut ſuprà dixi ; quod non contingit hic. Nec
obſtat cõſtitutio ſynodalis. illa.n.procedit quo ad nudos
executores teſtamentarios ; ſed dictus Iac.nõ erat nudus
executor,ſed nudus miniſter: imò habebat poteſtatẽ eli-
gendi pauperes,uel loca pia. Fuit.n.hoc relictum ſuæ cõ-
ſciẽtiæ,ut faceret,ſicut ſibi uideretur,& placeret.ſed cer
tum eſt,ꝙ qñ quis habet electionem,non currit ilicò an-
nus: ſed oportet,ꝙ prius conſtituatur in mora per inter-
pellationem,ut eſt tex.no.in l.cùm quidam,ff.de leg.ij.&
per illũ tex.hoc expreſsè firmauit ibi Bar.in caſu noſtro,
dicens per illum tex.ſe in facto reſpõdiſſe, ꝙ licet in con
ſtitutione epali caueatur, ꝙ executores ultimarum uo-
luntatum debeant exequi intra annum: aliàs executio ad
epm trãsfertur : tñ, ſi teſtator reliquit mille illis paupe-
ribus,quos talis eligeret, quãquam ille intra annum non
elegerit; non tñ per hoc poteſtas fuit deuoluta ad epm ;
quia certum eſt , ꝙ de iure cõmuni poteſtas non deuol-
uitur ipſo facto per lapſum anni ad epm,ut patet ex præ
dictis,nec ex forma conſtitutionis:quia conſtitutio dicit,
ꝙ executores debeãt exequi intra annũ. Sed iſte, de quo
quæritur, non eſt executor, quod patet ex eo, quia inter
eum,qui declarat,& eũ,qui habet executionem,eſt dña.
Nam iudex dicitur ille,qui declarat,& ſententiat;execu-
tor uerò dicitur ille, qui habet nudum miniſteriũ, ut in
l.executorem,C.de execu.rei iud. Iſte aũt qui habet ele-
ctionem,non debet dici executor: quia non habebat nu-
dum miniſterium in ſoluẽdo,quod tranſit ad epm ex ſua
conſtitutione, ſed ius eligendi cauſam piam ; & in hoc nõ
põt dici executor, ſed elector. hoc uoluit in effectu bel-
liſſimè Bar.in d.l.cum quidam, & ſequitur Pet.de Anch.
in d.c.nos quidem, de teſta. fortius ergo hoc dicendum
in caſu noſtro, in quo dictus Iac.habebat maiorem po-
teſtatem, ꝗ ille in exẽplo Bart.quia ille habebat eligere
pauperes. iſte uerò poterat eligere quãlibet cauſam piã;
ad hoc,quod no.Bar. in d.l.cùm quidã, & quod no.in d.c.
cum tibi. Fuerunt.n.illa bona relicta conſcientiæ ſuæ, ut
diſponeret, & faceret quicquid ſibi uideretur, & place-
ret &c. debuit ergo prius requiri,& interpellari per epi-
ſcopum,ut de illis diſponeret,& eo nolente,uel differen-
te,potuiſſet epiſcopus diſponere; quod hic minimè factũ
extitit ; ergo poteſtas remanſit penes dictum Iaco. lapſu
anni non obſtante. Et hoc de tertio. ¶Reſtat examinare
quartum dubium,an propter litigium pendens impediri
debeat dicta donatio;& uidetur ꝙ ſic:quia bona illa erãt
effecta litigioſa propter conuentionem epi: ſed bona liti
gioſa alienari non poſſunt, etiam in eccleſiam,ut in c.ec-
cleſia,ut lit.pen.& in authen.litigioſa,C.de litig. ¶Sed in
contrarium ſe habet ueritas:quia inter epiſcopum, & iſtũ
Iacobum non contẽdebatur de dominio illorum bono-
rum.Non enim dicebat epiſcopus,illorum dominiũ per-
tinere ad ſe,ſed de alio iure extrinſeco contẽdebatur,ui
delicet de poteſtate illa bona diſpẽſandi;quo caſu nemo
dicet illa bona effici litigioſa, ut legitur, & not. in dicta
auth.litigioſa,& per Bart.in l.lite,C.eo.& per Inno.in c.
cum M.de conſti.præſertim cum hic non interueniſſet li
tis conteſtatio,imò nec citatio ſuper conuentione fiendã
quia epiſcopus ſolùm priuauit ſine aliqua cauſæ cogni-
tione dictum Iacobum à dicta poteſtate diſpenſandi, ſeu
illum denuntiauit priuatũ,& ſibi mandauit,ut de cætero
de illa ſe non impediret cui quidem præcepto non tene-
batur dictus Iacobus obedire tanquàm iniuſto notoriè,
& contra ius,ut in regula,ea quæ ſunt à iudice , de regu.
iur.lib.6.& per Inn.in c.ad aures,de temp.ordi.& in c.in-
quiſitioni,de ſen.excom.& per glo.xj.q.iij.in ſumma.cum
ſimilibus. Et poſſet hic addi quintũ dubium, an de dictis
bonis debeat epiſcopus habere quartam ; & dico quòd
non: quia hoſpitale dicitur exemptum à iuriſdictione epi
3 ſcopi, † & à locis exemptis epiſcopus non recipit quartã,
ut communiter tenetur per doc.in c.officij,de teſta.loq-
tur Fed.de Senis in conſilijs ſuis conſi.96. & Bald. in l.ſi
quis ad declinandam,C.de epi.& cle.facit quod legitur,
& notatur in cle.dudum,de ſepul.iuncta gloſſ. in uerbo,
quarta. Nec obſtat,ſi dicatur,ꝙ non teſtator,ſed Iacobus
4 prædictus elegit dictum hoſpitale. Hoc.n.nõ obſtat: † qa
quod diſponitur ab executore, ſeu fideicõmiſſario,uide-
tur diſpoſitum à teſtatore tanquã à cauſa efficienti, & à
fideicõmiſſario tanquam ab organo ; & ſic in terminis no
ſtris firmat Bar.in l.vnum ex familia,ff.de leg.ij. per illũ
tex.qui optimè facit, & Bal.in l.ſi quis ad declinandam,
C.de epiſc.& cle. facit tex.in cle.dudum,de ſepul.in §.ue
rum,iuncta gl.in uerbo,indirectè. Et hęc ſuffi. NI. AB.

## CONSILIVM CXI.

1 *Monialis dicitur nupta non propriè, ſed fictè.* 3.
2 *Cognoſcens monialem poteſt de adulterio accuſari.*
3 *Pater quicquid offert monaſterio tempore ingreſſus filiæ, debet computari ad inſtar dotis in legitimam ipſius filiæ.*
4 *Correctio iurium non debet induci per ſimilitudinem rationis.*
5 *Princeps quando intendit, ut reſpectu deciſionis, conſtitutio extendatur ad pendentia, ſemper de eis facit mentionem.*
6 *Poſſibilitas reſpectu dotis conſideratur ex tribus.*

SAluatoris Ieſu Chriſti eiuſque piiſſimæ matris prę
ſidio humiliter inuocato . In cauſa Catharinæ
monialis,ſeu monaſterij ex una parte petentis tria ſunt
examinãda. Primũ,an dicta Catharina excludatur à ſuc-
ceſſione paterna uigore ſtatuti municipalis,dictãtis,ꝙ mu
lier nupta,& dotata nõ ſuccedat , extãtibus maſculis, &c.
¶Sedm,ſi ex iſto capite nõ excludat,an poſſit excludi ui-
gore alterius ſtatuti,qđ emanauit lite ſuꝑ iſta ſucceſſiõe
pẽdẽte,quo iter cætera diſponit,ut ingreſſa monaſteriũ,
nõ poſſit aliqd petere in hẽditate paterna &c. extãtibus fi
lijs maſculis,ſemper ſaluo quòd liceat ipſis parentibus re
linquere,prout eis uidebitur,& placebit: cui quidem ſta-
tuto fuit adiecta clauſula,& hoc habeat locũ in præſenti
bus,præteritis,& futuris. ¶Tertiũ,ſi dictæ Catharinæ non
obſtat dictũ ſtatutũ,quæritur,quãta portio in dicta hære
ditate ſibi debeatur. ¶Circa primum uidetur dictam Ca-
1 tharinam excludi tanquàm nuptam, & dotatam † ex quo
enim fuit monialis effecta,dicitur Deo nupta,ut in c.quæ
Chriſto ſpecialiter nubunt 27.q.j.hinc dixit glo.notabili
2 ter in c.uirginibus,eadẽ cauſa , & q. † ꝙ cognoſcens mo-
nialẽ,põt de adulterio accuſari:quia ſponſam alterius co
gnouit.item dicitur dotata,quia in ingreſſu ſuo pater de
dit monaſterio florenos centum,& uulgariter dicitur da-
ri pro dote ipſius ingredientis.hinc dixit Barto.in d.l.j.§.
ſi parens,ff.ſi quis à pa.fue.manumiſſ.& ſequitur Bal.in l.
3 qm nouella,C.de inof.te.dicens† quòd quicquid pater of
fert monaſterio tempore ingreſſus filiæ . debet computa-
ri ad inſtar dotis in legitimam ipſius filiæ : quia ſuccedit
loco dotis.Sed his non obſtantibus , contrarium dico de
iure procedere:quia monialis non dicitur propriè nupta
ſed fictè,& ſimilitudinarie,argu.in c.j.27.q.j.imò fingitur
mortua.16.q.j.c.placuit.certumque eſt, quòd diſpoſitum
in caſu uero,non habet locum in caſu ficto , præſertim in
ſtatuto,ut eſt tex.in l.3.§.hæc autem uerba,ff de neg.geſt.
& qđ legitur & notatur in c.in noſtra,de iniu. firmat Bar.
in l.omnes populi,ff.de iuſt.& iure,in repetitione , & per
maximè hoc dicendum in caſu noſtro , in quo ſtatutũ cor
rigit ius ciuile in eo,quod excludit fœminam maritatam
& dotatam à ſucceſſione paterna,extantibus maſculis,cõ-
tra l.maximum uitium,C.de lib.præte.authen. in ſucceſ-
ſione,C.de ſuis & legi.ideò debet reſtringi , & intelligi in
proprijs terminis : quinimò debet impropriari , ſi recto
mõ fieri põt,ut minus,quã fieri poſſit,corrigat ius cõe,ut
ĩ c.cũ dilectus,de cõſu.& in l. ij.C. de noxa. cũ ſimi. facit
qđ no.idem Bar.in aũt.quas actiones,C.de ſac.ſan.eccle.
4 ubi uoluit † ꝙ per ſimilitudinem rõnis non debet induci
iuriũ correctio;& idem uoluit gl.in c.indemnitatibus, de
elec.lib.vj.in uerbo confirmetur. Nec eſt omnimodò eadẽ
ratio in utroque caſu;& hoc dico,ut ſatisfiat motiuis Bal.
in d.aũt.quas actiones. ¶Cõcludo hic breuiter,dictam Ca
tharinam non excludendam à ſucceſſione paterna ex capi
te illius ſtatuti,cùm non ſit propriè nupta,& maritata:ſta
tutum uerò loquitur per iſtas duas qualitates , ad hoc ut
fœminæ excludantur per maſculum;quibus deficientibus,
ceſſat ſtatutum,arg.in c.ſi.de reſti.ſpo.& l.præcipimus , &
quod ibi nota.C.de appel.& hæc de primo dubio. ¶Venio
nunc ad ſm,an excludatur prætextu alterius ſtatuti;& ꝓ-
fectò in caſu noſtro ſtatutum nihil ualet, quia non potuit
præiudicare mulieribus , quæ iam intrauerant monaſte-
rium tempore ſtatuti,ut erat iſta Catharina,quæ non ſo-
lum intrauerat,ſed etiam adiuerat hæreditatem paternã,
ut uoluit Bar.in l.ſi.C.de pac.& Bal.in l.deo nobis, C. de
epi.& cle.imò reſpectu earum, quæ poſteà ingreſſæ fuerũt
poteſt dubitari,an ualuerit ſtatutum,ut no.in iuribus præ
al.dixi in c.quod clericis, de fo. comp. in additione:& fa-
cit ad prædicta quod no Ioan.An.in regula,ſine culpa,de
reg.iu.lib.6.in Mercu.ubi generaliter uult , ſtatutum non
extendi ad perſonas eccleſiaſticas,ſi uinculũ ineſt poſt cle
ricatum,ſeu religionem,ut in c.cum M.Ferra.& c. eccle-
ſia,de conſti.& in c.bene quidem.96. diſt. cum ſimilibus .
Fruſtra ergò quæritur,an excludatur per dictum ſtatutũ.
Sed præſuppoſita ſine ueritatis præiudicio ualiditate ſta
tuti,nunquid obſtet,dictæ Catharinæ,uel impediat iudi-
cem ius reddere metu pœnæ ibi pręfixæ? Et primò uř ꝙ ſic
per illam clauſulam ſtatuto adiectam,uidelicet : Et hoc
habeat locum in præſentibus,præteritis & futuris &c. Pẽ
dentia.n.includuntur ſub aliquo illorum triũ præſentiũ,
præteritorũ,aut futurorũ:ſtatutum uerò extenditur ad ꝓ
terita,cũ de eis expreſsè cauetur,ut in l.leges & conſtitu
tiones,C.de legi.& in c.ſi.de conſt. Præterea ſtatutũ dicit
ꝙ non poſſit aliquid petere:ſed ſtando in iudicio, ſemper
petit,& perſiſtit in petitione ſua,ut in c.ſi diligenti,de fo.
compe.ergo &c.Sed contrarium puto ego uerũ,ſaltem in
caſu noſtro.Primo,quia pendentia iam in iudicio habent
naturam ſeparatam à præteritis,& præſentibus nondum
in iudicium deductis:quia imperator expreſſe uoluit , ꝙ
pendentia nõ deberẽt decidi ſm leges ſuperuenientes ſed
ſm leges anteriores,ut eſt tex.in auth.in medio litis non
fier.ſac.for.licet ſecus uideatur quo ad ordinaria iudicij
reſpectu,actuum futurorum iuxta no.per glo.in c. licet ca
non, de elect.lib.6.& in cle.diſpendioſam , de iudi. hinc
5 eſt † ꝙ ubi princeps intendit,ut reſpectu deciſionis conſti
tutio extendatur ad pendentia , ſemper de eis facit men-
tionem,ut patet in d.cle.diſpendioſam, in ſi. de iud. & in
cle.j in ſi.de ſequeſtr.poſ.& fruc.& de re iudi.cle.j.de ſen.
excom.c.1 .cum ſimi. Hanc opinionem expreſsè firmauit
Bar. in l.omnes populi,ff.de iuſti.& iure,in repetitione,in
uer.ſecũdo quæritur,utrum poſtquam ſtatutũ;ubi firmat,
quòd licet illa clauſula apponatur in ſtatuto,& extenda-
tur ad præterita,&c.ꝙ nunquàm extenditur ad pendentia
id eſt in iudicium deducta per tex:dictæ auth.ut cũ. de ap
pel.cog.& allegat ẽt glo.ibi poſitam , & præſertim dicit
hoc ꝓcedere in ſtatutis,& reformationibus ciuitatũ,quas
canes curiarum,& deuoratores omnium communium fie-
ri faciunt pro libito uolũtatis. Et hanc opinionem etiam
ſequitur do.Anto.de Bu.in c.ſi.de conſtitu.in ſi. quinimo
plus uoluit belliſſimè Bar.in l.ſancimus,C.de ſac.ſan.ec-
cle.in ſi.dicit enim, quòd ſtatutum ciuitatis nullo modo
extenditur ad pendentia , etiam ſi de eis caueretur in ſta-
tuto:quia imperator expreſsè inhibet in d.auth. licet ſe-
cus ſit in ſtatuto imperatoris,quando expreſsè hoc diſpo
nit.Præterea hæc opinio eſt omnino amplectenda,ſaltem
in caſu noſtro,cùm ſtatutum illud ſit ualde odioſum, & ꝯ
religionẽ,& omnia iura mundi;ergo reſtringendũ,quan-
tum fieri poteſt ut minus preiudicet iuri cõi ut in d.c.cum
dilectus,& in d.l.ij.de noxa.& ſic non debet cõcernere pẽ
dentia,ex quo de illis expreſſam non facit mentionem,ut
in regula,odia reſtringi,de regu.iu.lib.6.Item ex alio ca-
pite dictũ ſtatutum non debet ad negotiũ iſtud extendi :
quia in ſtatuto dř,ꝙ ingreſſa monaſterium, non poſſit ali
quid petere in ſucceſſione paterna &c.ſed dicta Cathari-
na iam petierat tempore edicti ſtatuti , cum expoſuerat
querimoniam;& quod plus eſt, fuerat lis conteſtata,ut in
l.ſi decem cũ petiero,ff.de uerb.obl.& in l.non amplius,ff.
rem ra.habe.& quod ibi not.Bar.cũ ergo illud ſtatutũ lo-
quatur per uerba de præſenti , uidelicet quod non poſſit
petere,& ſit contra ius,& iuris alterius præiudicatiuum,
non debet extendi ad ea , quæ iam tunc petierat,arg.in l.
cum lex,& quod ibi not.ff.de legi.& in l leges & conſtitu-
tiones,C.eodem titu. ¶Item & ex alio,& tertio capite ſta
tutũ non debet extendi ad dictã Catharinam:quia ſtatu-
tum illud loquitur qñ parentes dant filiabus tempore in
greſſus,quod eis poſſibile etiam eſt, ut patet in prœ.il-
lius ſtatuti.debet enim in intellectu ſtatuti cõſiderari ra-

tio,quæ ponitur ipſius procemio, ut in l.fi.ff.de hære.in-
6 ſti.no. Bar.in l.liberorũ,ff.de uerb.ſig.† Poſſibilitas autẽ reſpectu dotis conſideratur ex tribus,uidelicet ex dignitate, ſeu perſonarũ conditione, ex facultatibus, & numero liberorum, ut eſt tex.in l.ſi filiæ,ff.de leg.ij.facit.l.cũ poſt.§.ſi gener,ff.de iure dot.ſed cum pater dictæ Catherinæ eſſet ditiſſimus in ſubſtantia,& nõ haberet niſi quatuor liberos, quorũ tres erant fœminæ; non uidetur dediſſe.d.Catha.quod ſibi poſſibile erat dando 100 florenos dũtaxat;meritò dictum ſtatutum non debet extendi, ẽt ex hoc capite ad dictam Catharinã,cum in ea ceſſaret ratio ſtatuti. Et præſertim prædicta procedunt, habito reſpectu,ꝙ dicta Catharina iã adiuerat hẽditatẽ, ſaltem aĩo petendi in iudicio partem ſibi debitã tempore, quo emanauit dictum ſtatutum;unde non eſt ueroſimile,ꝙ ſtatutum uoluerit priuare dictam Catherinã, ſeu monaſteriũ iure iam quæſito, & incorporato monaſterio, cũ per aditionẽ hẽditatis ſit dñium iam quæſitum hæredi maximè ſuo, ut in l.cũ hæredes,ff.de acqui.poſſ. & in l.in ſuis, ff.de lib.& poſth.cũ ſimilibus, cũ princeps non poſſit hoc facere, ut no.Inn.in c.quæ in eccleſiarũ, de conſti.& Bar. in l.fi.C.ſi ꝯ ius uel uti.pub. & Cy in l.præſcriptione,C. de præci.impe.offe. ſtatutum aũt debet ſemper in dubio reſtringi,ut non extendatur ad caſum impoſſibilem, ut ĩ c.à nobis, de ſen.exc. & in c.ij.de conſti.lib.6. facit quod no.Io.An.in c.fi.de immu.eccl.lib.6.& Bar.in l.filiusfa.§. diui,ff.de leg.j.ubi concludit, ꝙ ſtatutũ,quo cauetur, ut quis non audeat uendere, ſeu donare rem immobilẽ non ſubiecto iuriſdictioni, ſtatutũ non extenditur ad eccleſias: quia eſſet ꝯ libertatẽ eccleſiaſticam,cũ ex priuilegio principis quis poſſit libere donare, & uendere eccleſiis, & his ſine traditione acquiritur dñium,ut illud,& l.fi.C. de ſacroſ.eccl. & ſic non debet ſtatutum per uerba generalia extendi ad caſum illicitũ; facit optimè.c.j.de iureiu.lib.6. ita dicimus in propoſito,ꝙ cum in dicto ſtatuto nõ fiat mẽtio de his, qui iam tpe ſtatuti hereditatem adiuerant,non debet ad illas ẽt de facto extendi. nec obſtat illa clauſula,ut habeant locum in præteritis &c. quia põt intelligi de his,qui iam intrauerãt:non tñ deceſſerant parentes,& ſic nullum ius de præſenti habebant in bonis, ut in l.ij.§.ſi impuberem,ff.de colla.bono.no.Bar.in aut.ingreſſi,C.de ſacroſ.eccl.cum ſimilibus. reſtringitur.n.tãtum,quantum fieri poteſt,ut in d.c.cum dilectus, cũ ſimili. Et hæc eſt optima conſideratio. ¶ Ex his oĩbus concludo ad ſecundum,ꝙ uerba dicti ſtatuti dictam Catharinã non cõprehendunt;& per conſequens poſſunt rectores, & alij iudices ciuitatis Senarum impunè in hoc caſu iuriſdictionem exercere, & ius reddere dictæ Catherinæ, ſeu monaſterio ex ſua perſona petenti, quod admitti debet ad petendum,ẽt mortua dicta Catharina, cũ oĩa iura trãſiuerant in monaſterium iuxta no.per Inn.& alios in c.in præſentia, de proba.& Bar.in l.j.ff.de uul.& pup.& gl.19. q.ult.c.ſi qua mulier. ¶ Venio nunc ad tertium, & ultimum, quanta,ſ.portio debeatur monaſterio ex perſona dictæ Catherinæ. Et breuiter non inſtando, dico, ꝙ aut pater non facit teſtamentum;& debet habere tãtam,quãtam quilibet ex filiis maſculis uel fœminis. non.n.diminuit in aliquo ius ſuũ per ingreſſum monaſterij ut in l. Deo nobis, C.de epiſ.& cle. & ĩ aut.ingreſſi, & qđ ibi no. C.de ſacroſ.eccl.& in d.c.in pręſentia,cũ ibi no.nec de iure cõi eſt hodie differentia inter maſculum & fœminam: ſed ſuccedũt oẽs æqualr, ut in aut.de here.quę ab inteſt. deſe.§.j.Nec uirtute ſtatutorum põt excludi per ea, q.s. dixi in 1.& 2 q.& ſic debet habere tertiam partem totius hæreditatis, cũ eſſent quatuor filij tpe mortis paternæ, & ſic aliæ fœminæ maritatę excludunt à ſtatuto,extantibus maſculis,& ipſarũ portio non accreſcit moniali, ſed maſculo,cuius contemplatione excludunt per ea,quę no. Bar.in l.ij.§ & ſi fortè,ff.ad Tertu.& Io.An in addi.Spec. in ti.de ſucceſ.ab inte.ſuper rub.in 2.col. Si uerò pater fecit teſtm̃ de iure ualidum, ad cuius ualiditatẽ inter cętera requiritur, ut dicta Catharina tanquam filia fuerit ſaltẽ in aliquo hæres inſtituta,ut in aut.ut cũ de appella. cog.§.aliud quoq; capitulum. no.Bar.ĩ aut.nouiſſima,C. de inoffi.teſt.& in l.j.§.ſi parens,ff.ſi quis à paren.fue.manumiſ.tunc agit ad ſupplementũ legitime, ẽt ſi fuerit in modico inſtituta,ut in l.oĩmodo,& in l.ſcimus,C.de inoſ. teſt. Legitima uerò eſt reſpectu illorũ quatuor filiorum tertia pars totius hæreditatis,ut in d.aut.nouiſſima,& ꝑ conſequens debet dictæ Catherinæ. ſeu monaſterio pro illa quarta parte tertiæ partis hæreditatis.nã de reliquis potuit teſtator ad libitũ diſponere, ut in d.aut.ut cũ de appel.cog.§.aliud quoq; capitulum, & in d.authen.nouiſſima; & per hæc patet clara omnium dubiorũ deciſio, ad ſanctæ trinitatis laudem. NIC. ABB.

## CONSILIVM CXII.

1 *Sententia lata alias ſolẽniter,an poſſit ex eo impugnari:quia nũtius, qui pro ea ferenda ad iudicis mandatum partem citauit, relationem citationis fecit non ad banchum iudicis,nec iudice præſente, ſed ſoli notario exiſtenti extra locum, ubi ius redditur; notarius tamen conſcripſit citationem in actis antequam ſententia feretur. 3. Et an poſſit impugnari ex eo,quòd iudex eam tulit ex officio,& non ad partis petitionem. 4.*

2 *Actus citandi eſt executio interlocutoriæ iudicis de citando.*

1 IN Dei nomine amen. Illud de iure quæritur,† an ſententia lata alias ſolenniter poſſit ex eo impugnari: quia nuntius,qui pro ea ferenda ad iudicis mandatum partem citauit,relationem citationis fecit non ad bãchũ iudicis, nec iudice præſente,ſed ſoli notario exiſtẽti extra locũ, ubi ius reditur:notarius tñ ſcripſit citationẽ in actis ante,q̃ ſnĩa ferretur. Breuiter dico,ꝙ ex hoc ſolo capite impugnari non poteſt:quia cum iſte actus nõ ſit iudiciarius,nõ requirit calorẽ iudicij;unde põt relatio fieri ſoli notario,ẽt extra locũ iudicij; pro hoc allego tex. cũ gl.notabili in l.uoluit,ff.de interro.act.ubi patet,ꝙ in his, quæ non requirunt cãæ cognitionem, locus iudicij nõ eſt de ſubſtãtia,ſed iudice itinerante, uel in domo ſua exiſtente,publicari poſſunt,ut plenè no.ꝑ Cy.in l.j.C.de cõfeſſ.in 3.q.ad idẽ, quod legit & notat in l.à procedente,C.de dila. & in c.2.de dila.Relatio aũt nũtij nõ requirit ſummariã cognitionem,nec eſt actus iudicialis. habet enim citatio tres partes,uidelicet interlocutoriã iudicis de citãdo, actum nũtij citãtis,& ipſius relationẽ. Primus actus eſt iudicialis,& iuriſdictionalis; iõ non põt fieri extra territoriũ,ut ĩ cle.paſtoralis,de re iud.& quod ibi no. Sed ſecũdus & tertius nõ ſunt iuriſdictionales,iõ poſſunt fieri extra territoriũ,ut l oĩs.§.uerum ſi apparitor, C.de epiſ.& cle.& no.in c.fi.de fo.cõp.& Io.mo.in c.Romana.§. contrahentes,de fo.comp.probatur ẽt ex eo, quia nũtius nõ habet iuriſdictionẽ,ſed ſimpliciter exequitur factũ iu-
2 dicis.†Vnde actus citandi eſt executio interlocutoriæ iudicis de citando.Relatio uerò eſt notificatio executionis iã factæ;meritò cũ iſti actus nõ exigant cognitionẽ,nõ requirunt locum iudicij,ut in d.l.uoluit. Nec etiam exigit iudicis præſentiam: quia relatio fit, ut appareat de citatione facta. ſatis ergo eſt, quòd fiat notario cauſæ, & per eum ſcribatur in actis; pro hoc.c.qm̃ contra,de ꝓba, ubi patet,ꝙ ad officium notarij pertinet ſcribere citationes; & hanc partem expreſsè firmat Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus,ff.de dam.infec.in uer.iuxta prædicta quæro. ubi concludit ſufficere, † ꝙ relatio nũtij fiat notario. nec re-
3 quiritur neceſſariò, ꝙ fiat iudici, dũmodò poſteà iudici innoteſcat; nec eſt neceſſe ſecundum,ꝙ fiat iudice ſedẽte ꝓ tribunali. adducit ad hoc bonum tex. in l.eos. §.ſuper his,C.de app.ubi probatur,maximè iũcta gl.ꝙ inſtra cauſę poſſunt notario ꝓduci; nec ibi requiritur,ꝙ in iudicio fiat ꝓductio. vnde ꝑ illã l.eos. §.ſuꝑ his, iuncta.l.uoluit, ĩ all.ꝓbatur decimo huius qõnis. ſatis.n.eſt, ꝙ notarius informatus de citatione ipſam redegerit ĩ actis ante ſententiam. Et hanc opin.aliàs firmaui in d.c.qm̃ contra, in lectura. ¶ † Eſt & aliud dubium,nunquid ſententia poſſit
4 ex alio capite impugnari, uidelicet ꝙ iudex eam tulit ex officio,& non ad partis petitionem. Videtur primò ꝙ ſic: quia regulr nunquam iudex debet procedere ex officio ad utilitatem priuatam, ut no.Inn.in c.ad noſtram.ij.de iureiu. & uidetur tex.& ibi per Bar.in l.iiij.§.hoc aũt iudicium,ff.de dam.inf. & clarius ꝑ eundem in l.ad peremptorium, in prin.ff.de iud. & ibi uĩ probari, ꝙ non ualet citatio,niſi fiat ad partis petitionem. ¶ His tñ non obſtã. contrarium puto in caſu noſtro.cum.n.hic inſtaret tẽpus perẽptionis inſtantiæ, potuit & debuit iudex occurrere, & ex officio ſuo citare ad ſnĩam audiendam,arg.in l.ꝓperandum,C.de iud.& expreſsè hoc dictum firmauit Bart. in l.Seius & Augerius,ff.ad l.Falc. poteſt.n.iudex ſemper ſupplere,ne euaneſcat fruſtra iudicialis inſtantia; ad hoc c.cauſam,quę iudici, & qđ no.gl.in c.j de elec.lib.6 Bal. in l.j.C.ut quę deſunt aduo. Præterea,ut eleganter dicit idem Bal.in d.l.j.pro actore ualet ſnĩa,licet non reperiatur ſpecificè lata ad petitionem partium:qa actor à principio petit reum condẽnari. vnde non põt dici, ꝙ fuerit lata ſine partis petitione. In caſu autem noſtro ſnĩa fuit lata ꝑ actore; merito ex duplici capite dicta ſnĩa indubiè ſuſtinetur,præſertim cum iudex ex forma ſtatuti incurrat pœnam,niſi ſententiet intra tempus inſtãtiæ. ¶ Ad contraria ſuprà formata reſpondetur,ꝙ procedunt regulariter: ſecus aũt in caſu noſtro ratione prædicta, & aliis caſibus ſpãlibus, de quibus plenè per Bar.in d.§.hoc aũt iudicium,& Bal.in d.l.canoniſtas in c.bonæ,el j.de poſtu. præla. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM CXIII.

1 *Crimen uſurarum eſt grauiſſimum, & rapinæ ſimile.*

2 *Debitor repetens poſſeſsionem alteri pignoratam, non obtinet condemnationem ſuper fructibus, niſi probet quantitatẽ perceptam per creditorem.*

3 *Indicia habent æqualem uim cum inſtrumentis.*

4 *Remiſsio uſurarum non ualet,niſi creditor offerat pecuniam debitori,uel ſaltem habeat eam paratam reſtitutioni.*

5 *Spontanea remiſsio non debet præſumi, cum debitor eſt pauper, & creditor diues, & maximè cum pecunia eſt non modica.*

6 *Tranſactio ubicunque eſt calumnioſa ex parte actoris, non tenet ipſo iure, & competit repetitio.*

IEſu Chriſti ſuffragio inuocato,Tria ſunt principaliter in cauſa mota ꝑ Thomaſium,& Antonium quondam Philippi domini comitis de Scortibus contra & aduerſus hæredes Nannis domini Angeli de Scortibus ad ipſius cauſæ plenariam deciſionem examinanda. ¶ Primò an contractus initi inter dictos Philippum & Nãnem, dum agerent in humanis, debeant præſumi fœneratitij, ſeu uſurarij, tali præſumptione, quæ faciat ad ſententiam ferendam ꝯ hęredes ipſius Nãnis. ¶ Secundò præſuppoſito,ꝙ ſint fœneratitij cenſendi, an dicti Thomaſius & Anto.actores debeant excludi uirtute cõpromiſſi, & laudi inde ſecuti tã ſuper illis contractibus, q̃ ſuper aliis bonis uirtute dicti delicti conceſsis ex primo,& ſecundo decreto,dicto Nãni,de quibus nunc etiam quæſtio uertitur. ¶ Tertiò præſuppoſito,ꝙ excludendi non ſint, quales debeant eſſe partes iudicis cauſæ in pronuntiando ſuper dicta cauſa. Viſis prius actis, & actitatis in dicta cã, uidetur primum iuxta ordinem prælibatum,attingendo dubium, ꝙ dicti ꝯtus, quorum duo ſunt in forma mutui: tertius uerò in forma emptionis,& uenditionis grani concepti,minimè ſint fœneratitij cenſendi. Nam ſi teſtes, ſeu eorum depoſitiones diligenter ponderentur,non reperitur probatum aliquid fraudis cõtra illos contractus: quinimò nihil penitus deponunt ſuper fraude,aut ſimulatione,ſeu fœnore dictorũ contractuum; ergo actoribus ſilentium imponendum eſt tanquã intentionem ſuam minimè ꝓbantibus, ut in c.in præſentia, de ꝓba.& in l.j. & l.actor, qđ aſſeuerat,C.eo. quinimò,ubi probõnes eſſent obſcuræ, ſententiandum eſſet ꝯ actores,ut in c.ex literis, de proba. & in regula, cũ ſunt partium iura, de reg.iu.lib.6. & præſertim uidetur
1 hoc dicendum in crimine uſurarum. † cum.n.ſit grauiſſimum crimẽ, & rapinæ ſimile.14.q.4.c.qui uſuram, debet in dubio fieri interpretatio, ut euitetur crimen, ut in c. eſtote miſericordes,de reg.iu.lib.6. & optimè per Bar.in l.non ſolum.§.ſed & probari, ff.de no.ope.nun. Et ꝑ hoc põt tolli motiuum quorũdam,ſi dicatur, ꝙ imò iudicandum ſit contra illos ꝯtus,cum probatum ſit dictum Nãnem fuiſſe ſolitum tpe illorum ꝯtuum, & antè, & pòſt ſimiles ꝯtus fœneratitios feciſſe. nam per hoc non concluditur,illos ꝯtus fuiſſe fœneratitios: quia ex diuerſis non debet fieri illatio.c.ij.de trãſla.præla.& in l.neq; natales,C.de prob. & in l.Papin.exuli,ff.de mino. Item qa in dubio (ut prædixi) ferenda eſt ſnĩa pro reo, & præſumendum eſt non delictum; nec ex leui præſumptione debet quis de tam graui crimine condẽnari,ut in c.literas, de præſump. facit quod no.Inno.in c.quia uoroſimile,de ꝑſump. Præterea teſtes ſunt ſingulares, qui regulr non probant,ut in c.dilecti,de elec. & in c.tàm literis, de teſti.cum ſimi. præſertim in caſu noſtro,cùm quilibet deponat de ꝯtu fœneratio cùm ipſo geſto; & ſic uidetur ſuſpectus,arg.in c.perſonis, de teſt.& quod legi. & notatur in l.de iure,ff.ad munici. Et hanc partem uĩ aperte tenere Cy.poſt alios in l.j.C.de proba.ubi uidetur concludere,ꝙ repetenti uſuras non ſufficit probare,reum conſueuiſſe tẽpore contractus, & antè, & pòſt mutuare ſub uſuris, ad rõnem puta quatuor denariorum pro libra, & ꝙ conſueuerit inſtrumentum conficere de duplo ueræ ſortis,& ꝙ ipſe actor recepit mutuum ab illo, & ei ſatisfecit de ſorte:quia ſm eum,ex quo nihil probat de uſuris,per cum ſolutis,non poteſt inde ſequi condẽnatio; ad hoc.c.
2 ad noſtrã,de iureiu.ubi patet, † ꝙ debitor repetens poſſeſsionem ſuam alteri pignoratam,non obtinet condẽnationem ſuper fructibus, niſi probẽt quãtitatem perceptã per creditorem. ita in ꝓpoſito non ſufficit probare mutuum receptum,& ſatisfactionem de ſorte, niſi probetur quantitas uſurarum ſolutarum. Idem uidetur tenere & clarius Archid.in c.ij.de uſur.lib.6. & Bal.in d.l.j.C.de proba.motus,quia ſuper difformi non põt ſequi condẽnatio, ubi licet ſit probatum creditorem ſolitum mutuare ad quatuor ꝓ libra; tñ potuit eſſe, ꝙ iſti, qui nunc agit, mutuauerit ad vnum pro libra; & ſic non põt ſequi cer-

ta condénatio; & præſertim hoc uidetur dicendum in caſu noſtro, in quo occurrit conſanguinitas inter Nãnem, & Philippum olim contrahentes. conſanguinitas.n.excludit præſumptionem fraudis, arg.in l.in trãſactione, C.de tranſac. & in c.literas, de præſump. vnde præſumendum, ꝙ dicto Philippo tanquã conſanguineo gratis mutuauerit, & ſine omni fraude ab eodem emerit frumenti quãtitatem in actis contentam. Et hoc ultimum uidetur ſenſiſſe Ang.de Peru.in quadam diſputatione ſua, quę incip. Aſtenſis miles. ¶Sed, his non obſtantibus, contrariã ſententiam in caſu noſtro de iure arbitror ueriorem, ꝙ ubicũque iudicia ſunt multum urgentia, faciunt plenam ꝓbationem, etiam in caſu criminali, ut probatur in l.ſciãt cuncti, C.de proba. canonizata 2.q.8.c.ſciant. Ad idem l.
3 indicia, C.de rei uen. ubi dicitur, † ꝙ indicia habẽt æqualem uim cum inſtrumentis, ut no.gl.in c.tertio loco, de proba. & ibi plenè per doct. & maximè hoc admittendum eſt in caſu noſtro, in quo agitur ꝯ uſurarios. Solent.n.uſurarij multum caute & occultè ſuos contractus inire, & ſimulare, ne quoquomodo poſsint de uſuraria prauitate conuinci, ut dicit tex.in cle.vnica, de uſur. prope finem. Et ideò ex facilioribus præſumptionibus cæteri conuincuntur, ut in c.cum in diœceſi, de uſur. & c.ad noſtram, de emp. & uen. c.illo uos, de pig. Item iura generalr uolũt, ꝙ ex facilioribus ꝓbõnibus procedatur in actibus, in quibus non ſolent extranei adhiberi. vnde admittuntur ꝓbationes regulr non concludentes; ad hoc.l.cõſenſu, C. de repudiis, & c.ueniens.ij.de teſti. & c.fi.de teſti.cogen. & quod no.gl.in c.cum dilecti, de elect. facit tex.in c.p̃terea, de teſti.cum ſimi. In caſu autem noſtro contra dictum Nãnem concurrunt plurima indicia. Primò, quia ipſemet in articulo mortis profeſſus eſt ſe extorſiſſe per uſurariam prauitatem diuerſas pecuniarum quantitates, & ſuper illis reſtituendis ſolennem præſtitit cautionem. Item ꝓbatum eſt, ꝙ ſolitus erat indifferenter cum oĩbus fœnerari, & pecunias ſuas mutuare ſub uſuris, maximè ſimulando ꝯtus ſub forma emptionis grani, licet nunquã poſteà reciperet granum, ſed pecuniam dũtaxat, unde p̃ſumendum eſt de occultis ſm ſuam conſuet. nam in dubiis inſpicitur conſuetudo patrisfamilias, ut in l.qui ſemiſſes, ff.de uſur. & in c.ilicò uos, de pig. & in regula ſemel malus, de reg.iu.lib.6. & in regula, inſpicimus in obſcuris, eo.ti. & lib. & in l.ſemper in ſtipl̃onibus, ff.eo.ti. ſaltem in eadem ſpecie fraudis. Nam dictus Nãnes conſueuit mutuare ſub uſuris, ac etiam ſimulare ꝯtus ſub forma emptionis grani; ergo dicti ꝯtus mutui, & emptionis grani initi cum dicto Nãne, præſumendi ſunt fœneratitij in dictis duabus ſpeciebus, in quibus uerſabatur dictus Nãnes tempore dictorum ꝯtuum. nec mirum. Nam in aĩalibus brutis inſpicitur illorum conſuetudo, inſti.de rerũ diui. §.in his autem, & ꝑ vnum actum quis p̃ſumitur habituatus ad illud malum, ita, ꝙ ur̃ deduxiſſe illud in conſuetudinem, ut in l.iij. C.de epiſ.aud. & c.ita nos 25.q.2. & ibi per Arch. Præterea dictus Nãnes non erat mercator grani, ut probatur in actis, nec dictus Philip. ſolebat uendere granum, nec tñ percipiebat de ſuis poſſeſsionibus, ꝙ potuiſſet uendere 20 modios grani, ſicut inſtrm̃ uidetur ſonare. ergo debet pręſumi ille ꝯtus fictitius, & ſimulatus, & in fraudem uſurarum conceptus. Præterea d.Nannes fuit uerſutus, & plurimum callidus in ſuis ꝯtibus, ut ꝓbatur per teſtes, & famam loci, ergo facilius ꝯ illum eſt præſumendum, arg.eorum q̃ no.Bar.in l.fi.ff.de quæſtio. facit.c.illo uos, in fi.de pig. & 16.q.2.c.uiſis. Item expedit animæ ipſius Nãnis ita præſumere, maximè cũ ipſe mandauerit uſuras reſtitui, & in dubio debet fieri interpretatio, ut animæ ſaluti magis expediat, ut no.in c.vnico, de ſeruti. & in c.iuuenis, de ſponſa. & in cle.exiui de paradiſo, de uerb.ſign. Et ſi exigeremus plenam, & concludentem probationem contra uſurarios, rarò uel nunquã conuincerentur de uſurario peccato cõtra iura ſuperius alleg. Et in hanc ſententiam inclinauit apertiſsimè Ioã. And.in facilioribus terminis in c.ex literis, de iurereiur. & in d.c.quãquam, de uſur.lib.6. ubi dicit, ſufficere repetenti uſuras probare, ꝙ aliquis erat ad certam quãtitatẽ ſolitus fœnerari, & ꝙ ab illo recepit mutuum, & probare ꝙ ei ſatisfecit de ſorte. probatur.n.ex hoc præſumptiuè, ꝙ contractus mutui cum eo initus fuit fœneratitius, & ꝙ ſibi uſuras ſoluit. & dixit Ioã.And. ſic fuiſſe ſæpius iudicatum in epiſcopatu Bononienſi, & ad dictum Archid.in contrarium ſupra all. dicit, ꝙ illud in ſcholis non recipitur, & in iudiciis reprobatur. ad dictum Cy. reſpondet, ꝙ quãtitas perceptionis fructuũ non uenit ſic præſumptiuè, ſicut quantitas ratione conſuetudinis, & in deteſtationẽ ipſorum uſurariorum occultè ſua facinora explicantiũ. hanc eandem ſententiam ſequitur Ant.de But. in d.c.ex literis, & cum eo tranſiuerunt cõiter ibi alij ſcribentes canoniſtæ. illam etiam opinionem in ſua ſolẽni diſputatione, quæ incipit, Aſtenſis miles, ſecutus eſt Ange.de Peru. ſaltem eo caſu, quo occurrunt aliquæ aliæ coniecturæ, q̃ habent iudicis animum ad credulitatem inducere, & ſufficere ſecũdum iuramentum actoris. & in caſu noſtro ultra conſuetudinem dicti Nãnis probatam concurrũt multæ aliæ coniecturæ, de quibus ſupra, & præſertim illa de emptione grani ſimulata, cum plurimis facta; & arg. à cõmuniter accidentibus ualet etiam ad ſententiam ferendam, cum agitur de crimine ciuiliter, ut in d.c.j.de cler. non reſi. & ibi per Io.Cal. præterea contra hæredes dicti Nannis militat alia ſatis urgens præſumptio: quia nunquam uoluerunt producere libros dicti Nannis contra iuris diſpoſitionem, de qua in d.cle.vnica, licet per teſtes probatum ſit, dictum Nannem illos libros habuiſſe. nec eſt credendum hæredibus aſſerentibus illos libros perdidiſſe, cum aſſerant hoc ad commodum proprium, & in iacturam aliorum, ut not.per Ioan.de Lig.in d.cle.vnica, de uſur. Item hæredes dicti Philippi in dicta cauſa actores parati ſunt producere libros dicti Philippi, in quibus inter alias rationes ſuas fecit mentionem, qualiter dicti contractus initi cum dicto Nanne erant fœneratitij, & quòd ſoluebat 25 pro centenario. iſtis autẽ libris licet in facto proprio conſcriptis, & ſi nõ ad plenum tamen fides non modica adhibenda eſt, præſertim poſt mortem dicti Philippi. non enim eſt uero ſimile, ꝙ cõtra ueritatem hoc dixiſſet, præſertim cõtra conſanguineum, à quo beneficium recepiſſet; pro hoc tex.in c.literas, de præſump. & melius in l.rationes, C.de proba. ubi hoc ur̃ probari, præſertim ſm vnam lectu. quam Bald. ibi ſequitur. Item filij d.Philippi parati ſunt iurare, ꝙ credũt patrem verum ſcripſiſſe, & ꝙ ex multis cõiecturis credũt dictos contractus fuiſſe uſurarios. præſtat.n.adminiculũ iuramentum de credulitate, ubi ex ſubiecta materia non poteſt haberi uera ſcientia, ſicut contingit nunc in iſtis filiis, & hæredibus Philippi, qui nõ ſunt informati ad plenum de geſtis per eorum patrem; ad hoc quod legitur & no.in c.quoties, & c.licet ex quadam, de teſti. cũ ſimilib. Concurrunt ergo hic plurima indicia ad probationem faciendam ad plenum, præſertim contra uſurarios, ut libri iſtius debitoris, iuramentum filiorum de credulitate, cõſuetudo praua dicti Nãnis in iſtis duabus ſpeciebus fœneratitiis, fama contra dictos contractus, & contumacia hæredum dicti Nãnis in ꝓducendo libros defuncti contra dictam cle. quæ quidem indicia nemo ſanæ mentis dicet non ſufficere ad plenam probationem faciendam contra uſurarium. Non obſtant allegata.s̃.in cõtrarium. & primò ad priora patet reſponſio per ſupradicta. procedunt.n. quando nulla fit probatiò per actorem, uel ſaltẽ non ſufficiens, ſm ſubiectam materiam; ſed in caſu noſtro ſatis ſufficiunt, ut colligit̃ ex prædictis, & uidetur caſus in d.c.cum in diœceſi, de uſur. & facit.c.ad noſtram, de emp. & uen. & c.illos uos, de pig. cum ſimi. ſuperius all. & authoritas Io.An. Ant.de But. & aliorum ſcribentium in d.c.ex literis, & Ang.in dicta diſputatione. Non obſtat, quod opponitur de conſanguinitate inter Nãnem & Philippum. tollitur.n.hæc præſumptio per contrariam pręſumptionem uehementiorem, arg.c.literas, & quod ibi no.de præſump. Primò, quia non eſt præſumptio gratuiti mutui propter ſimulatam uenditionem grani, cũ nemo illorum eſſet mercator grani: quinimò dictus Nannes erat ſolitus ſic cum aliis ſimulare contractus. Præterea nõ præſumitur gratuitum in uſurario in magna quãtitate, ſicut erat iſta. ſi.n.animã ſuam deuorabat, fortius eſt præſumendum, ꝙ non parcebat conſanguineo. unde Ang.in dicta diſputatione loquitur de praua pecunia, cũ nulla alia adeſt præſumptio, niſi quia erat creditor ſolitus fœnerari. ſed in caſu noſtro ſunt aliæ præſumptiones in contrarium, ut patet ex prædictis. ¶Non obſt. quod dicitur de ſingularitate teſtium: quia cũ inducãtur ad probãdum, ꝙ erat ſolitus ſic fœnerari, non obſtat ſingularitas: quia conueniunt in eo, ad quod probandum fuerũt inducti. non.n.inducuntur ad probandum certum actũ, ſeu contractũ; quo caſu ſi eſſent ſingulares, non probarent, ut in iuribus præal. ſed inducuntur ad probandũ, ꝙ erat ſolitus fœnerari, & contractus ſimulatos ſub uelamine emptionis, & uenditionis grani conficere; quo caſu nõ debet officere, ꝙ teſtes deponãt ſuꝑ ſingularitate actuũ, ex quibus reſultat illud totum, quod erat probandum; ſicut in ſimili dicit gl.ſingularis in l.ob carmẽ, ff.de teſt. cum probanda eſt poſſeſſio certi temporis, ut teſtes concludant, ſi unus deponat de quinque annis, & reliqui de aliis quinque; & facit qd̃ in ſimili de celebratione miſſæ probanda no.Inn.in c.qualiter, & quando.2.de accu. & prædicta firmat Ang.in dicta diſputatione, Aſtenſis. uel poſſumus dicere, & melius, ꝙ cum hic nõ agatur de magno p̃iudicio, cũ ipſemet Nannes in cautione quã præſtitit, confeſſus fuerit ſe per illicitos & fraudulentos cõtractus extorſiſſe multa, intercedente uſuraria prauitate. nunc aũt agitur ſolum, ut probetur ſpecies fraudis illorũ ꝯtuũ, & ut probetur nunc in ſpecie, ꝙ ipſemet Nannes fuit ĩ genere cõfeſſus, debet ſufficere leuis probatio, iuxta no.in c.nuper, de teſt. in caſu autem noſtro fit probatio per famam publicam, quæ in hoc caſu deberet ꝓbare, iuxta no.per Bar.in l.de minore.§.tormenta, ff.de qõ. præſertim & indubitanter ſi cõiungitur cũ uno teſte. in caſu autem noſtro concurrunt plurimi teſtes, quare debet reſultare plena probatio. Et ſi eſſent ſingulares, cũ unus teſtis, & fama probent regulariter, cũ ciuiliter agit̃, ut no.gl.in c.ueniens, el j.de teſtibus, & 4.q.3.§.item ſæpe, & in l.iij.ff.de teſtib. & per Bar.in d.§.tormenta. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ iſti teſtes deponant in facto proprio: quia ex hoc nullũ commodum ſunt habituri. uñ debẽt admitti, ſicut admittũtur legatarij in caſu teſtamẽti, inſt. de teſt.ordi.§.legatarius, & uoluit Ang.in dicta diſputatione in terminis noſtris; & præſertim excuſatur ab oĩ ſuſpicione: quia ſolum deponũt in ſpecie, ꝙ ipſe Nãnes eſt confeſſus in genere, & ſic non requiritur ita ſtricta ꝓbatio. Et per hæc concludo ad primũ, ut dicti ꝯtus initi inter dictũ Nãnem & Philippum, ſint fœneratitij, & uſurarij præſumendi, & iudicandi. ¶Venio nunc ad ſecundũ, an, ſ. Thomaſius & Ant. actores ſint ſaltẽ ex capite cõpromiſſi, & laudi inde ſecuti inter dictos Nannẽ, & Philippũ excludendi. Et uidetur primò ꝙ ſic. Nã ſuꝑ uſuris de p̃terito põt cõpromitti, ut Bal.in c.ſimiliter, de cõtrouerſia inueſti. colla.x. Præterea cõpromiſſum eſt q̃dã trãſactio, ſeu compoſitio, in aut.ut differẽ.iudi.§.j. & in aut.ſi uerò, contigerit, C.de iudi. not.Inn.in c.Quintaualliſ, de iureiu. & Bar.in l.ſocietatem.§.arbitrorũ, ff.pro ſocio. ſicut enim poteſt in uſuris de præterito intercedere remiſsio iuxta no.ꝑ gl. & doc.in regula, peccatũ, de reg.iu.lib.vj. ita & trãſactio, ſeu cõpoſitio. agenti aũt contra ſuã tranſactionẽ ſeu cõpoſitionẽ obſtat exceptio, C.de trãſac. l.ſub prætextu, & l.ij. cũ ſimi. ¶Sed his non obſt. ꝯrium dico in caſu noſtro; qd̃ clarius oſtenditur. Et primò ſi teneamus opinionem quorundam theologorũ, quam ſequitur Di.ĩ
4 regula, peccatum. † ꝙ remiſsio uſurarũ non ualet, niſi creditor offerat pecuniam debitori, uel ſaltẽ habeat eã paratã reſtitutioni: quia peccatũ nõ dimittit̃, niſi reſtituat̃ ablatum, ut in dicta regula, peccatum, ut in c.cum tu, de uſur. Reſtitutio autem ſonat, ut in priſtinum ſtatum fiat repoſitio, ut in l.cum prætor, ff.de reg.iu. & l.reſtituere, eo.tit. ergo non poteſt dici pecunia reſtituta nec uere, nec ficte, ſi creditor non erat paratus ad reſtituendum, ſicut nec erat in caſu noſtro. ergo non ualuiſſet, etiam expreſſa remiſsio, & per conſequens nec indirecta: quia uidetur oriri ex compromiſſo, & laudo inde ſecuto. Si autem uolumus tenere opinionem, ꝙ ualeat remiſsio facta à debitore quo ad euitandum onus reſtitutionis, licet non q̃uo ad peccatum, quãquã pecunia non offeratur debitori, nec ſit parata reſtitutioni, quod uidetur ſentire Io.An.ſuper dicta regula, peccatũ, ĩ nouel. & firmat Fed. de Senis conſ.18. adhuc dico, ꝙ illud compromiſſum nõ præſtat impedimentũ reſtitutioni: q̃a remiſſio tũc ualet, cũ eſt omnino libera & ſpõtanea, non aũt aliquo mõ coacta, ſeu extorta, uel per fraudẽ, & metũ inducta: q̃a Deus reſpicit cor, & non os, ut in c ſi quid inueſti. 14.q 5. unde nec uerè, nec fictè põt dici pecunia hoc caſu reſtituta. Et ꝙ remiſsio debeat eſſe liberalis, & ſpontanea, firmat gl. & Io.An. & Dy.ſuper dicta regula, peccatum. clarius Fed. in d.conſ.14. & Io.An.in addi.Spec.ſuper rub.de uſuris, in 3.col. & ita pluries fuit conſultum. Sed non poteſt dici in caſu noſtro ſpontanea, cum fuerit factum compromiſſum, & laudum inde ſecutũ tpe, quo durabat obligatio inter dictum Nannem & Philippũ, & præſertim cũ fuerit facta ex eo, quia dictus Nannes ex primo & ſecundo decreto receperat ferè omnia bona dicti Philippi, & iam fecerat fieri ſibi præceptum, ut diſcombraret, ſeu euacuaret domum propriæ habitationis, & conſignaret etiã ipſi Nanni; & ſic timore prædictorum ductus eſt ad compromiſſum, & ad acceptandum laudum inde ſecutum; & per conſequens non debet obeſſe repetitioni uſurarum, præſertim cum dictus Nãnes expreſsè mandauerit uſuras reſtituẽdas oĩbus, à quibus per illicitos, & ſimulatos, & fraudulẽtos contractus extorſerat; & hoc expreſsè firmauit Io.And.in dicta addi. ubi refert ſe conſuluiſſe in quæſtione facti cum ſuo adoptiuo Ioã.Cal. Præterea, ut
5 ipſe dicit, † non debet præſumi ſpontanea remiſsio, cum debitor eſt pauper, & creditor diues, & maximè cum pecunia eſt non modica, ut punctualiter contingit in caſu noſtro. nam, ut ſatis probatum eſt, dictus Nannes erat ditiſsimus, & Philippus debitor erat adeo pauper, quòd uix poterat ſuam familiam ſubſtentare. Item ante dictum compromiſſum, & laudum fuit magna contentio

ſuper

UNIVERSITA

ſuper dicto debito inter eos, adeò ꝙ fuit peruentum contra dictum Philip.ad primũ,& ſm decretum, nõ ergo debet præſumi ſpontaneus conſenſus, cũ tranſactio fiat cõiter propter timorem litis,& maximè cum quis eſt pauper & non habet probationes in promptu, ut contingit in caſu noſtro, ut probatur in l.ij. C. de tranſactio facit optime tex.in l.item ſi res,ff.de ali.iudi.mu.cau.fac. Præterea
6 & fortius † ubicunque tranſactio eſt calumnioſa ex parte actoris,non tenet ipſo iure, & competit repetitio, ut eſt tex.in l.in ſumma,in prin.ff.de condi.inde.& no.gloſ.in l. ſub prætextu, C.de tranſa.uel ſecũdùm Bar.in d. l.ſub prætextu,ſaltem tranſac.eſt nulla, cum actor calumnioſè litigat.Et ſic ſecundum eum poteſt intelligi tex.in d.l.in ſumma.Sed in caſu noſtro dictus Nannes calumnioſè litigauit contra dictum Philippum quia ſciebat debitum fœneratium,& nunquam uoluit producere libros ſuos; imò negauit illud debitum eſſe tale; ergo fuit in calumnia, & dolo iuxta no.per Inn.in c.ij.de dil a.& per conſequens tranſactio etiam ex iſto ſecundo capite fuit ipſò iure nulla. ¶Ex his concludo dictos Thomaſium & Antonium minimè fore ex dicta tranſac ſeu compromiſſo, & laudo inde ſecuto excludendos.Et ad contrarium ſupra formatũ poteſt dici,quòd ualet compromiſſum ſuper uſuris de præterito,quando factum eſt dubium: ſed.n.quando eſt ſpontaneum aut extortum modo prædicto.¶Ex prædictis infertur ad tertium dubium,quales,ſ.debeant in hoc caſu eſſe partes iudicis in pronuntiando.nam,ut ex prædictis colligitur,debet pronuntiare dictos contractus initos, inter prædictos Nannem ſcilicet & Philippum,de quibus in libello,fuiſſe, & eſſe fœneratitios, & ſimulatos, & in fraudẽ uſurarum confectos,& reos condemnare ad reſtituendũ, & relaxandum bona petita in libello unà cum fructibus, & reditibus perceptis,& qui percipi potuiſſent: ita tamen quòd debitum uerum, & quicquid poſtea dictus Philippus uigore dicti laudi habuit a dicto Nanne,compenſetur cum fructibus,& ſi quid reſtat de fructibus, iubeat illos reſtitui.Quòd autem ſit pronuntiandum illos contractus eſſe fœneratitios,ſatis probatur ex deductis in primo dubio.Quòd autem bona ſint reſtituẽda una cum fructibus, probatur apertè ex his, quæ no.Io.An.poſt Beatum Thomam in c.ij.de uſur.lib.6.ubi concludit,quòd ſi uigore fœnoris habuit quis rem immobilem tenetur reſtituere non tantum illam rem,ſed etiam fructus inde perceptos, & ultra eos facio in caſu noſtro hanc inconuincibilem rationem:Certum eſt,quòd iſta tranſactio,tanquam calumnioſa,non tenuit,ut ſupra dixi;ergo dominium dictorum bonorum remanet penes dictum Philippum,& dictus Nannes fuit poſſeſſor malæ fidei, & per conſequens tenetur reſtituere bona,& quicquid ex eis fuit perceptum,ſeu percipi potuit,ut in l.ex diuerſo,ff.de rei uen.& melius in l.domum,C.eo.ti.& quod legitur & no.in ca.grauis, de reſtit. ſpo.& in c.cum contra,de pigno.& in c.de uſuris, cum ſimilibus. & ad prædicta ſubtiliter conſiderandum eſt,ꝙ dictus Nannes in ſua ſolenni cautione,quam præſtitit in extremo uitæ ſuper uſuris reſtituendis confeſſus fuit ſe per illicitos contractus multas pecunias,& bona tam mobilia quam immobilia acquiſiuiſſe,&c. Vnde ponderanda ſunt illa uerba,tam mobilia, quam immobilia. confeſſus ergo fuit expreſſe,quòd bona immobilia fuit cõſecutus,ſed nemo comparuit contra eum, qui fuerit conquæſtus de bonis immobilibus, ergo p̃ſumẽdũ eſt eũ ſenſiſſe de iſtis bonis immobilibus, arg.in l.ij.C.de alime.pu.præſtan. & qđ ibi no.in l.cum ſeruus,ff.de uerb.oblig.& quod ibi no.Barto.in ſimili quæſtione,& per Inn.in c.qualiter & quando. ij.de accu. NIC. ABB.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*IN quæſtione mouenda inter Antonium ex una parte,& Marianum quondam Iacobi ex alia quondam ſocios trafici artis lanæ tria ſunt examinanda. ¶Primò,nunquid illa compoſitio inita inter dictos Antonium,& Iacobum,dum uiueret in humanis,fuerit fœneratitia in eo,quòd facta ſocietate, & depoſita utrinque certa pecuniarum quantitate,fuit inter eos conuentum,quòd ſi alter ipſorum ultra quantitatem quam mittere teneatur in dicta ſocietate,aliquas pecunias poneret,quòd p̃uideri ſibi deberet per dictam ſocietatem ad rationem & conſuetudinem mercantiæ:& huius compoſitionis uigore dictus Iacobus,qui ultra ſuam quantitatem poſuit quingentos florenos,accepit pro lucro illorum quinque uel ſex pro centenario, durante dicta ſocietate,per plures annos. ¶Secundò examinandum eſt,præſuppoſito,quòd talis compoſitio fuerit fœneratitia,an dictus Antonius poſſit excludi a repetitione uſurarum receptarũ uigore confeſſionis & quietationis factæ poſtmodum per eundem.Nam mortuo dicto Iacobo, & ſuccedente ſibi dicto Mariano eius filio,qui compoſitionem quandam fecit cum dicto Antonio accepta pro parte ſua,quam habebat in dicta ſocietate,certa pecuniæ quantitate, quietauerunt unus alterum ſub iſto uerborum tenore,uidelicet. Antonius petri ex una parte, & Marianus Iacobi ex alia eorum libera, & ſpontanea uoluntate, ex certa ſcientia,& non per errorem fuerunt confeſſi,& recognouerunt ſibi adinuicem,& inter ſe,& uiciſſim fuiſſe,& eſſe integrè ſolutos,& plenariè ſatisfactor de omnibus,& ſingulis,quæ ab hodie retro, & uſque ad præſentem diem inſimul agere habuiſſent, & quæ uſque in præſentem diem una pars ab altero petere poſſet, & habere deberet ratione & occaſione cuiuſcunque ſocietatis,& trafici,& calculi inter eos facti, & dictæ artis lanæ quacunque ratione,cauſa,uel titulo,uigore, & occaſione cuiuſcunque ſcripturæ tam publicæ,quam priuatæ,ceſſantes,& irritantes, & annullantes omnem,& quamlibet ſcripturam tam publicam,quàm priuatam,& c.qua propter dictæ partes inter ſe inuicem,& uiciſſim ſe & eorum hæredes, bona generaliter liberauerunt, & quietauerunt:ab omnibus,& ſingulis prædictis,& generalem finẽ, & quietationem,& liberationem,& abſolutionem,et pactum ulterius aliquid de prædictis non petendo inuicem, &c. ¶Tertiò principaliter eſt examinandum,ſi prædicta mutua confeſſio,et liberatio habet excludere dictum Antonium a prædicta repetitione uſurarum, an ſaltem poſſet excludi uigore alterius quietationis poſtmodum inter eos ſecutæ.Nam poſtmodum per plures annos,cum ex nonnullis cauſis dictus Antonius,& Marianus ad inuicem haberent certam differentiam, non tamen de dictis prouiſionibus mẽtione aliqua habita,generaliter quietauerunt ſe de nouo ex omni, & quancunque cauſa, pro qua unus alteri petere poſſet,non tamen habita aliqua mentione de dictis prouiſionibus,uel uſuris.Et præſupponitur in facto,quòd non ſolum dictus Iacobus pater dicti Mariani aliquas receperit prouiſiones de dictis quingentis florenis.dum eſſet in humanis,ſed etiam ipſe Marianus filius,& hæres dicti Iacobi nonnullas percepit poſt mortem dicti Iacobi ſui patris, ut in libro dictæ ſocietatis clarè patet.*

## CONSILIVM CXIIII.

1 *Vſura non committitur niſi in contractu mutui.*
2 *Species contractus cognoſcitur non ex uerbis, ſed ex ſui natura.*
3 *Genus generaliter probatum, tantum ualet, quantum enumeratio ſpecierum contentarum ſub genere.*
4 *Verba generalia debent reſtringi ad ſpeciem præcedentem,ex quo ſalua ratione recti ſermonis fieri poteſt.*
5 *Generalis renuntiatio caſuum fortuitorum non ualet in iudicijs, ſed oportet,quòd ſpecialiter exprimantur.*
6 *Matrimonium habet ſpecialem materiam ab alijs obligationibus & requirit ſpontaneum,& liberum conſenſum.*

IESV



IEſu Chriſti ſaluatoris ſuffragio exorato, attingendo primum iuxta ordinem, Videtur primò, ꝙ dicta compoſitio non
1 fuerit fœneratitia: † quia uſura non committitur, niſi in contractu mutui, ut patet ex ipſius diffinitione. eſt enim lucrum ex mutuo,&c.ut plenè no.per Io.And.in regula, peccatum,de reg.iur.lib.vj.in Mercu.& idem no.in c. cõqueſtus, de uſur.facit.xiij.q.iij.c.j.ſed inter dictos Antonium,& Iacobum non interceſſit mutuum : quia Iacobus poſuit illos quingentos Florenos in ſocietate:& fuit compoſitum,ut prouideretur ponenti pecuniã ad uſum & cõſuetudinem mercantiæ,ergo non fuit uſura. Certũ enim eſt,ꝙ licet deponere pecuniam apud mercatorem, ut de parte honeſti lucri reſpõdeat domino pecuniæ,ut eſt tex. notabilis in c.per ueſtras,de dona.inter vi.& uxorẽ, & de do.poſt di.reſti. ¶Sed,his non obſtantibus contrarium arbitror de iure fore uerum.Nam cùm iſte Iacobus nõ expoſuiſſet ſe periculo,& damno,quæ contingere poterant in illis pecunijs, ſed ſolùm uoluit,ut ſibi reſpõderetur ad conſuetudinẽ mercantiæ, & (ut dicitur modo) conſuetudo eſt,ut certum quid detur annuatim pro lucro,ſiue lucrũ prouenerit ex illa pecunia,ſiue non:imò capitale ſemper debet eſſe ſaluum;indubitanter tenendum,ꝙ quicqd inde perceperit, uſura fuit, ut probatur in c.j.ij.& iij. in ſi.xiiij.q.iij. Et ꝙ non liceat ſic dare pecuniam etiam negotiatori,eſt tex.in d.c.iij.& apertius glo.in c.plęriq; eadem cauſa,& q.tangit quæſtionem iſtam,quęrens,nunqd ſit licitum tradere pecuniam negotiatori, ut inde emat merces,ut det ſibi partem lucri;& concludit ꝙ non, ſi periculum ſpectat tantũ recipientem;& ſic fit inter eos contractus mutui: ſed ad hoc ut ſit licitum, oportet ſecundũ illam glo.ut inter ſe contrahant ſocietatem,ita, ꝙ periculum ſpectat ad utrunque, & ſic unus ſocius ponat pecuniam, alius operam,ut.l.v.ff.pro ſocio. Nec obſt.ſi dicatur,ꝙ pecunia non fuit hic mutuata,dicto Antonio: qa dico, ꝙ fuit in effectu mutuata ſocietati. ſocietas autem non eſt corpus, ſed conſtat ex ſocijs, unde quod fit cum ſocietate,dicitur fieri cum ſingulis perſonis facientibus ſocietatem,ut not.Inno.in c.dilecta,de exceſ.prela.
2 Nec obſt.ꝙ nõ fuit expreſſum uerbum,mutuo:†quia ſpecies contractus cognoſcitur non ex uerbis, ſed ex natura ſui,ut in l.ſi uno,ff.loc.no.gloſ.in l.j.ff.de ſupſi.& plenius per Bar.in l.cotem ferro.§.qui maximos,ff.de publica. facit.c.ad noſtram,de empt.& uen.& c. illo uos, de pign. & melius xiiij.q.iij.in c.plerique, pręallegato.Vnde in effectu iſte fuit contractus mutui initus cum illis de ſocietate nam uoluit tradere pecuniam, ad uſum ſocietatis, & quolibet anno conſequi lucrum, quod indubitanter eſt uſura,ut in d.c.pleriq; ¶Concludo ergo,dictam compoſitionem fuiſſe fœneratitiam,& quicquid dicti Iacobus & Marianus receperunt nomine lucri ex dicta pecunia, ſic mutuata,fuit uſura,& ſubiacet repetitioni, ut in iuribus prealle.legitur & no.de uſuris,per totum. ¶Reſtat ergo nunc examinare ſecundum dubium,quod uidetur magis difficile,an.ſ.dictus Anto.poſſit excludi à repetitione ſuprascriptarum uſurarum uigore primæ confeſſionis, ſeu quietationis ſupraſcriptæ.Et uidetur primo ꝙ ſic ſatis.n. eſt,ꝙ creditori ſatisfiat de uſuris, ut in c.ij.de uſu.lib.vj. ut dicit ibi Arch.Satisfacere eſt qualitercunq; uoluntati creditoris ſatisfieri,& probatur in l.ſi rem.§.omnis,ff de pig.actio.ſed prædictus Antonius recognouit, & cõfeſſus fuit ſibi ſatisfactum & ſolutum plenariè de omnibus, & ſingulis, quæ petere uſq; ad illam diem potuiſſet à dicto Mariano. ergo non poteſt amplius aliquid ab eodem petere. Confeſſio enim uel liberatio generaliter facta concernit omnia debita ſingularia,licet ſpecialiter non fuerint expreſſa,ut p̃batur in l.pluribus,ff.de accep.no.Bar. in l.Aurelio.§.Caius,ff.de lib.leg. ubi plenè per eum; & ſic non obſt.ſi dicatur,ꝙ de uſuris, & prouiſionibus non
3 fuerit aliqua mentio habita. † Nam tantum ualet genus generaliter probatum, quantum enumeratio ſpecierum contentarum ſub genere.Nam qui dicit omnia,nihil excludit.xix.diſt.c.ſi Romanorum,& in c.ſolitæ,de maio.& obe. ¶Sed his non obſtantibus in cõtrarium ſe habet iudicio meo ueritas, ut.ſ.dicta confeſſio ſeu quietatio non extendatur ad debitum uſurarium. Ad hanc ſententiam moueor ex multiplici capite.Primò, quia dicta cõfeſſio, ſeu quietatio non fuit purè generalis, nec ſimpliciter liberatoria,& gratuita : ſed principaliter fuit ſpecialis reſpectu.ſ.debiti contracti utriuſque ſocietatis occaſione, ut colligitur ex illis uerbis,ratione & occaſione cuiuſcũque ſocietatis,& trafici &c.ſed illud debitum uſurarium non fuit contractum occaſione ſocietatis:imò fuit cõtra ius ſocietatis. Nam cum ſocietas ſit quædam fraternitas, ut in l.uerum,ff.pro ſo.abhorret uſurariam prauitatem, cùm ſit contra naturam ſocietatis.Nam de natura ſocietatis eſt,ut damna,& lucra ſint inter ſocios communia,ut in l.cùm duobus.§.ſi in cocunda,ff.pro ſocio.uſurarũ uerò uorago animas deuorat,facultates exhaurit,ut in c.j. de uſur.lib.vj.& ſic non poteſt dici debitum illud contractum ratione ſocietatis,cùm ſit omnino ſeparatum à iure ſocietatis.pro hoc etiam facit:quia illi, ſcilicet Antonius, & Marianus mutuo, & uiciſſim recognouerunt ſibi ſatisfactum,& ſolutum de quibuſcunq; debitis contractis occaſione ſocietatis; & ſic habuerunt reſpectum ad geſta occaſione,& nomine ſocietatis,ex quibus ſolet ultrò, citròque naſci obligatio. Iſtud autem debitum uſurarium fuit contractum ſolùm ex parte unius recipientis lucrũ. Nõ obſtat ſi dicatur,ꝙ licet de ſocietate fuerit facta mẽtio:tamen poſteà fuerunt immediate ſubſecuta uerba generalia,ut patet ibi:quacunque ratione,cauſa, uel titulo dico enim,ꝙ uerba generalia ſpeciem ſequentia in actu liberationis reſtringuntur ad ſpeciem præcedentẽ, ut ſit ſenſus,ꝙ ex quacunque ratione,cauſa,uel titulo unus eſſet obligatus alteri,occaſione.ſ.ſocietatis,de qua præmiſerat.nã cùm agatur de præiudicio dicti Antonij, debet fieri ſtricta interpretatio, cùm nõ præſumatur quis iactare ſuum.l.cùm de indebito, ff.de prob.& c.ſuper hoc, de renun. Et fienda eſt interpretatio, in dubio cõtra dictum Marianum,qui fundat ſe ſuper illa confeſſione, & quietatione,ut in l.ueteribus,& quod ibi eleganter not. Bar.ff.
4 de pac.& pro prædicta interpretatione †, ꝙ uerba generalia debeant reſtringi ad ſpeciem præcedentem,ex quo ſalua ratione recti ſermonis fieri poteſt,uidetur tex.in l. ſi ex pluribus, ff.de ſol.& ibi per Bar.& plenius per eũ in l.ſub prætextu,C.de tranſã.de hoc plenius in d.l.Aurelio §.Caius,de lib.lega.& ꝙ uerba hanc reſtrictionem patiantur,probant uerba poſita in uer.quapropter,ibi· Generaliter liberauerunt,& quietauerunt ab omnibus,& ſingulis prædictis. Et ponderanda ſunt illa uerba ultima, ab omnibus, & ſingulis prædictis, quæ reſtringunt apertè uerba generalia præcedentia, ad idem uerba ibidem ſequentia,ibi:Et generalem finem,quietationem,liberationem,& abſolutionem,& pactum aliquid de prædictis ulterius non petendo inuicem &c. Et ponderanda enim ſunt illa uerba:Aliqd de prędictis,&c.Et ſic non egerunt facere generalem finem,& quietationem de quibuſcunq; debitis:aliàs non appoſuiſſent illa uerba:Aliquid de prædictis &c. Prætereà, ubicunq; uerba ſunt obſcura, ut in caſu noſtro,quia generalitas parit obſcuritatem.l.ita fidei,ff.

dei.ff.de iur.fiſc.attendi debet id, quod eſt uerоſimilius, & quod plerunq; fieri conſueuit,ut in l.in obſcuris, & in l.ſemper in ſtipulationibus,ff.de regu.iur.& in regula,in ſpicimus in obſcuris,de reg.iur.lib.vj ſed cùm dictus Marianus per ſe exegiſſet partem de illis uſuris,& prouiſionibus.nõ eſt uerоſimile,ꝙ in diſſolutione ſocietatis uſuras reſtituiſſet.Nam(ut dixi)illa prima quietatio nõ fuit gratuita liberatio:imò fuit dictus Antonius confeſſus ſibi ſolutum,&c.non enim ſolent homines hodie, maximè mercatores,qui credunt contractus eorũ eſſe licitos ſpõte reſtituere uſuras,& malè ablata,cum uix poſſint induci ad reſtituendum poſt mortem,ut in c.ij.de uſur. lib.vj. & cle.una,eodem titu.nec eſt uerоſimile, ꝙ ita incontinẽti ſe correxerit ſine aliqua petitione, argumen. in regula ſemel malus,de regu.iur.lib.vj.& l.non ad ea,ff.de condi. & demon.cum ſimi.Item in diſſolutione ſocietatis ſolent ſemper ſocij facere ſibi mutuò,& uiciſſim dictas cõfeſſiones,recognitiones,& liberationes, & quietationes, ergo ita debet dicta confeſſio,& liberatio intelligi,non aũt debet extendi ad id,quod uerоſimiliter non fuit cogitatũ, cum ignorans nõ præſumatur donare,ut in l.nec ignorãs C.de dona.facit l.tres fratres,ff.de pac.imò dictus Anto. dubitabat,an dictus contractus,ſeu cõpoſitio eſſet uſuraria,cùm fuerit ſub uelamine dictum, ut fieret ſolutio ad uſum & conſuetudinẽ mercantiæ,& ſic in quietatione generali non eſt uerоſimile,ꝙ de illo debito, quod non credebat fore debitum,cogitaſſet,ut patet in iuribus ſupra allegatis.Prætereà,cũ conſtet de peccato dicti Iacobi, & Mariani,oportet ꝙ clarè oſtendatur de ſatisfactione: q̃a peccatum non dimittitur,niſi reſtituatur ablatum,ut in c. cùm tu,de uſur.& in regula,peccatum, de regu.iur.lib.vj. Dicta aũt quietatio clarè non oſtendit de ſatisfactione; ergo debet compelli ad ſatisfaciendum, cũ dubia probatio nõ releuet probantem,ut in c.in præſentia, de proba. præſertim,ubi tractatur de animarum ſalute. Nam debet tunc fieri interpretatio in partem mitiorem, per quã euitatur animæ periculum,licet illa ſit durior, ut in clemen. exiui de paradiſo,de uer.ſig.& in c.iuuenis,de ſpõſa.& eſt bona glo.in c.unico,de ſcruti.in or.fa.Et hæc eſt bona cõſideratio in materia noſtra.¶Ex his infertur ad deciſionem tertij dubij, an ſaltem uigore ſecundæ quietationis dictus Antonius ſit à dictarum uſurarum repetitione excludendus;& profectò credo dicendum ꝙ non ex rationibus multifariæ factis in præcedenti dubio:tum ſcilicet q̃a præceſſerat contentio ſuper quibuſdam diſcordijs duntaxat,& nulla de dictis prouiſionibus, & uſuris fuit habita contentio:ideò uerba generalia ſequentia debent reſtringi ad contentionem ſpecialem,argu.in l.licet,C.de iudi. & quod notatur in d.l.ſub prætextu,& per gloſſ.in c.j.de trãſactio:tùm quia uerba obſcura debent reſtringi ad id, quod eſt uerоſimilius,& plerunq; fieri conſueuit tũ quia uterq; credebat illam conuentionem non continere peccatum,ut prædixi,& ſic ad incogitata non poteſt dicta liberatio extendi:quia ignorans non donat,d.l.nec ignorãs & d.l.tres fratres,cum ſimi.Item quia tractatur de animę periculo,debet ergo fieri interpretatio in mitiorem partem,licet durior ſit,ut ſuprà plenè dixi;& per has conſiderationes tollitur id,quod not.Bart.in d.l. Aurelius.§. Caius,præal.procedit enim generaliter, ubicunq; fit generalis liberatio nulla ſpecie præcedente,& cõſiderationes prædictæ non concurrunt:aliàs ſecus,ut dixi in dubio præcedenti.¶Præterea,& ultimò apertiſſimè tollitur dicta quietatio,& liberatio,ſi tenemus opinionem quorundã theologorũ,aut Dini in reg.peccatũ,de reg.iu.lib.vj. Tenuerunt.n. iſti,ꝙ uſurarũ remiſſio,& liberatio non tenet,niſi pecunia ꝑ uſurariã prauitatem extorta offeratur ipſi debitori,eidemque creditori, uel ſaltẽ ſecundũ Dy. ſit pecunia parata reſtitutioni:tunc enim uidetur reſtituta,& breui manu reddita;& ſic ſatisfit illis uerbis:peccatum non dimittitur,niſi reſtituatur ablatum. Reperitur enim reſtitutio;& ſic debet fieri repoſitio pecuniæ in priſtinum ſtatum,ſaltem fictè,ut.l.cum prætor,& l.reſtituere,ff.de uerbo ſig.ſed in caſu noſtro pecunia iam extorta, non fuit oblata ipſi Antonio,nec ſaltem parata reſtitutioni:imò de ipſa non contendebatur;ergo illa quietatio, & liberatio non ualuit quò ad liberationem uſurarum reſtituendarum,& hoc eſt indubitandum tenendo alteram illarum opinionum.Si autem teneamus opinionem. Ioã. An.quam poſuit in gloſſ.ſua in dicta regula,peccatum,& Fede.de Senis conſi.xviij.ꝙ non requiratur oblatio pecuniæ,uel ꝙ ſit reſtitutioni parata:ſed ſufficiat liberalis, & ſpontanea remiſſio,non aũt ſufficit extorta per metũ,aut dolum,aut quolibet ingenio,ut in dictis locis per eos no. adhuc idem in caſu noſtro uidetur dicendũ. Nam ex illa generali quietatione,quæ præceſſit uigore quarundã differentiarum, nulla de iſtis prouiſionibus uſurarijs mentione habita,poteſt dici,ꝙ uſurarum remiſſio fuit liberaliter facta,cùm nulla fuerit ſpecialis mentio de illa habita,nec aliquis tractatus ſuper remiſſione fienda præceſſerit.¶Et credo in hac materia poſſe attentari,ut ſub generali remiſſione,ſeu liberatione nunquã ueniat liberatio, ſeu remiſſio uſurarum,niſi ſpecialiter exprimatur: quia cũ habeat hæc remiſſio ſpecialem naturam, ut patet ex prædictis,& latius notatis in locis præallega. non debet hæc remiſſio includi ſub generalitate,cũ poſſet quis decipi ſub inuolutione uerborum,& ſic immineret animarũ periculum.Satis enim eſt tenere,ꝙ proſit remiſſio uſurarum abſq; eo,ꝙ pecunia offeratur,uel ſit reſtitutioni parata,& contra illas opiniones præal.non debet hæc facultas extendi,ut etiã comprehendatur ſub generalitate uerborum;ad prædicta allego optimum ſimile.l.ſed & ſi q̃s.
5 §.quæſitum,ff.ſiquis ac uti.†ubi habetur,ꝙ generalis renuntiatio caſuum fortuitorum non ualet in iudicijs: ſed oportet ꝙ ſpecialiter exprimantur;unde non ualet ibi tãtùm genus,quantũ ſpecies,& dicit ibi Bart. cõmune eſſe: quia ſtipulatio prætoria,& iudicialis iudicatur ſecundũ mentem,& ęquitatem prætoris,qui non patitur aliquem decipi ſub inuolutione uerborum.ita dicamus in propoſito noſtro,cũ tractetur hic de animarũ periculis, & ſunt opiniones,qualis debeat eſſe uſurarum remiſſio, non debemus ſaltẽ dicere,ꝙ ueniat ſub generalitate,ne quis decipiatur,& incurrat animæ periculũ ſub uerborũ inuolutione.Nec obſtat,ſi dicatur,ꝙ caſus ſpecialis cõtinetur in d.§.quæſitũ:quia dico,ꝙ ẽt caſus ſpecialis,extenditur ꝑ rationis identitatem,ut no.gl.in l.j.C.de cõdi.inde.& uidet̃ tex.in c.cũ dilecta,de confir.uti.& præſertim ubi tractatur de animatũ fauore,debet fieri extenſio,ẽt iuris pœnalis,ut no.gl.in c.ſciant cuncti,de elec.lib.vj.& in c.fi.eo.
6 titu.& lib.Præterea uidemus in ſimili:†quia matrimoniũ habet ſpecialem materiam ab alijs obligationibus,& requirit ſpontaneum,& liberum conſenſum,ut in c. cũ locum, de ſponſa.diſpoſitum eſt in iure,ut mandatum de contrahendo matrimonio non ueniat ſub generali procuratorio:ſed oportet ꝙ ſpecialiter exprimatur, ut probatur in l.generali,ff de ritu nup.no.gloſ.in c.fi.de procura.lib. vj.Item uidemus, quòd caſus notabiles & nota digni nõ ueniunt ſub generalitate uerborum, niſi ſpecialiter exprimantur, ut no.gloſ.in cle. non poteſt,de procura.& c. qui ad agendum,eo.titu.lib.vj. & quæ ſpeciali nota ſunt digna,niſi ſpecialiter exprimantur, uidentur eſſe neglecta,ut in c.quamuis,de præb.li.6.cum ſimi. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.



## CASVS CONSILII SEQVENTIS.

*PVNCTVS quæſtionis talis eſt. Quidam Nanes Petri Curſi de Senis deceſſit nullo prius per eum teſtamento condito,ſuperſtitibus ſibi dominabus, Euangeliſta ſorore carnali, & Catharina filia ſpuria ipſius Nannis defuncti: demum apprehenſa hæreditate per dictam do.Euang.tanquam proximiorem per lineam legitimam,ipſa domina Euangeliſta,ſeu alius pro ea maritauit dictam Catharinam cuidam Matthæo, & pro dotibus ſuis aſſignauit ſibi floren.quadringentos. & in dicto inſtrumento dotis inter cætera dicitur,quòd dicta domina Euãgeliſta filia olim Petri Curſij, & hæres dicti Nannis dedit,&c.Et demum ſubijcitur in dicto inſtrumento, quòd dictus Matthæus promiſit dictas dotes cum antifacto reddere,& reſtituere dictæ dominæ Catharinæ,& cuidam Franciſco præſenti,& recipienti pro dicta domina Euangeliſta, aut cui de iure reddi & reſtitui debebunt in omnem caſum & euentum dotium reſtituendarum &c. Præmoritur denique dicta Catharina,relicto filio ex illo matrimonio moritur demum dicta domina Euangeliſta,ſuis filijs hæredibus æqualiter inſtitutis, prius tamen diſpoſuit de quarta parte omnium bonorum in quaſdam ex filiabus,ſicut ei licuit ex forma ſtatutorum Senenſium.¶Nunc ab alijs filijs,& hæredibus dicitur,dictam dominam Euangeliſtam non potuiſſe illã quartam donare illis duabus filiabus,quia iam de illa diſpoſuerat prius,donando dotem dictæ Catharinæ,quam non tenebatur dotare,cùm eſſet filia ſpuria dicti Nannis,& ſic uidetur donaſſe de ſuo,præſertim cum in inſtrumento non dicatur,quòd hoc fecerit tanquàm hæres,licet nũcupetur hæres.Ex parte filiarum dicitur contrarium. Quæritur quid iuris? & an dos illa debeat remanere apud dictum Matthæũ cum filius communis iam ex illo deceſſerit.*

## CONSILIVM CXV.

1 *Dos dicitur legitima ſecundum conditionem mulieris.*
2 *Pater poteſt filio ſpurio relinquere pro alimentis uſque ad quantitatem ſufficientem.*
3 *Mulier ſi maritatur à patre,et dos ab ipſo patre proficiſcitur,mortua muliere relictis liberis ex illo matrimonio,dos de iure communi redit ad patrem.*
4 *Pater ſi uult quòd relictum, ſeu datum cauſa mortis tranſeat in filios ſpurij,ſeu ſpuriæ,qualiter debeat dicere.*

IEſu Chriſti, eiuſque piiſſimæ matris,præſidio humiliter inuocato, Videtur primò attingendum primum dubium,ꝙ dicta domina Euangeliſta non potuerit diſponere de ſua quarta parte in illas ſuas filias, prout ſibi ex ſtatuto Senenſi permittitur,obſtante illa dotis aſſignatione, quam prius fecerat dictæ Catharinæ: quia aſſignando illi dotem,quam non habebat in poteſtate,uidetur iuris interpretatione dotem illam donaſſe dictæ Catharinæ, ut in l. unica.§.accedit,C.de rei ux. act. ergo non potuit poſtea de integra quarta diſponere,cum iam liberè prius diſpoſuerat de quadringentis. ¶Nec obſtat, quòd in dicto inſtrumento nuncupetur hæres dicta domina Euangeliſta: quia per hoc non infertur,quòd fecerit ut hæres,cum illa ſint uerba purè enuntiatiua,quæ non inducunt diſpoſitionem,ut c.ſi Papa, de priuil.lib.6.& in clemen. ſi ſummus pontifex,de ſenten.excomm.Pretereà eſto, quòd uideatur feciſſe ut hæres, tamen, ex quo hæres non tenebatur illud facere,uidetur donaſſe,argumen.in l.Campanus, ff. de operis lib.& in l.cuius per errorem, ff. de regul.iur.facit l.cùm de indebi.ff.de prob. Quòd autem tanquàm hæres non teneretur dotare,patet,quia nec ipſe defunctus tenebatur,nec poterat,etiam ſi uoluiſſet,cum eſſet filia ſpuria,nata ſcilicet ex damnato coitu, de iure ciuili,ut in authen.ex complexu,C.de inceſtis nup. ¶Sed,his non obſtãtibus,arbitror in hoc caſu ſic de iure dicendum,quòd dicta domina Euangeliſta tenebatur tanquam hæres dicti Nannis alere dictam Catharinam;quia, licet de iure ciuili non teneretur etiam defunctus,ut in dicta authen.ex cõplexu:ſecus tamen eſt de iure canonico, cui ſtatur in hoc tanquam fundato ſuper æquitate naturali, ut habetur in c.cum haberet,de eo,qui duxit in matri. ut etiam tenent communiter legiſtæ,maximè Barto.& Bald.in d.authen. ex complexu.unde quemadmodum tenebatur defunctus; ita & hæres obligatur,qui ſuccedit in locum defuncti; ad hoc bonus tex.in authenti.licet,C.de naturali.liberis, & quod ibi not.maximè per Bald.ſi autem tenebatur alere ut ſupra probatum eſt;ergo etiam donare,cum cauſa dotis non ſit minus fauorabilis,quam alimentorum cã, imo magis,ut no.Cyn.in l.non omni,C.de admini.tut. & glo. & Bart.in l.cum plures,ff.eod.titu.& in caſu noſtro firmauit Bart.in l.ſi gener,ff.de his quib ut indig. & in d.auth. ex complexu,& idem ibi Bald. Attamen dico,ꝙ dando dotem non debet excedere modum alimentorum, ſeu quã-
1 titatem dotis,prout conueniebat filiæ ſpuriæ.† Dos enim dicitur legitima ſecundum cõditionem mulieris,& facultas matrimonij.ut in l.filiæ,ff.de lega.iij.& l. cum poſt. §. gener,ff.de iure dotium. Si ergo exceſsit illam quantitatem,quæ uerоſimiliter ſibi debebatur, habito reſpectu, quia erat ſpuria,& quia pater non erat ditiſsimus homo, nec magni generis;uidetur illam quantitatem dediſſe de ſuo,quatenus dico exceſsit debitum modum,arg.optimũ in l.ſancimus,C.de dona.& xij.q.ij. in c. ſi quos de ſeruis; & hoc uidetur fuiſſe de mente Bar.in l.gener,præalleg.& in d.auth.ex complexu,& in l.fi.§.ſi a ſocero, de his,quæ in frau.credi.Et illa quantitas,in qua exceſsit,debet computari in quarta ipſius dominæ Euangeliſtæ, ſi autem in nullo exceſsiſſe uidetur,hoc feciſſet tãquam hæres, & ſic nil de ſuo donaſſet,& per conſequens potuit poſtea diſponere de integra quarta bonorum ſuorum. Quòd autem hoc uideatur feciſſe tanquàm hæres,& non ſponte de bonis proprijs,probo primò ex eo,quia ibi nominatur hæres.nam ſi non feciſſet ut hæres,illud uerbum fruſtra fuiſſet ibi appoſitum;quod non eſt dicendum,arg.in c.ſi Papa,de priui.lib.6.l.ſi quando,C.de inoffi.teſt. cum uerba debeant aliquid operari,ut ibi. Prætereà, ubicunque fit mentio de aliqua qualitate in aliqua diſpoſitione, quæ habet alterare illam diſpoſitionem,uidetur illud factum uigore illius qualitatis;ad hoc tex.optimus cum ibi not. maximè per Bar.in l.pe.C.de iure delibe. ubi patet, ꝙ ſi aliquid relinquatur filio,& fit mentio de patria poteſtate,uidetur ſibi relictum contemplatione patris, quia ratione patriæ poteſtatis acquirit filius ipſi patri. Ita ad ꝓpoſitum,cum tanquam hæres teneretur dotare, ut ſupra dixi,ſi dixit in actu donationis ſe hæredem,uĩ hoc feciſſe tanquam hæres ex legitima obligatione.ad idem facit optimè,qđ legitur, & notatur in l.cum poſt mortem ff.de admini.tut.ubi ſi tutor promiſit dotem, uel curator pro puella,uĩ in dubio promiſiſſe de bonis ipſius puellæ, non aũt de ꝓprio,ex quo bona illa adminiſtrabat;ad idẽ,l.fi. C.de dotis ꝓmi. ubi idẽ ꝓbaĩ ĩ quolibet adminiſtratore, & negotiorũ geſtore,ut in dubio uideaĩ ſoluiſſe dotẽ de bonis mulieris,nõ aũt de proprio;pro hoc facit: q̃a in dubio nõ ꝓſumiĩ quis uelle donare ſuũ,cũ donare nil aliud ſit,quam ꝑdere,ut in l.filiusfam. ff.de dona. facit.l. cum de

de indebi.ff.de proba.& præſertim hoc dicendum in caſu noſtro, in quo poteſt fieri interpretatio, ut dos nihilominus fuerit debita,& dicta domina Euangeliſta in ſuis iuribus conſeruetur,ar.optimũ ex his,quæ no.glo.in l.cũ q́d, ff.ſi cer.pet.& c.cum inter.P.& c.ſuper hoc, de renuntia. cum ſimili.& hæc quo ad primum dubium.¶ Quo ad ſm uerò, apud quẽ. ſ.nunc debeat remanere dicta dos, poſt mortem dictæ Catharinæ,ut primò ꝗ apud dictum Matthæum maritum dictæ Catharinę non ex perſona Catharinæ Sed communis filij: quia poſt mortem Catharinæ ſucceſſit filius communis ex illo matrimonio in dote. Nã dos cenſetur patrimonium mulieris l.3.ff.de mino.facit.l. Pomponius Philadelphus,ff.fami.erc.In bonis autem maternis ab inteſtato ſuccedit filius,ut in authenti.in ſucceſſione,C.de ſuis & legiti.& in corpore,unde ſumit, de hæred.quæ ab inteſt.defe.§.j.& C.ad Orficia.per totum. Filio autem ſuccedit ipſe Matthæus pater,ut in authen. defuncto,C.ad Tertul.& in corpore,unde ſumitur, ut auth. de hære.quæ ab inteſt.defer.§.conſequens,& §. in hoc qui dem.¶Sed profectò aliud puto dicendum in caſu noſtro, prædicta enim procedunt in dote, quæ eſt purè ipſius matris,ſed dicta dos non fuit purè ipſius Catharinæ.Nam,ut prædixi,cum eſſet ſpuria,nihil de iure ciuili poterat conſequi a patre,uel ipſius hærede,ut in d.authen.ex complexu,ſed ſolum ex diſpoſitione iuris canonici poterat habere neceſſaria ad uitam,& ad hoc poſſunt parentes compelli,ut in dicto c.cũ haberet,& per conſequens ipſorum hæres,argu.in dicta authen.licet,C.de natu.lib.ut prædixi,ſi cut debentur alimenta,ita dos, cum non ſit minus fauorabilis,imò magis,ut ſuprà dixi.Data fuit ergo in caſu noſtro dos loco alimentorum,cum fuerit data ab hærede defuncti per rationes ſupradictas.mortua ergo dicta Catharina,debet dos redire ad dictam do.Euangeliſtã, ſeu eius hæredes,ſicut debuiſſent redire alia bona ſimpliciter data pro alimentis.Nam alimenta debentur ſolum in uita, & finitur cauſa alimentorum morte,ut in l.Mela,ff.de alimen.& cib.leg.& l.cum hi.§.conſtat,ff.de tranſac.& l.hæreditatem, ff.ad l.Fal.& pro hoc optimè facit tex.in d.ca. cum haberet,in fi.unde iſta obligatio cauſatur.mandat.n. ſolum neceſſaria ſubminiſtrari.neceſſitas autẽ ceſſat morte;& hoc profectò uidetur fuiſſe de mẽte Bar.in locis pręall.& primò in d.auth.ex complexu,C.de inceſt. nup.ubi dicit ſe cõſuluiſſe per d.c.cum haberet,†quòd uſq; ad quãtitatem ſufficientem pro alimentis poteſt pater filio ſpurio relinquere,& eodem modo filiæ ſpuriæ pro dote ſua: quia ſine aliqua dote non poteſt ali,nec nubere.Item expreſſius ſenſit in d.l.ſi.§.ſi a ſocero.ubi dicit,ꝗ ſi filia ſpuria fuit maritata à patre,non poteſt dos repeti ab hæredibus patris ab ipſo marito:quia habet eam ex titulo oneroſo.ſed poſtquam ad mulierem eſt reuerſa,poteſt reuocari:quia habet ex donationis titulo ſpuriæ autem nõ poteſt donari.l.j.C.de natu.li.& hoc dicit uerũ,niſi quatenus de iure canonico filius uel filia deberet habere pro alimentis,ut in d.c.cum haberet.Nec obſtat ſi dicatur,ꝗ ſm hoc filius nil habebit ex bonis maternis : quia hoc non eſt abſurdum,ſi mater nil habeat. finge.n.ꝗ mater fuiſſet ducta ſine dote, certè in nullo ſuccedit;ergo uxor debet tunc alimentari ex bonis mariti,ut no.Inno.in c.per ueſtras, de dona.inter ui.& ux.facit tex.& quod ibi no.in l.ſi cum dotem §.ſinautem in ſæuiſſimo, ff.ſol.mat. † Præterea uide
3 aliud ſimile magis propinquum, ſi mulier maritatur à patre,& dos ab ipſo patre proficiſcitur,mortua muliere, relictis liberis ex illo matrimonio,dos de iure cõi redit ad patrẽ,nõ autem ad liberos mulieris defunctæ, licet aliud habeat cõſuetudo,ut eſt tex.ſecundum communem intel

lectum in l.dos à patre profecta, C.ſo.mat.& plenè examinat Bar.& ita demum concluſit in l.poſt dotẽ,ff.ſol.matr. fortius ergo in caſu nr̃o non debuit dicta dos tranſire in filium,cum ſolum loco alimentorũ à iure permittitur cauſa autẽ alimentorum expirat morte ut s̃ dixi.& q́d hoc fuerit de mente Bar.allego not.in l.ſi.ff.de his, quibus ut indig.in uer.quero,utrum ſit alius modus,in ſcda col.ubi dicit,ꝗ filio ſpurio,uel ſpuriæ põt relinqui aliquid ꝓ alimentis.Itẽ ꝓ dote,dummodò non excedatur modus in relinquendo:quia tunc præſumeretur fraus in l. j. C.de na-
4 tu.libe.& ſentit †,ꝗ ſi pater uult,ut relictũ ſeu datum cauſa dotis tranſeat in filios ſpurij,ſeu ſpuriæ,debet pater ſic dicere:Relinquo talẽ fundũ Titio filio meo ꝓ alimentis in uita ſua;poſteà remaneat filijs ipſius ſpurij,nã,ut ipſe dicit,filijs ipſius ſpurij põt pater relinquere;de quo dicendũ,ut plenius legit,& notat l.ſi.C.de na.li.& ſic apertè uult, & bene.ꝗ ex pſona patris ſpurij non poſſũt filij,licet legitimi,aſpirare ad relictũ factũ ipſi ſpurio pro alimẽtis:q̃a ut ꝓdixi,cã alimẽtorũ finit morte : ſed oportet,ut capiãt ex diſpoſitione relinquentis,ſeu dotantis: quod fieri poteſt. d l.ſi. Sed in caſu noſtro hoc non fuit dictum à dicta do. Euang.q́d ſi fuiſſet dictũ,uideretur donaſſe filijs illius ſpuriæ de ſuo;imò dixit oppoſitum.Nam uoluit, & ita ſtipulari fecit ſuo nomine,ꝗ dictus Matt.reſtitueret dotẽ ipſi Catherinæ,& illi Franciſco recipienti pro dicta do.Euange.aut cui de iure reſtitui,& reddi debebit &c.iſta.n.ſunt uerba formalia illius inſtrumenti.ſed de iure debet reſtitui ipſi dñæ Euang.uel ſuis hæredibus:quia ceſſat cã alimentorum,ut no.in iuribus ſuperius alle.¶Quare ex omnibus prædictis concludo,ꝗ dicta dos non debet remanere apud dictũ Matth.ſed redire ad hæredes dictæ dominæ Euangeliſtæ quatenus hoc fecit ex neceſſitate tanquam hæres,ut ſupra dixi:quia tunc merè ſuccedit in loco alimentorum. NIC. ABB.

## CONSILIVM CXVI.

1 *Pater ſi inſtituit filium in aliqua re minus,quàm legitima,poteſt filius petere ſupplementum.*

2 *Pactum de non ſuccedendo patri, aut filio ualet, quando tantum quis percipit,quantum ſibi debetur occaſione ſucceſſionis.*

3 *Compromittere quis non poteſt in partem aduerſam tanquam in arbitrum.*

OMnipotentis Dei poſtulato ſuffragio, illud de iure quæritur, Vtrũ uiſa remiſſione facta ꝑ Antoniũ Colũbini in Nardum patrem ipſius Antonij,& Nerotiũ Mariani Nicaletis,ac laudo inde ſecuto ꝑ dictum Nerotium de conſenſu dicti Nardi,alias non contradicente dicto Antonio,ac donatione pòſteà ſubſecuta per dictum Nardum in perſonam dicti Antonij filij ſui prædicti, ualeat dictus Antonius,præſertim poſt mortem dicti Nardi patris ſui, aliqd petere in bonis,ſeu de bonis dicti patris ſui occaſione ſuę legitimæ?Et primò uidetur, quòd poſſit petere legitimã ſuam,ſaltem poſt mortem dicti Nardi patris ſui.quoniam filius non poteſt excludi,& priuari hæreditate paterna ſine cauſa legitima : aliàs teſtamentum patris eſſet nullum ut in authen.ut cum de appel.cog.§ aliud quoque capitulum,& legitur,& notatur in l.filio præterito,ff. de iniuſt.
1 rup.& irri.teſta.†Et ſi pater inſtituerit dictum Antoniũ in aliqua re minus ualente,quam legitima, poterit petere ſupplementum,ut in l.omnimodo,& l.quoniam nouella,& l.ſcimus,C.de inoffi.teſt.debet tamen cõferri, q́d pater ſibi donauit, licet dixerit in procemio emãcipationis: quia



quia illa eſt pura donatio,non autem facta ob cauſam legitimam:quia potius pater debet præmiari à filio,quãdo ipſum emancipat,quã è contrà,ut probatur in l. cũ oportet.§.cum autem,C.de bo.quæ lib.Et ꝗ talis donatio facta à patre in præmium emancipationis debeat conferri alijs filiis,firmat Bart.in d.l.cum oportet, & l.ut liberis, C.de col.& uidetur quaſi probari ibi in fine literæ. Non obſtat,ſi dicat,ꝗ dictus Antonis uidetur renuntiaſſe hæreditati paternę in eo,ꝗ remiſit ſe iudicio patris,& dicti Nerotij,promittens ſe fore contentũ illa parte, quæ per illos ſibi deputabitur,& nunquam amplius aliquid ſe in bonis dicti Nardi petiturum: quia pactum de non ſuccedendo patri non ualet,ut in l.pactum,C.de pactis,& l.pactum,C.de col.Nec obſtat, ſi dicatur, ꝗ hic interuenit iuramentum,quod habet conualidare tale pactum, ut hodie probatur in c.quãuis pactum,de pac.li.vj.notant doc. iuris ciuilis in d.l.pactum,& in l.ſi quis pro eo,ff. de fideiuſ.& in l.ſtipulatio hoc modo concepta,ff.de uer. oblig. & l.ſi.C.de pac.Quia ad hoc poteſt reſpõderi dupliciter. Primò, ꝗ iuramentũ non extenditur ad caſum noſtrum, quia dictus Antonius compromiſit in patrẽ,& Nerotium, & iurauit ſeruare , quicquid ipſi circa hoc diſponerent. Demum non ambo,ſed ſolus.Nerotius laudauit,ut in certis bonis ſibi dandis à patre eſſet cõtentus;& ſic iuramentũ cum ſit ſtricti iuris,non debet ad iſtũ caſum extendi,ut in c.pen.de iureiu.licet dictus Nerotius dixerit ſe hoc ſolum feciſſe ex cõmiſſione dicti Nardi:quia uidetꝛ,ꝗ Nardus nõ potuerit hoc remittere in perſonã illius tm̃: quia à perſona arbitratoris,ſeu arbitri non debet recedi, cũ ui deatur electa legalitas,& fiducia pſone,ut in l.ſi quis arbitratu,& quod ibi.no.ff.de uerb.obli.& l.ſi merces,ff. locati,cum ſimilibus.Præterea,& ſecundò dictus Nardus illa bona contulit dicto Antonio filio ſuo , non pro parte ipſum cõtingente,nec ut ſatisfaceret laudò prius lato, ſed purè & ſponte in præmium emancipationis;& ſic donauit ob alteram cãm,quã fuerit in laudo expreſſa, ut patet in inſtrumento inde confecto. ergo nec laudum, nec iuramentũ in compromiſſo appoſitum habet dictum Anto.excludere à ſucceſſione paterna;& ſaltem in dubio debet fieri interpretatio pro dicto Anto.quia odioſum eſt, filium excludi à ſucceſſione paterna,ut in d.§. aliud quoque capitulum,& in l.maximũ uitiũ,C.de lib.præte.præſertim hodie,cum ſublata ſit differentia ſexus, & patriæ poteſtatis , ut in authen.defuncto,ad Tertul.& in corpore,unde ſumitur,in authen.de hære. quæ ab inteſta.defe. §.conſequens, & §.& hoc quidẽ. Item quia uerba ſunt interpretanda cõtra dictum Nardum,qui in dicta donatione potuit intentionem ſuã clarius exprimere,ut in l. ueteribus.ff.de pac.& in regula,contra eũ,de reg.iur.lib.vj. ¶Sed,his non obſtantibus, quæ uere caſui noſtro minimè præiudicare arbitror, contrariã ſententiam puto de iure ueriorem,uidelicet,ꝗ dictus Anto.nil amplius poſſit pp uoluntatem paternam ſibi uendicare in bonis dicti Nardi patris ſui occaſione legitimæ ſuæ.Et ad hoc tenendum mouer principaliter ex duplici capite, quorum quodlibet ſufficeret uidetur ad ipſius cõcluſionem de per ſe. Et pri-
2 mò ratione nudi pacti.†Nam pactum de non ſuccedendo patri,aut filio ualet,quã tantum quis percipit, quantũ ſibi debetur occaſione ſucceſſionis,ut ſingulariter probatꝛ ſm unum intellectum in l.j.§.ſi parens,ff. ſi quis à paren. fu. ma.& hoc firmauit Bar.in duplici loco,ſ.in d.§.ſi parens, & clarius in l.ſi.C.de pact.Nec reperi illud dictũ ab aliquo reprobari:imò ꝗ ualeat,facit,quia ceſſat ratio, quare pactum annullatur. Nam ratio uidetur,ne pro modico quis renuntiaret ſucceſſioni paternæ,unde uoluit lex

obuiare deceptionibus, ut no.Bar.in d.l.ſi quis pro eo,ff. de fideiuſ.Quæ quidem ratio ceſſat in caſu noſtro , cum in facto mihi præſupponebatur,ꝗ dictus Antonius tantũ perceperit,quãtũ ſibi tunc deberet ratione ſuæ legitimæ, & poteſt dici,ꝗ habuerit plus ratione temporis: quia habuit illa bona in uita,cũ non deberent ſibi,niſi poſt mortem patris,ut in l.j.§.ſi impuberi arrogato,ff.de colla.bo. not.Bar.in eadẽ.l.§.nec caſtrẽſe,& in auth. ingreſſi,C.de ſacro ſanct.eccle.Excluditur dictus Antonius ex ſecundo capite clariori,ſ.ratione iuramenti adiecti.nã iurauit ſe fore contentum illa parte bonorum,quæ ſibi daretur, & aſſignaretur per dictos Nardum,& Nerotium,& promiſit amplius non petere in bonis dicti Nardi:iuramentum tamen indubiè habet hoc pactum ualidare,ut in d.c.ij.de pactis,lib.vj.& tenent legiſtæ in locis ſuperius allegatis. Nec obſtat,ſi dicatur,ꝗ iuramentum ſe non extandat ad hunc caſum:quia dico,ꝗ imò extenditur,ſi bene uerba dictæ remiſſionis,& donationis inde ſecutæ ad laudum pòderentur.Nam dictus Antonius ſolenniter coram officialibus mercantiæ conſtitutus in præſentia patris ſui,& de eius conſẽſu,& authoritate aſſeruit,ſe nõ uelle amplius cõmorari cum Nardo eius patre , & uolens ſe remittere in manibus ipſius Nardi,& Nerotij, qui dent,& faciant ſibi illam partem de bonis dicti Nardi,quæ placebit dictis Nardo & Nerotio,omni modo iure & forma &c. liberè & purè ſimpliciter remiſit ſe in dictos Nardum patrem ſuum,& Nerotium,dans,& cõcedens dicto Nardo,& Nerotio plenam licentiam,& authoritatem concedendi , & dandi ipſi Antonio de bonis dicti Nardi totum & quicqd uidebitur, & placebit ipſis Nardo & Nerotio : & promiſit & conuenit dictus Antonius dicto Nardo ſtipulanti, &c.ulterius non petere de bonis dicti Nardi patris ſui, ſed remanere tacitum,& contentũ parte,quę ſibi fiet per dictos Nerotium & Nardum,& iurauit corporaliter,tactis ſcripturis contra prædicta non uenire;&c.unde ponderando diligenter omnia uerba ſuperius recitata, quæ ſunt formaliter uerba inſtrumenti cõfecti ſuper dicta remiſſione,non habebant dicti Nardus, & Nerotius aliqd iudicialiter,ſeu in forma iudicij iudicare: ſed ſolum per uerba facti fuit hoc in eos remiſſum;facit quod legitur & notatur in c.Quintauallis, & c.ueniens,de iureiu. & in l. ſocietatem.§.arbitrorum,cum.l.ſe.ff.pro ſocio.Vnde dictus Nerotius fuit aſſumptus tãquã bonus uir, & amicus, ut in l.iij.ff.de arbi.Nardus uerò erat pars;unde poterat ſe impedire uigore remiſſionis ſibi factæ: quia poteſt qs in partem aduerſam tanquã in arbitratorem , & bonum uirum ſe remittere,ut in dictis c.Quintauallis, & c.ueniens,& l.ſi libertus,ff.de operis liber.ſatis ergo eſt ad ualiditatem actus,ut appareat qualitercunq; de iſtorũ uoluntate,& placentia,ſeu animorũ iudicio,cum,ut dixi,nõ habeant iſti iudicialiter iudicare,nec coram eis poterat eſſe iudiciũ,ut no.Inn.in d.c.Quintauallis:aliter non potuiſſet in dictum Nardũ cõpromittere:† quia tãquam in
3 arbitrũ non poteſt qs compromittere in partem aduerſam,ut in l.penul.ff.de arbi.uoluntas aũt alicuius exprimitur nedum uerbis,ſed factis:imò facta ſunt fortia ad declarandam tàm uoluntatem,q̃ uerba,quæ ſæpe proferuntur contra intentionem proferentis,ut in c.dilecti,de apel. & c.æſtimant.xj.q.iij.cum multis iuribus ibi alleg.in glo. Nerotius autem ſatis declarauit uerbis intentionem ſuã, laudando expreſsẽ,& exprimendo bona, quæ deberent aſſignari dicto Antonio pro ſua parte iuxta tenorem remiſſionis.Nardus autem approbauit,nedum illud laudũ approbando,ſed ẽt factis:quia punctualiter aſsignauit dicto Antonio omnia laudata per dictum Nerotium. ergo ſatis

ſatis apparuit de uoluntate & placentia dictorum Nardi, & Nerotij, in quos facta fuit remiſſio, ut dictus Antonius eſſet pro ſua portione contentus dictis bonis. & pro hoc optimè facit, quod in ſimili no. Bar. in l. cũ pater. §. libertis, in fi. de lega. ij. & Bar. in l. filius, C. de pe. hære. & Ioan. And. in regula, qui tacet, de re. iur. lib. vj. in Mercu. Nec ob. ſi dicatur, ꝙ pater donauit in premium emancipationis, non aũt uigore remiſſionis in eũ factæ ſeu laudi præcedentis, ut patet ex uerbis donationis: quia dico, ꝙ illa uerba fuerunt appoſita per ignorantiã ex communi ſtylo eorũ qui emancipant hodie filios, credentes ꝙ ita ſit dicẽdum, & faciendũ, ut ſentit Bar. in d. l. cum oportet, & in l. ut liberis, prealle. Principalis aũt cauſa fuit, ut illa bona aſſignarentur dicto Antonio pro ſua parte, titulo tñ donationis uigore illius remiſſionis, & laudi inde ſecuti; qđ probo multiplici conſideratione. Primò, quia cùm filius eſſet in diſcordia cum patre, nec uellet amplius cum illo cõmorari, ut ipſemet filius confeſſus eſt in præſentia officialium, & inde fuit ſubſecuta illa remiſſio, ſeu cõpromiſſum, & expreſsè actum, ut per iſtos ſibi aſſignaretur certũ quid de bonis dicti Nardi pro ſua parte, non eſt ueroſimile, ꝙ pater uoluerit ſimpliciter poſteà emancipare, & illa bona ſimpliciter ſibi donare, cũ non ſit ueroſimile, ꝙ ilicò mutauerit intentionẽ ſuam, præſertim quia coram dicto Nerotio quilibet eorum. ſ. pater & filius, ſuam partẽ, & iura ſua allegabat, & proponebat; ad hoc l. non ad ea, ff. de condi. & demõ. præſumitur. n. quis perdurare in ſua priori uoluntate, ut in c. maiores, propè fi. de bapti. & in l. cũ qui. ff. de probatio. Itẽ facta & uerba dubia recipiunt interpretationem ſecundũ prȩcedentia, ut in l. ſeruus, plurium, in fi. ff. de le. j. Præterea hoc colligitur ex alio: quia pater punctualiter aſſignauit filio bona, quæ uigore remiſſionis fuerunt expreſſa in laudo per dictũ Nerotium; ergo uoluit approbare, & exequi contenta in dicto laudo, nõ aũt de nouo donationem incogitatã facere, arg. in l. planè, ff. de leg. j. Nec obſtat, ꝙ uſus fuit uerbo donationis, qa hoc non contradicit, ſed confirmat prædicta. nam dictus Nerotius in ſuo laudo dixit propè finem, ꝙ illa diuiſio, ſeu donatio fieret cum rationibus & cauſis; ita, ꝙ de iure ualeret &c. unde ponderandũ eſt illud uerbũ, ſeu donatio, uoluit. n. ꝙ fieret per uiam diuiſionis, aut donationis, ita, ꝙ ualeret. unde pater uolens hoc probare, & exequi, ſciens ꝙ donatio facta filio in poteſtate regulariter non ualet, ut in l. antepe. C. de don. inter ui. & uxo. & à paren. in li. fa. elegit uiam ualidiorem. nã primò emancipauit. dixit aũt in præmium emancipationis ꝑ ignorãtiam, cum ex emancipatione potius fuiſſet ipſe præmiandus à filio, ut s̃. dixi. Attendi aũt debet modus uulgariũ loquẽtium, & ita nuditer, ſicut ſunt in uſu, debent intelligi, non aũt debent capi propriè, ut leg. & notatur in l. ſtipulatio iſta. §. hic quoque, &. §. planè, ff. de uer. oblig. quod autem iſte Nardus pater uoluerit principaliter donare aſsignãdo ſibi partem iuxta formam laudi principaliter in præmium emancipationis, apertiſſimè ultra prædicta ꝓbant quædam uerba appoſita in dicta donatione, ubi inter cætera ſic dr̃: Item donauit in alia manu centũ uigintiquinque Florenos auri in illis terminis, modis, & forma, q & quæ locis declarantur, & ſpecificantur per quoddã laudũ latum per Nerotium Mariani in curia officialium mercantię, &c. unde diligenter ponderanda ſunt illa uerba, in illis terminis, modis, & forma &c. per quæ colligitur expreſsè, ꝙ non intendebat dictus Nardus purè donare, ſed ſub illis modis, & forma, quæ continentur in laudo. Modus aũt & forma in laudo cõtenta erant, ut iſte Antonius haberet illa bona pro ſua portione, & ulterius aliquid petere in bonis dictis Nardi non poſſet. unde cùm illã donationem fecerit ſe referendo ad dictũ laudũ, & ſub commemoratione ipſius, apparet apertiſsimè, ꝙ ab illo recedere non intendebat, ſed potius illud exequi, & obſeruare, arg. in c. cum uenerabilis, de excep & in d. l. non ad ea, cum ibi not. motiuum claudit iudicio meo materiã aliter dictam donationem interpretandi nec debemus curare, ꝙ fuerit uſus illis uerbis, donauit in præmium emancipationis: quia contractus, & diſpoſitio iudicatur magis ſecũdũ ſuam naturam, & materiam ſubiectam, quã ſecũdum uerba expreſſa in ea, ut eſt tex. not. & ibi per glo. & Bar. in l. ſi uno, ff. locati, & per gl. not. in l. j. ff. de ſuperficie. & per Bar. in l. eotem. §. qui maximos, ff. de publi. Et ſemper ad intellectum ſtipulationis debemus prius conſiderare, quid actum fuit, ut in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regu. iu. & ſi non apparet, conſiderandũ eſt id, quod uerosimilius eſt, ut in c. inſpicimus in obſcuris, de reg. iu. lib. vj. & in l. in obſcuris, ff. eo. ¶In caſu aũt noſtro prius actum fuit, ut iſti Antonio daretur pars ſua, & ulterius aliquid petere nõ poſſet, ut patet ex prædictis. Item ueroſimilius eſt ꝓꝑ diſcordiam inter patrem & filium, præſertim cùm eſſet genitus ex uxore præmortua, ꝙ uoluerit donare ob cauſam prædictam, quã purè & ſimpliciter. Euadet præterea hanc interpretationem diſpoſitio laudi per dictũ Nerotium, q mandauit illa bona poſteà donata debere donari occaſione partis ſuæ; ergo cauſa adimplendi illud laudum uidetur facta donatio ſubſequens per text. notabilem, & quod ibi not. Bar. in l. ſi. C. de ali. pup. præſt. & ꝑ eundem in l. cùm ſeruus, ff. de uerb. obli. & illa bona donãdo uidetur pariter donaſſe, & diſpoſitionem laudi approbaſſe l. iij. §. filius, ff. & C. eo. ad Maced. ¶Quare ex omnibus prædictis concludo dictum Anto. non poſſe amplius quicquam petere in bonis paternis dicti Nardi patris ſui occaſione legitimæ ſibi debitæ iure naturæ, ſed debere eſſe contentum bonis aliàs ſibi donatis per patrem. ¶Et ad contraria ſupra formata ſatis patet reſponſio per prædicta. NICOLAVS ABBAS.

## CONSILIVM XCVII.

1 *Mulier de iure communi permittitur liberè diſponere de bonis ſuis ultra legitimam debitam filijs.*

2 *Mulier habens filios ex primo matrimonio, ſi tranſit ad ſecunda uota, non poteſt in teſtamento, aut inter uiuos, uel ex ſponſalitia largitione plus conferre, & donare ſecundo uiro, quàm donet alicui filiorum ſuorum. 3.*

IN ſanctæ trinitatis nomine amen. Videtur primò, ꝙ maritus nihil debeat lucrari ex dotibus uxoris præmortuæ. Illud aũt in primis certum eſt, ꝙ de iure communi nihil lucratur: ſed dos debet integrè redire ad hæredes mulieris, ut in l. unica, C. de rei uxo. ac. & in. l. aſsiduis, C. qui poti. in pigno. hab. & in c. j. & ij. & in c. nuper, de do. poſt diuor. reſti. Nec ẽt de iure municipali: qm̃ ſtatutum Senenſe non ſolũ in caſu noſtro, in quo ſuperſunt ipſi mulieri defunctæ filij, non indulget marito aliquam partem dotium: imò expreſsè diſpoſuit in additione corrigẽdo ſtatutum antiquum, ut nihil lucretur, ut patet ex ſtatuto poſito ſub rubrica, quæ pars cedit lucro uiro, ſoluto matrimonio per mortẽ uxoris. Nam uerba additionis factæ ad illud ſtatutũ ſunt hæc, uidelicet, ꝙ ſi mulier ſecundo nubit uiro, & filiũ unum uel plures habuerit, ꝙ dictus talis uir nihil lucretur ex dotibus, ſed filij ipſius mulieris ex utroque uiro ex ipſa muliere nati ſuccedãt in capita. ita punctualiter contigit in caſu noſtro. deceſſit enim illa domina, relictis filiis ex utroq; matrimonio; ergo maritus nihil debet ex ſuis dotibus lucrari uigore ſtatuti. Et ꝑ conſequens dicendũ uidetur, ꝙ nec uigore pacti initi inter dictos coniuges tempore contracti matrimonij, licet. n. fuerit inter eos expreſsè actum, ut ſuperuiuens ex eis debeat certum quid lucrari ex dotibus, uel donatione ꝓꝑ nuptias nomine antifacti: tñ tale pactum uidetur nõ ualuiſſe tanq̃ habitum ꝯ prohibitum ex ſtatuto; ad hoc, qđ no. gl. in l. j. C. ne fideiuſ. do. dentur & glo. ſuper rubr. de decurio. lib. x. & ſic uidetur ꝙ nullo iure debet iſte maritus aliquid lucrari ex dotibus uxoris defunctæ. Præterea & ſcđò uidetur, ꝙ preſuppoſito, ꝙ uir aliquid lucrari debeat uigore pacti: tamen hoc lucrum non debet detrahi de quarta parte, de reliquis tribus partibus, quæ uigore ſtatuti applicantur filiis: quoniam ſtatutum tribuit mulieri poteſtatem pro ſuo arbitrio de quarta bonorũ ſuorũ diſponẽdi, nõ obſtãte diſpoſitione, quam primò fecerat. Statutum. n. iſtud, cum ſit ꝯ ius cõe, reſtringens poteſtatem mulieris, debet largè intelligi, quatenus tractat de fauore mulieris, & ſtrictè, quatenus ipſius facultas reſtringitur: quia oẽs receſſus à iure cõi eſt odioſus; iõ reſtringendus, ut in c. is qui, de fil. presb. lib. vj. & in c. ꝙ dilectio, de conſang. & affi. & in c. cũ dilectus, de conſue. &
1 l. ij. C. de noxa. †Mulieri. n. de iure cõi permittitur liberè diſponere de bonis ſuis ultra legitimam debitam filiis quæ in caſu noſtro eſſet tertia pars oĩum bonorum, cum non habuerit ultra quatuor filios, ut in auth. nouiſſima, C. de inoff. teſt. & in auth. ut cũ de ap. cog. §. aliud quoq; capitulũ. ergo dictũ ſtatutum debet ſtrictè intelligi, quatenus aufert mulieri poteſtatem diſponendi de tribus partibus, & ſolũ reſeruat reſpectu quartæ poteſtatẽ. debet ergo intelligi, ut, deductis omnibus oneribus, poſſit mulier diſponere de quarta parte, ut ſic minus, q̃ fieri poſſit præiudicetur iuri communi, ut in iuribus præall. Et præſertim iſte intellectus eſt amplectendus: qa uerba ſtatuti permittentis mulieri diſpoſitionẽ quartæ partis, generaliter, & ſine oĩ diſtinctione ſunt poſita. ergo gñal'r & indiſtinctè debẽt intelligi, ut in c. ſi Romanorũ. 19. di. & in c. ſolitæ, de maio. & obe. & i c. ꝙ ſi dormierit. 31. q. 1. & l. de pretio, ff. de pub. Faciunt ẽt illa uerba ſtatuti in fine poſita, ibi: Nõ obſtante diſpoſitione, quã primò fecerit, &c. quæ innuunt, ꝙ licet aliquid per prius diſpoſuerit mulier tñ hoc nõ obſtãte, habet facultatem diſponẽdi de ſuo arbitrio de quarta parte oĩum bonorũ ſuorũ. ¶Sed q̃q̃ prædicta ſuperficialiter urgere uideantur ꝯriam tñ ſñiam arbitror de iure ueriorem, uidelicet, ꝙ dictus uir debeat lucrari id, qđ fuit inter eos conuentum nomine antifacti, & tale lucrũ dertahi de quarta, de qua mulier poteſt diſponere, non aũt de reliquis tribus partibus, q̃ relinquũtur filiis. Quod aũt maritus iſte debeat lucrari id, quod fuit inter eos conuentum, probo per text. in l.
2 hac edictali, C. de ſecun. nup. ubi probatur, † ꝙ ſi mulier habẽs filios ex primo matrimonio, tranſit ad ſecunda uota, non poteſt in teſtõ, aut inter uiuos, uel ex ſponſalicia largitate plus conferre, & donare ſecundo uiro, q̃ donet alicui filiorum ſuorum. ergo non extendendo illam menſuram poteſt apponere pactum, ut uir lucretur certam portionẽ. uel certum quid pro cẽtenario de dotibus ſuis, ut ibi clarius ſentiunt doc. pro hoc facit, qa ante legem C. poterat mulier, quicquid uolebat conferre, ſcđo marito, dummodo filios nõ priuaret ſua legitima, ut in d. §. aliud quoq; capitulum, & in auth. nouiſſima. ſed facultas reſpectu ſecũdi mariti fuit reſtricta per l. C. ut in d. l. hac edictali, legit̃ & notat̃. citra ergo prohibitionẽ põt mulier diſponere in maritũ, ut libet, cũ rei ſuæ qlibet ſit legitimus moderator, & arbiter, ut in l. re mãdata, C. mã. & c. de his, de ſepul. Sed in caſu noſtro lucrũ cedẽs marito, nõ excedit portionẽ relictã cuilibet ex filiis: ergo de iure cõi ualuit tale pactũ. Nec obſt. ſi dicatur, ꝙ filiis debent̃ tres partes ex diſpoſitione ſtatuti, & ꝯ uoluntatem mulieris. De quarta uerò parte, de qua mulier põt diſponere, nihil fuit collatũ alicui filiorum. ergo nihil potuit transferre in maritum per d. l. hac edictali: quia ad hoc rñdeo dupliciter. Primò imò dicta dña inſtituit oẽs filios æqualiter, detracta illa quarta parte. nec mulier prohibetur à ſtatuto diſponere de tribus partibus: ſed non põt diſponere de illis, ita ut filij priuentur; & ſic loquitur ſtatutum. Sed, ſi uult diſponere in filios, non prohibetur: imò concedit̃ à ꝯrio ſenſu ſtatuti, qui ꝯrius ſenſus eſt amplectendus, & cum conſonet diſpoſitioni iuris cõis iuxta no. per Bar. in l. oẽs populi, ff. de iuſt. & iu. & Bal. in l. conuenticula, C. de epiſ. & cle. facit. c. cũ apoſtolica, de his, q̃ fiunt à præ & qđ no. Io. An. & in c. publicato, de ele. Secũdò põt rñderi, ꝙ prædicta obiectio procedit habito reſpectu ad ius commune, iuxta quod mulier poteſt, ut s̃. dixi, liberè diſponere de bonis ſuis, dempta legitima, quæ erat modica, debita filiis: unde uidebatur inhoneſtum, ꝙ mulier præferret in bonis ſuis ſm̃ maritũ alicui filiorũ. Sed in caſu noſtro ceſſat ratio: quia uigore ſtatuti filij habẽt oĩa bona, uelit, nolit excepta quarta parte, de qua poteſt ſm̃ eiuſdem ſtatuti tenorem mulier pro ſuo arbitrio diſponere. unde non põt contingere, nec ſaltem in caſu noſtro accidit, ꝙ maritus habeat plus, q̃ aliqs filiorum. Nec ſupradictis obſtat prædictum ſtatutum allegatum in contrarium: quia cauetur, ut uir nihil lucret̃ ſuperſtitibus filiis: quia dico uirum excludi ex diſpoſitione ſtatutaria: quia ſtatutum noluit hoc caſu in additione tollere lucrum, quod detulerat marito. Vnde fateor, qa de iure ſtatutario nihil lucratur. Sed in caſu noſtro uir petit uigore communis pacti inter eos habiti tempore ꝯctus matrimonij. hoc aũt non prohibet ſtatutũ: imò potius permittit, ſi bene põderet̃ in fine, dũ ſic dicit, uidelicet ſaluo ꝙ in præmiſſo caſu, ubi ſecundò nupſerit, poſsit mulier diſponere ſecundũ iura, & ſtatuta communis Senarum, &c. Quaſi dicat, ꝙ ex diſpoſitione mulieris poterit maritus lucrari, dummodo mulier diſponat ſm̃ iura & ſtatuta Senarum, puta ꝙ non det ſcđo marito ultra, q̃ habeat aliquis filiorum. Itẽ ꝙ non diſponat ultra quartam partẽ bonorũ ſuorũ. Nã poteſtas mulieris ſic limitatur ſecundũ iura ſtatuta Senarum. Et ꝓ hoc reſpõdet̃ ad id, quod ſupra opponitur, ſ. ꝙ non põt fieri per pactũ, ex quo prohibet̃ per ſtatutum: imò ꝑmittitur, attenta diſpoſitione mulieris, quæ accidit in caſu noſtro. Præterea ſtatutum prohibet maritũ lucrari: ſed nõ aſsiſtit, dando lucrũ ſuperſtitibus filiis, marito, ẽt ſi in fine non permitteret, ualet pactũ. Nam magna differentia eſt inter prohibere, & nõ aſſiſtere iuxta notata in ſimili ꝑ Bar. in l. ſed & ſi. §. ſcirc. ff. de pæt. hæredi. ¶Ex quibus omnibus clarè patet maritum debere lucrari antifactum uigore pacti initi in ꝯctu matrimonij dũmodo, ut prædixi, lucrum nõ excedat id, quod contingit alicui filiorũ dictæ mulieris p̃mortuæ. ¶Quòd autem debeat deduci iſtud lucrum ex quarta parte, de qua poteſt diſponere mulier, & nõ de tribus partibus, quæ debent filiis relinqui, probatur apertè ex diſpoſitione ſtatuti contenti ſub rubrica, ꝙ mulieres habentes filios, non relinquant ultra quartam partem. In quo cauetur in effectu, habito reſpectu ad ipſum ſtatutũ, & eius additionem, ꝙ mulier habens filios, uel filias, unũ uel plures, non poſſit relinquere, uel donare, uel uẽdere uel

uel alienare; ita, ꝙ filij eius, qui remanſerint poſteà poſ-
ſint priuari bonis ſuis, niſi cauſa neceſſitatis, ſeu uictus,
ſaluo ꝙ quartam partem bonorum poſsit pro ſuo arbi-
trio diſpenſare, &c. Quæ uerba, ſi bene ponderentur, con-
cernunt nedum diſpoſitionem in ultima uoluntate, ſed
etiam inter uiuos; & ſic ſtat regula ex illo ſtatuto, ꝙ mu-
lier habens filios, non poſsit nec inter uiuos, nec in ulti-
ma uoluntate diſponere de bonis ſuis illa alienando ul-
tra quartam partem. Sed nulli in dubium uenire poteſt,
quin iſtud lucrum cõtingens marito ex cõmuni pacto in-
ter eos habito proueniat ex diſpoſitione mulieris: quia
ſi mulier non fuiſſet ſic pacta, uir nihil fuiſſet lucratus, ut
apertè hoc legitur, & notatur in d.l.hac edictali. ergo
debet cõputari in quarta ſua. Nam ſi diceremus oppoſi-
tũ, ſequeretur ꝙ mulier poſſet indirectè diſponere de me-
dietate bonorum ſuorum: puta, quia poſſet apponere pa
ctum, dum contrahit ſecundas nuptias, ut uir ſuperuiuẽs
lucretur quartam partem bonorum ſuorum, & demum
in morte, uel in uita tractu temporis poſſet diſponere de
alia quarta parte; quod ſonat in abſurdum, & foret ex-
preſſum contra mentem, & uerba dicti ſtatuti, in quo di-
ſponitur, quòd non poſsit diſponere, niſi cauſa ſui ui-
ctus; ita, quòd filij priuentur tribus partibus bonorum.
Nec eadem ratione debet illud lucrum antifacti deduci
de integra dote: quia ſecundum hoc tres partes integræ
non remanerent apud filios, & mulier reperiretur diſpo-
ſuiſſe ultra quartam partem totius. Non obſtat finis il-
lius ſtatuti, dum dicit: Non obſtantè diſpoſitione, quam
primò fecerit, &c. quia nõ debet intelligi, ut mulier poſ-
ſit pluries diſponendo relinquere ultra quartam: quia
apertè eſſet contra mentem illius ſtatuti; & facit in arg.
l.ſancimus, C.de dona. alias de facili filij poſſent priuari
bonis maternis, & illud ſtatutum poſſet deludi; quod nõ
eſt dicendum; ſed poteſt intelligi de diſpoſitione, ſi quã
prius feciſſet quo ad uſumfructum bonorum. Vel ſe-
cundò poteſt intelligi, & melius, ꝙ ſi mẽs illius finis ſit ut
tres partes perueniant ad filios, non obſtante diſpoſitio-
ne, quã mulier primò feciſſet de illis bonis. Hinc eſt, ꝙ
in additione ad illud ſtatutum appoſita ſunt hæc uerba,
uidelicet, Reliquæ tres partes pro rata inter filios diui-
dantur. Nam diſpoſitio mulieris ultra quartam partem
nullius eſt momenti, ut colligitur ex mente ſtatuti; & fa-
cit quod in ſimili legitur & no.in d.l.hac edictali. Et plus
iudicio meo poſſet attentari, ꝙ nedum debet hoc lucrum
proueniens ex pacto uiri cum muliere deduci ex quarta
parte, de qua diſponere põt: imò idem puto, ſi illud lu-
crum contingeret marito ex diſpoſitione ſtatuti: quia ex
facto ſuo medietas contingit marito, licet contrahendo
matrimonium, & dando illi tantam dotem: quia ille, qui
non põt alienare p pactum, debet curare, ne ex facto ſuo
oriatur alienatio à lege, ut in l.codicillis.§ antepen.ff.de
leg.ij. Et hæc uoluiſſe uidentur in ſimili cõne Iac.Butr.
Bart.Frã.de Alber. & Bal.in d.l.hac edictali, & Ang.ſu-
3 per authẽ.de nup.in §. quia verò. ubi dicunt, † ꝙ ſecun-
dus maritus non põt amplius lucrari, q̃ vnus ex filiis, nõ
ſolum ſi lucrum perueniat ex pacto mulieris, ſed etiam
ex diſpoſitione ſtatuti: quia ipſa mulier uidetur relinque
re dando cauſam huic lucro, ſ.contrahendo ſecundas nu-
ptias. ¶Ex his patet reſpõſio ad omnia ſuperius allegata
in contrarium. Vnde iterum concludo, virum debere lu-
crari antifactum ex facto inito cum muliere, non obſtãte
ſupereſſentia filiorum, dũmodò nõ habeat plus, q̃ aliquis
filiorum. Et tale lucrum debet deduci ex illa quarta, de
qua mulier diſponere poterat, ut ſic tres partes relinquã-
tur integraliter filiis. Et hæc ſufficiant. NIC. ABB.

## CONSILIVM CXVIII.

1 *Poſitiones quare admiſſæ ſint.*
2 *Poſitio impertinens dicitur, quæ non facit ad fundandam, uel iuuandam intentionem ponentis.*
3 *Sentẽtia dicitur certa, ſi poteſt certificari in aliqua parte actorũ.*
4 *Confeſsio ad ſui ualiditatem non requirit telam iudicij.*
5 *Libellus generalis licet poſsit reſpui, tamen ſi ad illum reſpondetur, tenet reſponſio, & iudicium ſuper illo fundatum.*

IN Chriſti nomine amen. In cauſa ſeu con-
trouerſia, quæ ad præſens uertitur inter dominã
Ioãnam Mutinenſem ex vna parte, & Simonem de Caſo-
nis ex alia. Plura, concluſiuè tamen, iuxta ordinem ſunt
uidenda. ¶Primò an illis poſitionibus, ſuper quibus præ-
ſens controuerſia uertitur fuerat de iure reſpondendum.
¶Secundo præſuppoſito, ꝙ illis rñdendum non fuiſſet, an
ex quo iam per partem ſimpliciter reſponſum eſt, præiu-
dicet confeſſio reſpõdenti. ¶Tertiò præſuppoſito, ꝙ con
feſsio ualuerit in reſpondentis præiudicium, an potuerit
dictus vicarius declarare omnes illas reſponſiones nullas
eſſe; & non tenere tanquam factas, poſitionibus factũ alie
num concernentibus, cauilloſis, & duplicibus. ¶Quartò
ſi de iure ſic pronuntiare non potuit, ut pronuntiauit, an
dicta pronuntiatio ſit ipſo iure nulla, an ſaltem per ſentẽ-
tiam iudicis retractanda; & propter hoc apparebit, quæ
debeant eſſe in hac controuerſia partes iudicis appella-
tionis. ¶Venio iuxta ordinem ad primum; & uidetur, qđ
illis poſitionibus non erat de iure reſpondendum. Nam
prima uidetur cauilloſa, & duplex, cum plurima caſamẽ-
ta cõtineat &c. ſine aliqua determinatione, quod eſt con
tra no.in c.j.& ij.de confeſſ.lib 6.& in l.ij.§.quod obſer-
uari, C.de iura.cal. Idem eadẽ ratione uidetur de ſecun-
da poſitione dicendum, cum in ea dicatur ſine determi-
natione, ꝙ inuenit in hæreditate oĩa bona immobilia, &c.
Item tertia poſitio uidetur cauilloſa ad decipie dum di
ctam do.Ioannam, cum illa confeſsio ad illam eſſet dedi-
recto contra petitionem porrectã in iudicio per dictam
do.Ioannam. Quarta etiam poſitio poteſt cauillari, &
reiici, tanquam multiplex, cauilloſa, & factum alienum
continens. ¶Sed, his non obſtantibus, contrarium arbi-
tror de iure procedere, uidelicet, ꝙ dictæ poſitiones de
iure procedunt, & per conſequens eis erat de iure reſpon
dendum. Et primò facio hanc regulam, ꝙ omne proba-
bile eſt ponibile; quæ regula optimè probatur iudicio
meo, in clemen.ſæpe, de uerb.ſig.in §.uerum, uerſi.quia
1 poſitiones. ubi dicitur, † ꝙ poſitiones ad faciliorem ex-
peditionem litium propter partium confeſſiones, & cla-
riorem probationem uſus longæuus in cauſis admiſit, &c.
& ſic apertè innuit, ꝙ ſuper omnibus cõcernentibus deci-
ſionem litis poſſunt fieri poſitiones, ut pars ponens rele-
uetur ab onere probandi per confeſsionem partis aduer-
ſæ, & ex parte rei fieri poſsint ad intentionem actoris ex-
tenuandam; & hoc apertius uoluit glo. in c.j.de confeſſ.
lib.6. Idem ſentiunt domini de Rota deciſ.30. Quinimò
plus dico, ꝙ etiam id, quod probari non põt, dũmodo ue
niat ad fundandam intentionem partis, poteſt poni, ut pa
tet in poſitionibus concernentibus factum merè negati-
uum, ut probatur in c.j.præal. hanc etiam regulam aper-
tè ſenſit Bald. in l.ij.§.quod obſeruari, præall.ubi dicit,
2 † ꝙ poſitio illa dicitur impertinens, quæ non facit ad fun
dandam, uel iuuandam intentionem ponentis; alias dicit
pertinens; & ſatis patet ex excẽplis poſitis per gl. in d.c.j.
& ij.de ꝯfeſ.lib.6. & in cle.ſæpe, de uerb.ſig. & per Inn.in
c.dudum.



c.dudũ.2.de elec. Sed poſitiones, de quibus eſt contẽtio,
apertiſsimè ueniunt ad extenuandam intentionem acto-
ris, & ad releuandũ reum ab onere probandi, ergo ſunt
legitimæ, & eis erit de iure reſpondendũ. Et qđ tales ſint
dictæ poſitiones, clariſſimè patet, ſingulas põderãdo. Nã
prima habet, ꝙ dicta dña Ioãna uidit fratrẽ ſuum carna-
lẽ poſſidere caſamẽta cũ ædificiis &c. quæ in petitione ip
ſius dñæ Ioannæ continentur. hæc.n.non põt dici imper-
tinẽs, quia uenit ad extenuãdã intentionẽ ipſius dñæ Ioã
næ. infertur.n.ex ea ſaltem per obliquum præſumptiuè,
ꝙ illa bona petita per ipſam dñam Ioannam non perti-
nuerunt ad matrem ſuam, ſicut in ſua petitione narrabat
ergo debebat admitti, ut patet ex prædictis, & notatur
per Bal.in d.§.ꝙ obſeruari. Nam ex poſſeſſione conſequẽ
ter infertur ad dñium iuxta no.per Bar.in l.ad probatio
nem, C.locati. nec põt dici cauilloſa, uel duplex, cum ſit
iuſta clariſſima, & certiſſima ẽt reſpectu bonorum, cum
referat ſe ad bona contenta in petitione ipſius dominæ
Ioannæ, de quibus ipſa erat certiſſima: tum quia ipſa de-
ſcripſerat illa bona in ſuo libello, & ſic uidetur oĩa ſcire,
& confiteri, ut legi.& no.in l.cum præcum, C.de libe.cau.
& per An.de Bu.in c.fi.de confeſ. tum quia ſatis dicit po-
ſitio certa, ex quo refert ad ſcripturam certã in iudicio
3 productã. † Nam & ſententia tali modo dicitur certa, ex
quo põt certificari in aliqua parte actorum, ut in l.penu.
C.de ſen.quæ ſine cer.quantita.not.Inn.in c.fi.de libe.o-
bla.& facit.c.cum uenerabilis, prope fin.de excep.& qđ
ibi no.nec poteſt impugnari ex ea, quaſi contineat factũ
alienum: quia imò continet factum proprium ipſius dñæ
Ioanne, cũ ſcit de ſuo ſenſu, ſ.ꝙ uidit fratrem ſuum car-
nalem poſſidere, & tenere; ad hoc.l.teſtiũ, C.de teſti.&
3.q.9.c.teſtes, cum gl.ſua, & in c.2.de conſue.& c.cũ cãm,
de teſti.& quod ibi no.pro hoc gl.in d.c.1.de confeſſ.lib.
ubi cauſa exempli ponitur illa poſitio. Itẽ ꝙ ſciebat talẽ
eſſe clericum. Itẽ ꝙ uidit eum portantem tonſurã, & ha-
bitũ clericalem; & hoc uidetur indubitatum; iõ non inſi-
ſto. Quinimò, ut infra dicam, ẽt poſitioni continenti fa-
ctũ alienum non ſemper eſt reſpondendum. Idem per om
nia dico reſpectu ſecundæ poſitionis, dicitur.n.in illa, ꝙ
in hæreditate inuenit bona contenta in dicta petitione
ſua. ſit.n.hæc poſitio ad adiuuandum reum, & extenuan-
dam intentionem ipſius actricis ad inferendum, ſaltẽ per
obliquum, & præſumptiuè, ꝙ illa nõ fuerint bona mater-
na, ſed paterna, uel fraterna &c.& ſic erat pertinens, nec
erat duplex, nec erat cauilloſa: imo multũ ſimplex, cum
referat ſe ad bona deſcripta in petitione ipſius actricis;
nec continet factũ alienũ, imò propriũ, ut patet per illud
uerbum, ꝙ inuenit omnia bona &c. idem prorſus dico re
ſpectu tertiæ, ſ.ꝙ audiuit matrem dicentẽ, & rñdeat ei ſu
per proprio ſenſu, ſ.ꝙ audiuit, &c.ad hoc.c.2.de conſuet.
Nam in perceptibilibus ſenſu auditus deponẽdũ eſt p illũ
ſenſum, ut no.in d.c.cũ cãm, & in c.2.de cõſue.& hæc po-
ſitio clariſſimè ueniebat ad extenuandã intẽtionẽ ipſius
actricis. ergo debebat dimitti, ut per ipſius confeſſionem
releuaretur reus ab onere probandi ſuam exceptionẽ. Idẽ
poteſt dici de quarta, & ult.poſitione, ut patet ibi p uer-
bũ, audiuit. nã articulus famæ multũ adiuuat partẽ iux-
ta no.per Bar.in l de minore.§.tormenta, ff.de q̃onibus,
& c.ueniens, de teſti.& 4.q.3.c.ſi teſtes.§.itẽ ſæpe, & ca.li-
cet ex quadã, de teſti.cũ ſimilibus. Quinimò, ut dixi, ẽt ſi
propoſitio continet prorſus factũ alienũ, non tñ per hoc
debet reiici, dũmõ faciat ad deciſionem cãæ, & contineat
tale quid, ꝙ iõ certa opinio cadere poſſit in rñdentem,
ut apertè uoluerunt Cy.& Bart.& Bal.in d.l.ij.§.qđ ob-
ſeruari. C.de iura.cal.& But.ſequi uidetur in l.pe.eo.tit.
& ibi hoc apertè tenuit in lect. facit ad hoc regula, quã
præmiſi, uidelicet ꝙ omne id, qđ uenit in probatione, po
teſt deduci in poſitionibus, & quãquã gl. uideatur aliud
innuere in c.1.& 2.de confeſ.lib.6.& in d.§.quod obſer
uari.& Spe.ĩ ti.de poſitio.§.v.uer.& notãter: tñ dico, ꝙ il
la dicta debẽt intelligi, qñ factũ alienũ eſt tale, ꝙ uerosĩlr
nõ cadit ipſius notitia, uel opinio in habẽtẽ rñdere; patet
p iura all.in eis: uel procedit, qñ haberet quis rñdere de
ueritate; quo caſu qs nõ teneť rñdere, ex quo eſt tale, ꝙ
certã illius notitiã habere qs nõ põt. ſubiret.n.anceps p-
iuriũ, ut dr̃ in l.Marcellus.ff. rerũ amo. ita notanter dixit
Bar.in d.l.Marcellus, propè fi. Et ꝙ fuerit hoc de mẽte il
larũ gloſſarũ, probo p excẽpla, quæ ibidẽ ponunť. nã gl.in
d.c.1.li.6.inter alias poſitiones, quæ ſiũt ad probãdũ, quẽ
eſſe excõicatũ, ponit iſtas duas, uidelicet. Itẽ ꝙ tunc ille
percuſſus erat clericus. Itẽ ꝙ erat in poſſeſſione clerica
tus, & c.certũ.n.eſt, ꝙ iſtæ duæ poſitiones cõtinẽt factum
alienũ, & nihilominus admittunť; & hoc iõ, qa põt noti-
tia illius facti, uł opinio cadere in ſenſum rñdentis, ut s̃
dixi, ſm̃ Bal.ad idẽ, qđ no.gl.in cle.ſæpe, de uer.ſig.ĩ uer
bo, cõfeſſiones, quæ in probando mutuũ ꝯ hr̃dem format
has duas poſitiones. Itẽ pono, ꝙ mutuaui Titio cẽtũ. Itẽ
ꝙ promiſit illa reſtituere tali die. Item ꝙ Titius inſtituit
hr̃dẽ, &c. Ecce ergò, ꝙ de mẽte Io.An.non fuit excludere
oẽs poſitiones cõcernẽtes factũ alienũ ſimpliciter. Indu-
biè ergo concludendũ, ꝙ in caſu noſtro illæ poſitiones
erãt de iure admittẽdæ, & p ꝯñs eis fuit de iure rñden-
dũ; & hæc de primo dubio. ¶Venio nunc ad ſcđm, uideli
cet p̃ſuppoſito ſine ueritatis p̃iudicio, ꝙ illis rñdendũ de
iure nõ fuiſſet, an ex quo d.dña Ioã. rñdit, fecerit ſibi p̃iu
diciũ? Arbitror firmiter ꝙ ſic. Primò ad hoc allego tex.ĩ
c.j.de accu.lib.6. ubi probať eleganter, ꝙ licet parti con-
perat exceptio ꝯ inquiſitionẽ aduerſus eã formatã; attñ
ſi, illa p̃termiſſa, rñdet inquiſitioni, facit ſibi p̃iudiciũ; ad
4 idẽ, q ĩ no.Inn.in c.qualiter & qñ.2.de accu. † ubi dicit, ꝙ
ẽt ſi, nulla tela iudicij p̃cedẽte, aliqs uenit ad iudiciũ, &
cõfiteť ꝯ ſe, facit ſibi p̃iudiciũ: qa cõfeſſio ad ſui utilita-
tẽ nõ requirit telã iudicij. Hinc dicimus ualere cõfeſsio-
nẽ, licet p̃ceſſus reperiať ex aliquo defectu nullus, ut p-
bať ĩ c.Piſanis, de reſt.ſpol.& ibi hoc firmat apertiſsimè
Inn.& alij poſt eũ; ad idẽ tex.cũ ibi no.ĩ cle.cõſtõnẽ, in fi.
de elec.& qđ ibi no.Bar.in l.ſi cõfeſſus.ff.de cuſto.reo.&
melius ĩ l.maritus.ff.de qõ. vr̃ de hoc gl.no.ĩ c.pe.de iur.
cal. quæ dicit, ꝙ licet pars nõ teneať rñdere, niſi ad inter
rogationẽ ad petitionẽ partis aduerſæ dũtaxat: ſi tñ rñ-
det, facit ſibi præiudiciũ, arg.in l.ſi ſine interrogatione,
ff.de interro.act.& idẽ tenẽt dñi de Rota p̃all.e.deciſ.30.
ubi dicũt, ꝙ licet non eſſet rñdendũ interrogationi: quia
nõ fiebat, p̃ut de iure fieri debebat, ſi tñ pars rñdit, facit
ſibi p̃iudiciũ; ad idẽ bonus tex.in arg.in l.fi.C.de annali
5 excep. ubi patet, † ꝙ licet libellus gñalis poſſit reſpui, tñ
ſi ad illũ rñdeť, tenet rñſio, & iudiciũ ſup illo fundatũ;
& ita uoluit ẽt Inn.in c.fi.de lib.obla.& p hæc patet bre-
uiter, qd dicẽdũ de ſcđo dubio. ¶Concludo.n.ꝙ præſup
poſito ſine ueritatis p̃iudicio, ꝙ illis poſitionibus nõ fuiſ
ſet rñdendũ; attñ, ex quo rñſum fuit, tenet rñſio, & p̃iudi
cat confitenti, quatenus tendit ad ipſius p̃iudiciũ. Venio
ad tertiũ, uidelicet præſuppoſito ꝙ confeſſio ualuerit,
ut s̃, probatũ eſt, an potuerit dictus vicarius pronuncia-
re rñſionẽ nullã &c. ut s̃ dr̃. Et indubitãter dr̃, ꝙ nõ: qa
cũ cõfeſsio ſit de actis ut in c.qm̃ ꝯ, de p̃ba. nec ſimplr̃ de
actis iudicij, ſed cãæ, cũ p̃tineat ad deciſionẽ cãæ, nõ põt
iudex acta cãæ, iuſta cã nõ apparẽte, circũcidere, nec ſua

ſnīa capitanea perimere: imò debent ꝯſeruari apud notariū cauſæ ꝯ falſam aſſertionē iniqui iudicis, ut in d.c.qm̄. Item de hoc eſt tex. apertus in l.acta, ff. de re iud. ubi etiā per glo. & Bart. probatur enim ibi apertiſſimè, iudicem non poſſe ſine partium conſenſu acta cauſæ deſtruere; pro hoc, quia, etiam perempta inſtantia iudicij, remanent acta cauſæ, ut confeſſiones, & depoſitiones teſtium, & ſimilia, ut not per Inno. & alios in cap. cauſam quæ, de teſti. per Bart. in l. cum lite mortua, ff. iud. ſol. Præterea allego glo. apertiſſimam in cap. fin. de iureiur. lib. 6. quæ dicit, ꝙ reſponſio facta ad petitionem partis. non poteſt per partem reuocari, niſi fiat incontinenti, puta ante, quā exeat conſpectum iudicis, arg. in c. præterea, de teſti. cogen. & 32. q. 1. cap. apud, ubi etiam bona glo. Idem dicendum in iudice per prædicta, & quia confeſſio non reuocatur, niſi docto de errore. Error autem probatur probando rem aliter ſe habere, ut legitur & no. in cap. fin. de confeſſ. & in l. error facti, C. de iur. & fac. igno. & in caſu noſtro nullus error fuit probatus; ergo non potuit iudex pronuntiare confeſſionem erroneam, aut nullam.

¶Ex his infero ad quartum & ultimum, an illa ſententia iudicis fuerit nulla; & credo eo modo ꝙ ſic multis rationibus. Primò, quia fuit lata à iudice minus inſtructo, ut in c. tùm ex literis, de in integ. reſti. no. Bart. in l. prolatam, C. de ſenten. & interlo. omn. iud. Item fuit notoriè iniuſta, ut patet ex prædictis, ergo nulla, ut no. Innocen. in cap. fraternitatis, de frigi. uidetur tex. in c. inter cætera, de re iudi. & ibi hoc firmat Anto. de Butr. fundauit enim ſe iudex: quia illæ poſitiones ſunt cauilloſæ, & multiplices, & factum alienum continentes; quod notoriè ex illarum inſpectione falſum eſt, ut patet ex prædictis. ergo pronuntiatio nulla, ut no. in iuribus prælleg. & per Inno. in c. cum Bertoldus, de re iudi. & cap. quoniam contra, de probationibus. Item poteſt elici nullitas ex capite ſtatuti Mutinenſis, quod decernit proceſſum iudicis nullum factum poſtquam à parte aliqua petitum eſt ſapientis conſilium. Præterea, & ultimò præſuppoſito, ꝙ eſſet aliqua, dicendum tamen illam eſſe iniquam, & iniuſtam, ut patet ex rationibus. & iuribus ſupra allegatis.

¶Ex quibus omnibus apertè colligitur, quæ ſunt partes iudicis, ad quem. nam debet pronuntiare interlocutoriā fuiſſe nullam, & inquantum ſit aliqua, declarare illam iniuſtam, & iniquam, & eam retractare, & pronuntiare bene fuiſſe appellatum, &c. Et hæc ſufficiant.

## Finis Conſiliorum Panormitani, quibus aliqua aliorum conſilia per D. Ludouicum Bologninum Bononienſem adiuncta emendataq; ſunt.

UNIVERSITA



# SVBTILISSIMAE, ac vtiliſsimæ Diſputationes, & Allegationes Reuer. D. Nicolai Abbatis Siculi, V.I. interpretis, ac per omne ęuum iuris monarchæ Senis, & alibi per eum accuratiſsimè diſputatæ.

## SVMMARIVM QVAEST. I.

1 *Papa habet in beneficijs plenitudinem poteſtatis, ratione cuius poteſt ſupra omne ius diſpenſare.*
2 *Papa non habet ſuperiorem.*
3 *Papa habet eccleſiæ arbitrium.*
4 *Papæ iura cæleſtis & terreſtris imperij fuerunt conceſſa.*
5 *Papa in uno epiſcopatu aliquando ponit duos epiſcopos.*
6 *Papa concedit aliquando duos epiſcopatus uni epiſcopo.*
7 *Papa diſſoluit matrimonium carnali copula non conſummatum.*
8 *Papa non poteſt diſpenſare, quod quis eodem tempore habeat duas uxores.*
9 *Papa poteſt concedere epiſcopatum, & alia inferiora beneficia ad tempus, & ſub conditione.*
10 *Eccleſia ſicut eſt una, ita unus epiſcopus epiſcoporum.*
11 *Chriſtus dedit claues cælorum apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus.*
12 *Poteſtas toti eccleſiæ data fuit tanquam corpori in perſonam Petri, & aliorum.*
13 *Geſta per Papam, concilio Cardinalium prætermiſſo, an ueniant reuocanda.*
14 *Papa ſolus tanquam caput poteſt exercere omnimodam iuriſditionem expoſcente cauſa rationabili.*
15 *Matrimonium ſpirituale conſiſtens inter eccleſiam & epiſcopum non poteſt per hominem diſſolui.*
16 *Filios temporales habere non eſt licitum.*
17 *Papa ceſſante legitima cauſa an poſsit diuidere epiſcopatum in duos ſine conſenſu epiſcopi.*
18 *Appellari poteſt à qualibet parte mundi ad ſedem apoſtolicam.*
19 *Papa à toto clero & populo & Imperatore iudicari non poteſt.*
20 *Papa eſt dei uicarius in terris.*
21 *Papa ſolus poteſt errare, & eſſe hereticus.*
22 *Sententia ſummi pontificis poteſt in melius commutari.*
23 *Concilium debet conuocari in concernentibus ſtatum totius eccleſiæ.*
24 *Concilium repræſentat uniuerſalem eccleſiam.*
25 *Imperatores actibus ſynodalibus an intereſſe debeant.*
26 *Concilium generale appellatur ſynodus epiſcoporum.*
27 *Laici non debent intereſſe in Concilijs eccleſiaſticis niſi in tribus caſibus.*
28 *Principes ſeculares an poſsint intereſſe concilio eo inuito.*
29 *Epiſcopi regulariter ſoli uocantur ad concilium prouinciale.*
30 *Cardinales mortuo Papa cum toto clero excommunicant intruſum in papatum.*
31 *Concilium olim Papam eligebat.*
32 *Petrus quare fuit appellatus Cephas.*
33 *Papa mortuo eccleſia uacat.*
34 *Eccleſia militans eſt diuinitus exemplata ab eccleſia cæleſti.*
35 *Chriſtus Apoſtolos fecit pares reſpectu conſecrationis & ordinis non iuriſdictionis.*
36 *Electio facta per concilium reluctantibus Cardinalibus an ualeat.*

## QVAESTIO PRIMA.

EPiſcopus, & quidam rector curatus Pronienſis per Romanum Pōtificem eorum prælaturis nulla rōnabili cauſa priuati ad futurum cōcilium appellauerunt. congregato concilio & in diſputatione poſito, an præfata appellatio eſſet admittenda, Principes ſeculares, & prælati inferiores epis, ac clerici ſine pra turis, epis reluctantibus, concilio intereſſe conabantur de ponitur interim Ro. ponti. prædictique eps, & rector pronienſis diem perſoluerunt extremū: de quorū platuris ante creationem Ro. ponti. aliquandiu dilatam prouidet cōciliū quibuſdam optime meritis; & tandem Roma. Ponti. Cardinalibus ꝯdicentibus elegit. Ex prædicto themate quinq; ſubtiliſſima & pulcherrima eliciuntur dubia. ¶Primū, nunquid dicta priuatio ualeat. ¶Secundū, an præfata appellatio debuerit ꝑ conciliū admitti. ¶Tertium, ſi principes ſeculares, & plati inferiores epis, ac alii clerici ſine platuris concilio generali intereſſe debeant. ¶Quartum, utrū dicta ꝓuiſio de platuris tunc uacantibus Ro. Pontifice nondū creato facta de iure tenuerit. ¶Quintū, nunquid prædicto caſu poterit cōciliū reluctantibus cardinalibus ad Ro. Ponti. electionem ꝓcedere. ¶Venio iuxta ordinē ad primū, ad cuius partem affirmatiuā probandā primò
1 adduco ſex motiua principalia. ¶†Primum ſic: Papa habet præſertim in beneficiis plenitudinem poteſtatis, ratione cuius poteſt ſupra omne ius diſpenſare, ēt ſi ſit diſpoſitio concilii generalis, ut clare probaẗ in c. propoſuit, iuncto. c. ij. de conceſ. præben. ubi dicit tex. Papā poſſe ex plenitudine poteſtatis inueſtire de uacantibus beneficijs, licet hoc ſit prohibitum in concilio Lateranen. de quo in d.c.ii. hoc idem probatur in c.ii. de præben. lib. vj. ubi dicitur Papam non ſolū poſſe conferre beneficia, cum uacant ſed etiam dare ius ad uacaturam; & uide glo. no. in c. ubi periculum, de elec. lib. vi. quæ dicit Papam poſſe de plenitudine poteſtatis reuocare conſtitutionem totius cōcilii. Et ratio eorum poteſt colligi ex c. ſignificaſti, de elec. ubi dicitur, ꝙ concilia non poſſunt præfigere legem Romanæ eccleſiæ, cum omnia concilia per Romanæ eccleſiæ auctoritatem facta ſint, & robur acceperunt, & in eorum ſtatutis patenter Romana excipiatur auctoritas. Et eſt ratio, quia ipſi Petro, & per eum oībus ſucceſſoribus data fuit plena poteſtas ligandi & ſoluendi, dicente domino: Quodcunq; ligaueris ſuꝑ terrā, ligatū erit in cælis. Et habeẗ ēt originaliter Matthæi. xvj. tranſumptiuè. xxiiii. q. j. quodcūque. xxi diſtin. in nouo, & xix. diſt. ita dn̄s, cū ſimili. Et cum diceret, quodcunq;, nihil excepit, de maio. & obe. ſolitæ. xix. diſt. ſi Romanorū. & cū ipſe non diſtinxit, nec nos eius poteſtatem debemus diſtinguere. xxxi. q. i. ꝙ ſi dormierit. In. in c. quanto, de cōſue. exponit illa uerba dn̄i, quodcūq; ligaueris &c. ſ. ꝑ conſtitutiones & præcepta. ei. n. in oībus obediendum eſt in ſpiritualibus, & in his, q̄ ad aīam ſpectant, niſi fiat ꝯ fidem, uel ſpecialiter ꝓhibita. hinc Inno. in c. ꝙ ſuper his, de uoto, dicit, ꝙ ꝑ illa uerba generalia, quodcunq; &c. & ꝑ illa, paſce oues meas, Ioan. ult. & tranſumptiuè in d.c. ſignificaſti, recepit Petrus, & eius ſucceſſores poteſtatē nō ſolū ſuper fidelibus, ſed ēt ſuper infidelibus iuxta uerbū dominicum, Vnum debet eſſe ouile, & unus paſtor, & in c. inqſitioni de ſent. exc. quantū ad materiam belliſſime inqt, ꝙ ſi Papa aliqd p̄cepit iniuſtū, cū nō hēat ſuꝑiorē, corā quo agi pōt, pōt dici ꝙ ſi de ſpiritualibus & eccl̄iaſticis ꝑſonis p̄ceptū faciat ēt iniuſtū, illud ſer-



UNIVERSITA

ūādū́ eſt:q̄a nemini licet de eius factis iudicare.xl.di.ſi Pa
pa,niſi mādatū Papę hęreſim ɔ̄tineret:uel niſi ex p̄ceptio
iniuſto p̄ſumeretur uehemēt̄er perturbari ſtatū eccleſiæ,
uel ēt multa mala futura eſſent:q̄a tunc peccaret obediē
do,cū debeat futura mala præcauere,non iuuare. Si autē
præcipiat iniuſtū laico,q̄ non eſt iuriſdōnis ſuæ nec rōne
perſonæ, nec cāæ,nec alias, dicit ſe nō uidere quare de-
beat obedire,ſi tn̄ eū excōicet,debet excōicationē ſerua-
re: q̄a cū in ptāte Papæ ſit eccleſia militās & ad eius mā-
data debeāt ſacr̄a miniſtrari, nullus ɔ̄ eius mādatū de-
bet ſe eis immiſcere:quod eſt ualde notandū, maximè in
hoc ult.dū dicit,ꝙ eccleſia militans eſt in ptāte Papæ. &
qđ ēt reſpectu iniuſti præcepti deficit ſuperior,ad quem
habeat̄ recurſus. Ad idē aliud pulchrū dictū Inn.in c.cū
ad monaſteriū,de ſtatu regula. ubi dicit quoſdā dicere,
& forte non malè ſ̄m eū: q̄a licet in his,q̄ ſunt ɔ̄ uotū taci
tū,uel expreſſum, & in aliis, quæ ſunt ɔ̄ euangelium non
proſit Papæ diſpenſatio,niſi ex cā fiat (& idē fortè intel
ligendū eſt ſ̄m eū, ſi diſpenſet in his,quæ ſunt ɔ̄ gn̄ale ſta
tum eccleſiæ) non tn̄ hoc uerum eſt & in his diſpēſatio-
nibus,quæ fiunt ɔ̄ ius poſitiuū tm̄, ſicut apparet in ſtatu-
tis,quæ facta ſunt ſuper ordinibus faciendis, intra certa
interſtitia tp̄um,ut 86.diſt.per tot:& quod quis non po-
teſt habere duas curas ut c.de multa,de præb.& c.dudū,
de ele. In his enim diſpenſationibus ſufficit ſola uolun-
tas Papæ ēt ſine cā. Probatur hac ratione. ſicut.n.ex ſo-
la uolūtate pōt cōſtitutionē ita & ſola uolūtate relaxare
q̄a eius eſt deſtruere, cuius eſt cōdere, & princeps nō li-
gatur legibus.l.digna uox.C.de legi. Hoſt.uerò belliſſi-
mum uerbum inq̄t in c.quanto, de transla.p̄la.uideli-
cet,ꝙ Dei & Papæ idē eſt conſiſtoriū, ar.in cap.2.& 3.de
transla præla.& c.Romana,de appel.lib.vj. Ideò bene di
ci poteſt de iure Papam quaſi omnia poſſe ut Deū, exce-
pto peccato, de pœ.diſt.2.charitas. Spec.in materia latè
loquit̄ in §.nunc oſtendendū, uerſ.60.in ti.de leg.ubi di-
cit, qđ Papa eſt Petri ſucceſſor, & vicarius Ieſu Chriſti,
uicē non puri hoīs,ſed ueri Dei gerēs in terris,ut in p̄al.
c.2.& 3.unde & oīa regit & diſponit & iudicat,prout ſibi
placet.9.q.3.cuncta ꝑ mundū,& in c.ꝑ principalē,licet &
quilibet eps̄ ſit quo ad quædam vicarius Chriſti.37.q.1.
c.mulieres, & de ſacra unctio.c.unico, uerſic.ad exhiben
dum. habet etiam Papa plenitudinē poteſtatis, ad quā
uocatus eſt. Alij uerò in partem ſolicitudinis ſunt uocati
de uſu pal.ad honorem & d.c.decreto.2.q̄ō.6.dummō ɔ̄
fidē non ueniat,in oībus & ꝑ oīa pōt dicere, & facere,q̄c
quid placet auferendo ēt ius ſuum cui uult: quia nō eſt,
qui ei dicat,cur ita facis.19.di.in memoriā.Nam apud eū
eſt pro ratione uoluntas,& quod ei placet,legis habet ui
2 gorem, inſti.de iure natura.§.ſed quod prin.poſt ēt ius
tollere omnino,& de iure ſupra ius diſpēſare. ¶† Itē nō
habet ſuꝑiorē,de ele.licet,& ipſe ſuꝑ oēs eſt: nec poteſt
ab aliquo iudicari.21.diſt.in nouo. & c.nunc autē.9.q.3.
3 cuncta per mundum,& c.nunc uerò, & ſeq.2.q̄ō.5.audit.
4 ¶† Item habet cæleſte arbitrium.C.de ſum.tri.l.j. ¶† Itē
ei iura cœleſtis & terreſtris imperij à Deo conceſſa ſunt
21.diſt.c.1.Hæc ſunt dicta Spec.in loco præalle.& ꝑ hoc
dicit Io.An.in addi.in præall.§.nunc oſtendendum,uer-
ſic.57.quod etiā ſine cauſa poteſt Papa aliquem ſuo iure
priuare.Bal.uerò uidetur hoc expreſſe decidere in l.re-
ſcripta.C.de præci.impera.offe.ubi tractans de poteſta-
te Papæ quo ad propoſitum inquit,quod omnia benefi-
cia mundi ſunt obedientialia & manualia reſpectu Pa-
palis poteſtatis; & ideo poteſt ſecundum eum pro libito
uoluntatis transferre ep̄m de ſuo ep̄atu ad aliū ep̄atū; &
tūc ſi procedit prouidēdo non cogit̄ prouiſus trāſire: q̄a
p̄ſumit̄ factū eius fauore. aut procedit iubēdo,& cogitur
trāſire: q̄a p̄ſumit̄ factū fauore eccleſiæ; all.7.q̄ō.1.eos.
¶ Ad propoſitū prædicta reducēdo, cū ep̄atū habuit iſte
Proniēſis eps̄ autoritate Papæ, uel eius cōſtitutione, ut
clare colligitur ex his, quæ leguntur & notant̄ in c.1.&
2.22.diſt.& 95.di.c.olim,potuit ēt ſine cā eo priuari per
Papam. Et idem fortius eſt dicendum quia Papa nunc
eſt ipſius vicarius,ut probatur in c.firmiter,uerſ.una eſt,
de ſum.trini.& in c.Nouatianus eps̄.7.q.1.& c.loquitur
pudenda.24.q.1.& in canticis canticorum.6.c.dr̄ in pſo-
na Chriſti de eccleſia,una eſt colūba mea perfecta, & ha-
bet̄ tranſumptiuè in d.c.loquit̄.& apl̄s ad Eph.4. Vnum
corpus,unus ſpiritus,unus dn̄s,citra rectorem curatum,
ar.14.q.1.c.1.Nam tituli beneficiales non ſunt de iure
diuino, ſed poſitiuo in d.c.1.& 22.diſt.c.1.& 2.80.diſt.in
illis, & 806.diſt.c.1.no.per Inn.& alios in c.niſi cū pridē,
de renun.& in c.1.de ſymo.& præſuppoſito,quod iniuſte
faceret;tamen eſt ei parendum,ex quo nō eſt contra fidē
& Dei p̄ceptū, quantūcūq; præceptū uideatur durum, ut
patet per prædicta, & patet in c.in memoriam.19.diſtin.
¶Secundo principaliter probatur per tex.maxime iuncta
gl.in c.à nobis, de deci.ubi patet, quod ſedes apoſtolica
pōt aliquem eximere à preſtatione decimarum; & tn̄ de-
cimæ debentur de iure diuino, ut de deci.tua nobis,&
ut ibi dicit gl.contra ius naturale diſpēſare pōt Papa re-
mittendo decimas alicui ſpecialiter, licet nō pōt in totū
illud ius decimādi tollere:quia tunc eſſet tollere ius di-
uinū,qđ Papa tenet̄ uſq; ad ſanguinē, & aīam defenſare.
25.q.1.ſunt quidam.¶Videmus ēt in ſimili,quod licet di
ctū ſit de iure diuino, in ore duorū, uel triū teſtiū & ēt tn̄
Papa & imꝑator ex multis cauſis q̄rūt qn̄q; maiorē nume
rū,qn̄q; minorē, de conſe.diſt.4.paruulos,& c.cū itaque.
2.q.5.præſul.C.de teſta.ſi unus, & l.fi.C.de teſta.cū aliis
no.in c.licet uniuerſis,de teſta. Præſuppoſito ergo,quod
hæ prælaturæ competant iſtis de iure diuino: in habito
reſpectu,quod non omnes prælatos uult remouere,licet
tantum aliquos, debet hoc ſibi competere ex plenitudi-
ne poteſtatis; & pro hoc vr̄ gl.expreſſa in c.per principa-
lē.9,q.3.quæ dicit Papam poſſe deponere unū ep̄m, ſed
non oēs:q̄a ſic uniuerſalem eccleſiam perturbaret;& no.
5 hāc ult. rōnem. ¶† Tertio uidemus Papam poſſe in uno
ep̄atu ponere duos ep̄os,ut in c.non autem.7.q.1.ubi hoc
fuit geſtum in perſona Auguſtini,q̄ non ſucceſſit, ſed ac-
ceſſit Valerio adhuc uiuente, nec fuit deputatus ſimplex
6 coadiutor,ſed uerus eps̄,ut ibi legi.& no. ¶† Idē,ſi duos
ep̄atus concedit uni ep̄o ita, ut ſit epiſcopus utriuſque,
ut in c.relatio.21.q̄ō.1.quandoque unit duos ep̄atus,&
quandoque diuidit unum in plures, ut in c.& temporis.
16.q.2.& in c.ſicut unire, de exceſſ prælato.& ſic poteſt
facere contra ſtatutum & ordinationem concilij & beati
Petri apoſtoli,qui præcipit, ut ſingulis ciuitatibus ſingu
li, & non plures ep̄i ponerentur, ut narrat beatus Cle-
mens. in c.in illis. 80.diſt.& Anacletus Papa. in c.ſe.& ꝑ
hoc auctoritas beati Gregorij in c.ſingula.89.diſt.ubi di
cit,ꝙ ſicut medicorum eſt in humano corpore, ut alte-
rū membrum alterius fungatur officio, ita noxiū ſimulq;
turpiſſimum eſt, ſi ſingula rei miniſteria ꝑſonis totidem
non fuerint diſtributa, & tamen uidemus, qđ Papa pōt
facere contrarium,ut in iuribus præall.ergo eodem mō
poterit unum,duos,uel plures prę latos priuare,conſtitu
7 tionibus contrariis non obſtantibus. ¶† Quarto argui-
tur ſic, Papa diſſoluit matrimonium carnali copula non
conſummatum,ut communiter notatur in c.commiſſum
de ſpon.& quandoq; conſummatum ſaltē inter infideles
qn̄ alter coniugum redit ad fidem, altero nolente ſecum
habitare

habitare ſine contumelia creatoris, de diuor.quanto,
inter quos eſt uerū matrimoniū,& eis dictū fuit à Dn̄o,
Quos Deus coniunxit, hō non ſeparet, de conſan.& affi.
de infidelibus. fortius ergo poterit ſoluere matrimoniū
ſpirituale, uel quaſi, qđ eſt inter prælatum & eccleſiam
ſuam,cum ſit iſtud ſpirituale non fortius,q̄ carnale,iux-
ta no.ꝑ gl.in c.2.de tranſla.præla.maximè cum lege poſi-
tiua iſtud fuit ordinatū, & auctoritate Papæ iſti fuerunt
inſtituti. ¶Quinto oſtenditur iſtud matrimonium ſpiri-
tuale,ꝙ ɔ̄hitur inter ep̄m & eccleſiam ſuam ſpiritualem
fuit ɔ̄ctum nō ꝑꝑ bonum priuatum ipſius eccleſiæ. datur
enim ſibi eccleſia,non ut præſit, ſed ut proſit, ut probat̄
in c.qui ep̄atum,& in c.in ſcripturis.8.q.1.Hinc dr̄,ꝙ p̄la-
ti ſunt procuratores & diſpenſatores, non dn̄i, ut in cap.
fraternitatē.de dona.& uide bo.tex.in c.uidentes.12.q.1.
¶Huius aūt boni adminiſtrator principalis eſt Papa: qui
eſt vicarius Dei in terris,de tranſla.præla.c.2.& 3 ſi ergo
Papa uult prælatum remouere,non pōt ſubditus relucta
re, cū eoipſo reddat ſe ſuſpectū & remouibilem, ex quo
uult ſe ingerere adminiſtrationi inuito dn̄o Papa, argu.
optimū in l.quę omnia.ff.de procu.hinc tex.in d.c.in ſcri
pturis,dicit ꝙ debemus toto deſiderio occupationes fu-
gere,& ꝙ locus regiminis deſiderantibus eſt denegādus,
fugientibus offerendus. ¶Nec mirū,ſi nō ita facile ſoluit̄
matrimonium carnale carnali copula conſummatū iux-
ta ea,quæ notantur in d.c.commiſſum, licet Io.An.diſpu
tauerit & non determinauerit in regula, actus legitimi,
de reg.iu.lib.6.in Mercu.Nā inter unū & reliquum ſunt
tres differentiæ quo ad propoſitū. Primò mr̄imoniū car
nale ɔ̄hitur ēt ꝑꝑ bonum priuatū, iuxta illum dn̄icum,
Non eſt bonum hoīem eſſe ſolum, faciamus ſibi adiuto-
riū ſimile ſibi, Gen̄.2.c. Et apoſtolus dixit, Vnuſquiſque
habeat ſuā ꝑꝑ fornicationē euitādā.13.diſt.nerui. ¶Itē
fuit inductū ſeu inſtitutum à Deo in paradiſo & in ſtatu
innocentiæ, & ab ipſo Deo recipit unionē & indiſſolubi-
litatē,ut dicit tex.in c.uno:de uoto, lib.vj.efficiuntur.n.
una caro,ut in loco præall.& c.debitum, de biga. ¶Item
& tertio hoc mr̄imoniū carnale poſt cōſummationē trā
ſit in ſacr̄m indiſſolubile.deſignat.n.conformitatē, quæ
cōſiſtit in carne inter Chriſtū & eccleſiā.uñ ſicut ſignatū
eſt indiſſolubile, quia carnē, quā Deus ſemel aſſumpſit,
nunq̄ diuiſit,ita & ipſum ſignum debet eſſe indiſſolubile.
In mr̄imonio verò ſpirituali iſta tria nō reperiunt̄. ¶Pri-
mò cū hoc mr̄imoniū ɔ̄hat̄ ꝑꝑ bonū publicū, & nō priua
tū; & ſic cū non mutet̄ principaliter utilitas priuata, non
eſt de quo cōqueratur priuatus p̄latura. ¶Scd̄o non fuit
inſtitutū à Deo ſaltē reſpectu eccleſiæ ſpiritualis,de cu-
ius diſſolutione nūc quærit̄, ſed à lege poſitiua,ut in iu-
ribus.ſ.alle.qua lege Papa non eſt alligatus. ¶Tertiò nō
trāſit illud in ſacr̄m indiſſolubile, quemadmodum car-
nale,licet pōt deſignare charitatē, quæ conſiſtit in ſpiri-
tu inter ipſum Deū,& iuſtā aīam,ſicut dicimus de mr̄imo
nio non conſummato.d.c.debitū.Ilud uerò de facili ſol-
uit̄,ſicut ſignatū,qđ diſſoluit̄ ꝑ peccatū iuxta not.in c.
quapꝑ 27.q.2.patet hoc ex alio. Nā bigamus in carnali
non pōt promoueri in c.nuper,de biga.ſecus in ſp̄ūali,ut
8 patet de tranſla.præla.per totū. ¶† Itē nō pōt quis habe-
re ex diſpenſatione Papæ duas uxores eodē tp̄e, quia eſt
ɔ̄ legē diuinā,ut in c.gaudemus,de diuor.ſed duas ſpiri-
tuales pōt habere ut duos ep̄atus,ut ī d.c.relatio.21.q.1
¶Sextò & ult.vr̄ probari in c.ſi gratioſe,de reſcrip.lib.6.
& c.paſtoralis, cū gl.ſua.7.q.1.†in quibus patet Papā ul-
tra alios poſſe cōcedere ep̄atū, & inferiora beneficia ad
tp̄s, & uſq; ad beneplacitū ſuum, & ſub conditione,ut in
dictis iuribus, & in c.ueniens, in fi.de fil.presb.unde dicit
gl.notabilis in d.c.ſi gratioſe,ꝙ in his,quæ Papa uult,eſt
pro ratione uoluntas, inſti.de iure na.§.ſed qđ principi.
alius aūt hoc nō poſſet.1.q.2.q̄ pio.7.q.1.quāuis.70.diſt.
ſanctorum.55.diſt.præcepta.& optime ad prædicta facit.
c.1.de renun.lib.6.ubi Papa,qui eſt vicarius Dei,& ſpō-
ſus uniuerſalis eccleſiæ, renunciat papatui ſine alicuius
licentia,qđ facere nō poſſet,ſi in perſona ſua eſſet Papa-
tus de iure diuino:quia ſicut à iuro,& à uoto,& à ſiſ̄ibus
abſoluere ſe nō pōt,ut notat̄ ī c.cum inter P.de renūcia.
& in c.quāto, de iureiu.& per Io.An.in c.ſignificaſti, de
fo.cōp.ita nec à Papatu ſi in perſona ſua eſſet de iure di-
uino. licet enim Papatus in ſe ſit de iure diuino, non tn̄
in perſona alicuius ultra Petrum fuit de iure diuino,ſed
ex electione humana iuxta no.in c.uno, de renun.iō pōt
renunciare:quia non eſt ſibi de iure diuino. cū ergo Pa-
pæ ſit diſſoluere hoc uinculum ēt à ſeipſo (& nulli du-
bium,quòd in ſe eſt de iure diuino) fortius debet ſolue-
re uinculū, quod eſt inter epiſcopum,& eccleſiam ſuam,
& maxime illud,quod eſt inter rectorē curatum, & eccle
ſiā ſuā,cū certū ſit, ꝙ non contingat in ꝑſona alicuius de
iure diuino,ſed ex electione humana,uel ex conceſſione
ipſius Papæ.nec ēt conſtat,ꝙ in ſe ſit de iure diuino: imò
potius innuit̄ ɔ̄riū,ut colligit̄ ī d.c.1.& 2.22.di.& c.olim.
95.diſt.& c.legimus.93.diſt.cū aliis ſ̄ all.cā breuitatis ad
ɔ̄rium nō arguo:quia ex his,quæ in ſolutionibus ſubiiciā
ſatis pars ɔ̄ria patebit. ¶Ad ſolutionē igitur huius diffici
lis dubij,Ieſu Chriſti redemptoris noſtri,ſuæq; glorioſiſ
ſimæ genitricis Mariæ patrocinio humiliter inuocato,
condeſcendens ualde uereor ꝑꝑ ipſius dubij difficulta-
tem,cum poteſtas eccleſiæ ueniat exponenda, ne lingua
tranſeūte ſuper terrā os ponā in cęlū iuxta id, qđ habet̄
in c.intantum.21.diſt. Et ut ulterius ad ſolutionem tam
præſentis,q̄ aliorum dubiorum inferius præmittam.Pri-
mò,qđ ex oībus fidelibus conſtituitur una eccleſia,& unū
corpus myſticum,de conſecr.diſt.1.c.eccleſia.ubi dicitur
eccleſia,i.catholicorum collectio, &c.& huius corporis
caput eſt uerus ſponſus, pontifex ipſe Ieſus Chriſtus re-
demptor noſter. Papa eſt ipſius vicarius, ut probatur in
c.firmiter,uer.una eſt,de ſum.tri.& in cap.Nouatianus.
7.quæſt.1.loquitur, & c.pudenda.34.q̄ō.1.& in canticis
canticorum.6.c.dicitur in perſonam Chriſti de eccleſia,
una eſt colūba mea perfectą, &c.& tranſumptiuè habet̄ ī
d.c.loquitur,& apoſtolus ad Epheſios.4.cap.Vnum cor-
pus,unus ſpiritus,unus dominus &c.& alibi, Chriſtus aſſi
ſtens Pontifex futurorum bonorum, &c. & pro hoc ui-
de bonam gloſſ.in clemen ne Romani, de electio.in uer
ſic.non conſonam. ¶Huius autem corporis multa ſunt
membra, ut particulares eccleſiæ & cœteri prælati,& cœ
teri fideles boni. ¶Secundo præmitto, quod ſicut una
eſt eccleſia, ita unus eſt epiſcopus epiſcoporum mul-
torum cōcordi uniuerſitate diffuſus, ut dicit tex.in d.c.
Nouatianus, & c.loquit̄. & dicit, unus epiſcopatus,quaſi
unum caput ſeu una cura, ſeu intētio. epiſcopus enim eſt
nomen Græcum, & Latinę interpretatur ſuperintendēs,
ut īn c.qui epiſcopatum.7.q̄ō.1. Et aduertas, quòd licet
fuit etiam in ueteri teſtamento hoc uocabulum epiſco-
patus,ut patet in pſalmo, Et epiſcopatum eius accipiat
alter, Et Actuum.1.cap.&c.attamen, cum non habebant
epiſcopatus ita diſtinctos, ſicut hodie, nec diſtinguebā-
tur hoc nomen epiſcopus, ab hoc nomine presbyter,
& promiſcuè omnes ſacerdotes in priſtina eccleſia im-
mediatè poſt reſurrectionē Chriſti appellabantur quā-
doque presbyteri,quandoque ep̄i,& omnes in cōi regna-
bāt in eccleſia Dei,ſed poſtmodū cū oriēte ſchiſmate ita
ut unus uellet alteri p̄ferri, dicendo ego ſum meliori te:

quia baptizatus fuit à Paulo: alij dicebant, ꝙ ſui baptizatus à Petro &c. fuit ordinatum ꝑ apoſtolos & alios ſeniores, ꝙ vnus de presbyteris præponeret; qui uocaretur eps, cui alij obedirẽt; & ſic epatus, prout hodie eſt, fuit inuentus ordinatione apl'orum, & aliorum ſeniorum, non aũt iure diuino; ita aperte dicit Hiero. & multiplr probatur in c. olim. 95. diſt. & c. legimus. 93. diſt. Vnde B. Petrus in prima epiſt. uocabat ſe presbyterum ſic ſcribens, Presbyteros, qui in nobis ſunt, precor ego cõpresbyter, & teſtis paſſionis Chriſti, &c. & cum in ſingulis ciuitatibus ponerentur per Apoſtolos epi, & in ſingulis prouinciis archiepi, ut plenius habetur. 99. diſt. c. j. & c. in illis. 80. diſtin. tñ adhuc in effectu epatus erat vnus: quia ſubditi non erant diſtincti, vnde quos vnus excõicabat, alius abſoluebat, ut notatur in c. conſtitutis, de ap. & in c. cum cauſam, de ꝓba. ſed poſtea fuerunt diſtinctæ diœceſes, prouinciæ, & parochiæ, ut notatur c. eccleſiæ. 13. q. 1. & ſic hodie eps ſine epiſcopatu ſpecialr eſt quaſi inutilis in eccleſia Dei reſpectu adminiſtrationis, licet ſit eps eccleſiæ vniuerſalis quo ad eccleſiam & dignitatem, ut no. Hoſt. in c. ij. de tranſla. præla. ¶ Tertio præmitto quod Apoſtoli poſſunt cum Petro cõparari dupliciter. primò ut Apoſtoli & ſic oẽs fuerunt ęquales, alio modo inquantum oues Chriſti ab eo in hac uita conuerſatione corporali ſeparatæ, & ſic Petrus ſolus eſt paſtor & reliqui apoſtoli oues ſub illius cura, ut apoſtoli igitur eandem habuerunt immediate à Chriſto autoritatẽ & ut ſic Petro fuerunt ęquales: & iõ Chriſtus redẽptor noſter non dedit purè & ſimplr Petro poteſtatem, ſed Petro & omnibus Apoſt. eorũq; ſucceſſoribus dedit tanquã capiti, aliis tanquam mẽbris; hoc ꝓbãtur in c. loquitur. 24. q. 1. & in c. in nouo. 21. diſt. & in c. ita dñs. 19. diſt. In his enim iuribus apertè dr, ꝙ Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam omnibus Apoſt. parem tribuit pôteſtatem, dum dicit, Io. 20. Sicut pater me miſit, & ego mitto uos, Accipite Spiritum ſanctum &c. Vnde hic erãt cæteri apoſtoli, qđ Petrus fuit pari conſortio præditus & honoris & poteſtatis: tñ ut vnitatem Chriſtus oſtẽderet, noluit eccleſiam deriuari à Petro eum oſtendẽdo paſtorem & principem. & ut clarius habeat hęc materia, prout ex euangeliis colligi põt. Notandum quinque eſſe differentias inter poteſtatem Petri & aliorum Apoſtolorũ. prima eſt in materia dandi & accipiendi, quia Petro data eſt ordinarie, aliis autem ex ſpeciali gratia, ut Pontifex, facit vnum epm in ciuitatem ordinarium. & ex gratia in eadem ciuitate miſit Legatum q poſſit id quod eps. Scđò quia poteſtas Apoſtolorum non erat ſupra ſe inuicem. Petri uerò ſuper oẽs. Tertiò quia Petrus factus eſt Vicarius Ieſu Chriſti, alij uerò uelut Legati ſeu ſubdelegati eius. Quartò quia Petrus habet ſucceſſorẽ, nam eius poteſtas fuit ęterna, cæteri autem nõ. Quintò quia duplex eſt autoritas executionis & regiminis. primam habuerũt apoſtoli. ſecundam Petrus tñ. Item aduertendum qđ ĩ trãſlatione huius poteſtatis tam ante reſurrectionem, q̃ poſtea uariis uerbis uſus fuit Chriſtus tam ad Petrum, q̃ ad omnes apoſtolos ſimul. Primum enim ante mortem promiſit Petro Apoſtolatum, & poteſtatem clauiũ, dum interrogauit diſcipulos, quem dicũt homines eſſe filium hominis? & eis reſpondentibus, Alij autem Ioãnem Baptiſtam, alij autem Heliam: uos autem, quẽ me eſſe dicitis? Reſpondit Petrus, Ego dico quod tu es Chriſtus filius Dei viui. Tunc dixit Chriſtus, Et ego dico tibi, ꝙ tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcũque ligaueris ſuper terram, ligatum erit & in cœlis; & quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolu. &c. Matthæi 16.

Non tamen per hoc dedit ſibi poteſtatem, nec fecit eum principem, ſed tantum promiſit, ut patet per illa uerba, & tibi dabo claues reg. &c. ¶ Item patet, ꝙ hæc uerba fuerunt prolata ante reſurrectionem: ſed Chriſtus fecit eũ Principem poſt reſurrectionem, ut habetur in c. conſiderandum, & c. fidelior. 50. diſt. no. in d. c. nouo. & dum dixit ſuper hanc petram, &c. voluit dicere, quod ſuper illo articulo fidei per eum cõfeſſato, dum dixit Petrus, Tu es Chriſtus filius Dei uiui, ut no. glo. in c. ita dominus, præallegato. ¶ Secũdò uidetur Chriſtum dediſſe adhuc ante mortem poteſtatem oĩbus Apoſtolis, & habetur Matt. 18. dum dixit, Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi aũt non audierit te, adhibe vnum, uel duos teſtes; & ſi te nõ audierit, dic Eccleſiæ. Si aũt eccleſiam non audierit, fiat tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus. Et immediatè ſubiũxit loquẽdo omnibus Apoſtolis. Amen amen dico uobis, quodcũque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcũque ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Poſt reſurrectionem uerò eandem poteſtatem recenſuit, dum ſufflauit in apoſtolos, & dixit, Accipite Spiritũ ſanctum, quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt, &c. ut habetur Ioan. 20. Sed Petro poſtmodum dixit, Paſce oues meas, & conſtituit eum principem aliorum. ut habetur Ioã. ult. c. & trãſumptiuè habetur in c. ſignificaſti, de elect. & ſimplr Petro dedit poteſtatem regiminis ut ſuper oẽs Apoſtolos atque eccleſias poteſtatem haberet. demum in aſſumptione dedit omnibus exercitium, dum dicit, Ite & prædicate euãgelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: q uerò non crediderit, condẽnabitur &c. ut Matth. ult. c & Mar. c. fin. In die Penthecoſtes uerò ꝑ miſſionem Spiritusſancti omnia præmiſſa confirmauit. Liquidè ergo patet ex præmiſſis, quod nõ ſoli Papæ fuit data poteſtas, ordinis, ac iuriſdictionis, ſed oĩbus Apoſtolis tanquam membris; Papæ uerò tanquam capiti: præter hanc dedit etiam autoritatem regiminis ut ipſe vnus res fidęi tandem definiret, cui etiam dictum eſt. Rogaui pro te Petre ut non deficiat fides tua, & tu aliquãdo conuerſus confirma fratres tuos. Nec moueatur quiſpiã ad dicẽdum, quod alij apoſtoli habuerint poteſtatem ſolum reſpectu ordinis, & non iuriſdictionis: quia dico, qđ imo etiam reſpectu ordinis. hoc clare intelligitur in illis uerbis Matthæi 18. Nam uoluit, ut reclamatio fieret apud eccleſiam; & immediatè ſubiunxit, quodcũque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c. ¶ Item patet in c. noua, de pœnitentia & remiſſ. ubi dicit tex. Chriſtus dedit claues regni cœlorum omnibus apoſtolis. & idem ibi Ioan. And. ad idem facit dictum c. fir-
11 miter, in uerſi. vna eſt, in fi. ubi colligitur, † quod Chriſtus dedit claues regni cœlorum apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus; & ſucceſſores fuerunt omnes ſacerdotes ritè ordinati, ut ibi colligitur, & notatur, licet ex conſtitutione eccleſiæ epiſcopi, qui etiã ſunt presbyteri, habeant iuriſdictionem. cæteri Sacerdotes repreſentent Apoſtolos quo ad adminiſtrationem ſanctorũ, ut no. glo. in c. uidentes. 12. q. 1. ¶ Vnde dicendo clarius poteſt dici, quod poteſtas data in perſona Petri, & Apoſtolorum fuit data eccleſiæ: aliàs illis mortuis non potuiſſet illam poteſtatem eccleſia exercere; quod eſt abſurdũ, cum non ſit uerò ſimile, qđ Deus uoluiſſet Eccleſiam ſuam dimittere ſine Paſtore poſt mortem Petri, ut dicit Inn. in c. ad apoſtolicæ, de re iud. lib. 6. in fi. & pro hoc eſt tex. Auguſtini in c. quodcũque. 24. q. 1. ubi dicit, quod qñ Petrus recepit claues, Eccleſiam ſanctam ſignificauit; & quod hæc

poteſtas



poteſtas ſit in eccleſia, ſed in Papa tanquam in capite, ultra illud, quod colligitur ex capitulis ſupra alleg. adduco. 1. Act. 95. c. ibi enim dicitur, ꝙ cum eſſet Antiochię contentio, an conuerſi deberent circũcidi, fuit miſſum ad apoſtolos, & diſcipulos, ſeu presbyteros, qui erant in Hieruſalem; & ibi conuenerunt apoſtoli & ſeniores, ut uiderent & diſcernerent ſuper illa qõne. & dicitur, ꝙ in illa congregatione Petrus fuit locutus tanq̃ princeps Apoſtolorum. nam primò ante oẽs apoſtolos ac ſeniores locutus eſt, nec ſine aſſenſu Petri Iacobus ac cæteri qõnem illam determinarunt: quia imò Iacobus ex uerbis Petri exorſus eſt, ut diſcipulus à magiſtro, uelut ſubditi à ſuperiore inſtructi. & placuit apoſtolis & ſenioribus, ut nõ fieret circũciſio, & ſcripſerunt epiſt. ad Antiochiam ſub hac præfatione, apoſtoli & ſeniores fratres &c. Placuit nobis collectis in vnũ eligere uiros, &c. viſum eſt enim Spirituiſancto, & nobis nihil ultra oneris uobis imponere. Et ſic aduerte, qđ conſultatio hęc, q̃ non erat ordinis, nec fori pœnitentialis uidetur facta ad Petrum tanquã principem, ad alios uero apoſtolos, ac ſeniores tanquam ſecundarios uerbi miniſtros ac iudices qui oẽs erant repleti Spiritu ſancto. quinimò eodem cap. dicitur, quod Paulus poſtea perãbulans Syriam, & Ciliciam ꝑcipiebat cuſtodire præcepta apoſtolorum, & ſeniorum. Vnde nota uerbum, præcepta, quod ſapit iuriſdõnem contentioſam. & pondero, ꝙ non ſolum mandauit ſeruari præcepta Apoſtolorum, ſed etiam ſeniorum presbyterorum, ut colligit ex uerbis præallegatæ conſultationis, dũ fuit miſſum ad apoſtolos, & presbyteros. ¶ Item ut habetur Act. 16. cum Paulus, & Timotheus pertranſiſſent ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab apoſtolis, & ſenioribus, qui erant Hieroſolymis. Et põdera uerbum, decreta, quod ſapit iuriſdictionem contẽtioſam, iuxta notata in c. de tempo. ordin. & in c. ij. de iud. & 4. diſt. §. hæc & ſi legibus, in fine. Inſuper legitur Act. 20. quod Paulus uocabat maiores natu Epheſiorum, & inter cætera dixit, Attendite uobis & vniuerſo gregi, in quo uos Spiritusſanctus poſuit epos regere Eccleſiam Dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo. ¶ Itẽ Chriſtus hoc apertè deſignauit, dum dixit, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, i. eccleſiam; & ſic apertiſſimè innuit, quod poteſtas ſit in eccleſia mediante Petro cuius auctoritas ꝑ dominum Ieſum perpetuo fuit, conſeruata & conſeruabitur in omnibus ſummis Pontificibus canonicè electis atq; catholicis. Ad idem, quod habetur in euangelio Matthæi, dum dixit diſcipulis, Amen amen dico uobis, ꝙ uos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Iudicabit ergo Ieſus ĩ fine ſeculi cum omnibus apoſtolis. Sic dicendum in hac eccleſia militante, ut ipſi, & epi eorum ſucceſſores habeant iuriſdictionem à Petro uel ſummo Pontifice, qm̃ Chriſtus loco ſui, Principem eccleſiæ ſuæ atque doctorem conſtituit. Hinc tex in clemen. ſi quis ſuadente, de pœnis dicit, ꝙ epi dicunt ſanctiſſimi, Chriſti legati exiſtunt, ſpirituales ſunt patres, fratres, & coepiſcopi Papæ, columnæ comprobãtur eccleſiæ; quæ ſunt uerba notanda. Ad idem c. mulier debet, el ij. 33. q. 2. ubi eps dicitur Dei Vicarius, ſ. in parte. Et idem dicendum in ſacerdote, ubi no. gl. & probatur in c. inter, ſecundo, de pœniten. diſt. 3. & in d. c. vna; & pro hoc uide pulchra uerba Seueri ad Eugenium Papã, quæ refert Archid. in c. decet. 12. diſt. qui ſic ait, Conſideres autem omnium ſanctam Romanam Eccleſiam, cui auctore Deo præes, eccleſiarum matrem eſſe, non dominam: te uerò non dñm̃ eporum eſſe, ſed vnum ex ipſis porrò fratrem diligentium Deum, & particeps timentium eũ; & uide ibi latius, & quod ipſe notat in c. non liceat Papæ. 12. quæſt. 2. ¶ Ex quibus uerbis colligitur, quod nedum apoſtoli, ſed alij etiam fuerunt & ſunt prælati per Spiritum ſanctum, modo ſuperius declarato. Probatur etiam & alio modo. Nam ſi apoſtoli non accepiſſent poteſtatem pro ſe & ſucceſſoribus etiã reſpectu iuriſdictionis contentioſæ, quomodo poſſent in cauſa fidei iudicare Papam; quod tamen poſſunt per cap. ſi Papa. 40. diſtin. & not. Archid. in cap. in fidei fauorem, de hæreticis lib. 6. cum à Ieſu Chriſto nõ receperunt poteſtatem niſi per il-
12 la uerba generalia? † Concludo ergo quod in perſona Petri fuit data poteſtas Papæ tanquã huius corporis capiti, & Chriſti apoſtoli poteſtatem & autoritatem acceperunt à Petro prædicãdi, ut innuit textus, & clarius Hugo in præallegato capitulo, ita dominus. non enim debẽt membra corporis ſeu ipſum corpus moueri ſine diſpoſitione capitis. ¶ His tanquam pro fundamento præmiſſis, uenio nunc ad ſolutionem huius principalis quæſtionis, quam ampliando facio tria mẽbra. Aut enim ſubeſt cauſa remouendi prælatos, & hoc conſtat. Aut enim nulla ſubeſt cauſa rationabilis, & hoc eſt certum. Aut dubitatur de exiſtentia cauſæ: quia Papa eos ſimpliciter remouit. Primò caſu dico, quod Papa etiam ſolus poteſt remouere quẽcunque prælatum, ſiue cauſa oriatur à priuãdo, quia deliquit: ſiue oriatur ex bono publico, quia nõ poteſt ille proficere plebi. pro primo facit. c. ij. de tranſla. prælato. & 9 q. 3. cuncta per mundum. Pro ſecundo, qđ legitur & notatur in c. niſi, de renun. debet tamen illi remoto hoc ſecundo caſu ſaltem ex honeſtate dari bonum cãbium, ut dicit Inn. in d. c. niſi, cum ipſe Papa ſit caput totius Eccleſiæ ex diſpoſitione principalr diuina, ut in c. in nouo, & in c. ſacroſancta, præalleg. & in euangelio ſupra recitato, potuit pro ſalute totius corporis vnum mẽbrum putridum uel inutile præſcindere, ne inficiat alias corporis partes. Vnde Chriſtus in euangelio, Palma, quæ non facit bonum fructũ, excidetur, & in ignem mittet &c. Et Iuda propter ſuas iniquitates remoto, alius, ſcilicet Matthias fuit poſitus in locum ſuum, Act. 2. c. Quinimò & hac poteſtate ampliſſima, quam à Chriſto recepit, poteſt ſolus etiam ſine concilio deponere ex cauſa imperatorem, licet de honeſtate requiſierit concilium in depoſitione Federici, ut clare legitur in cap ad apoſtolicæ, de re iudi. lib. 6. Nam ſolus regem Franciæ tanquam inutilem depoſuit, ut in cap. alius. 15. quæſt. 6. Et ex quibus cauſis poteſt deponi Imperator, ſeu Rex, uide bonam gl. in cap. ſi Papa. 40. diſtin. in d. c. alius, & plenius per Hoſti. & Ioan. Andr. in d. c. ad Apoſtolicæ. & per hoc etiam puto, quòd ſolus Papa poteſt etiam deponere Cardinalem ex cauſa; ita, ut non ſit neceſſe conuocare concilium; & ſi conuocatur, non eſt neceſſe, ꝙ concilium deponat, ſed ipſe Papa, ut ſentit Inno. in glo. in cap. ex geſtis, de clericis non reſiden. in eccl. uel præben. licet aliud ſenſerit in Cardinalibus Hoſtienſis ibi. ſed primum plus placet, & hodie probatur aperte in c. vnico, de ſchiſmatis, lib. 6. cõſilium tñ collegij Cardinalium in huiuſmodi arduis requirendum eſt. Eſt enim quaſi in poſſeſſione, ut ardua nõ explicentur ſine concilio collegij, ut no. Ioan. mona. in c. ſuper eo, de hæreticis, lib. 6. & quod illa poſſeſſio poteſt de iure defendi in dicto tex. ualde ſingulari in capitulo, ꝑ venerabilem, qui filij ſint legitimi, in uerſiculo, rationibus &c. ꝑ quem tex. põt ratione ſuſtineri maximè ex autoritate diuina, q̃ ibi inducitur, quod etiã ceſſante omni pactione debet conciliũ Cardin. in arduis ꝑ Papam requiri, & ꝑ illum tex. põt ſuſtineri vna ſingularis opi. Laurẽtij,

quam

quam recitat Arch.in c.ſunt quidam.25.q.i.ubi dicit, qđ
generalem legem ſ. de uniuerſali ſtatu eccleſiæ condere
non põt Papa ſine Cardinalibus,ſed particularem ſic,arg.
xj.diſt.catholica.ſed tu tene menti illud c.per uenerabilē:
13 quia non ſolet ad prædicta allega. ¶ †An autem præter-
miſſo concilio cardinalium ueniant geſta per ſolum Papā
reuocanda,uide quod dixi in c.ex geſtis,de cleri. non reſi-
den.in lectura.per prædicta etiam dico gloſſam non ſim-
pliciter uerum dixiſſe in c.Anaſtaſius.xix. diſt. quæ dicit
Papam arctari ad requirendum concilium,ubi de fide agi-
tur,& tunc ſinodus eſt maior Papa. quod ego ſimpliciter
non fateor:quia expreſsè uidetur cõtra tex.in c. maiores,
de baptiſmo.ubi patet, ꝙ qõnes maiores fidei debent re-
ferri ad ſedem Petri,& ſic ad Papam. unde notabilis tex.
24.q.1.c.hæc eſt fides. ubi patet, quòd ſolus Papa poteſt
corrigere errores circa fidem. Item in nulla parte noui
teſtamenti legitur,quod concilium Papa non errante ſit
ſupra Papam in cauſa fidei,uel quod concilium neceſſariò
ſit uocandum.Fateor tamen ubi dubium eſſet maximum
ita,quod etiam papa dubitaret,tunc debet conuocare cõ-
cilium:quia tota eccleſia errare non poteſt.¶Pro ea enim
in perſona Petri orauit Chriſtus,ut eſt gloſ. ſingularis in
c.à recta.24.q.1. & notatur in d. capitulo, maiores. & in
hoc caſu dubio facta fuit conuocatio in Hieruſalem ſu-
per circuncisione fienda. Actuum.xv.nec per hoc minui-
tur poteſtas Papæ:q̃a iſtius poteſtas includitur in cõcilio:
quia ut ſupra dixi,tota poteſtas eſt apud eccleſiam, ſed
Papa eſt caput totius corporis, & per eum explicatur no
mine eccleſiæ iuxta illud Dominicum. Dic eccleſiæ &c.
Matth.xviij.ad capitulum Anaſtaſius,quod uidetur innue
re contrarium,dico, quod debet intelligi, quando Papa
uellet aliquid ſtatuere contra iam ſtatuta per concilium
in cauſa fidei.nam doctrina illius Achatij fuit damnata.
23.q.1.c.j.Hoc enim caſu,quando Papa uellet ſtatuere in
cauſa fidei contra ſtatutum per concilium,præſumitur er
rare:quia ipſe poſſet hæreticus eſſe & inſufficiens,ut in ca
pitulo ſi Papa.xl.diſt.in c.j.de renuncia.lib.vi. ſed tota ec
cleſia non.& hoc caſu poteſt intelligi, ꝙ ſinodus eſt ma-
ior Papa:aliàs ſecus dico etiam unū, quod uidebitur ma-
gis nouum,quòd ſi Papa etiam in factis fidei moueretur
melioribus rationibus & auctoritatibus, & diffinitioni-
bus,q̃ concilium, ſtandum eſſet diffinitioni Papæ. nam
concilium poteſt errare,ſicut errauit, quando diſpoſuit,
ut inter raptam & raptorem non poſſet conſiſtere m̃rimo-
nium;& tamen Hieronymus dixit contrarium motus me-
lioribus rationibus & auctoritatibus iuris diuini:& dictū
eius fuit prælatum diſpoſitioni totius concilij,ut.33.q.2.
c.tria,iuncto.c.placuit.ubi glo.& uide gloſ.meliorem, &
Archi.in c.j 20.diſt.in uerſi.illorum. nec obſtat, ſi dicat̃,
quod tota eccleſia non poteſt errare, cum Chriſtus pro
eius fide orauerit,ut.s̃.dixi.dico enim,quod conciliū gn̄a
le licet repreſentet totā eccleſiā,non tamen eſt tota eccle
ſia.Nā fides põt remanere nedū in Papa ſolo,ſed ēt in una
uetula;& ſic fides ꝯſeruaret̃, ſicut accidit poſt paſſionem
Chriſti,q̃ remanſit apud beatā uirginē,ut cõiter dn̄t theo
logi,& cū iā Chriſtus orauerat,ut nõ deficeret fides, ante
paſſionē:ſed,ut dixi,nõ deficit,ex quo ꝯſeruat̃ in uno,qui-
cunq; ſit ille.& hac forte rõne dixit gl.in c.q̃uis, xxi.diſt.
ꝓ illū tex.ꝙ ubicūq; ſunt boni,ibi eſt Roma.eccle. nā ec-
cleſia Romana nullā debet hēre maculā,uel rugam. ¶Ex
14 quibus ꝯcludo,†ꝙ Papa ſolus tanq̃ caput põt exercere oī
modā iuriſdictionē expoſcente cā rõnabili, nec eſt opus
cõuocare conciliū ꝓ conſenſu habēdo. Alij uero prælati
nõ exercent ſine diſpoſitione capitis,ſ.Papę.hn̄t.n.poteſta
tem à Deo,ſed in illa ſumiſſi ſunt Papæ tanquā capiti; &
forte ad hoc deſignandū Petro dixit multa ſeparatim,ſed
aliis apoſtolis locutus eſt cõiunctim & generaliter.uñ Pe
tro dixit. Tu es Petrus,& ſuꝑ hāc petrā ædificabo eccle-
ſiā meā.Itē dixit, Paſce oues meas,& non ſemel,ſed ter;&
ꝓ ſua fide ſpecialiter orauit,& eū admonuit, ut fratres
ſuos in fide cõſeruaret,dum dixit. Ego ꝓ te oraui Petre,
ut non deficiat fides tua,& tu conuerſus confirma fratres
tuos.Item cõſidera,quod in ſingulari dixit Chriſtus,Fiat
unum ouile,& unus paſtor, & ſic unum uoluit eſſe paſtorē
& non plures, ſed hanc poteſtatē paſcendi contulit Petro,
dum dixit, Paſce oues meas,& ſic fecit cum paſtorē,& nõ
plures loco ſui.ipſe.n. erat & eſt uerus paſtor & pontifex,
ut de ipſo dixit, Ego ſum paſtor bonus alij nāq; apoſtoli
fuerunt coadiuuantes & cooperantes, & ideo rectè dr̃, ꝙ
papa fuit aſſumptus in plenitudinē poteſtatis.alij in parte
ſolicitudinis.c.ad honorē,de authoritate,& uſu palij.¶Ve
nio ad ſ.m caſum, qñ iſtos remouet ſine cauſa rationabili,
& hoc conſtat;& credo,ꝙ remotio illa non ualeat. primo
ad hoc induco textum apertū in c. ſicut alterius. 7. q.j.ubi
dr̃,ꝙ quēadmodum uxor carnalis uiro uiuente non põt ab
alio diſponi.& deſponſari,ita nec ſponſa ep̄i,quæ eſt eccle
ſia cū ſit ei allegata,nõ põt illo uiuēte ab alio ſeu diſponi
ſeu deſponſari ſine ipſius uolūtate & cõſēſu: aliàs adulte
rabitur,& poſt pauca ſubijcit. ſi autem uoluntatis cauſa
ad aliam eccleſiam fuerit inuitatus,poterit nõ per ſe, ſed
autoritate Romanæ ſedis ſe transferre;& ſic Romana au-
15 toritas ualet,ubi ſubeſt cā diſſoluendi.¶ † Secundo indu
co aliū bonū tex.in c.quāto,de tranſ.præl.ubi dr̃,qđ ma-
trimonium ſpūale ꝯſiſtēs inter ep̄m & eccl̃am,nõ põt per
hominē diſſolui,& ꝙ cū Romanus põtifex eccleſiarum ne
ceſſitate,uel utilitate illud diſſoluit,nõ puri hominis,ſed
ueri Dei uices gerit.unde pondero uerbū,neceſſitate,uel
utilitate &c.¶Ad idē capitulū 2.e.ti.in utroque.n.dr̃, qđ
illius diſſolutionem Deus præſumendus eſt reſeruaſſe ſuo
iudicio,ſicut ibi reſeruauit diſſolutionem coniugij carna-
lis,ſed obligationem & uinculum Dei autoritate in eccle-
ſia non poteſt papa ſine cauſa diſſoluere.23. q.4.& ca.ſi is
qui.ſicut in ſimili dicimus de iurō, uoto,& alijs, quæ ſunt
de iure diuino,& ſine cauſa à papa remitti nõ poſſunt iux-
ta notata in c.quanto,de iureiurando,& per Inno. in c.cū
inter.ꝑ. de renūcia.nam diſſoluere tale uinculum ex ſola
uoluntate eſſet contra diſpoſitionem diuinam & ordina-
tionem apoſtolicam,& ſanctorum conciliorum, & aliorū
autoritatē Romanorū pontificū atq; contra rationē iuris
naturalis, & ciuilis.eſſet enim contra diſpoſitionem diui
nam:quia Chriſtus in perſona apoſtolorum miſit epiſco-
pos,& omnes ſacerdotes ad prædicandū, & ſacramenta mi
niſtranda.quare ſine cā,ex quo ſemel ſunt uocati, non de-
bent reuocari:quia q̃ ſpiritu Dei loquūtur, nõ ſunt ſub le
ge ut in.c.cū ex iniūcto,de hęre.& in c.licet,de regula.&c.
duæ.xix.q.2.dignior eſt.n.lex priuata,q̃ ſ.infundit̃ in cor-
dibus hominum per ſpiritū ſanctum,q̃ lex publica,quæ edi
tur per papā.Chriſtus.n. Dei lex eſt,& nemo põt ſpiritui-
ſancto reſiſtere, ut dicit tex.in d.ca.duæ. & ſi dicas,quod
iſti fuerunt uocati à papa,& non à Deo, Reſpondeo,quod
imò à Deo mediante papa nā in ordinatione ſuperior mit
tit manum, & Deus inuiſibiliter adminiſtrat gratiam,&
dat poteſtatem,prima quæſtione prima,multi, & cap. di-
ctum;& facit.cap. cum deputati, de iudi.ibi, gratia diuina
uocati &c. nec Deus uoluit remouere Iudam ab apoſto-
latu, quem ſemel uocauerat, licet ſubeſſet cauſa, ex
quo illa non erat alijs nota, ut in cap. ſi ſacerdos. in fin.
de officio ordina. imò eum miſit ad prædicandum ſicut
alios.Matthei. 18. & expreſſius per text.in cap. Chriſtus
1.q.1.nec Apoſtoli ſubrogaſſent alium, niſi ille ſe ſuſpen
diſſet, Actuum.2.& quanquam iſtæ adminiſtrationes ſpe-
ciales ſint de iure poſitiuo,ut in c.2.12. diſt. tamen dico
quod ſuccedunt loco adminiſtrationis generalis, ad quā
Chriſtus uocauit omnes ſacerdotes.unde debent eſſe lo-
co illius, ſicut de baptiſmo dicimus, quod ſuccedit loco
circuncisionis,de baptiſmo,maiores,& quod in ſimili ha
betur in c.eccleſia,ut lite non conteſtata,& per Inn. in c.
ex ratione,de appellationibus.& ꝙ hoc ſit uerum, patet:
quia dicimus Deum reſeruaſſe ſibi diſſolutionem huius
coniugij,ut in iuribus præallegatis;quod nõ eſſet,ſi pror-
ſus eſſet de iure humano.& idem per omnia dico in alijs
ſacerdotibus reſpectu adminiſtrationis ſacramentorum
per ſupradicta,& contra ius diuinum Papa ſine cauſa ue-
nire nõ poteſt,ut in dicto.c.ſunt quidam,& per Inn.in ca.
quæ in eccleſiarum,de conſti.pro ſacerdotibus uerò uide
bonum tex.in c.ſicut in una 21.q.2.ubi dicitur,quod etiā
in presbyterum,& eccleſiam ſuam contrahitur matrimo
nium ſpirituale:quia ex quo ſemel eſt collata uni, nõ de-
bet dari alteri,uel pluribus ſimul:quia debet eſſe uxor,
non ſcortum. & dic,quod licet non ſit ita ſtrictum matri
monium,ſicut inter epiſcopum.& eccleſiam ſuam:quia ip
ſe ſolus in ſignum matrimonij portat anulum iuxta nota
ta in c.clerici,de ui.& ho.cler.tñ large mõ inter inferio-
res,& eccleſiam ꝯhitur matrimonium,ut in dicto.c. ſicut
& de electi.ne pro defectu ubi per mortem abbatis etiam
dr̃ remanere uiduata eccleſia.Dixi ēt quod eſt ꝯ̄ ordina-
tionem apoſtolorum.nam apoſtoli ordinauerūt. ut ep̄i &
alij presbyteri ponerentur in eccleſijs,& eſſent perpetui.
ergo Papa ſine rationabili cauſa non deberet facere con
trarium,cum hoc concernat ſtatum uniuerſalis eccleſiæ.
Nam,ſi poſſet remouere unū,ſic etiā alios,& plurimos,&
alteraretur ſtatus eccleſiaſticus,ut probatur in c. perue-
nit.11.q.1.ubi dicit tex.in fi.ſi ſua unicuique epiſcoporū
iuriſdictio non ſeruetur,quid aliud agitur,niſi ut ꝑ uos,
per quos eccleſiaſticus ordo cuſtodiri debuit,confunda-
tur, & contra ordinationem apoſtolorum Papa uenire
non poteſt;tex.eſt apertus in dicto.c.ſunt quidam.25.q. 1.
¶Quod autem apoſtoli hoc ordinauerunt,patet in ca. 1.
99.diſt.& in c.in illis. 80.diſ.& c.uidentes 12.q.j.& Actuū
14.dr̃,quod Paulus & Barnabas conſtituerunt in Derben
ciuitate presbyteros per ſingulas eccleſias, & Apoſtolus
ad Corin.7.in ea uocatione,qua uocatus quis eſt,maneat
& tranſumptiue.21.q.1.c.1.¶Tertiò dixi hoc eſſe contra
autoritatem concilij,& hoc aperte apparet in c.ſicut.21.
q.2.& capitulo inuentum. 16.q.7.ubi fuit diffinitum in ꝯ
cilio.ꝙ non niſi pro graui culpa ab eccleſia ſua amouen-
dus ſit quis contra concilia uero concernentia ſtatum uni
uerſalem eccleſiæ Papa diſpenſare ſine cā non poteſt, ut
legitur & notatur in c.quæ ad perpetuam,& c.contra 25
q.1.& ideo Papa nunquam mutat aliquid,niſi rationabili
adducta cauſa. Nam autoritas Petri manet, ubi imminet
ratio,ut no.dicit tex.in c.manet,23.q.1.& apertius in di-
cto.c.contra,ibi dicit tex.qđ contra ſtatuta patrum con-
dere, uel mutare nec huiuſmodi quidem ſedis poteſt au-
toritas. hinc Auguſtinus,cum ſucceſsiſſet Valeriano epi-
ſcopo in epiſcopatu, dixit ſibimetipſi hæc uerba,adhuc in
corpore poſito patre meo & epiſcopo ſene Valeriano epi-
ſcopus ordinatus ſum,& ſedi cum illo, quod in concilio
Niceno fuiſſe prohibitum neſciebā,nec ipſe ſciebat.¶Di
xi quarto,ꝙ eſt ꝯ̄ autoritatem Romanorum pontificum
hoc clarum eſt.nam dixit tex.Greg.56.diſt.ſatis peruer-
ſum,& ꝯ̄ eccleſiaſticam probatur eſſe cenſuram, ut fru-
ſtra quorundam parentum uoluptatibus ſuis commodis
quis priuetur &c.& in c.præcepta.55.ubi dr̃,ꝙ beneficia
dēt eſſe perpetua,& nõ dēt eis quis priuari.ēt ſi ſit impo
tens ad ſeruiendum,& latius hr̃ in ti.de cle. ægro. & ca.
uno,de capel.mona.lib.6. nec Papa ſine cā dēt poſſe tale
ſtatutum eccleſię alterare:tū q̃a cõcernit uniuerſalē ſta-
tū eccleſiæ uel ad placitum p̃lati nõ remoueat: tū q̃a de-
coloraretur ſtatus eccleſiaſticus.nā alij uidētes ad libitū
rectores remoueri,timerent,neque de facili inuenirent,
qui uellent eccleſię militare,ut nota.dicit tex.de clericis
ægrotantibus capitulo primo & ubicunque contingit ec
cleſiæ decoloratio, Papa immutare non poteſt aliquid,
ut in capitulo ſi illa. tertia quęſtione ſeptima nota. Ar-
chidia.in dicto capitulo ſunt quidam.& facit quod nota.
Abba.in capitulo nulli,de ſenten.excomm. ubi dicit, ꝙ
Papa ſine concilio non poteſt tollere canonem, capitu-
lo ſi quis ſuadente.17.quæſtione 4.& facit illud capitu-
lum,nulli.ubi legi.& notat̃,ꝙ Papa nõ põt ſine cā diſpen
ſare,ut impune quis cõicet cum excõicato ꝯ̄ doctrinam
apoſtoli.iſta.n.quæ ſunt fundata ſuper doctrinam fidei,
& bonis moribus,& ad decorem eccleſiæ nõ debent rela-
xari ſine cā.nā tunc Papa non diceretur oues paſcere, ſi-
cut ei iniunctum fuit,ſed diſperdere,& necare, & eccle-
ſiam deprimere,& deteriorare, & ſic potius cõuinceret̃
errare,quàm legē dare,ar.c.1.40.diſt.& di.c.ſunt quidā,
& capitulo,quæ ad ꝑpetuam,& c.ꝯ̄.¶Quinto dixi, quod
eſt ꝯ̄ rõnē naturalē & ciuilem.ex quo.n.ſemel placuit, nõ
debet amplius diſplicere.32.q.5.horrendus,& in regula
qđ ſemel placuit,de regulis iuris,li.6. & in contrahendo
hoc matrimonium requiritur conſenſus ꝑficiendi à prin
cipio,ut in c.cū inter canonicos,de elec.& de præb. in c.
ſi tibi abſenti,li.6.ita & fortius dēt requiri in diſſoluen-
do,ut ibi.nihil enim tam naturale,quàm ut unūquodque
uinculum diſſoluatur eodem modo,quo ligatum fuit,de
reg.iur.c.1.& in l.nihil tam naturale.ff.e.& l.j.& ij.C.qñ
16 licet ab empti.diſce.¶ † Item etiam ſecundum leges ci-
uiles non licet habere filios tꝑales.l.ſi tibi,alias quæſitū.
ff.de adoptio.& id quod nobis acquiſitum eſt,ſine noſtro
facto à nobis euelli nõ poteſt,in l.id,qđ noſtrū. ff. de reg.
iuris,& c.ab eo,de elec.li.6.facit.c.2.de præben.li.6.;ubi
ſolum dr̃,ꝙ Papa põt ꝯcedere beneficia uacantia, uel ex
plenitudine poteſtatis dare ius ad uacaturam:non autem
dicit,ꝙ de facto poteſt aliquem priuare.¶ Sexto & ulti-
mo per autoritatem glo. 10.diſtin & Archi.ibi, ubi con-
17 cluditur † Papam non poſſe ceſſante legitima cā diuide-
re ep̄atum in duo ſine conſenſu ep̄i per c.multis 16.q. 1.
& ꝯ̄ id,qđ ſentit Io.An.in c.quod ob gratiam,de re. iur.
li.6.in Mercurialibus,in illa.q.nūquid põt Papa aliquem
prælatū trāſferre inuitū,& ur̃ concludere, ꝙ nõ cā nõ exi
ſtente,& forte ob hoc Papa Alexāder ultimus ſtatuit in
concilio Piſano,ut nullus ep̄s transferretur inuitus. ad
prædicta facit optimè.c.conquerente,de reſt.ſpol.ubi dr̃.
ꝙ non decet honeſtatem ſuperioris ſine manifeſta & ra-
tionabili cauſa ſpoliare aliquem ſuis beneficijs, cum te-
neatur illis paterna prouiſione conſulere;facit.c.cum ſed
apoſtolum,iuncta glo. fina.de præben.ad idem gl.in cap.
j.22.diſt.quæ dicit Papam non debere ius unius eccleſiæ
ſine cauſa alteri dare. ¶ Venio ad tertium membrum
ſcilicet quando dubitatur,an ſubſit cauſa;& multa in hoc
poſſunt.allegari;ſed non inſiſtam ꝓꝑ prolixitatem euitā-
dam:ſed quod præſumi debeat,faciunt notata per legi-
ſtas in l.ſi.C.ſi ꝯ̄ ius uel uti.publi. & in l. præſcriptione.
C,de preci.impera. offe.ubi cõiter uolūt cām p̃ſumi in
principe,etiā ſi agat in his,q̃ competunt alicui de iure gē
tium,& etiam in his,quæ ſunt de iure diuino,ſi in illo re
peritur aliàs diſpenſatum.& nota per aliquos in dicto c.
quæ in eccleſiarum.Ego uero diſtinxi ſic,ꝙ aut Papa diſ
ponit ꝑturbando uniuerſalē ſtatū eccleſiæ nulla ratione
apparente

apparente;& non eſt ſuſtinendum.unde præſumetur tunc
iuſtitiæ cauſa.pro hoc facit notabile dictum Inn.in c. quã
to,de conſuetu.ubi dicit Papam non eſſe ſuſtinendum , ſi
ſine magna cauſa & alijs nota uult mutare uniuerſalem
ſtatum eccleſiæ;ut puta ſi uellet auferre epiſcopis pote-
ſtatem chriſmandi,uel baptizandi ſecundum eum . ¶Idẽ
dicerem in caſu propoſito,ſi uellet deponere omnes epi
ſcopos,uel maximam multitudinẽ,& ſic iudicio meo poſ
ſet intelligi & ſaluari glo.in c.per principalem.9.q.3.quę
dicit Papam non poſſe deponere omnes epõs, ſed unũ ſic,
ut in uno præſumatur cauſa,nõ ſic in omnibus,uel in ma-
gna multitudine ꝑꝑ grauitatem pręiudicij,argumentum
optimum in cle.paſtoralis,de re iudi.nam & Paulus ſolus
reprehendit Petrum,cum uideretur deuiare à regulis &
doctrinis cõibus euitãdo gẽtiles iudaizãdo in moribus,ut
c.Paulus 2.q.7.& originaliter habẽt ad Galatas. 2. c. ubi
dr̃,ꝙ Paulus reſtitit Petro in faciem eò, ꝙ reprehenſibi-
lis erat.multo ergo fortius hoc poterit tota eccleſia. &
hoc facient etiam ex gñali poteſtate ſibi tradita à dño,ut
ſupra dixi.nam ſi caput dolet,& errat,debet totũ corpus
reſiſtere:quia non eſt tunc bonus paterfamilias.unde Hie
ronymus.93.diſt.legimus.orbis eſt maior urbe. & ſi dice
remus contrarium,poſſet Papa adducere ad cõfuſionem
totam eccleſiam,quod non eſt dicendum, cum Deus ora
uerit pro ea,ut ſuprà dixi . In alijs uerò particularibus,
ubi non perturbatur uniuerſalis ſtatus eccleſiæ , & fides
non uiolatur,præſumendum eſt pro eo,quod non mouea
tur ſine cauſa rationabili,pro hoc.c.cum à nobis , in fine
de teſtibus.& clemen.literis, de proba. ubi bonus textus
cum gl.& ſic ſalua dicta legiſtarum.inſtar.n.ſacrilegij,ha
betur diſputare de iudicio principum.17.q.4.§.qui autẽ,
& in l.2.C.de crimi.ſacri.& maxime dicendum eſt hoc in
Papa,quem merita Chriſti,& Petri aut ſanctum inuene-
runt,aut ſanctum faciunt.c.1.40.diſt.&c.¶Nunc reſtat re
ſpondere ad contraria,ad quę breuitatis cauſa ſigillatim
non reſpondeo,maximè quia,ſi quis benè prædicta libra-
uerit,contrariam recipiet limitationem per ea, quæ dixi
in ſolutione.Nam fatendum,ꝙ Papa poteſt ex cã diſpen-
ſare quandoque circa ius diuinum , diſpoſitionem conci-
lij & uniuerſalem ſtatum eccleſiæ,& autoritatem ſummo
rum pontificum:ſed ubi omnino ceſſat cauſa, non poteſt,
ut plenè liquet ex prædictis.& ad c.1.de renuntia.ĩ 6.dic
quòd Papa renuntiauit ex cauſa . nam ſine cã peccaret ꝑ
ea,quæ habentur in c.niſi cum pridem,de renũcia. & per
ea,quę notantur in dicto c.1.¶Et aduerte circa hoc con
iugium ſpirituale.cõtrahitur enim primò cõiugium cum
eccleſia uniuerſali,cum unicus ſit in ſe epatus, ut prædi-
xi,& dr̃ contrahi eoipſo,qđ eps̃ conſecratur.tunc. n. im-
primitur ei character,quod per nullum,q̃ per Deum de
leri põt,& remanet poſt mortem , ut legitur & notatur
in c.2.32.q.7.& hoc eſt illud coniugium ſpirituale , quod
fortius eſt,q̃ carnale,cum illud diſſoluatur morte in ca.
pen.& ulti.de ſecundis nuptijs,& plenius de hoc ꝑ Hoſt.
in c.inter corporalia,de transla.præla. qui ſic intellexit
principium illius.c.j. ¶ Secundò contrahitur matrimo-
nium ſpirituale,ſ.inter epiſcopum & illam eccleſiam par
ticularem,cui pficitur.& hoc coniugium non eſt ita for-
te , ſicut carnale : tamen non poteſt diſſolui ab homine
ad inſtar carnalis,ut in d.c. 2.ſed per Papam ex cã poteſt
diſſolui.ſine cauſa uerò non:quia ſaltem deſignat coniun
ctionem,quæ conſiſtit in ſpiritu inter Chriſtum , & fide-
lem animam.unde quemadmodum inter Chriſtum & fi-
delem animam ſignatam non diſſoluitur ſine cauſa , ita
nec ſignum non obſtat dictum Specu.procedit enim , ubi
non decoloratur ſtatus eccleſiæ uniuerſalis,nec lædit̃ di-
rectè uel indirectè ordinatio Dei,ut ipſemet ſpeculator
uoluit e.ti.ſub rubrica de diſpen.§.nunc breuiter,circa fi
nem.ubi poſuit caſus plurimos,in quibus diſpenſare non
poteſt,& maximè in uer.12.& ſequenti . ubi tenet inter
cætera,qđ diſpenſatio Papæ non ualet contra euangelia
uel uniuerſalem ſtatum eccleſiæ:ſeu ubi decoloratur ſta-
tus eccleſiæ,uel contra ea,q̃ ſancti patres diffinierunt be
ne per c.& ſi illa,1.q.7.& 25.q.1.quæ ad perpetuam,& c.
ꝯ,& 15.di.c.2.cum ſimilibus.ſic ẽt limitandum eſt dictum
Baldi,maximè cum ipſe nihil boni allegat, & cap.omnis,
loquitur in translatione fienda ex cauſa.c.ſi gratioſe,nõ
loquitur,ubi matrimonium eſſet contractum inter præla
tum & eccleſiam:ſed qñ diſpenſatio fit ad tempus ꝑꝑ uti
litatem perſonarum,quam Papa ex cauſa facere põt,ar-
gu.c.de multa,de præben.in fine. & hæc ſufficiant quo ad
primam quæſtionem.& non miretur quiſpiam de proli-
xitate adhibita in hac prima quæſtione: quia non parum
eſt attingere & explicare fundamentum poteſtatis totius
ut ita dixerim,eccleſiæ,& quia ex ſuperius dictis facilius
infertur ad deciſionem aliarum quæſtionum , in quibus
breuitatem cum hac prolixitate compenſabo,&c.¶In ſe-
cunda quæſtione arguitur,ꝙ præfata appellatio non de-
buerit per concilium admitti.nam appellatio eſt ꝓpriè
de minore iudice ad maiorem prouocatio,2.q.6.anterio
rum;adeo,ꝙ etiam ſi per errorem appellatur ad minorẽ
iudicem,non ualet in aliquo appellatio,ut in l.j.ff.de ap-
pellatio.ſed concilium non eſt ſuprà Papam.imò concilium
recipit autoritatẽ a Papa,ut in c.ſignificaſti,in fi.de elec.
& 20.di.quãuis,patuit clarius ex multis ſuprà, in primo
dubio deductis.ergo appellatio talis non erat admitten-
18 da.¶ † Secundò ur̃ de hoc tex.expreſſus in c.cuncta ꝑ mũ
dum.11.q.3.ubi dr̃,ꝙ à qualibet parte mundi ad ſedem
apoſtolicam appellari poteſt.ab illa autem nulli eſt ap-
pellare permiſſum,& quia nulla præcedente ſynodo ha-
bet facultatem ſoluendi,quos ſynodus unquam damnaue
rat,& damnandi,quos oportuit,nulla ſynodo exiſtente,&
eſt ille tex.ualde notabilis & facit pro his,quæ dixi in pre
cedenti dubio:& ſolus Papa ſine concilio poteſt ex cauſa
deponere etiam imperatorem;ad idem c.nemo, & c.alio-
rum,& c.per principalem,eadẽ cã & quæſtione.¶Ex qui-
bus iuribus colligitur,quod à toto clero,& populo,& im
19 peratore Papa iudicari non põt.¶ † Tertiè probatur per
ar.à maiori.cum enim nec ab imperatore ſeculari, nec à
ſententia præfecti pretorio appellari poſſit, ut l.j.ff.à qui
bus appellare non licet,& l.una.C.de ſenten.præfec.pra
to.multo fortius nec a Papa appellatur , licet ipſius po-
teſtas ſit longe maior imperiali,ut in c ſolitæ, de maior.
20 & obedien.& in c.duo ſunt.96.diſtin. ¶ † Quarto fortiſſi
me facit,quia Papa eſt Dei Vicarius in terris,in c.ij. &c.
de transla.præla.ſibi enim in perſona Petri dictum fuit,
Paſce oues meas,& quodcunque &c.de elec.c.ſignificaſti.&
34.q.1.quodcunque,& c.loquitur.ergo cum omnibus ui
ce Dei ipſe præſit,à nemine excepto Deo corrigi & de-
prehendi poteſt,ut in d.c.aliorum,& in c.nemo, & c.cun
cta.appellatio enim præſupponit maioritatem quandam
in eo,ad quem appellatur,ut ſuprà dixi,adeò,quòd de ui
cario epĩ ad ipſum epiſcopum appellari non poteſt , cum
ſit idem tribunal,& eadem iuriſdictio ; nec conſuetudo in
contrarium ualet tanquam ſubſtantiæ rei repugnans , ut
legitur & notatur in c.2.de conſue.lib.6.Sed maioritas ſ
Papam nunquam fuit tradita concilio, cum nullum uer-
bum fuit apoſtolis dictum iuriſdictionis,ſeu poteſtatis co
latiuum,quàm fuerit dictum ipſi Petro:imò multa Petro
fuerunt dicta, ut plenè dixi ſupra in primo dubio,ꝑ quæ
ipſimet apoſtoli,qui erant ſpiritu dei pleni ad maiorem
confirma-



confirmationem hoc ipſum uoluerunt ꝙ ipſe Petrus lo-
co Dei omnibus præeſſet.23.diſt.ſacroſancta , ergo hæc
appellatio nullo iure ſiue iuris colore fundari p̃t.¶Quĩ
to & ultimo ur̃ probari in c.per uenerabilem,in fine,qui
filij ſint leg.uer.rationibus.ubi ex lege diuina ꝓbat tex.
quod in omni dubio recurrendum eſt ad fidem apoſtoli-
cam,& ipſius diffinitioni & mandato loco Dei obtempe
rãdum ẽ ab omnibus.non ergo licet concilio de ipſius dif
finitione iudicare,cum facta concilij ſint per ipſum Papã
corrigenda,uel approbanda,ut ibi,& d.c.cuncta per mũ-
dum.Ridiculum enim eſſet dicere , cum ſtatuta concilij
poſſint tolli per Papam, ut no.in c.ubi periculũ, de elec.
lib.6. & in c.ſignificaſti,eo.tit. ꝙ à Papa poſſit appellari
ad concilium:ſi enim concilium eſſet ſupra Papam , non
poſſent per eum illius ſtatuta uiolari,ut in cle. ne Roma
ni,de ele.quod tamen eſt falſum,ut ſupra dixi.Ipſe enim
Papa ſuperiorem in hoc ſeculo non recognoſcit,ut in c.
per uenerabilem,præalleg.poſt princip.& in ca. licet, de
electi.in fine.ubi dr̃,ꝙ ad ſuperiorem in facto Papæ non
poteſt haberi recurſus;& eſt ille bonus tex.in materia ap
pellationis,& facit c.ſignificaſti,eo.tit.¶ In contrarium,
ꝙ appellatio debuerit admitti,primò concilium genera
le eſt maioris autoritatis,quàm ſit ſolus Papa. ergo à Pa
pa ad illud poteſt appellari.conſequentia patet ex ſe , &
infra melius corroboratur.antecedens probatur, in con
cilio generali non ſolum intereſt Papa, ſed omnes præla
ti orbis,ut in c.1.2.& 3.& c multi 18.diſtin. & repræſen-
tatur ꝑ hoc ꝯcilium tota eccleſia uniuerſalis,ut patet A-
ctuum.15.facit.c.ſicut,in fi.15.diſtin.c eccleſia,de conſe-
cra.diſtin.j.ſed nulli dubium,quin tota eccleſia ſic iuncta
cum capite ſuo maioris autoritatis ſit , quam ſolus Pa-
pa.nam,ut ſ̃.in primo dubio dixi,poteſtas fuit tradita to
ti eccleſię:ſed per Papam exercetur tanquã per caput ec
cleſiæ,ut in c.manet.24.q.j.& in c.ita dñs.19.diſt.pleniſſi
me dixi ſ̃.hinc eſt,quod maioris autoritatis eſt conſtitu
tio totius concilij,quàm ſolius Papæ ; ut colligitur per
21 c.1.20.diſt.& ibi per Archi.¶ † Item Papa ſolus põt er-
rare,& eſſe hæreticus xl.diſt.ſi Papa,& inſufficiens ad re
gimẽ eccleſiæ,ut in c.1.de renuncia.lib.6.ſed tota eccle-
ſia errare nõ põt,ut legitur & notatur in c.à recta, 24.q.
1.& in c maiores,de baptiſ.hinc ẽt eſt, qđ ardua non ſo-
let Papa explicare ſine præſentia concilii , ut legitur &
notat̃ in c.ad apoſtolicæ,de re iudicata,li.6. & per Hoſt.
in c.ex geſtis,de cleri.non reſiden.conſequentia ſatis cor
roboratur per optimum ſimile , archieps̃ eſt maior epĩs
ſuæ prouinciæ ad eo,ꝙ ſuper eis habet plenariam iuriſ-
dictionem,ut in capitulo paſtoralis,de officio ordina. 6.
q.3.ſcitote nihilominus de illo archiepõ appellat̃ ad con
cilium prouinciale,cui intereſt archieps̃ tanquam caput
ut notatur ſecundum unum intellectum in dicto capitu-
lo,multis not.glo.in c.a collatione,de præb.li.vj.& 2. q.
1.omnis oppreſſus.¶Item de ordine a pręſide appellatur
ad præſidem.ff.quando appellandum ſit l.j.§. ſolent. de
epõ & capitulo appellatur ad ipſum archiepm̃,ut d.cap.a
collatione.ſic dicendum in propoſito , ut à Papa poſſit
appellari ad concilium,cui intereſt Papa ut caput. ¶ Se-
cundo adduco.c.ueniam,& capitulum, cui ſententia, 35.
q.9.& maximè iuncto.c.cum ex literis,de integ.reſti. ubi
dr̃,qđ ſententia Romani pontificis põt in melius commu
tari,qñ iuſtitia primò lata non eſt: ſed reformatio ipſius
non põt in melius referri,q̃ ad totam eccleſiam,ubi inter
eſt ẽt ipſe Papa.nam & ſolus Paulus reſiſtit ipſi Petro in
faciem,& ipſum reprehendit,cum ex facto ſuo ſequeret̃
ſcandalum in eccleſia Dei.2.q.7.Paulus Petrũ reprehen
dit,ut latius legitur ad Galatas.2.c. & tñ Petrus primò
comedebat cũ gentibus,nec diſcernebat cibos ab eis, ſi-
cut faciebant Iudæi demum ſuperuenientibus ibi quibuſ
dam Iudæis timens eorum ſcandalum ſubtraxit ſe a gẽ-
tibus,& diſcernebat ab eis cibos , ſicut faciebant Iudæi;
& ſic indiſtincte cogebat per exemplum ſuum alios iudai
zare.qđ uidens Paulus eum reprehendit , & ſibi reſtitit
in faciem;fortius hoc poterit facere tota eccleſia , alias
ſolus Papa poſſet deducere eccleſiam ad cõfuſionem ma
ximam;qđ non eſt dicendum,ad idem.2.q.7.§. item cum
Balaam ubi aſina reprehendit Balaam prophetam,& per
aſinam deſignatur ſubditus,per prophetam Balaam præ-
latus,ut ibi ad denotandum,qđ cum prælatus cogit ſub-
ditum ad malum,poteſt ab eo reprehendi.¶ Tertio facit
§.hinc colligitur. 1.ubi dr̃,quod conciliorum uenerando
rum autoritas ſingularem in eccleſia ſedis apoſtolice ad
didit poteſtatem. & dicit ibi,quod Papa principaliter ha
buit poteſtatem a Deo.21.di.quamuis,& 97. diſt. omnes
ſecundariò uero a concilijs ; ergo concilium eſt maioris
autoritatis,quam Papa:alias non potuiſſet dare autori-
tatem Papæ,cum nemo dat,quod non habet.1.q.7.Day-
bertum,& c.quod autem,de iure patronatus . ¶ Quarto
uidemus,quod in arduis & concernentibus ſtatum totius
eccleſiæ,ut in cauſa fidei,recurritur ad concilium ut le-
gitur & not.in c.Anaſtaſius,xix.diſt,& in ca.ſicut.15.diſt.
& patet Actuum.xv.cum enim fuit in primitiua eccleſia
22 † dubitatum,an conuerſi ad fidem deberent circuncidi ,
miſſum fuit non ſolum ad Petrum,ſed ad totam eccleſiã,
quæ erat Hieroſolymis.nec legitur qđ Petrus præſtite-
rit maiorem auctoritatem,quam reliqui apoſtoli , & ſe-
niores:ſed omnes communi conſenſu ſtatuerunt , ꝙ non
fieret circuncιſio,& ſic communi nomine facta fuit reſpõ
ſio,ut legitur,ubi ſupra,& plenius ibi dixi ſuper primo
dubio.ergo cum opus erat,recurrebatur ad concilium ẽt
inter illos,qui erant ſpiritu ſancto pleni,& ſatis informa
ti de potentia Papæ & eccleſiæ;ergo potuit hoc caſu no
ſtro appellari ad concilium ut uideatur, an epĩ ſint ſo-
la uoluntate Papæ remouibiles.qđ dubium ſatis eſt ar-
duum,cum epĩ dicant̃ legati Chriſti , confratres Papæ &
columnæ eccleſiæ,ut in d.cle.de pœnis,& ſunt loco apo-
ſtolorum,ut in c.uidentes.xij.q.j.& in cap.in nouo.xxj.di.
& in c.legimus 93.diſt.& ſunt uicarij Dei ſaltem in parte
37.q.1.mulieres non ob.ſi dicatur,qđ ſpeciale eſt in cã
fidei,ut in ea ſit concilium ſupra Papam,ut no.glo. in di
cto.c.ſicut,& in c.Anaſtaſius,& in c.ſi Papa xl.diſt.qa hęc
ſpecialitas non probatur iure diuino , unde emanauerat
poteſtas Papæ,& eccleſiæ.non.n.legitur,qđ in cauſa fidei
Deus dedit maiorem poteſtatem concilio , ſeu eccleſiæ,
quam in alijs caſibus,uel quam Papæ.Chriſtus.n.in tranſ
latione poteſtatis fuit uſus uerbis generalibus, ut pleniſ
ſime dixi ſupra in primo dubio,cum ergo eccleſia uſa ſit
hac poteſtate in cauſa fidei etiam ſupra Papam; ergo &
in omnibus alijs arduis,ubi Papa iudicio uniuerſali erra
ret,uti poteſt:quia qui põt maius,ergo & minus conceſ-
ſum ur̃,ut dicit tex.in c.ex parte,el.2.de decimis. Si enim
concilium repræſentãs totam eccleſiam,ut dicam in ter-
tio dubio,diſponit in cauſa fidei etiam ſupra Papam , ut
in c.ſi Papa,præall.& 2.q.7.§.item cũ Balaã,uer.itẽ ſi ma
ius,& qđ ibi no.Archi.expreſsè tenet idem Arch.in c.in
fidei fauorem,de hære.li.6.& Hoſtien.quem ſequi ur̃ Io
an.An.in c.ꝓpoſuit,de cõceſ.præb.& in c.per uenerabilẽ,
qui filij ſint legitimi,ergo poteſtatẽ iſtam recepit à Deo:
aliàs non poſſet iudicare,iuxta illud euangelicum, Pote
ſtatem non haberes in me ullam,niſi data eſſet tibi deſu
per,ut legit̃ & notat̃ in c.nimis,de iureiurando,& 21. di.
inferior,de maio.& obe.cũ inferior.nec obſtat,ſi dicatur
quod

qđ in cā fidei iudicat:quia tota eccleſia errare non pōt, cum Deus pro ea orauit,ut legiť in c.maiores, de baptiſ. & glo.in c.recta.24.q.1.quia,ut dixi in dubio primo,etiā conciliū poſſet errare,nec ꝑ hoc deficit fides,cum pōt cōſiſtere in perſona unius uetulæ, quæ nunquam interfuit concilio,ſicut accidit in perſona beatę Virginis per paſſionem Chriſti apoſtoli enim & alij credentes defecerūt ante reſurrectionem, licet eidem dedit poteſtatem clauium,ut in c.officii,de pænit.& remiſ.unde apoſtolus autoritatem habens in eccleſia ſcribens ad Corinthios ſic in epiſtola ſcripſit.Neſcimus,quoniam angelos iudicabimus.quanto magis ſcelera? & dixit angelos,i.ſacerdotes, qui propter excellentiam ordinis in numero angelorum computantur xxvj.di.§.ecce,uer.hic & Malachias,& trāſumptiue hř in capitulo per uenerabilem,uerſic.Paulus, qui filii ſint legi.& quamquā Hoſt.ibi intelligat dictum de Papa & cardinalibus,hoc ego non credo, cū tpe apoſtoli non eſſent adhuc cardinales:ſed potius uř de tota eccleſia,ut ſatis colligiť mens ſua Actuum 20.prope mediū ubi dř,qđ Paulus uocabat maiores natu eccleſiæ Epheſinæ,& inter cętera dixit,Attēdite uobis & uniuerſo gregi,in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epōs regere eccleſiā dei,quā acquiſiuit ſanguine ſuo &c.ſic uř,ꝙ regimē eccleſiæ non ſit in ſolo Papa,ſed in omnibus prælatis & ꝓ hoc bonus tex.in c.benè quidem xcvj.di.ubi alia cā, quam fidei concilium diſcutiebat peragenda,& diffiniuit. Papa aūt locutus fuit ibi tanquam unus de cōcilio ad idem facit.c.1.de deſpon.& c.Oſius,de elec.& in c.aduerſus, poſt prin.de immu.ecc.j.q.7.cōueniētibus,& c.Adrianus. 63. diſt.¶Vltimo uř de hoc caſus in c.legitimus 93.di. ubi dicit Hieronymus,ꝙ totus orbis eſt maioris autoritatis, q̄ ſola urbs Romana:ex quo glo.ibi colligit ar.ꝙ ſtatutum concilij præiudicat ſtatuto Papæ,ſi contradicant ſibi adinuicem.Cum ergo concilium ſit maioris autoritatis, q̄ ſolus Papa;ergo ab eo ad cōcilium appellari pōt.2.q.6. anteriorum.¶Ad ſolutionem Chriſti & eius matris,cuius res agiť,præcipuè præſidio humiliter inuocato,condeſcendens,arbitror ſic dicēdum, ꝙ aut Papa conſentit, ꝙ appellatio recipiatur & examinatur in concilio. n. debet admitti.nam cum princeps non poteſt ſuam ſententiā etiam non iuſtam reuocare,ut in c.unica,& in ca.ſententiam xxxv.q.ix.& de in inte.reſti.tum ex literis,& c. cum olim,de re iud.& de dolo & cōt.cum olim, fortius pōt ꝯſentire,ut in concilio examinetur,ubi etiam ipſe interē. & multum bene facit c.nos ſi cōpetenter. 2.q.7.& per illum tex.ſeu eius rationem deberet Papa uelle,ubi dicit, ꝙ Papa ſi incompetenter aliqd egerit,& in ſubditis ſuis iuſtæ legis tramitem non obſeruauerit,etiam iudicio imperatoris paratus eſt illud emendare,reddens rationem. nam ſi nos,qui aliena debemus corrigere peccata,peiora committimus,certè nō ueritatis diſcipuli,ſed qđ uolentes dicimus,erimus p̄ cæteris erroris magiſtri &c. Si ergo ex humilitate Papa ibi uoluit ſe ſubiicere imperatoris iudicio,fortius dēt uelle pati,ut factum ſuum diſcutiať ꝑ cōciliū.nam,ut s̄.dixi,ibi eſt maior auctoritas,cum ibi tota ſit eccleſia repræſentatiuè.neque ꝑ hoc iudicať a cōcilio,ſed & ipſe & cōciliū diſcutiūt.an bene egerit,ſicut ab archiepō appellať ad cōciliū ꝓuīciale,ubi ipſe p̄ſidet, ut s̄.dixi.& impator dicit,nō erubeſcimus,ſi quid melius horū,quæ prius ipſi diximus,inueniamus,cōpetentē prioribus imponere correctionē,ne ab alijs corrigi expectemus,in auc.de nup.circa prin.colla.4.facit qđ legiť & notať in c.quāř & qñ,el.1.de accu.& ꝑ iura p̄dicta pōt admitti appellatio de Papa malè informato ad eundem benè informatū.nā in Papa nō debemus iudicare ſm leges humanas,cum eis nō aſtringať,ut in ca.propoſuit,de conceſ.pb.& in c.innotuit,& c.ſignificaſti,e.ti. ſed ſm legem naturalē & diuinā,qua aſtringitur.25.q.1. ſunt quidam, hēt quis ſuum errorem corrigere:imò dēt eſſe magnæ ſapientię.22.q.4.c.magnæ,& c.nos ſi.& uř eſſe nō Papa, cū male agit,unde altera perſona cēſeť, cū poſtea bene eſt ædificatus,ſicut in ſimili dicit tex.nō eſt iudex, ſi non eſt iuſtitia in eo,de uer.ſig.forus.nā & ipſe Deus ſuam ſententiam qñque immutat peccatore ſuos mutante mores, ut legiť & notať in c.incommutabilis.22.q.4.unde dř,diſce mutare mores,quia Deus nouit mutare ſententiam, ut ibi no.in Papa debet fortius reuocare, qđ male fecit, ex quo reperit cām aliter ſe habere.fateor tñ, ꝙ iſta non eſt propriè appellatio,de qua iura faciunt mentionem cum per eā non ſuſpēdať ſententia,nec cā deuoluatur ad ſuperiorē,qđ eſt proprium appellationis,ſed eſt appellatio generaliter ſumpto uocabulo.appellať.n.ideſt ꝓuocatur ipſe Papa,ut diligētius examinet negotium,ſicut dicimus de appellatione extiudiciali,quæ eſt quædā ꝓuocatio ad cām,de appellationibus,cū ſit Romana, & obtinet uim cuiuſdā ſupplicationis,ar.auť.quæ ſupplicatio.C.de præci.impera.offer.& facit bñ in ſimili,ca.paſtoralis, de appel.ubi dicit,ꝙ ſi Papa inhibuit appellationem in aliquo negotio,nihilominus,ſi appellatur, dēt ſuperior iniuſtitiā reuocare uel ui appellationis deuoluentis cām,licet nō ſuſpendentis,à iudice,à quo uel ui querelę.Fateor tñ,qđ Papa non cogiť talē appellōnem admittere, ut in iuribus & rōnibus præallegatis,& maxime in d. c. ueniā, & ca.ſententiā,& c.cum ex literis,cū ſimilibus. Aut Papa ꝯdixit,qđ ſupradicta appellatio admittať in concilio, & tunc eſt dubiū:ſed ut latè habeamus materiam ampliando terminos,dico,ꝙ quædā ſunt, in quibus Papa habet plenitudinem poteſtatis,ut in his,quæ ſunt iuris poſitiui, nec decoloratur ſtatus eccleſiæ, & in illis debet admitti appellatio:quia nemo in illis pōt ſibi dicere, cur ita facis,cum ipſi fuerit data a Chriſto plena poteſtas diſponēdi,& ſi male diſponit,uę animæ ſuæ,ut in ca.aliorum, & in c.nemo.9.q.3.& 99.diſt.in memoriam;& in his intelligo iura,quæ dicūt,qđ a Papa appellari nō pōt,ut in c.cūcta per mundum,eadem cā & quæſtione,qđ ſic loquitur, ſi bñ pōdereť.in fine ſui maxime quędā ſunt,quæ Papa attentare nō pōt;& in illis poterit qñdoque admitti appellatio,& de his caſibus uide per Spe.in ti.de legato,ſub rubri.de diſpenſatio,§.nunc breuiter, uerſiculo hęc autem ſunt,uſque ad finē,q̄ ſinglř ꝓſequi lōgū eſſet. Sed ponam tres caſus,in quibus credo appellationē admittendā etiā inuito Papa. Primus,cū p̄cipit aliquid ꝯ fidē.in hac. n. cā cōciliū eſt ſupra Papā,& licite receditť a Papa.24.q.1.Acatius.19.di.c.Anaſtaſius,& d.§.item ſchiſmaticus,cum ſimil.s̄.alle.nā in eo,ꝙ Papa eſt hæreticus,minor eſt quolibet catholico,ubi dicit gl.in d.c.Acatius. nec eſt caput eccleſiæ,ſed extra eccleſiam.hoc autem cognoſcere hēt eccleſia,cui in perſona Petri data fuit poteſtas a Chriſto, ut in d.c.remanet xxiiij.q.1.& ſi diceremus contrarium, poſſet eccleſia deduci in nihilum , cum Papa poſſit eſſe hæreticus,d.c.ſi Papa,& inſufficiens,ut in c.1. de renun. lib.vj.& iſte caſus indicio meo non habet multum dubitationis,cum in hoc caſu ferè oīam ſnīa pōt iudicari a cōcilio,ut ſupra dixi;fortius pōt eius p̄ceptum contra fidem corrigi per concilium. ¶Secundus caſus magis dubitabilis,cum ex ſuo præcepto ſeu ſententia decoloraretur ſeu immutať uniuerſalis ſtatus eccřiæ.nam cōiter teneť. Papam hoc facere nō poſſe, ut no.in c.literas, de reſti.ſpo. in uerſi.diſpenſare,& in c.propoſuit,de cōce.pb.& Inno. in c.cū ad monaſterium,de ſta.regu. Spec.in loco p̄xa legato in uerſi.xij.& uidetur tex.in c.& ſi illa.j.q.7.& c.q̄ ad perpetuam.25.q.1.per Archi. in d.c.ſunt quidam. & facit quod notat Abba.in d.c.nulli,de ſenten. excommu. glo. ñ decreti in hoc uideņť contrariæ.nam glo.in dicto c.quę ad perpetuā,dicit,ꝙ cōtra uniuerſalem ſtatū eccleſiæ Papa nō diſpenſat:ſed bene,qñ non eſt ita gñale, ſicut exemplum ponit in continentia ſacerdotum.ſed glo. Bar.Brixien.in c.ſunt quidam,ea.cā & qōne,dicit, quod quicquid dicat Io.qñq; Papa diſpenſat contra generalē ſtatū eccleſiæ,ſicut fecit in c.non debet eſſe,de conſan. & affinita.ſed concordando dico,quod ꝑ illud ſtatutū non decolorauit ſtatum eccleſiæ: ſed potius reformauit, nec ſolus fecit,ſed cū toto concilio.unde dicerem, ꝙ cum ex mutatione uniuerſalis ſtatus eccleſiæ decoloratur eccleſia,non poteſt Papa ēt diſpenſare,ut in dicto.c.& ſi illa:ſecus,ſi non mutareť,ſed potius reformaretur, ut ſentit Inno.in.c.quāto,de conſue.ubi dicit,quod ex magna cā, & alias non pōt Papa uenire contra uniuerſalem ſtatū eccleſiæ;quod eſt not.& in hoc caſu credo, ꝙ ualeat appellatio ad conciliū,ſaltem ut conciliū reſiſtat Papæ,ne cōfunda: Dei eccleſiam.nā,ut no.dicit Inno. in dicto.c.quanto non eſt Papa ſuſtinendus, ſi uult uenire cōtra ſtatū eccleſiæ uniuerſalem ſine cā manifeſta.non.n.pōt ſibi congruētius reſiſti, quàm per totā eccleſiam, ſicut Paulus reſtitit Petro,ut prædixi. & ſub hoc credo includi caſum noſtrum,ut plene tetigi in primo dubio.quare concludo,ꝙ dicta appellatio,de qua in themate, fuerit admittenda ꝑ ea,quæ ſatis plenæ dicta ſunt ſupra. nec hoc caſu iudicať Papa:ſed potius ſibi reſiſtitur,ne deſtruat eccleſiā Dei.intereſt.n.totius corporis,ne caput male agat;facit optime dictum.§.item cū Balaam.2.q.vij.¶Tertius caſus,cum Papa præcipit id,quod eſt in ſe malū,uel uehemēter ex ſuo præcepto præſumiť ſcandalū futurum.nam tali pręcepto non eſt obtēperandū,ut no.Inno.in c.inquiſitioni,de ſenten.excom.probať.11.q.3.ſi is,qui præeſt, & c. q̄ reſiſtit, & c. Iulianus,& c.ſi dominus.xl.diſtinctio.c.i.debet.n.tota eccleſia reſiſtere ſcandalis futuris,& ne mala ꝯ legem Dei cōmittanť ad inſtar Pauli,qui reprehendit Petrū,ut ſupra dixi,& aſina,q̄ denotat ſubditū,reprehendit Balaā prophetam,qui denotat prælatum. Et ſi quæris,unde cōcilium hēt hanc prorogatiuam cognoſcendi & reſiſtendi, Reſpondeo ea,quæ dixi in primo dubio, & ſupra in argumentis pro iſta parte. & bene facit dictum Hoſt.in c.ꝓpoſuit,de conceſ.præben.ubi dicit,ꝙ licet Papa non poteſt accuſari,uel cōdemnari ab homine niſi de hæreſi, dicto. c.Papa:poteſt tñ moneri ſecretè,ſi palam peccat mortaliter.nam,uelit nolit, ſubiacet euangelicæ ueritati quo ad monitionem faciendam,quæ cuilibet data eſt.2.q.1. ſi peccauerit dicit tamen,ꝙ non ſubiacet quo ad id, quod ibi dicitur,dic eccleſiæ,niſi in hæreſi.ſi enim eſt impænitens,debet dici eccleſiæ ſecundum eum,id eſt Deū orando,ꝙ ipſum inſpiret,& eccleſiæ triūphāti, ut oret ꝓ ipſo nā ſi iperator & totus clerus & totus populus cōuenirent ipſum nō poterunt iudicare.caueat tñ ipſe : qa aīa ſua in manibus ſuis,& ipſi terribilius iudiciū imminet & intolerabilior cruciatus 20.q.3.nemo,& c.aliorum. in ſubditis aūt hēt poteſtatem ſm eū,ꝙ eius præcepto eſt obediendū ēt ſi dubiū ſit,an ſit mortale,dūmodo uinci pōt conſcientia.Si autem certum eſſet peccatum eſſe mortale,tunc ei non eſt obediendū;ſed recognoſcendus eſt Papa cæleſtis, ſ.deus,dicto.c.Iulianus,& eccleſia triūphans,q̄ non fallit.& hoc ultimū placet,& cōcordat cū dicto Inno.in d.c. inquiſitioni,& facit quod no.Io.And. in c. ſignificaſti. de offi.ord.& in c.cū adeò,de reſcrip. ſed p̄cedens dctm̄ non placet.nā ſi Papa ſtat in peccato notorio & ammonitus ꝑ ꝯciliū nō uult deſiſtere,& ſic ſcādalizat eccleſiā,pōt puniri tanq̄ hereticus ꝑ ꝯciliū,ut dicit gl.ſingularis,quā approbat totus mundus in c.ſi Papa,p̄alleg.& ſic ꝑ hāc uiā pōt denunciare ꝯciliū crimen Papæ,& ad effectū ut ꝑ eccleſiā amoueať & corrigať,pōt appellari ad conciliū,ubi peccatū eſt notoriū & hæc ſufficiant quo ad ſm dubium. ¶In tertio dubio uř primò,ꝙ tā principes ſeculares, quā clerici ēt ſine p̄laturis debent intereſſe ꝯcilio gñali. de principibus ſecularibus uř tex. in c. ad apoſtolicæ, de re iudi.lib.vj.ubi Papa pollicitus fuit ſe uocaturū ad cōciliū reges,p̄latos,& clericos tā eccleſiaſticos, q̄ ſeculares, ut ꝑ ſe,uel ꝑ ſolennes nuncios ad ꝯciliū ꝯuenirent de imperatore,ꝙ īterfuit ꝯcilio multū ſolēniter,legiť in c. nūc aūt.21.diſ.& qđ plus eſt,ibi impator ꝓpoſuit,ſicut quilibet p̄latus.ad idē.c.Adrianus.62.diſt.ubi dř qđ Carolus rex Francorū cōſtituit ſynodū gñalē cum Adriano Papa & nō ſolum interfuit,ſed ēt fuit auctor in cōſtituendo. in qua ſynodo fuit tranſlata in īperatorē ptās inſtituendi p̄latos,& in.c.ij.qđ incipit,in ſynodo,legiť,qđ Leo Papa ī ſynodo ꝯgregata Romę ꝯſtituit cum toto clero,& Popu. Ro.ac cōfirmauit in p̄ſona regis Ottonis, qđ cōceſſerat Adrianus Carolo;& ſic ꝓbat ille tex.qđ nō ſolum reges & principes,ſed ēt laici inferiores,ac clerici cuncti ēt ſine prælaturis debeant admitti ad cōciliū gñale, etiā ubi tractatur de rebus & iuribus ſpūalibus.nā ibi fuit cōceſſa ptās illi Ottoni eligēdi Papā,& alios p̄latos; ad idē.c. nos ad fidē.96.diſt.ubi dicit imperator,nos ad fidem confirmandā ſynodo intereſſe uolumus.uř.n. quod nō tāquā inuitatus,ſed ſuo iure debeat īntereſſe;facit quod de hoc no.glo.in cle.i.de offi.uica.facit.c.i.xvj. diſt. ubi conciliū peractū fuit imperante Conſtantino Auguſto. ¶ Item nō ſolū principes,ſed ēt iudices inferiores leguņť interfuiſſe cōcilio,ut in l.c.ad ſedē.35.q.5. ubi Papa uocauit ad ꝯciliū epōs & clericos,ac iudices diuerſarū ꝓuinciarū;& ſic ꝓbat ille tex.partē affirmatiuā huius dubij reſpectu clericorū inferiorū,& reſpectu laicorū,ſaltē p̄excellētiū. & ꝓ clericis inferioribus uř ultra p̄dicta tex.in c.in noīe dñi.23.diſt.ubi legiť epōs,abbates,p̄sbyteros, dyaconos interfuiſſe,& ꝯſediſſe ꝯcilio,ut in c.cōuenientibus.1.q.7. ꝓbať de monachis uel ſaltē abbatibus exponendo ibi monachos ꝓ abbatibus,ut exponit ibi glo.& in c. Adrianus, el.ij.p̄al.exp̄ſſe dř de abbatibus, & in c. Anaſtaſius.19.di. exp̄ſſe fit mentio de epīs,& p̄sbyteris,& cunctis eccřiæ catholicis.ad idē.c.olim.xcv.diſt.ubi dř,ꝙ licet epīs ex inſtitutione eccřiæ ſit p̄sbyteris maior. oēs tñ debent regere eccřiā in cōi,ut in c.i.xv.diſt.fit ſpecifice mentio de p̄sbyteris in gñe.Et ex ſupradictis iuribus in unū collectis ſatis uř ꝓbatū,ꝙ reges,principes,& alij p̄ſidentes, & p̄lati inferiores epīs,& alij ſine p̄laturis debeant intereſſe cōci-
24 lio gñali. ¶†Secundò principaliter ꝓbatur ſic,ꝯciliū repræſentat uniuerſalē eccřiā,ut in c. ſicut, in fine.15. diſt. ſed eccřia fideliū collectio dř de cōſec.diſt.iij.eccřia: ergo quilibet fidelis deberet admitti, ſi hoc poſtulat.cū.n. tractet ibi de reformatione totius orbis,cuiuſlibet intereſſet,ut admittať.ꝓ hoc facit qđ no.Inno.In.c.ueſtra,de loca.& in c.fi.de offi.delega.ubi dř,ꝙ cū epīs, uel legatus uult facere ſtatutū tangens alios,ſeu aliorū iura, debet hoc facere cū illorū ꝯſenſu,ēt ſi ſint laici. uel ſaltē debēt eſſe p̄ntes,arg.de ꝯſecra.di.3.c.j.& c.fi.de ferijs,& idē Fede.de Senis ꝯſi.17.¶Tertiò uř hoc ꝓbari Actuū.xv. ubi ī cōſilio ēt rei arduæ nō ſolū interfuerunt apoſtoli, ſed ēt alij p̄sbyteri,& ſeniores; & reſpōſum fuit factū ſub noīe apoſtolorum,& ſeniorum;& qđ placuit ibi ꝯcilio,dř placuiſſe toti eccřię.uñ dř ibi,ꝙ placuit apoſtolis & ſenioribus cum tota eccřia:& ſic ꝓbať, ꝙ interfuerunt apoſtoli, & pre-

& presbyteri, & alij honorabiles uiri, qui repræſentauerunt totam eccleſiam; quod eſt nota. ſi. n. apparet, quod illi, qui ducebantur Sancto ſpiritu, hoc fecerunt, fortius debet fieri nunc, cũ illorum actio, noſtra debet eſſe inſtructio, arg. c. ſignificaſti, de electio. xj. diſtin. eccleſiaſticarũ. Sic ẽt in antiquis concilijs præſumitur ſpiritum ſanctum per illorum os fuiſſe locutum. l. diſt. ſi ille. ¶ Quartò ſpecificè pro regibus facit. cum. n. ungantur ẽt ex præcepto Dei in ueteri teſtamento, & hodie ẽt in nouo, ut in tit. de ſacra unct. & 2. q. 8. §. item cum Balaam, uident̃ ꝑſonæ eccleſiaſticæ. Itẽ ſuſceperunt in eorum dignitate eccleſiam Dei tuendam, de quo tenentur in ſtricto iudicio rationẽ reddere, ut in c. principes, & in c. regum. 24. q. 5. eorum ergo intereſt cõcilio intereſſe, ubi de regimine eccleſiæ & totius orbis agitur. ¶ In contrarium uidetur primò tex. apertus in c. ubi nam. 96. diſt. ubi dr̃, quod ẽt imperato-
25 res ſynodalibus actibus intereſſe non debent. ¶ † Secũdò probatur ꝯ oẽs non ep̃os per. c. ſatis euidenter, ea. cauſa. q. ij. ubi dr̃ illicitum eſſe eum, qui non eſt in ordine ſanctiſſimorum ep̃orum, eccleſiaſticis immiſceri tractatibus. ¶ Tertiò eſt bonus tex. in §. hinc ẽt, ubi dr̃ ſynodo congregata apud urbem, & in diſceptatione poſita, an accuſatores deberent audiri ꝯ Symmachum Papã, Sereniſſimus Imperator quaſi Deo ſpirante reſpondit, ſynodalis eſſe arbitrij in tanto negotio ſequẽda pſcribẽtis ſtatuere: nec aliqd ad ſe pter reuerentiã de eccleſiaſticis negotijs ꝑtinere, cõmittens ẽt poteſtati pontificũ, ut ſiue poſitũ uellent audire negotium, ſiue nollent, quod magis putarẽt utile, deliberarent, dũmõ uenerandi ꝓuiſione cõcilij pax in ciuitate Romana daretur eccleſiæ. ergo ex uerbis Imperatoris per cõcilium approbatis ꝓbatur primò, quòd laici non debent ſe impedire de factis concilij præter reuerentiã impendendã, & ꝙ tantũ pontifices cõſtituunt ge-
26 nerale concilium. ¶ † Quartò ur̃ tex. in c. j. & ij. xvij. diſt. ubi concilium gñale appellatur ſynodus ep̃orum. ad idẽ. 15. diſt. c. i. ubi dr̃, ꝙ añ Conſtantin. Imperatorem nõ erat data ep̃is facultas conueniendi in unum: ſed Cõſtantinus dedit poteſtatem Chriſtianis conueniendi, & tunc incæpit gñale concilium, & inter cætera concilia tunc ꝑ acta, quatuor fuerunt uenerabiles ſynodus, quæ totã principaliter fidem cõplectunt̃, quaſi quatuor euangeliſtæ, & totidem paradiſi flumina. & dr̃ ibi, ꝙ harum prior Nicena ſynodus. 318. diſt. ep̃orũ Conſtantino Auguſto Imperatore peracta eſt; & ſic ſolum ep̃i intelliguntur, & idẽ dr̃ ibi de ſynodo Epheſina, ſ. quaſi à ducentis ep̃is fuit edita. ſi ergo illi ſpiritu ſancto pleni non uocauerunt ſacerdotes, uel inferiores prælatos, ur̃ quod neceſſariò nõ ſunt uocandi. ¶ Venio ad ſolutionem huius difficilis dubij, quod non reperio in aliqua iuris parte ſcribentes examinaſſe, quod eſt ualde neceſſarium, cum iura ſupra allegata uariè in hoc loquantur, & dum de facto in concilio Senis habito tp̃e Papæ Martini. 1424. caſus diſceptandi acceſſiſſent uarij uaria dicebant: nil tñ circa hoc determinatum extitit. Ego aũt, prout ingenij mei capacitas diuina gr̃a miniſtrante patitur, inferam, quod mihi in dubio hoc dicendum ur̃ primò inferam reſpectu laicorum: ſecũ-
27 dò reſpectu clericorum. ¶ † De laicis eſt glo. magiſt. in c. ulti. de his, quæ fiunt à præla. quę dicit non debere intereſſe laicos concilijs eccleſiaſticis, niſi in tribus caſibus.
Primus, ſi ſpecialiter inuitarentur; allegat. c. Adrianus. 63. diſt. in fi. Secundus, ſi tractatur caſus fidei. 96. di. c. ubi nam. Tertius, ſi tractatur de matrimonio: quia tales cauſæ eos tangunt, poſſunt intereſſe; allegat. 35. q. 6. ad ſedẽ. Io. An. in dicto c. fi. dicit, quod in prædictis caſibus intereſſent, ut audiant, non ut iudicent, uel ut doceant. 63. diſt. docendus. Item dicit, quod ẽt ad prædicta non eſt neceſſe laicos uocari, cum ibi diffinienda poterunt eis poſtea in prædicationibus publicari: quæ prædicatio fieri põt etiã excõicatis, de ſen. excõ. cap. rñſo. dicit tñ, quod laici poſſunt ad concilium uenire pro iuſtitia petenda, uel defendenda, de iudi. nouit. & no. hoc ultimum, ꝓ quo ego allego tex. optimum in c. j. de ſpon. In eccleſiaſticis aũt negotijs & clericorum correctionibus ſunt laici excludendi ſm̃ eum, Arg. in c. Maſſana, de elect. & exp̃ſſius in extrauaganti Bonifacij, de offi. ordi. debent, & cum his dictis Io. An. tranſeunt cõiter ſcribentes. Inno. aũt in c. graue, de preben. tractauit ſatis plene de debẽtibus intereſſe ꝓuinciali concilio & ep̃ali, & nihil dixit de gñali; forte dubitauit ꝑꝑ iurium uarietatem; nec etiam Ioan. An. hunc articulum tetigit niſi laicorum reſpectu, ut. ſ̃. tetigi. ſed ego reperio in decretis glo. deuiantem à iudicio Bernardi, & Io. An. ſ. in. c. Adrianus. 63. diſt. dicit. n. ꝙ ad cauſas matrimoniales laici qñq; inuitantur; & ſic intelligit dictã c. ad ſedem. in cauſis aũt fidei dicit, ꝙ laici interuenerũt, ẽt non uocati; allegat. c. ueniam, præalleg. & ſic ſentit, ꝙ in cauſis matrimonialibus non ſit ſpeciale. non. n. interfuerunt niſi inuitati; & in hoc deuiat à iudicio Bernardi. in cauſis uerò fidei uult, ꝙ interſint iure proprio; & in hoc deuiare ur̃ à iudicio Ioan. An. Ego dicerem, ꝙ ubi in concilio tractanda ſunt negotia eccleſiaſtica, ſeu pertinentia ad iuriſdictionem eccleſiaſticam, nõ eſt neceſſe laicos uocari: quia ptãs de his diſponendi eſt data clericis, & non laicis: qa Petro & Apoſtolis & in perſonis eorum ſuis ſucceſſoribus data fuit ptãs de ſpiritualibus diſponere, ut plene dixi in primo dubio; facit. c. eccleſia, de conſtitutionibus, & c. bene qdẽ. 96. diſt. probatur in iuribus pro parte negatiua allegatis, & maxime in dicto. c. hinc etiam, & expreſſius in c. ueniam. cũ. n. ibi uideatur excipere cãm fidei duntaxat, ſatis uidet̃ formare regulam in oppoſitum, 34. q. 7. dñs ad idẽ. d. c. ſatis euidẽter; & bñ facit. c. principes 23. q. 5. qui dr̃, ĩ eccl̃ia nõ eſt neceſſaria ptãs ſecularis niſi in defectum, ut quod non ualent efficere ſacerdotes ſermone doctrinæ, poteſtas ſecularis imperet ꝑ diſciplinę terrorem. In cã fidei diſtinguendum. Aut. n. quæritur, nunquid de neceſſitate ſunt uocandi per eccleſiam; & credo quod non: quia, ut dixi, poteſtas plenè diſponendi ſpectat ad clericos, maximè in cauſa fidei. eſt. n. iſta cã mere iuris eccleſiaſtici, adeò, ꝙ ſecularis iudex nec directè, nec indirectè poteſt de ea cognoſcere: ſed ſola executio ad petitionem eccleſiæ pertinet ad laicum, ut no. ſingulariter in c. ut inquiſitionis. §. prohibemus, de hæreti. li. vj. neque pñt publice, neq; priuatim de fide diſputare, ut in l. ij. §. inhibemus, de hære. lib. vj. nec in concilijs principalibus à ſanctis patribus editis legitur laicos fuiſſe uocatos, licet de fundamento fidei fuerit actum, ut patet. 15. diſt. c. 1. & per totum. ſed ſi laici ſponte ſe offerunt ad concilium in cauſa fidei, tunc puto, quod debent admitti; & ſic propriè loquit̃ illud capitulũ, ubi nã. ibi. n. imperator obtulit ſe; & ſic intelligo glo. in c. Adrianus. cum. n. fides põt remanere apud ſimplicem laicum, ut dixi in alijs dubijs: quia nõ põt eccleſia eſſe nulla, intereſt cuiuſlibet, ſi uult intereſſe, ut admittat̃; & tunc puto, quod non ſimpliciter audient, ut dicit Io. An. ſed conſulent, & dicent opiniones eorum. idem credo, quod tractabunt, ſed non decident ipſi; ſic intelligo illud capitulum, ubi nam. ibi. n. ſolum fit mentio de tractatu, qui eſt diuerſus & ſeparatus à deciſione, ut in c. tua, & capitulo finali, de his quæ fiunt à prælatis, & in capitulo ultimo, de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, quod tractari debent, facit ratio præallegata: quia poſſet laicus melius ſcire ueritatem, ſi-
cut



cut olim penes B. Virg. fides ſola remanſit. Idem facit capitulum, ad ſedem, ubi laici tractarunt illas cauſas matrimoniales: ſed clerici habent dicere: qa populus eſt docendus, & non ſequendus, ut in c. docendus, præal. & quia laicis non licet iudicare ſp̃ualia, ut in dictis iuribus. habebunt ergo laici in cã fidei uocem conſultiuam, non autẽ deciſiuam. in aliis autem negotiis, ſi inuitantur, habebunt uocem conſultiuam, uel deciſiuam, quatenus eis permittitur per concilium. nam Papa põt eos facere capaces iurium ſp̃ualium, & maximè poteſtatis uocis dandæ, ut in c. Adrian. I I. 63. diſt. & in c. in ſynodo. c. diſ. legitur, & not. 2. q. 7. Mẽnam. quinimò põt dare laico poteſtatem excõmunicãdi, ut no. gl. 22. diſt. c. uerũ, & c. bñ. 96. diſt. Io. An. in c. ij. de p̃b. lib. 6. & ſic ꝑ inuitationem eccleſię intelligo oĩa iura, in quibus legit̃ laicos interfuiſſe cõciliis, ut apertiſſimè ꝓbat tex. iuncta gl. in d. c. ueniã. ibi. n. dicit Papa, quod non legitur Imperatores & alios Principes ſeculares interfuiſſe tractatibus, niſi in cã fidei; quod ur̃ falſum, cum in multis aliis caſibus legimus interfuiſſe, ut ſ̃ plenè allegaui in prima parte: ſed, ut dicit Glo. bene interfuerunt tunc, ſed inuitati, non aũt iure ꝓprio; & ſic probat ille tex. ſic intellectus, quod in cã fidei interſint iure proprio; qđ intellige, ut dixi ſupra. nõ obſtat, ꝙ ad iuſſum imperatoris fuit ſynodus pluries congregata: quia proceſſit illud ſm̃ ea tp̃a, quibus non erat facultas Chriſtianis tutè in vnam conueniendi. ſed poſtmodum ſtatutum fuit, ut ſine autoritate Papæ nullo mõ poſſet ſynodus congregari. 17. diſt. ꝑ totum & uide ibi bonam gl. in ſum̃a ꝓ ſupradicta ꝯcl'one, quæ dicit, ꝙ ſynodus generalis conſtituitur à Papa & ep̃is; & ſic nihil dicit de laicis. idem ꝓbat tex. iuncta glo. in l. concilia ſacerdotum, eadem diſt. dicerem tñ ꝙ ubi concilium uellet diſponere ſuper iuribus, uel rebus laicorum ultra, q̃ iuriſdictio eccleſiaſtica patiatur, ꝙ deberetur laicos, ſeu eorum principes tunc conuocare; ſic intelligerem dicta Inn. d. c. fin. de feriis, & de conſecr. diſt 3. c. j. facit cle. ij. de cenſi. & ſic poſſet ſaluari mẽs glo. in d. c. fi. de his, quæ fiunt à præla. nec obſtat ſi dicatur, ꝙ reges nõ uidentur puri laici ꝓpter vnctionem; qđ eſt falſum. non. n. propter hoc aliquem ordinẽ recipiunt, in d. c. vno de ſacra vnctio. & uide c. ij. de præb. lib. 6. in nouella.
28 ¶ † Item non oẽs clerici interſunt in conciliis, ut ſtatim dicam. & ꝑ hoc inferam, ꝙ in caſu thematis noſtri principes ſeculares nõ poterunt intereſſe inuito concilio, cum non agitur de fide, ſed de ualiditate illius diſpoſitionis, quod eſt negotium eccleſiaſticum, & ur̃ tex. in ſimili in d. §. hinc etiam. 17. diſt. & in c. ſatis euidenter. 96. diſt. ſed de p̃latis & clericis inferioribus põt magis dubitari, cum multum uariè iura loquant̃, ut patet in arg. alllegatis pro & contra. reperio gl. ualde no. in decre. 17. diſt. in ſumma, q̃ dicit, ꝙ conciliorum quædã ſunt vniuerſalia, quædam particularia, ſiue ꝓuincialia, quædam ep̃alia. Vniuerſale dicitur, quod Papa uel eius legatus conſtituit cum omnibus epiſcopis; & ſic vult apertiſſimè, ꝙ de iure alij p̃lati inferiores de neceſſitate nõ ſunt uocandi. & quatenus illa gl. dicit de legato Papæ, intelligo ad hoc habente ſpeciale mandatum: aliàs ſecus, ut no. glo. in c. ij. eadem diſtin. & 3. diſt. §. porrò. Et no. ex illa gl. ꝙ Papa poteſt mittere legatum loco ſui ad concilium generale; quod probatur in c. ij. eadem diſt. Item probatur in c. Adrianus. 63. diſt. & ibi appellantur miſſi: alibi appellantur locum tenẽtes, ut in c. conuenientibus. 1. q. 7. & uide ibi glo. in uer. vniuerſalibus. & ſic principes ſeculares in caſibus, in quibus intereſſe poſſint, intererunt perſonaliter, uel per ſolẽnes nuncios, ut eſt tex. in c. ad apoſtolicæ, de re iud. lib. 7. Idẽ in vniuerſalibus, cum perfacile conuenire non poſſunt, ut in c. fin. de his, quæ fiunt à prælatis. prælati uerò debent eſſe perſonaliter, niſi iuſto impedimento detineantur; & tunc debent mittere legatos. 18. diſt. epiſcopus ad ſynodam. & uide quod no. Hoſt. & Io. An. in c. ij. de procur. & uide tex. cum gl. 90. diſt. c. iij. de aliis duobus conciliis gl. ibi proſequitur. Sed plenius de illis duobus uide per Inno. & doct. in c. graue, de præben. & an hæc concilia inferiora poſſunt condere canones particulares, uide bonam gl. in d. §. porrò, & 16. diſt. in ſumma. Et an legatus Papæ ex legatione generali poſſet cõcilium ꝓuinciale celebrare, uide per gl. & melius per Archid. in d. §. porrò. ¶ Ego autem hic ſolum proſequor primum mẽbrum, ſ. de concilio vniuerſali, ꝙ nõ eſt bene diffinitum per maiores noſtros. licet enim illa glo. 16. diſt. in ſumma poſuerit opin. ſuam: nihil tñ inducit nec reſpondit ad infinita ꝯria ſupra ꝑ me allegata, ut ipſemet gloſſator in d. c. conuenientib. 1. q. 7. dicit, ꝙ abbates debent intereſſe concilio, licet ſecus dicat de monachis ſimplicibus, & in c. cõcilia. 17. diſt. ſentit primum faciendo mentionem de ſolis ep̃is. Idẽ ſentit in c. nec licuit, in glo. iij. quæ etiam no. proſequitur, ad quem ſpectat impetratio inſtitutionis concilij; & no. in hoc illam gl. Ego dicerem, ꝙ in concilio generali ep̃i ſolùm de neceſſitate ſunt uocandi per iura pro hac parte alleg. Idem puto de inferioribus prælatis habentibus epiſcopalem iuriſdict. ut ſunt magni abbates. hoc ultimum uidetur probare tex. in c. conuenientib. 1. q. 7. ubi abbas tenuit locum Papæ in concilio, & multi abbates dederũt uocem deciſiuam, quẽad modum ep̃i; quod de aliis inferioribus non legitur ibi; ad idem c. Adrian. I I. 63. diſt. ubi dr̃, ꝙ ſynodus illa fuit celebrata à 143 religioſiſsimis epiſcopis, & abbatibus; & ſic abbates illi ęquiparãtur epiſcopis. & ubi legitur inferiores interfuiſſe, intelligo, qđ ſpecialiter fuerint inuitati, ſicut & laici qñq; inuitantur, ut ſupra dixi; hoc probo rõne ultima ſuperius allegata.
facta patrono neglecto teneat , an ſit nulla ipſo iure ſine
alia ceſſione.¶Secundò præſuppoſito,quod ſit nulla , an
conualeſcat patrono intra tempus à iure ſibi præfixum
illum præſentante ; & in utroque dubio uaria ſenſiſſe do.
de Ro reperio,ut patet deciſione.357 in antiquis. quidã
tamen ex eis maiorem partem facientes , ut recitat ibi
collegium,diſtinguebant inter patronum laicum,& cleri
cum,dicentes,ꝙ collatio facta intra tempus patroni cle-
rici ſit nulla ipſo iure,& quod non ualidetur, ſeu ratifice
tur propter negligentiam patroni ſubſecutam , q̃a quod
ab initio nullum eſt &c.ſecus in collatione facta intra tẽ
pus patroni laici Diuerſitatis ratio ſecundum eum hæc
eſt,quia laicus patronus parum aut nihil habet iuris, uel
ſaltem debile in diſpoſitione beneficij,& quicquid habet
eſt de gratia,& totalis beneficij diſpoſitio potius cenſet̃
a lege ad ipſum pertinere;allegant no.in d.c. quia de iu-
re patro.per Hoſt.& ideò collatio ep̃i,tunc cenſetur uali
dior,præſertim quia magis iuris habet in conceſſione p̃-
latus,q̃ in præſentatione,de offi.uic.c.dilectus,&c.¶Secũ-
da fuit quorũdam opi.indiſtinctè tenentium collationẽ
epiſcopi eſſe ualidam,ex quo patronus intra tempus debi
tum nullum præſentauit,& dicebant eum tenuiſſe ab ini
tio ipſo iure , quantumcunque fuiſſet facta intra tempus
patroni,fatebantur tamen,quod ſi patronus intra tẽpus
ſibi a iure conceſſum , alium præſentaret,tunc eo uel præ
ſentato inſtante,eſſet caſſanda,ſeu irritanda,arg.no.ꝑ In-
noc.in c.cum Bertoldus,de re iudi . ¶ Tertio fuit opi. ip-
ſius col.& multorum aliorum , ut ipſe refert dicentium
circa primum dubium , ꝙ collatio ep̃i facta intra tẽm-
pus cuiuſcunque patroni,ſiue clerici, ſiue laici, ſit nulla,
allegant xvj.q̃.vij.c.decernimus,& no.per Hoſtien.de iu-
re pa.c.ex inſinuatione;& ſic debet intelligi ſecundũ eos.
c.illud,in fi.eo. tit. Addebant tamen attingendo ſecun-
dum dubium ſuprà formatum,ꝙ licet talis collatio à prĩ
cipio ſit nulla,tamen ſi patronus ei conſenſerit, ſiue taci-
tè,ſiue expreſsè,ꝙ per eius ratificationem ualidetur, ar.
not.per Hoſtien.in ſum.de iure pa.§.fi. uer. circa finem ,
quid ſi eccleſia.ubi dicit,non intereſſe, an patronus à prĩ
cipio conſenſerit, uel ex poſtfacto,quo ad hoc,ut ſine cõ
ſenſu ſuo ordinata non ualeant , tunc enim ex quo ceſſat
cã impediens,& ſuperuenit cauſa confirmans , licet fue-
rit nulla à principio,benè poteſt ualidari,ar.l. per fundũ
ff.de ſer.ruſti.& præ.& in l.obſeruare,in §.fi.ff.de offi.pro
con.& no.per Dy.& alios in regula,non firmatur , de re.
iur.in 6.¶Circa hoc diſtinguebant iſti,aut ep̃s cõtulit,iu
re deuoluto,aut iure ſuo ordinario,& originali . Primo
caſu dicũt,ꝙ nunquã ualuit,ex quo reuera ad epm̃ non-
dũ erat deuoluta poteſtas,arg.c.ex parte Aſtenſis , de fo.
compe.cum ibi no.per Hoſt.nec ſequens patroni ratifica-
tio,uel tacitus conſenſus, uel expreſſus ualidat eã : quia
non fuit facta ipſo iure deuoluto ſeu ex illa poteſtate e-
piſcopi,ad cuius uigorem requiritur conſenſus patroni.
Nam ep̃s deferendo iure deuoluto uĩ præſupponere pa
tronum negligentem & priuatum,& ꝑ conſequens , cum
non ſit factum nomine patroni,nõ põt per patronum ra-
tificari,ut in reg.ratum,lib.vj.nam ad talem collationem
ualidandam,ſeu ius conferendum noua collatione opus
eſſet poſt tempus patroni,ſecundum eos,allegãt ad hoc,
quod no.Io.mona.in c.ſtatutum,de præben. li.vj.cum.n.
diſpoſitio ep̃i ſe habeat hoc caſu,ut authoritas,oportet,
ꝙ interueniat debito tempore:quia quæ ſunt authorita
tis,non ſuo tꝑe facta,non ualent:quia authoritas debet
ſemper interuenire in ipſo facto tꝑe , quo ipſe actus põt
& debet fieri.Secundo caſu,q̃n ep̃s contulit ſuo iure or-
dinario,& originali conualidatur ex ſubſequenti cõſen
ſu patroni,expreſſo, uel tacito,ut puta non contradicen-
do intra tempus a iure ſibi præfixum,mouetur, quia hoc
caſu uidetur epiſopus in dubio diſponere iure ſuo, & ſub
tacita conditione,ſi ſibi placuerit ; & ſic debemus inter-
pretari,ne aliter interpretando uideatur inutiliter di-
ſponere,quaſi eligere uiam ad impugnandũ ſuam diſpoſi
tionem;quod non eſt in dubio præſumendum,arg. l. iij.
ff.de mili.teſt.facit,quod not.in ſimi.in c.ea noſcitur, de
his,quæ fi à præla.ubi præſumitur,ꝙ ſi prælatus actum ,
ſeu præſentationem fecerit de capituli ſui conſenſu, ut
ſic actus teneat,& per conſequens dicta collatio facta po-
teſt per ipſum patronum ratificari ea enim , quę circa be
neficij diſpoſitionem,debent interuenire ex parte patro-
ni,potius ſe habent iure conſenſus,quam authoritatis.ea
enim quæ ſunt conſenſus poſſunt interuenire ex poſtfa-
cto:ſed ſecus in his;quæ ſunt authoritatis , iuxta no. per
Inno.in c.1.de reb.eccle.non alienan.& ibi ꝑ Io.And. in
c.cum conſuetudinis de conſuetu.ut dixi plenè in præce-
denti dubio.unde põt patronus poſteà conſentiendo ta-
citè,uel expreſsè ualidare collationem ep̃i,ad hoc quod
in ſimili not.in c. cum nos, de his quæ fiunt à præla. & in
c.cum in eccleſijs,de p̃ben.lib.6.de iure patro.c.iura,& c.
ſuggeſtum hoc in effectu ſentiunt do.de Rota.deciſio,p̃-
alle.qui ad hæc dubia nullam docto authoritatem cõtra
eorum morem & ſtylum introduxerunt,fortaſſe, ut arbi-
tror,nullam pro tunc habentes.Sed ad primum dubium
ꝙ collatio patrono non uocato ſit nulla , allego primo
Io.An.in c j.de offi.uica.ubi expreſsè tenet,ꝙ per talem
collationem,nullum ius transfertur in prouiſum ideo ẽt
coram uicario ep̃i,poteſt peti per patronum,ut declaret̃
nullum ius ſibi cõpetere. ẜm eum uoluerũt idem Hoſti.
& Io.And.in c.ex inſinuatione,de iure patrona. & uĩ ibi
tex.ẜm unum intellectum.¶Item apertius uoluit Feder.
de Senis in tractatu permutationis.130.ubi not.dicit, ꝙ
licet permutatio beneficiorum facta per epm̃, non uoca-
tis his,qui habent præſentationem,uel electionem , ua-
leat,licet ueniat retractanda illis cõtemptis poſtmodum
contradicentibus:collatio tñ facta patrono contempto,
eſt ipſo iure nulla, ẜm eũ per dictũ.c.decernimus 16.q.7.
Diuerſitatis rationem aſſignat, quia permutãdi autho-
ritas principaliter pertinet ad epiſcopum,ut in c.quæſi-
tum,de re.permu. ſed collatio non ſic. hoc idem ſentit
Inno.in c.cum Bertoldus,de re iudica.in gl.in uerbo, me
morato,in uer.uel potes dicere. ¶Circa ſecundum,præ-
ſuppoſita nullitate, an conualeſcat patroni taciturnita-
te,Hoſti.& Ioan.And.in ſimilibus terminis uidentur ſen
tire,ꝙ ſic,in c.2.de his,quæ fi.à præla.dicunt enim , ꝙ ſi
contenti collatione, uel electione tacẽt intra tempus eis
præfixum,ad eligendum,uel conferendum, uidentur ta-
citè electioni,uel collationi conſentire,argu. de conceſ.
præben.cap.quia diuerſitatem,& in c.ex ore, de his, quæ
fiunt à maio.parte capi.Idem ſecundum Ioan. An.ſi fuit
edictum propoſitum , & nemo intra tempus comparuit
ad contradicendum,ut in c.fi.de electio.li.vj.ſaluo ꝙ no.
in c.fi.qui ma.accu.poſ.¶Aliorum iudicijs ſic enarratis,
ſubijciam breuiſſimè,quod mihi uidetur,& in primo du-
bio,an patrono non uocato collatio per epiſcopum in-
tra tempus patrono affixum attentata ualeat , amplian-
do terminos quæſtionis,dicerem ꝙ ſic,ſi ep̃s cõtulit,ipſo
patrono tunc,uel ex poſtfacto conſentiente. hoc commu
niter tenent doctores,in c.per ueſtras,de iure patro.non
enim poteſt dici ſine conſenſu patroni , ex quo conſenſit
licet ex poſt facto,ut probatur in c.ſi uerò,de iure patro.
not.Ioan.And.in d.c.per ueſtras;& regulariter hoc tenẽt
Bar.in d.l.ſi quis mihi bona,de acquiren.hære.& Inn. in
c.j.de

ca.j.de reb.eccle.non alienan.lib.vj. & ſuprà latius dixi. Aut collatio fuit facta alteri, quam patrono : & tunc aut patronus erat præſens, & poteſt probabiliter dubitari, an taciturnitas hoc caſu debeat haberi ꝑ cõſenſu, q in actu ꝓiudiciali hr̃ regulariter pro cõtradictione, ut in l.filiofa mi.§.inuitus.ff.de procu.no.Inn.in c.in Geneſi, de electi. & glo.in regu.qui tacet, de reg.iur.lib.vj.ad idem c.illud, in fi.de iure patro.ubi dicitur irritandam fore collationem factam ſine præſentatione patronorum.¶Contrariũ credo poſſe attentari:quia hoc caſu nullum præiudicium fiet patrono, cum ius ſuũ patronatus remaneat illæſum poſt collationẽ clericis factã eccleſiæ uacantis; & ſic tractatur de concupiſcibili, & per ꝯñs dẽt haberi patronus pro conſentiente.l.qui patitur.C.mandati.no.Inn.in d.c. in Geneſi, nam ſi collatio ibi diſplicuiſſet non habebat niſi contradicere. Et hoc indubitanter eſſet uerum, ſi ex parte patroni tunc, uel poſteà interueniſſet aliquis actus poſitiuus approbationis collationis, argu.optimum in ca.ex ore, de his, quæ fi.à maio.par.capitu.facit etiam ad prædicta.c.decernimus, præalleg.niſi decernatur collatio nulla, qñ ſpretis patronis eṗs eccleſiam contulit, ſed in caſu noſtro data patronorum præſentia, non poſſunt dicere, quod fuerunt ſpreti, quinimò ꝑꝑ uinculum charitatis, & filiationis ſpiritualis, quæ eſt inter eṗm, & ſuos diœceſanos, uidentur patroni, ex quo nõ contradixerunt, eṗo cõſentire ꝑ tex.no in l.ſi ſeruus cõis, de do.inter ui. & uxorem.aut patronus erat abſens, & ſubdiſtingue. Aut.n.contulit eṗs iure deuoluto; & non tenet collatio, ex quo in ueritate patronus nondum erat priuatus per c. ex parte Aſtenſis, de cõceſ.præb.cum ibi no.ubi patet, ꝙ collatio facta eo iure, quo fieri non poterat, non tenet, licet alio iure fieri nõ potuiſſet.facit quod in ſimili no.Bar.in l.ſi is ad quem.ff.de acquiren.hæredi.Aut contulit iure ſuo ordinario, & ſic poſuit ſpem expreſsè in patrono; & tunc patrono cõſentiente ualebit collatio, ut ex tunc, argu. reg. Ratihabitionem, de reg.iur.lib.vj.Si autẽ contradixit, puta, qñ ſimpliciter contulit patrono abſente, demum intra tempus præſentationis contradicente non ualet collatio. moueor principaliter per c.decernimus.16.quæſtio.7.ubi expreſsè per uerba præſentis tp̄is dicitur, ꝙ talis collatio eſt irrita, & ea non mandata aliter caſſari, ſubijcitur, ut alius ad uerecundiam eṗi ordinetur, & inſtituat̃, quẽ ipſe patronus condignum elegit; ergo oportet dicere, ꝙ c.illud de iure pa.ubi dicitur, ꝙ eſt irritanda, debet exponi, i.irrita nuncianda, uel poteſt ſtare propriè, ſed debet referri ad effectum ſic, ut reuocetur, ſicut de facto proceſſit pro hac expoſitione, uide in ſimili c.accedens el j.ut lit.non conte.in uerſi.caſſamus. Nam lex poſterior debet referri ad priorem, ut in l.ſed & ſi poſteriores.ff.de legi & per eam debet diſtingui & limitari; facit qnod ibi not.Bar.& plenius in extrauagan.ad reprimen.in uerbo, non obſtantibus.Huic intellectui ſatis concor.c. cum Bertoldus, de re iudica.inducendo, ut ſupra induxi.Præterea hoc idem probatur & alia ratione, ubicunque collatio ꝑtinet ad aliquem cum conſilio alterius, non ualet ipſo iure collatio, conſilio non requiſito, ut patet, in c.nouit, de his quę fi.a præla.in fi.iuncta gloſ.fina.facit c.cum in cunctis, de elec.& c.cum olim, de arbi.& c.unicum loquuntur enim in eṗo, qui habet conferre cum conſilio capituli ſui ergo multofortius dicendum in caſu noſtro, ut non ualeat ipſo iure collatio attentata per epiſcopum, uel aliũ prælatum, patrono non uocato, & poſtea contradicente, cum patroni ſit habendum non modo conſiliũ, ſed requiritur, ut ipſe tanquam cauſa mouens, & primaria debeat præſentare inſtituendũ per eṗm, ut in iuribus vulgaribus ſuprà allegatis.¶Item & tertiò, hæc collatio reperit̃ attentata a non habente poteſtatem, cum hodie ad eṗm ſpectet inſtitutio, quæ fit ad patroni præſentationem non autem libera collatio, ut ſupra dixi, & factum a non habente poteſtatem, eſt ipſo iure nullum:quia pro non dato habetur, quod ab illo datur &c.j.q.7.Daibertum, & c.quod autem, de iure patro. ¶ Si autem patronus intra tempus præſentationis conſentiret, tunc puto, qđ collatio ualeret, ut ex tunc, non autem ut ex nunc. Moueor q̃a ad plenum ius conferendũ, uel transferendum in clericum requiritur factum patroni, & eṗi, & ambo ueniunt tanq̃ principales, & habentes participium in illo iure transferendo, licet eṗs habeat ius pinguius, ut in c.dilectus, de præben. ubi ſingulariter probatur etiam, ꝙ patronus habeat in ꝓſentatione aliquid iuris.ergo factum ab illo ualet ratione iuris ſui tantum, ſed quia non habet ius integrum per ſe, conualidatur eo tempore, quo patronus aſſerit, & nõ prius, & optimè probatur in ſimili in l.per fundum.ff.de ſer.ruſti.prædio ubi patet, ꝙ ſi unus ex pluribus habentibus fundum communem, conſtituit ſeruitutem in fundo, licet ualeat quo ad ſe, ut ipſe contrauenire non poſsit, cum antea non acquiritur ſeruitus donatario, quam alij conſenſerint tamen nouiſsima conceſsio conceſſiones ꝓcedentes confirmat. aut patronus nec conſenſit, nec contradixit intra tempus ad præſentandum iure ſibi præfixum; & ſic per negligentiam eſt priuatus iure ſuo, quo caſu procedit ſm̃ dubium meum; & puto, ꝙ collatio eṗi facta prius immediatè conualidetur, abſque alia collatione in futurum fienda, quia ipſe eṗs non põt contrauenire arg.in d.l.per fundum, & c.ueniens, de fi.presby.& ca. diuerſis fallacijs, de cle.coniu.& c.ſi tibi abſenti, de prẹben. li.6.unde aut patronus negligens habebitur pro conſentiente, ex quo non contradixit, nec alium præſentauit, ut in d.l.ſi ſeruus cõis.aut ius ſuum eſt per negligentiam cõfuſum in ſuperiorem, qui habet ius inſtituendi, iuxta no.glo.in cle.j.de ſepul.& etiam eṗs, qui cum ſit collator non poteſt ꝯdicere, & obuiare, & tenet̃ illã hẽre ratam ꝓ ſertim in caſu noſtro, in quo conferens beneficium, quod conferre tenetur, aliud conferre nõ põt, ut in c.inter cætera, de præben.ad idẽ bene facit, qđ in ſimili hr̃, in l. exceptione, de euic.& l.cum a te.C.de rei uen.in quibus iuribus habetur, ꝙ is, qui tenetur ex perſona aliena. non põt contrauenire ex propria. præterea patrono negligente ceſſat cauſa impediens, & ſuperuenit cauſa confirmans, merito debet nunc irreuocabiliter conualidari, argu.eorum quæ no.in regula, non firmat̃, de reg.iur.lib. 6.& per hoc patet rñſio ad omnia ꝯ̃ria ſupra alle.præter q̃ ad ſecundum, ad hoc rñdet̃, ꝙ procedit, cũ mandat̃ ſimpliciter aliquid fieri habenti alias poteſtatẽ, ſed in caſu noſtro non ſolum mandat̃ eṗo, ut conferat ad præſentationem patroni, ſed ipſa poteſtas fuit authoritate iuris in patronum transfuſa, & per conſequens illud ius patroni, qđ includebatur in iure eṗi, ſ.in libera collatione, fuit ab eo abdicatum, ut de iure patr.quaſi ꝑ totũ merito factũ ſolius, eṗi non debet tenere pro ſe tm̃, ar.c. c.& c.ſi ſoli, de cõce.ꝓb.in 6.¶Contra tertiũ procedam magis ſuccinctè tùm ꝑꝑ prolixitatem euitandam:tũ quia uṙ mihi hẽre tã tã difficultatẽ, ſicut ꝓcedens. Et primò adducã tria argumenta ad partem negatiuã. Scđo totidem ad partem affirmatiuã. Tertiò ſolutionem aggrediar. Videt̃ namque primò, ꝙ ꝯ̃ctus initus inter Augerium, & Baſilicam Nicoſtrati, non fuit omnino licitus per tex.expreſſum in l. iubemus nullam.§.ſanè. C.de ſacroſ.eccle.ubi expreſsè cauetur, ꝙ ad hoc ut alicuius eccleſiæ uſusfructus alicui ad uitam ſuam, uel ad minus tempus concedatur, oportet, quòd



ꝙ is, cui fit conceſſio, promittat dare eidem eccleſiæ poſt mortem ſuam aliam poſſeſſionem de ſuo proprio quo ad dominium & uſumfructum ęquiualẽtem, & eiuſdem reditus, cuius eſt illa, q̃ uſufructuanda ſibi cõceditur, & niſi in hoc pactum initum fuerit, nõ ualet, quod inter eos agitur. Ideoq; eccleſiæ poſſeſſio remanet in iure, & dominio eccleſiæ, ſicut prius; itaq; ſm̃ quoſdam etiam poſſeſſio facti non trãsfertur per traditionem illo pacto nõ præcedente, ut ſentit Bart.in l.j.§.ſi uir.ff.de acq.poſſ. & hodie periurus aut̃. uidetur aucta & meliorata conditio ecclı̃æ in hoc: quia ubi olim ſufficiebat ꝓmittere relinquere ſuã poſſeſſionem poſt mortem, hodie tenetur mox quo ad dñium, remanente apud eũ uſufructu tꝑe uitæ ſuæ, ut ꝓbatur in authẽ.de nõ alie.§.ſi quis aũt uoluerit.ſed in caſu noſtro d.Augerius hoc non ſeruauit : ſed ſolùm dedit pecuniam; ergo talis ꝯ̃ctus nõ eſt licitus, cum expreſsè ſit à lege damnatus. Et certum eſt, ꝙ lex põt ex cã impedire ualiditatem ꝯ̃ctus, ut l.cũ lex.ff.de fideiuſ. facit regula, q̃ ꝯ ius fiunt, de reg.iu.lib.6.& 10.diſt.c.uides. Scđò ꝯ dictũ ꝯ̃ctum adduco tex.no.in c.quicũque.14.q.4.ubi dṙ, ꝙ ſi emitur, ut carius uendatur, eſt turpe lucrum; ad idem c. eiiciens.83.diſt. ſed Augerius recepit iſtud prædiũ propter lucrum, ut plus inde recipiat, q̃ fuerit pactum, & quã dedit; ergo talis ꝯ̃ctus non eſt vndique licitus. ¶Tertiò
8 uidetur, † ꝙ talis ꝯ̃ctus ſit uſurarius : quia ſola ſpes habendi aliquid ultra ſortem cõſtituit hominem uſurariũ, ut in c.cõſuluit, de uſuris. no.gl.14.q.4.in ſumma. at iſte Augerius inductus fuit hac ſpe. putauit.n.tantũ ſe poſſe uiuere, ut plus recipiat, q̃ dedit; ergo &c. Nec obſtat ſi dicatur, qđ de hac intẽtione non apparet:quia cum nemo faciat talem ꝯ̃ctum, niſi ꝓpter lucrum, ſatis poteſt à cõiter accidentibus argui, ut in c.j.ſupra all. & qđ ibi no.de cle. non reſi. In ꝯ̃rium ad partem affirmatiuam, ꝙ talis contractus ſit licitus, primò ꝓbatur per c.precariæ.10.q.2. ubi patet, ꝙ de iure canonico poſſunt de bonis ecclı̃æ fieri cõceſſiones precariæ gratioſè, & in beneficium, ut ſi donanti rem ſuã eccleſiæ in proprietate poſsit eccleſia concedere duplum de bonis ſuis poſſidendis & uſufructuandis toto tẽpore uitæ ſuæ. ſi ergo hanc munificentiam põt facere eccleſia de bonis ſuis, multofortius de reditibus alicuius poſſeſsionis. lõge.n.plus recipit is, q recipit duplũ, retento uſufructu rei ſuæ, q̃ ualebat res ſua tꝑe mortis: finge.n.ꝙ res ſua ualebat mille, & ab eccleſia recipit bona ualentia duo millia, ſatis contingens eſt, qđ de bonis eccleſiæ recipiat quolibet anno ducenta ; & ſic ſi uiueret longo tꝑe, recipiat plus, q̃ ualeret poſſeſsio ſua; & idem poſſet contingere habito reſpectu ad ius ciuile, ſ.ad l.iubemus, C.de ſacroſ.eccl. nam licet ab eccleſia recipiant poſſeſsionem eiuſdẽ ualoris, cuius eſt ſua, quã promittit relinquere eccleſiæ poſt mortem tñ poterit faciliter cõtingere data lõgitudine uitæ ſuæ, ꝙ plus percipiat, q̃ ualeat ſua poſſeſsio : & nihilominus hoc permittitur eccleſiæ nõ in fauorem eccleſiæ, ſed etiam in beneficium illius, cui cõceditur, ut in d.c.precariæ, & in d.l.iubemus. ergo fortius deberet admitti talis ꝯ̃ctus initus inter Augeriũ, & Baſilicam Nicoſtrati, ꝓſuppoſito ꝙ ſpem habeat plus recipiendi, quã dedit ¶Secundò ad idem induco.l.ſi ea lege.C.de uſu. & l.in ciuitate, eod.tit ubi patet, ꝙ contractus in ſe aliàs illicitus, uel uſurarius toleratur rõne incertitudinis, cum dubium eſt; quantum poterit percipere, & quãtum ualebit ſolutionis tẽpore. ita dicendum in propoſito, cum dubium nũc ſit quãto tẽpore ſit dictus Augerius uicturus, cũ nihil hora mortis incertius, ut l.j. ff.de cond.& demõſtr. & ꝑ conſequens probabiliter dubitatur, an plus, uel minus, q̃ debeat, ſit percepturus, non debet contractus talis accuſari, cum dictus Augerius põt ſe habere ad lucrum & dãnum. ¶Præterea & tertiò bene
9 facit.c.eiiciens, præal.88.diſt. ubi patet, † ꝙ licitè, & ſine peccato quis locando agrum ſuũ recipit annuam pẽſionẽ: quia uṙ quodãmodo lucrum, qđ potuiſſet percipere toto tempore uitæ iſtius Augerij ex fundo ſeu prædio, cõmutare cũ iſtis quingentis aureis, quos nũc in principio contractus recipit ab Augerio. nec debet iſte ꝯ̃ctus uitiari, cũ ſe liberauit, cum ex hoc ꝯ̃ctus debet argui magis licitus, q̃ ſi omni anno aliquid ſolueret, cũ magis hoc accedat ad naturam emptionis. uidetur.n.uſumfructum illius predij emiſſe; ad hoc gl.no.in l.j.ff.de ſuperfi. & latius & melius in l.cotẽ ferro.§.q maximos.ff.de pub.facit etiam dictum c.eiiciens. ſicut.n.quis licitè poſſet emere aliquam materiam, ut ibi poſſet ſe exercere reducendo illã ad aliquam formam, & inde lucrũ ꝯſequi; ita iſte Augerius licitè poterat dare quingenta ꝓ uſufructu illius ꝓdij toto tꝑe uitæ ſuæ, & ſic habet materiam ſe exercitãdi in colendo ꝓdium, ut inde conſequat̃, ut uiuere poſsit. vnde potius uṙ lucrum conſequi ex ſua cura, & induſtria, q̃ ex ſubſtantia proximi, ſeu eccleſiæ. hinc dicit tex.in §.ſi quis à nõ dño, inſti.de re.diui. qđ poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos ꝓ cultura, & cura ipſius poſſeſſoris. ¶Nunc ſolõnes aggrediens, Chriſti noĩe inuocato, ſciendum eſt, quod hãc qõnem principal̃r formauit Goff.in ſumma de uſu. & idẽ Raynal.in ſumma, & ambo breuiſsimè iudicarũt talẽ contractum uſurarium. eorum fundm̃ fuit, quia homines ſperant uiuere; & ſic ſperant amplius ſe percepturos ex ꝓuenientibus poſſeſsionum, q̃ ſit pecunia, quã dederunt. Vſura aũt ſola ſpe ꝯhitur, ut in c.conſuluit, de uſuris. ſecus, ſi quis dat vnam poſſeſsionẽ, & recipit aliam ęquiualentẽ : quia tunc licitus eſt ꝯ̃ctus, ut ſupra dixi in argumentis. ſed Hoſt.in ſumma eo §.an aliquo caſu, uerſi.quid de his qui emũt, iſtorum opin.refert & reprobat, dicens eos nõ bene ſenſiſſe. quia homines ita poſſunt ſperare lucrum in hoc ultimo caſu, qñ recipiunt vnam poſſeſsionem, & dãt aliam ęquiualẽtem poſt mortem, ſicut in primo, qñ dant pecuniam; & ideò ſm̃ eum eſt licitus primus cõtractus, cũ ſit emptionis, & uenditionis. ſic & ultimus, ſ.precarium, niſi in fraudẽ fiat. nam uterque approbatur à iure, in tit. de contrah.emp. & in tit.de preca.per totum. ¶Præterea iſtorum opinionem confutat Hoſt.ꝑ eorum dictum: quia ipſi dixerunt, ꝙ contractus uſurarius non habet locũ niſi in mutuo ; & in caſu noſtro certum eſt mutuum nõ contrahi. quare cõcludit Hoſt contractum iſtum rõne incertitudinis excuſari, arg.l.j.C.de pact. & l.j.ff.de condi.& demonſtr. melius facit.l.ea lege.C.de uſuris. hanc opin. Hoſt.ſecutus fuit Arch.in c.quicũque, præal.14.q.4. ſentit Io.de Lign.in cle.vna, de uſu.hæc ſunt, q̃, in iſta materia reperio. Mihi aũt placet hæc opinio Hoſt.ut talis cõtractus licitus ſit, etiam in rebus eccleſiæ: quia uidetur q̃dam emptio uſufru.ad uitam recipientis, & allego ꝓ hoc caſum iudicio meo apertum, & rotũdum in clem.j.de rebus eccl.nõ alien.ubi expreſsè dṙ, ꝙ exigente neceſsitate, uel utilitate eccleſiæ põt prælatus etiam religioſus, non ſeruata ſolẽnitate debita iuris, reditus, & poſſeſsiones eccleſiæ ad uitam eius, ſeu ad aliud certum tẽpus, pecunia inde recepta cõcedere; & ſubiicitur poſteà in fi.illius tex. quod ꝓlatus ſeu rector eccleſiæ põt ſolus alia ſolẽnitate non ſeruata, locationes, ſeu redituum & fructuũ uẽditiones ad tẽpus non modicũ facere. vnde non uideo, ex quo capite ſit talis ꝯ̃ctus emptionis & uendõnis uſusfructus uſurarius, ut in cl.j.iũcto prin.c.cũ ſi.& q̃a tex.ibi reſpectu fructuũ ponit locationes & uendõnes ut diuerſa, dico qđ ꝓpriè locatio eſt, qñ ꝓ fructibus annuatim ſoluit̃ pẽſio:

licet ſit facta locatio ad magnum tẽpus; ad hoc.l.quæro, §.inter locatorem.ff.locati,& in c.ꝓꝑ ſterilitatem,eo.tit. ¶Hinc dicit Accurſius in l.pen.§.inſtõ.ff.de leg.ij. ꝙ locatio põt fieri ad mille ann. uenditio fructuum ꝓpria eſt, qñcũq; pretium ſtatuitur pro toto tpe,de quo per Bar.in d.l.cotem ferro.ff.de pub.in §.q maximos. ubi hæc inter cætera uoluit. ¶Hinc dicit gl.ſingularis.in l.j.ff.de ſu pſi. qđ pretium eſt mercedis quãtitas,& facit diſcerni emptorem à cõductore: quia debet intelligi ſm prædicta ꝑ tex. d.c.j.patet: quia non ſolum fructuũ poſſeſſionis põt fieri uenditio cum bona conſcĩa, ſed etiam reditus iurium,puta gabellarũ,uel alterius poſſunt uendi, quod etiam ſatis uoluit Bar.in d.§.q maximos. ¶Fateor tñ,ꝙ ſi eccleſia eſſet decepta in pretio ꝙ poſſet petere reſtõnem in integrũ rõne læſionis ꝑꝑ c.j.de in integ.reſti.in vj. ubi patet,ꝙ generaliter aduerſus quẽlibet ꝯtractum põt eccleſia petere reſtitutionem in integrum, ſi eo ſenſit ſe læſam. ſpecialiter reſpectu locationis ꝓbatur eo.ti.c.j.in antiquis,& reſpectu infeudationis,ut in c.pen.de reb.eccl.nõ alie. Et ad p̃dicta facit, quod no.Io.And.in c.fi.de eccl.ædifi. & dicit, ꝙ etiam is p̃latus, qui iurauit non alienare, põt uendere fructus ad certum tẽpus; quod tñ ſatis ꝓbatur in d.cle.j. ¶Secundò hoc idem uĩ probari in d.c.j.de reb.eccl.nõ al. ubi patet,ꝙ pecunia recepta põt eccleſia dare in feudum. & licet licitus ſit ꝯtus: tñ eccleſia poſſet petere reſtõnem in integrum,ſi ex tali ꝯtu enorme diſpendium incurriſſet. per infeudationem aũt proprietas remanet apud dominum, uſufructus aũt illius rei trãſit in accipientem, ut in c.vnico, ex quib.cau.feu.amit.coll.x. Sicut ergo licitè põt fieri talis ꝯtus infeudationis,& ita fortius emptionis uſusfructus,cũ pinguius ius trãſit in accipiẽtem ex infeudatione,q̃ ex fructuũ emptione:qa hoc ultimo caſu trãſit poſſeſſio naturalis, ut l.naturalr.ff de acq.poſſ. & expirat ius iſtius ꝑ mortem, ut c.fi.de pig. & in c.fi.de uſu. Sed in priori caſu feudum trãſit in hæredẽ accipientis maſculũ, uel fœminam. ¶Item tranſit utile dñium ipſius, ut no.gl. & latius & clarius Bal.in c.j.de capit.Conra. & no. in c.ſi diligẽti,de p̃ſcr. & in c nuper,de do.poſt diuor.reſt. & gl. in c.cum Bertoldus, de ſent.& re iud. ¶Tertiò probatur tali rõne,ſicut eccleſia põt uendere,exigente neceſſitate, utilitate,uel pietate bona ipſius quo ad directũ, uel utile dñium, ut no.ꝑ gl.12.q.2. in ſumma; ita & fortius debet ex eiſdem cauſis poſſe uendere bona quo ad utile dñium, uel quo ad uſumfructum, & minus læditur in hoc ultimo caſu,q̃ in p̃ced. ¶Item ſicut uſura non cõmittitur, ex uenditione proprietatis,ita nec ex uendõne uſusfructus.uſura.n.non cõmittitur,niſi in ꝯtu mutui ueri,uel ficti iuxta no.in c.cum in ciuitate,de uſu. & plenè per gl.no.14.q.4. in ſumma, & pleniſſimè ꝑ Io.And.in regula, peccatũ, de reg.iu.in vj.in Mercu. & dicã ſpecialius infrà in ſeq.dubio. Sed ꝯtus, de quo nunc quæritur,non põt dici, ꝙ ſit ueri uel ficti mutui,cum non poſſit aliquo caſu impediri. nec Augerius expectat duas retributiones, ſicut expectat uſurarius, ſed ſolùm conſequitur uſumfructum toto tpe uitæ ſuæ; ergo talis ꝯtus ex nulla parte põt dici uſurarius, cum aliter ex ſua forma licitè talis ꝯtus permittat̃ indeſinenter laicis,dũmodo fraudem & dolum euitẽt:ſed clericis non puto licere, niſi cã neceſſitatis: moueor per tex.no.in c.peruenit.86.diſt.ubi dr̃,ꝙ cã lucri nõ licet clericis,uel monachis cõducere alienas poſſeſſiones. Ad idẽ c.fornicari.66.diſt. ubi dicitur,ꝙ ante clericatũ licet negotiari,poſteà nõ. & præſertim debent clerici à prædicto ꝯtu abſtinere ꝓpter opinionem illorum euitandam,q dixerunt eum eſſe fœneratitiũ. debent.n.abſtinere ab omni ſperãtia, & nõ ſolũ à mala re ipſa, ſed ab eo ꝙ eſt malum in opinione,de ui.& ho.cle.c.cum ab omni,& in c.terrulas.12.q.2. & hæc pro ſolõne quæſiti ſufficiant. ¶Venio nunc ad ꝯ̃ria ſupra all.pro parte negatiua. ¶Et primò ad primum rñdeo,ꝙ l.iubemus, debet intelligi qñ quis uellet habere uſumfructum alicuius rei eccleſiaſticæ,nõ dato cõpetenti pretio, ſed uellet habere gratis: uel aliquid modicum relinquat de ſuo tẽpore mortis,uel cum neceſſitas, uel utilitas eccleſiæ nõ expoſtulat talem ꝯtum. & idem dicendum ad authẽ.de non alie.ut in dicta cle.j. de reb.eccl.nõ alie.cum aliis iuribus ſupra all.& facit authẽ. hoc ius porrectum.C.de ſacroſ.eccl. canonizata. 10.q.2. ¶Ad ſecundum ꝯ̃rium de c.quicũque.13.q.4. dico, ꝙ ꝓcedit qñ quis emit rem integram,ut alij ꝓ maiori pretio uẽdat. talis.n.ꝯtus,licet nõ ſit fœneratitius: tñ non conuenit Chriſtiano,cum habeat mentem lucrãdi ſine aliqua induſtria,cum ſola iactura ꝓximi,de quo eſt bonus tex.in d.c.eiiciẽs, cum c.ſeq 88.diſt. & dicẽdum, ut no.Inno.in cle.j.ne cler.uel mon. ſed in caſu noſtro hoc nõ cõtingit, non.n.emit uſumfructũ, ut alteri ipſum ꝓ pretio cariori uendat:ſed ut annuatim percipiat fructus. Itẽ in cultura, & cura ſe exercet, ut tunc ex p̃dio percipiãtur fructus induſtriales, ut in §.ſi quis à non dño, inſti.de rerum diui. ¶Ad tertium ꝯ̃rium dico,ꝙ ſola mens facit hoĩem uſurarium, qñ quis aliàs non eſſet mutuaturus, & eo dũtaxat propoſito mutuat, ut plus ſorte recipiat. vnde, ſi ex hac intentione deprauata aliquid conſequit̃ ultra ſortem,tenetur ad reſtõnem, ut in c.conſuluit,de uſuris. quod quidã intelligũt, ut ibi no.qñ praua ſua mens innoteſcit debitori,ita,ꝙ licet dederit ſine omni peccato,cũ non ſpõte dederit: ſed ut ſatisfiat menti creditoris: iſte tñ creditor fecit ꝯ oẽm zelum iuſtitiæ, qua cauetur mutuum dantes, nihil inde ſperantes,ut in d.c.cõſuluit. loquitur ergo ille tex.in ꝯtu mutui; meritò iudicatur talis creditor uſurarius mẽtalis:quia ſperat duas retributiones,ſ.ſortem,quã mutuauit,& aliqd ultra: ſed in caſu noſtro nõ loquimur in creditore, cum iſte Augerius non mutuauit: ſed potius emit uſumfructum illius prædij tẽpore uitæ ſuæ, nec ſperat duas retributiones, ſed vnam dũtaxat. quinimò,quod plus eſt,põt ſe habere ad dãna,& ad lucrum, cum põt eodem anno mori; & ſic extincto uſufructu,prædiũ illud redit ad eccleſiam,q̃ habebit prædium & pecuniã. vnde ratione incertitudinis tolẽratur talis ꝯtus, ut ſupra dixi, & debet excuſari,licet habuit ꝓpoſitum lucrandi:qm ſatis eſt,ꝙ exponat ſe periculo. nã & quilibet mercator habet ꝓpoſitum lucrandi; nec ex hoc dãnatur,ex quo impẽdit operas ſuas,& exponit ſe periculo, ut in d.c.eiiciens, & in ſeq. & per Inn.in d.c.j.ne cler.uel mo. ſed uſurarius eſt certus de ſorte ſua, & expectat, ut dixi, duas retributiones,nec ſe exercet in hoc lucro:ſed illud vult conſequi rõne pecuniæ dũtaxat, cum tñ aliàs non ſit apta, niſi ad emendum,ut dixit tex.in d.c.eiiciens,& plenius ꝑ Io.An. in dicta regula,peccatum,& ꝑ hoc remanet tertium dub. declãratũ. ¶Ad quartum & ult.dicã tria. Primum ad partem negatiuã. Scđm ad partem affirma. Poſteà ſolutionẽ aggrediar. & ꝙ dictus Plautius nõ poſſit cum bona ꝯſcĩa dicta 50 ab Orphanotropho recipere, ꝓbatur primo ſic, contractus iudicatur illicitus, & uſurarius nõ ſolum cum ex ſui forma apparet uſurarius, ſed etiã cum ex contractus ſubſtantia uſuraria prauitas reſultet; & probatur in c.in ciuitate.§.j.de uſuris. Nam & ibi legitur,& notatur, ꝙ non licet ſine prauitate uendere rẽ plus, q̃ ualet: quia p̃tij ſolutio ad certũ tẽpus differt̃, uel ſaltẽ uiliori p̃tio, q̃ in p̃nti ualeat:qa rei traditio differtur.& cum talis ꝯtus ex ſui forma non appareat fœneratitius, cum hic non interueniat mutuum, ſed fuit pura uẽditio, nec licet repe-

tere

tere pecuniã traditã,ſicut cõtingit in mutuo: tñ in effectu reſultat uſuraria prauitas,qa, ut ibi dicunt doc.ius fingit pecuniã fore ſupputatã in præſenti pro cõpetẽti pretio, ꝙ uẽditor talẽ pecuniã mutuat emptori,ut ab eo recipiat illud plus, quod commiſit ultra cõem æſtimationem ratione temporis,ad quod eſt pretij ſolutio collata. Ita dicendum in propoſito licet iſte ꝯtus initus inter Plautiũ, & Orphanotr.ex ſui forma appareat fœneratitius, quia non interuenit ſtrictè mutuũ, cũ nõ poſſint dicta 50.amplius repeti ab Orphanotropho,tñ ĩ effectu reſultat uſuraria prauitas, cum uideatur quoddam mutuũ toto tpe uitæ Plautij duraturũ, & quolibet anno pro capitali recipiet iſte Plautius decem pro centenario: & q̃q̃ nõ poſſit amplius repeti capitale: tñ intra breue tp̃s recipiet capitale, & qcqd inde recipiet,erit ſibi in effectu uſura pro illo capitali,quod tenuit apud Orphanotr.per decenniũ. ¶Ad conſiderandum.n.ꝯtum, maximè ubi initus eſt al's ꝑꝑ iuris proditionem, debemus inſpicere effectũ magis q̃ uerba,ut in c.ad noſtram,de emp.& uen.& in c.illo uos de pign.facit.c.ea quæ,de ſimo.& l.ſi uno.ff.locati,& reg. fi.de reg.iu.lib.6.& l.nõ dubiũ.C.de legib.ubi patet, ꝙ is cõmittit in l.qui ſeruans uerba,uenit ꝯ legis uoluntatem & mentem: ergo dictus ꝯtus non eſt licitus.¶Scđò probatur ꝑ identitatem rõnis. nam ꝯtus uſurarius uidetur ꝓpeà prohibitus. Primò,ꝙ pecunia generat pecuniã; qđ eſt ꝯ naturam, cum pecuniam non ſit niſi ad emendum; acta. Secundò quia tp̃s eſt à Deo datum, & ratione dilatæ ſolutionis petitur lucrum ultra capitale. Tertiò,quia expectat duas retributiones, uidelicet pecuniam ſuam in nullo deterioratam,& uſuram ultra id,quod dedit,& ſic poſt tp̃s repecit ſuum,& tollit aliud;quod eſt omnino illicitum. Hæc tria uident̃ ſubtiliter colligi ex c.eiiciens. 88.diſt.& eſt originaliter Ioã.Chryſoſt.ſuper Matth.ſed hæ rationes concurrũt in effectu in caſu noſtro: quia iſte Plautius dedit pecuniam, ut pecuniam reciperet. ¶Item quodammodo uẽdit tp̃s:qa ut expectet Orphanotr.in ſolutione integra per magnum tp̃s,conſequetur maximũ lucrum: quia, ut dixi poſt decennium recuperato capitali recipiet annuatim 50,ſine aliquo onere,cum ſola iactura hoſpitalis; & ſic locupletabitur cum iactura illius ꝯ regulam, locupletari, lib.6.& l.nam hoc naturam.ff.de cond. inde. ¶Tertiò & ult.probatur ſic, Orphanotrophus facit hunc ꝯtum ad utilitatem,ſperans ſuper repentina Plautij morte; & non licet,quia debet prius laicus,ſicut & clericus ab huiuſmodi negotiatione abſtinere 88.diſt.c.fornicari facit.c.qualitas,de pœ.diſt.5.maximè in ſpectando lucroſam alterius mortem. Aut fecit hunc ꝯtum neceſſitatis cauſa.ſ.propter illa 50.habenda. Idẽ dicerẽ,cũ iure cauetur; ꝙ neceſſitate inſtante, debet eccleſia uendere bona immobilia,ſi de mobilibus neq̃t ſatisfacere.10.q.2. c.ea.n.§.hoc ius porrectum. nec debet inducere ad peccatũ iuxta no. ꝑ Inn.in c.ſuper eo,de uſur. In ꝯ̃riũ ad partẽ affirmatiuã arguit̃ primo ſic: Annuus reditus cõputat̃ inter immobilia,ut dicit tex.in cle.exiui.§.cũq; annuus reditus, de uerb.ſig.& in auth.nõ alie.§.j.ſed utrobiq; licitum eſt emere bona immobilia, licet ſperet plus percipere tractu temporis, quàm fuerit uerum pretium, ut per totum ti.de emp.& uen.maximè in c.pen.ergo pari rõne, licitum fuit Plautio dare 50.ut recipiat anno quolibet 50.tamen hoc nihil aliud fuit, quàm emere ab hoſpitali annuum reditum: quia ſic cauſa neceſſitatis,uel utilitatis licet uendere bona immobilia ex toto fortius fuit licitum annuum reditum in bonis hoſpitalis toto tempore uitæ Plautij. melius.n. eſt de fructibus hoſpitalis annuatim ſatisfacere, q̃ uendere purè de præſenti bona immobilia, ut innuit tex.in d.aut̃.hoc ius porrectũ. Nec obſtat,ſi dicatur,ꝙ iſte Plautius plus percipiet, quàm ſi emiſſet ex illis 500. aliquem agrum, ſeu fundum, cum percipiat ab hoſpitali,ad rationem decem, pro centenario in anno: quia dico plerũq; contingere: quia ager bene cultus reddat decem pro centenario. ¶Item ſæpe res habetur in bono foro, nec ex hoc iudicatur ꝯtus illicitus,dũmodo fraus ex propoſito non interueniat.l.in cãæ. ff.de min. Prætereà & melius ſi iſte Plautius emiſſet fundum,uel habuiſſet illum in perpetuũ pro ſe,& ſuis hæredibus: ſed iſta.l.recipit ſolum in uita ſua, & ſic ueritate inſpecta potius decipit̃,ſeu lędit̃ ipſe q̃ hoſpitale. ¶Scđò principaliter probatur ſic: uſura committitur in ꝯtu mutui dũtaxat, ut no.14.q.4.in ſum.& plenè per Io.An. in regula peccatum, in Mercurialibus ſed in caſu noſtro non interuenit mutuum uerè,nec fictè; ergo non põt dici talis contractus fœneratitius,probatur in l cum quid.ff.ſi cer.pe.ubi dicitur,ꝙ in mutuo id agi intelligit̃,ut id, qđ datum fuit reddatur in eodem genere,& eadem bonitate: ſed in caſu noſtro Plautius non poteſt repetere id, quod dedit: imò poſſibile eſt eũ perdere totum capitale; puta ſi poſt contractum decederet; ergo &c.Nec fictè apparet mutuũ, quia ut dixi,iſte Plautius efficaciter irreuocabiliter trãſtulit 500,hoſpitali, & qñcũq; eum mori contigerit, extinguitur omnis obligatio. ¶Tertiò ad idẽ facit,qa,ueritate inſpecta, in nullo iſte ꝯtus cõicat uſurariæ prauitati. nam uſurarius eſt certus de ſuo capitali; & ꝙ percipiet aliquid ultra; & ſic repetiturus eſt ſuum cum alieno: ſed Platius iſte non expectat ueraciter, niſi unam retributionem,ſ.50.annuatim donec uixerit, nec poſt decẽnium petit alienum,imo ſuum, cum ille annuus reditus currit toto tpe uitæ ſuæ,& poſſibile eſt,ꝙ etiam quod dedit, perdet, ut ſi contigerit moriãte decennium. nil.n.incertius hora mortis. unde rõne certitudinis non poteſt ille ꝯtus in aliquo iudicari illicitus,arg.l.ſi ea.C. de uſuris,cum ſi. ¶Solutionem huius quarti dubij, Ieſu Chriſti Salua.præſidio deuotè prius inuocato, attingẽs præmittã,quæ per alios ſcripta reperio;demũ quid ſenſerit ingeniolum meum. Inn.principaliter hunc art.tetigit in c.in ciuitate,de uſu.& quinque ferè opi.retulit.Prima, ꝙ ſi aliquis pro certa pecuniæ quantitate emeret aliquẽ reditum grani,uel uini,uel ẽt aliud ſimile perpetuò ſibi, & ſuis hæredibus dandum à uenditore, & ſuis hæredibus uel ad certum tp̃s uitæ alicuius,ꝙ licitus eſt hmõi ꝯtus, dũmõ reditus annuus cõi æſtimatione nõ excedat reditũ, quem haberet,ſi terram de tanta pecunia emiſſet.¶Si aũt excederet cõem æſtimationem,non eſt licitus ꝯtus,arg.ĩ c.conſuluit,de uſuris. Et pro primò dicto adducit Inno. tex.illius in c.in ciuitate. ¶Secunda fuit opi.quorundam dicentium, ꝙ qñ in perpetuum emitur, nunq̃ poteſt eſſe illicitus ꝯtus,quantũcũq; magnus ſit reditus: quia licitum eſt ꝯhentibus ſe decipere.l.in cauſæ.2.§.fi.ff.de min. ¶Tertia fuit aliorum opi.& forte melius ſentientium ſm eum,ꝙ ſi quis emit reditum conſtitutum ante contractũ, ſiue conſtitutus fuerit in re,puta in domibus, uel poſſeſſionibus,uel aliis huiuſmodi, ſiue in perſonis reſpectu liberti,uel ruſtici, uel actio,uel nomen.¶Item ſiue ſit certus reditus,puta quia reddit decem,ſiue incertus,qa reddit quartam fructuum, qui recipiebantur de aliqua domo,uel de operis alicuius perſonæ.¶Item ſiue ſit perpetuus ꝯtus, puta extenditur ad hæredes utriuſq; contrahentium: ſiue ſit ad uitam hominis: ſiue ſit ad certum tẽpus,puta ad 5.ann. Item non refert,ſi reditus ſit in pecunia,ſiue aliis rebus,ſiue in ſpecie.ſemper.n.in omnibus p̃miſſis reputatur contractus licitus:qa eſt purus,& licitus

ꝯ̃ctus uenditionis. Nã ibi eſt pretium, certæ pecuniæ quãtitas. ¶Itẽ quia ibi eſt merè, ſ. certus reditus, uel cenſus, uel annona. C. de ſacroſ. eccl. l. iubemus, in prin. & qñ uenditur actio, ſeu debitoris nomen, eſt ibi actio pro re, uel mercede, ff. de hẽdi. uel acti. uẽd. ꝑ totũ, & C. e. ꝑ totũ. & licet iſtorũ opinio uideat̃ obuiare tex pall c. in ciuitate: quia non eſt dubiũ, ꝙ uſq; ad certum tp̃s, ſaltem longũ, plus percipiet de reditu, q̃ ſit pretiũ, & tñ uẽditur actio, clarè conſtat, ꝙ plus eſt in nomine debitoris, q̃ ſit pretiũ. hoc tñ ẽm Inn. non obſt. quia hæc certitudo non facit illicitũ ꝯ̃ctum uenditionis, cum etiam hoc ſit in uenditione alicuius poſſeſſionis, niſi certum eſt per inferiores cãs, ꝙ plus accipiat de fructibus eius, q̃ ſit pretium: quia pro eo dat̃ ẽt ſine expenſis, uel labore, dando. ſ. eam ad certũ p̃tium, uel emphyteuſim. Ad c. in ciuitate, rñdit Inn. ꝙ ibi reprehenditur contractus, cum carius uendit mercem, ꝑp tp̃s, quod dat prolixũ emptori ad ſoluendã pecuniã, uel quia minori pretio emit mercẽ, quia ſtatim dat pecuniã, & prolixius tp̃s expectet merces. In his. n. caſibus uendit tp̃s pro illa pecunia, quæ uerum & iuſtum pretium excedit; quod ex eo patet. q̃a ſi utrũq; paratũ eſſet, pretium, ſ. & merces, pro minori fieret uenditio. Sed in caſu noſtro oĩa ſunt præſentia, nec uendit̃ tp̃s. ¶Quarta fuit aliorũ opi. dicentium, oẽs p̃miſſos contractus eſſe licitos: & ſi reditus, uel nomen debitoris de nouo conſtituatur in rebus, uel perſonis aliis ꝯ̃hentibus: quia dicit, tu cõſtitues, tales reditus in tali poſſeſſione, uel ſeruo: uel facies ꝙ talis confitebit̃ ſe debere mille uſq; ad annũ, & ego pro illis mille, & magis pro actione de illis mille dabo tibi quingenta. Et mouentur iſti ad dicendũ iſtos contractus eſſe licitos: q̃a in eis non uerſat̃ mutuũ, ſed emptio. ¶Itẽ q̃a multi caſus poſſunt interuenire, ꝙ iſte emptore amitteret in iſto contractu; puta ſi inops fieret nomen. Inn. tñ dicit fore Chriſtianis conſulendũ, ꝙ ab hmõi contractu abſtineant, ſ. qñ de nouo propter hoc conſtitutum reditũ uel actionẽ emant; & ponit in hac materia ipſe fore quintã opinionẽ, dicẽs illũ penitus uideri illicitũ, quo ipſe idẽ qui dr̃ uenditor, in ſe conſtituat reditũ, uel actionẽ, qua ſe obligat ad plus dandũ, uel in pecunia, uel in ſpecie, q̃ receperit, quaſi uelit dicere Inno. ꝙ præmiſſi contractus poſſunt colorari, qñ annuus reditus, uel actio uendita cõſiſtat in alia perſona ad dãdũ annuũ reditũ, uel cõſtituat debitorẽ in maiori quantitate, quàm receperit. Hæc ſunt quaſi formalia uerba Inn. cũ quo tranſeunt cõiter doc. hic, & in cle. j. de uſu. ¶Ego autem, meliori conſilio ſemper ſaluo, ad maiorẽ elucidationẽ, facio tria mẽbra. Aut enim uenditur annuus reditus iam conſtitutus ꝑ prius ante, quàm fuerit conſtitutus ipſe contractus: aut uenditur actio, ſeu nomen debitoris. Primò caſu, qñ quis uendit annuũ reditum, prout ipſe percipiebat; non uideo, ꝙ contractus debeat iudicari uſurarius, niſi aliquid tacitè agatur. Ratio eſt, ut prædixi, quia annuus reditus cõputatur inter immobilia in d. §. cũque, in cle. exiui, de paradiſo, de uer. ſig. ¶Vnde hic concurrunt uerè pretiũ, & res uendita, ex quibus reſultat uenditio. ff. de contrah. emp, ꝑ totum. l. naturalis. ff. de præſcr. uer. Nec aliquo mõ põt dici mutuum, cum non põt amplius repeti capitale, & annuus reditus uenditus, ſtat periculo emptoris. põt. n. ex toto perire perſona, aut res, in qua eſt reditus annuus, & ſic ꝑderet emptor pretium. Aut uendidit quis annuum reditũ aliter, q̃ ipſe percepit: puta quia ipſe haberet in perpetuum, uendidit ad tp̃s incertũ, puta ad uitã emptoris; & ſic ſpecies puræ emptionis & uenditionis: quia poſſibile eſt illũ emptorẽ non uicturũ ultra annum, & ſic ꝑderet precium. Item hic concurrunt pretium, & res. cum ergo hæc ſunt ſubſtantialia contractus emptionis, ut inſti. de emp. & uen. §. pretium, & deſunt ea, quæ ſunt de rõne uſuræ, qm̃ unum eſt materiale, ſ. mutuum: ex materia enim mutui gignit̃ uſura. ¶Aliud eſt formale, ſ. ipſa exactio lucri, ſ. obligatio in pactum deducta. Nam his ceſſantibus, non põt dici uſura, ẽt ſi aliquid ſponte detur ultra ſortẽ, arg. in c. tua, & in c. ſi qõnes, de ſimo. De his plenè dicendum, ut no. Io. An. in d. reg. peccatum, de reg. iu. i 6. in Mercu. & per gl. 14. q. 4. in ſumma. ¶In caſu autem noſtro non eſt mutuum: quia non obligat̃ recipiens ad tantũdem reddendum, qđ eſt ſubſtantia mutui, ut in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. Sed iſte liberat ſe ponendo illum in poſſeſſione annui redditus, & ſtat ammodo ĩ periculo ipſius emptoris: nec eſt lucri exactio, uel obligatio lucri conſequendi in pactione deducta, cum poteſt, ut dixi, perdere totũ pretium, ſi contingeret eum mori primo anno. ¶Tũc ergo prædicta rõne incertitudinis excuſatur talis cõtractus ab omni labe prauitatis uſurariæ, arg. l. ſancimus. §. ſi quis autem, C. de dona. & in l. ſi ea lege. C. de uſur. cum ſimilibus. & hæc faciunt etiam ad infra dicenda. Aut uendit ad tempus certum, puta ad 25. ann. & tunc, ex quo plus eſt percepturus intra 15. ann. quàm dederit, præſumerem contractum uſurarium: puta mutuauit ſibi nomine pretij cẽtum, & debet per 15. ann. recipere decem annuatim; & ſic intra illud tempus percipiet 150 nam hic recuperat capitale, & conſequitur lucrum ex parte dilatæ ſolutionis ad præmiſſum tempus. unde in effectu concurrent, quæ ſunt de rõne uſurę, quæ proximè præmiſi. & quãquã mutent̃ uerba contractus, quia ſub ſpecie emptionis & uenditionis, cum ſubſtantia debeat magis attẽdi. unde enim ad palliandum contractum uſurarium mutantur noĩa, ad hoc. c. illo uos, de pign. & in c. ad noſtram de emp. & uen. l. ſi uno, in prin. ff. loc. Et quãquã impugnãdo poſſet dici, ꝙ non debet dici contractus uſurarius, cũ annuus reditus ſtet periculo emptoris, dico ꝙ per inferiores orationes, ſatis põt dici certus de lucro, & de capitali, eodẽ mõ, cũ res, in qua conſiſtit, nõ eſt ueroſil̃e intra illud tp̃s peritura. Nam eodem mõ in puro cõtractu mutui põt deficere per caſum fortuitũ capitale, cũ lucro: puta ſi bona debitoris, & ipſe debitor periret, uel ſi bona ſua inuaderent̃, & debitor efficeret̃ non ſoluendo. ¶Secũdò membro principali, qñ cõſtituit annuos reditus nũc rõne ꝯ̃ctus; & tũc dicerem, ꝙ aut cõſtituitur in rebus iſtius debitoris, aut in perſonã. Primò caſu ſi conſtituitur in ꝑpetuũ, ſatis præſumerẽ contractũ licitũ, cũ hic concurrũt uere pretiũ, & res. nec põt p̃ſumi uſura, cũ ratio ꝑpetuitatis excludit p̃ſumptionẽ uſuræ. præterea quemadmodũ licet dño uendere rẽ ſuã abſolutẽ, ita fortius põt conſtituere obligationẽ annui reditus, & illũ uendere, arg C. quæ res pig. obl. poſſ. ꝑ totum aut conſtituit ꝑ tp̃s incertum; & puto idẽ rõne incertitudinis præmiſſa in proximo mẽbro; puta cum uend. t ad uitam emptoris, ſeu uenditoris. Aut ad tp̃s certũ, ex quo certũ eſt ipſum ꝑcepturũ capitale, & ultra, p̃ſumit̃ ꝯ̃ctus uſurarius, ꝑ ea quæ dixi in p̃ced. mẽbro; & fortius adhuc p̃ſumerẽ ꝑ ꝑ nouitatẽ noui reditus, arg. c, officij, de ele. & in l. lecta. ff. ſi cer. pe. Si aũt conſtituit annuũ in perſona propria, uoluit Inn. hunc cõtractũ nõ eſſe licitũ: non tñ rationem reddidit. Sed ego dicecerem ſic, ꝙ aut quærimus, nunquid hoc caſu contrahat̃ emptio & uenditio; & credo ꝙ nõ: q̃a abeſt in caſu noſtro res, ſine qua nõ cõſiſtit uẽditio. d. §. pretiũ. nã iſte, q dr̃ uẽditor, nõ põt perſonã ſuã uẽdere, cũ nemo ſit dñs mẽbrorum ſuorum. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. nec poteſt ius in perſonam ſuam uendere rõne prædicta; & hoc mõ põt intelligi d. Inno. ¶Aut quærimus, nunquid poteſt ſe obligare



